The. Qui increscunt, plurimũ caloris innati obtinent, itaque plurimo cibo indigent, alioquin corpus absumitur. Senibus uero parum caloris inest, & ob eam rem paucis egent fomitibus, quippe qui à multis oppressi extinguantur, hinc etiam febres non æque acutæ senibus accidunt, corpus enim eorum frigidum est.

Leo. Qui crescunt, plurimũ habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus absumitur, senibus uero parum calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hãc etiam ob causam, febres senibus non similiter acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus.

Expositio Iacobi.

In hoc apho. continentur duę cõclusiones, & unum corrolariũ. Secunda ibi (Senibus.) Tertia ibi (Propter hoc.) Prima cõclusio. Corpora crescentium uel adolescentiũ indigẽt plurimo nutrimẽto. Probatur sic, tales habent plurimum calorẽ innatum. igitur &c̃. Consequentia patet, quia non exhibito plurimo nutrimento corpori habenti plurimũ calorẽ, corpus consumitur, & assumptum probatur, quia sine calore huiusmodi corpora non augmentantur. igitur &c̃. Primo nota. Per corpora crescentia intelligit oĩa corpora in ætate adolescẽtię existẽtia. Secundo nota. Per calorẽ itelligi posse qualitatẽ ipsam, quæ est caliditas, & ipsum corpus calidum. s. spiritum, & sic maxime uidetur itelligere Commentator i commẽ. Per innatum autem calorẽ quidam intelligũt calorem à principio generationis contractũ, quidã uero cõplãtatum, seu contractũ ex tẽpore. Ego autem dico per calorem innatum, intelligi debere omnem calorem naturalem, siue sic influens contra innatum ac appropriatũ distinctus, siue à generationis principio cõtractus. Quandoq; tamẽ intelligunt innatum à generatione cõtractum. Quandoq; uero per innatũ intelligunt intrinsecum mẽbro, & iutus natum, quia. s. suis operationibus appropriatum. Quandoq; autem intelligunt per innatum. omne naturale & naturæ conueniens, & sic credo in proposito. Tertio nota. Calorem innatum siue spiritum in talibus corporibus esse plurimum respectu eorundẽ, uel aliorum in alijs ætatibus existentiũ, cum alijs paribus, quod dupliciter intelligere possumus. Primo absolute, & sic non est uerũ absolute. n. maior est quantitas spiritus in iuuene q̃ in puero, alijs paribus. Secundo pportionabiliter. s. respectu suę molis, & sic intellexit Hippo. Alij uero intelligunt calorem plurimum innatum. i. maxime innatũ, quia. s. maxime naturalis uidetur calor puerorũ, ut aliqualiter tangit. Cõmen. in cõmen. cõparationę caloris aliorũ corporum. Quarto nota. Animali cibũ uel alimentum esse necessarium, propter duo. Primo, ut fiat re compensatio eius quod à corpore dissoluitur. Secundo, quia cum uiuens in principio sui sub parua ualde extensione generetur, & non possit sub ista debitas perficere operationes, oportet ipsum crescere, & debitã quãtitatẽ attingere, quã sine alimento attingere non posset, ideo necessarium fuit alimentũ. Et colligitur hoc notatũ pro parte prima. 3. cañ. fen. 13. trac. 2. cap̃. de cãis debilitatis appetitus. Et pro ambabus secũdo de anima, & aliqualiter primo de generatione, & tertio cañ. fen. 21, ca. 2. quod est de generatione embrionis. & primo canticorum cõmen. 124. Ad propositũ harũ necessitatũ utraque reperitur in crescentibus, & solũ prima in alijs, ideo rationabiliter plurimo indigent nutrimento. Quinto nota, hoc nutrimentũ plurimũ esse, possumus intelligere, uel secundũ quantitatẽ continuã, uel discretã ad sensum medicorũ. Et utroq; modo, uel absolute, uel respectu eius quod ab eo dissoluitur, & hoc modo credo intellexisse Hipp. i apho. Sexto nota q̃ si nõ exibetur istis corporibus nutrimentum, consumitur corpus. Primo quia debitam quantitatẽ nõ attigunt. Secundo, quia deficiente nutrimentali humido, dissolutioni à calido prouenienti resistente. calidum naturale ualde amplius consumit naturale humidum, sicut elychnium consumitur oleo deficiente in lampade, quare tunc cõsumitur corpus, sicut dictũ est, & ex eo patet prima cõclusio. Secũda cõclusio. Senes paucis nutrimentis siue fomentis indigent. Probatur, in senibus est calor naturalis paruus & modicus. igitur &c. patet cõsequentia, quia à multo nutrimento calor paruus extinguitur, ut in cõmento p̃cedentis apho. 13. declaratum est. Primo nota. Per senes, utrosq; senes intelligere posse, utriq;. n. pauco indigent

Calor innatus qd.
Calor innatus dupl̃r.
Alimentum necessarium est duplici rõne.
Auicẽ.
Arist.
Auicẽ.

gent nutrimento. Primi.n. pauco respectu pueroꝝ, & raro exhibito, Decrepiti uero, ualde pauco, sed frequenter exhibito. Secundo nota, multum nutrimẽtum extinguit calorem debilem. Primo per uiã suffocationis, ut dictum est. Secundo per utam simplicis alterationis, cum alimentum sit contrarium alito, ut alias fuit declaratum. Corrolarium. In senibus nõ debẽt esse febres sic acutę sicut in pueris uel in iuuenibus. Probatur, quia senes habent frigidum corpus. ergo &c. patet consequẽtia, & assumptum sit, ex dictis. Primo nota acutatem febris maxime argui ex eius intensione, cum sæuitate accidentium, & uelocitate suę terminationis, hę autem febres maxime prouentunt a materia calida, quæ quia multum in pueris & in iuuenibus, parum uero reperitur in senibus. igitur &c. Secunda causa potest esse quia & si æque calida foret materia peccãs in sene, subiecto tamen frigido existẽte, nõ tantã caliditatem preter naturam in membris imprimeret, unde non esset febris sic acuta, saltem merito intensionis. Ex quo colligitur dicti Auer. intellis. 7. col. cap. 2. dicentis. Calor accidentalis siue preter naturam ramificatur siue mensurat mẽsuratione caloris naturalis, in corpore. n. caloris pauci, remissior inducitur preter naturalis calor, in corpore uero multi, multus, alijs paribus. Vel aliter, calor preter naturam mensuratur, &c. quia cognita mensura caloris naturalis, cognoscitur saltem confusa notitia mensura caloris preter naturam, ut quarta primi cap. 1. & tertio techni, colligi potest. Secundo nota. Per acutas ægritudines, non intelligit omnes quę cum sæuitate accidentium sunt uelocis terminationis, quia sic multę in eis reperiuntur acutæ, sicut spasmus, catarrus fortis, sed intelligit febres multæ inflãmationis, quæ cum sæuitate accidentium, sunt breuis terminationis. Tertio nota, nõ esse intelligendum nunquã in senibus fieri has febres, sed uult q non facile. Possunt. n. dici fieri æqualiter acutæ, & quo ad accidentia, et quo ad intensionem absolute, & respectu ꝓpriorum temporamentorũ, ut patet. Similis sententia huic colligitur à Gal. primo compositionum cap. secundo. & primo canticorum. commento. 124. & prima primi. doc. tertia cap. de graduibus. Et quãtum ad corrolarium. Quarto prima cap. de causonide. Et ampliatur, ut ꝓcedens. Et est utilis i actu practico, quia per ipsum docemur ordinare diætam, indicatione sumpta ab ætate.

Minus acutæ sunt febres nũ q pueroꝝ uł iuuę num.

Auer.

Auicẽ. Gal.

Gal. Auic. Ad senes diæ tãdos practicus canon.

Aphorismus. 15.

Ventres hyeme & uere calidissimi sunt natura, & somni longissimi. In his ergo temporibus oblationes plures dandæ sunt. Et. n. innatus calor est multus, nutrimento igitur ampliori indigent. Signum, & ætates, & athletæ.

The. Ventres hyeme & uere natura calidissimi sunt, & sõni lõgissimi. Itaq; per ea tempora cibi dari copiosius debent. Caloris enim natiui copia magna inest, ut cibus ꝓ inde pleniur requirat. Argumẽto ętates sunt, et athletę.

Leo Ventres hyeme & uere natura calidissimi sunt, & sõni lõgissimi quare ꝑ ea tẽpora alimẽta copiosiora sunt exhibẽda. Et. n. tũc calor inatus plurimus est, unde & plibus egent alimentis, indicio sunt ętates, & athletæ.

Expositio Iacobi.

Iste apho. unã solã habet cõclusionem & ꝓbationem ponit ibi (Signũ) Conclo apho. est ista. In hyeme & uere plurimũ est dãdum de cibo, respectu eius quod debet in alijs temporibus. Hæc conclo ꝓbatur sic, in hyeme & uere uentres sunt calidissimi naturali calore. igit tunc est exhibendum plus de nutrimento. consequentia tenet. quia ubi est calor naturalis amplior, ibi amplius cõpetit de nutrimento. antecedens præsupponit Hipp. tanq notum. Primo nota, quius hic terminus uent' sumatur multiplr, hic sumit indifferenter ꝓ qualibet cõcauitate naturali nostri corporis. Secũdo nota, uentres esse calidissimos in hyeme potest duplr intelligi. Primo intensiue, & sic non intellexit Hip. licet posset sustineri ut uidebit in quæstione. Secundo potest intelligi esse calidissimos natura, qa habentes maximã multitudinem calidi naturalis id est spiritus. propter quod dixit calidissimi sunt natura id est habentes maxime de calore naturali, puta de spiritu, & adhuc de sangu. & caliditate temperata existente in ipsis. Et sub isto sensu exponit Gal. istum apho. Et tunc uentres esse calidissimos potest intelligi intensiue. Tertio nota, causa quare uentres in hyeme sunt calidissimi, est, quia adueniente frigiditate hyemis constringuntur pori nostri corporis & calor & spiritus intus retinentur: & prohibentur exhalare: propter quod interius fortificantur. Similiter quia contrarium a contrario circundatum: in se unitur. uirtus autem unita est fortior seipsa dispersa. Nota tamen: quod de hoc consueuit assignari alia causa: quę forte tangetur in quęstione. 3. Quarto nota: q causa quare in uere sunt uentres calidissimi: est quia propter hyemem præcedentem prohibita est calidi exhalatio: unde calor multiplicatus est. igitur in uere & hyeme reperiuntur uentres calidissimi: sed propter oppositas causas: reperiuntur in æstate & autumno minus calidi. Quinto nota: quia dicit somni longissimi: causa est multiplex. Prima, quia somnus: saltem naturalis: causatur ab euaporatione nutrimenti: & quia contingit tales uapores magis multiplicari tempore hyemis & ueris q̃ alijs temporibus, quia pori pro tunc sunt magis clausi, &c. Secũda causa est, quia pro tunc noctes sunt lõgiores, unde etiam quia a frigiditate noctis prohibetur dicta exhalatio, diutius durante frigiditate noctis, durat somnus. Tertia etiam causa est, quia frigiditas noctis iuuat frigiditatẽ cerebri ad magis cõdensandũ & igrossandũ uapores, qui magis igrossati, tardius resoluunt, & ideo diutius durat somnus. Ex quo statim uideretur de mente Hip. q in somnis melius perficitur digestio q̃ alio tpe. Sexto nota q̃ plurimę oblationes dãdę sunt, tum quia cibus debet ꝓportionari calo, tum etiã quia calor intus unitus facit maiorẽ resolutionẽ. Probatio ãntis assumpti, in principalis cõclusionis apho. 15. ꝓbatione. s. q ubi est calor plurimus &c. Et probat exẽplo, quia ętates calidiores, ut pueritię & iuuentutis indigent pluri nutrimento q̃ frigidiores, igit: &c. & athletę pluri indigent nutrimento, quia sunt corpora calidiora. Primo nota, Corpora athletica sunt corpora sanguinea, carnosa, multum utentia exercitio, ideo talia indigent multo nutrimento. Secundo nota. Ad ueritatem apho. requiruntur tres conditiones. Prima q talia tempora seruent proprias naturas, puta q hyems non sit excessiue frigida, nec uer excessiue calidũ, uel frigidum, posset enim esse in istis tẽporibus tanta distemperantia, q non fortificaretur, sed potius debilitaretur naturalis calor ab eis. Secũda conditio est hęc, q corpus nõ sit caloris nimis debilis, aut nimis rarũ, sed sit calidum, carnosum. Posset enim raritas esse tãta, q usq; ad profundũ faciliter transiret frigiditas hyemis. Similiter posset esse calidum ita debile, q a frigiditate hyemis nõ fortificaretur, sed potius extingueret. Tertia cõditio est hęc, q corpus debito utatur regimine, puta indumẽtis, & alijs, requisitis, his. n. cõditionibus ĩstãtibus, uerificatur aphorismus, & ipsis deficiẽtibus, nõ. Et sibi sententia habeť ab Aui. quarto prima caplo de cibatiõe febrici. & ab eodẽ prio secũda doc. secũda ca. 6. Et ampliat ad regiones, ętates, sexus, & artes. Et est utilis, quia per ipsum docemur pfecte corpora dięt are.

Vẽter qd. Vẽ ca lidissimus dr duplr

Gal.

Sõnilõgissimi cã triplex.

Athleti cũ corpus qd.

Auicẽ.

Aphorismus. 16.

Humidæ diætæ, oibus febricitātibus conferūt, maxime uero pueris, & alijs, sic assuetis refici.

Victus omnis febricitantibus humidus proficit, sed p̄cipue pueris, & his qui ita uiuere consueuerunt.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uero pueris, & alijs qui tali uictu uti cōsueuerūt.

Expositio Iacobi.

Iste apho. tres continet conclusiones. secūda ibi (Maxime uero pueris.) tertia ibi (Et alijs sic.) Prima conclusio apho. est hęc. Febricitantibus competunt humidę dięię. Probatur sic, quia per humidas diætas remouetur siccitas pręter naturā inducta a febre. igitur similes cōpetunt, &c. cōsequentia manifesta & assumptū satis patet, quia per febrē inducitur siccitas pręter naturā, quę remouetur per suū contrarium, puta p dięcā humectatiuam. Primo nota. Dięta potest dici humida tripliciter. Primo modo formal'r tm̄. Secūdo modo effectiue tm̄ Tertio modo simul formaliter siue uirtual'r, et effectiue. Exēplū primi, ut aqua decoctiōis pipis eēt dięta hūida formal'r solū, eo q actu est fluida et hūida, nō tn̄ effectiue humida, eius n effectus ī corpore humano nō est humectatio, sed exiccatio. Exemplū secundi, sicut lactuca, semen psilij. Exemplū tertij, sicut lac. Ad propositū ītelligiī secūdo & tertio modo dięcā humidā cōuenire febricitantibus. Secundo nota. Dięta hūida uirtual'r & effectiue dr̄ dupl'r. Vno modo substantifice: quia apta est vt ex ea generentur partes substantificæ humidæ: & sic pulli caro est humida uirtualiter. Secundo modo uirtualiter & qualitatiue: quia habet uirtutem reponendi: & cum hoc augēdi humiditatem: & sic lactuca humectat substannifice quia augmentum facit in san. & humectat qualitatiue quæ dicitur humiditas &c. Et de humidis qualitatiue intelligit: quia humida primo modo non remouerent febrem. sed humida secundo modo. Tertio nota. Per dięcam in proposito non solum intelligere debemus debitam cibi & potus administrationē: sed etiā omniū aliarū sex rerū nō naturaliū: & sumiī hic dięta pro cibo & potu. Quarto nota. Hoc debet intelligi de dięta humida: non humiditate superflua & mala: qualis est humiditas fungorum & huiusmodi. Quinto nota. Propter tria ponitur Hip. tacuisse dięcas frigidas. Primo qa hoc est per se notū, cum dięta frigida per se & immediate contrarietur febri, quę est calor. Secūda causa potest esse, qa periculosius est frigida approximare q̄ humida, quia talia non solum febri, sed etiam calori naturali sunt cōtraria, ne nimis audaces fieremus in infrigidando. Tertia causa potest esse, quia simul hic uoluit tāgere Hip. dięcas quę cōueniunt febricitātibus, & pueris sanis, & quia tales sunt humidę, & nō frigidę, ideo de frigidis non fecit mentionē. Sexto nota. In dięcatione quandoq; sumitur indicatio a morbo, & quandoq; a causa. Ad propositū hic intelligitur cōclusio, indicationē sumendo a morbo. i. inquantū febricitant, ut quarto terapeu. Secunda conclusio. Pueris maxime cōpetunt dięcę humidę Probaī, quia per humidas dięcas conseruatur & restauratur quale a puero resoluitur igitur &c. consequētia nota, & assumptū patet, qa ętas pueritiæ est ętas humida. Primo nota. Hęc conclusio pōt habere duplicē intellectū. Primus est q maxime puerorū. s. febricitantiū dięcę debent esse humidę. s. in cōparatione ad dięcas aliorū febricitantiū, quia per dięcam non solū est intentio in remouēdo dispositionē præter naturam, sed etiā in custodiēdo naturalē. Similiter qa plus resoluuntur pueri a febre, & iste intellectus nō est ad mētem Gal'. Secundus intellectus est, q puerorum sanorū dięcæ debent esse maxime humidę, in cōparatione ad dięcas quæ cōpetunt alijs tales. n. conformātur ętati puerorum. Conseruatio autē fit per conformia, uel similia. Secundo nota q ly maxime primo potest construi cū ly conferūt, & est sensus, q dięcæ humidę maxime. i. summe cōferunt pueris. Secūdo cum ly pueris, & est sensus, conferūt maxime pueris respectu aliarum ętatū. Prima expositio explicat multum cōferre. Secūda specificat ętatem. Tertio nota. q pro ueritate conclusionis oportet ponere cætera esse paria in alijs, puta naturali compl'one, & huiusmodi. Tertia cōclusio. Omnibus cōsuetis uti regimine humido competunt diætę humidæ. Probaī sic, quia cōsuetudo est altera natura, quod autem naturale est, conseruandū est p similia. igiī &c̄. Et nota. q sicut cōclusio præcedens potest habere duplicem intellectū, ita & ista. Et similem sententiam huic totali habemus ab Aui. prima quarti cap̄. de cibatiōe febrici. & à Gal'. 8. terapeuticę. & tertio tractatu techni. Et silem ponit Rasis 16. cōtinentis. Et est unlis in actu practico, quia docet recte diætare corpora, sumpta indicatione à re præter naturā, & ætate, & consuetudine. Et ampliaī ad omnem ægritudinem complexionalem, quia cuilibet competit diæta contraria.

Dięta dr̄ hūida tripliciter

Dięta hūida uirtualiter dr̄ dupl'r

Fungorū hūiditas q sit superflua & mala.

Naturale cōseruādū ē p silia. Auicē. Gal'. Rasis.

Expositio Iacobi sup Cōmentum Gal'.

(In præcedentibus.) Cōtinuatio apho. est, q Hip. supra determinauit de cibi q̄titate, nūc determinat d' qualitate, & ostendit primo quomō nutriunī febricitantes. Secundo quomō sani. (Deinde quod uictuū.) Primo nota. Causa dicti est, quia oīs res præter naturā indicat de sui remotione. hæc autem remotio non fienisi p contraria. igitur &c̄. Secundo nota. Dupliciter potest dici aliquid alteri cōtrarium. Primo formaliter, ut calim frigido, & siccum humido. Secundo uirtualiter & in effectu, & de his habee uerę dictū Gal'. s. q oīs res præter naturā est remouenda p contrariū primo uel secundo modo dictū. Tertio nota. Talia contraria debent esse æqualia in gradu lapsu i in effectu, ut tantū de lapsu remoueant, uel sufficiāt remouere, quantū de eo induxit causa cōtraria. Ex quo soluiī illud cōmune argumentum, quo cōsueuit argui, q nō fiat p æqualia, nisi ad intellectū dictū, licet alij dicant q ex cōtrario approximato & uirtute, fit unū, quod est excedens. Primo nota. q oīs res naturalia indicat de sui cōseruatione, cōseruatio autē non fit nisi p similia. igiī &c̄. Secūdo nota q. sicut contraria quædā sunt talia formaliter &c̄. ita silia sunt quædā talia actualiter uel formaliter, & quædam uirtualiter, & sic est sermo hic, sicut ibi. Tertio nota q hic capit conseruationē cōmuniter, put se extēdit ad conseruationē pprie dictā, & ad pręseruationē. Probatur prima cōclusio illius apho. febris est morbus calidus & siccus. ergo febri cōpetit dięta humida. cōsequētia tenet, & antecedens pbatur, quia febris nihil aliud est q̄ calor naturalis, factus igneus. Primo nota. Febris non est morbus cal's & siccus formal'r, sed præcise est morbus formaliter calidus, quia tamen calor febris natus est associare siccitatem præter naturā, ideo dicic̄ morbus calidus & siccus. calidus. s formaliter, siccus effectiue. Secūdo nota secundū quosdā, licet febris dicaī morbus siccus, non tamē cuiliber febri associaī siccitas ægritudinalis, quia in primo instāti sequente neutralitatem, est febris, non tamen tunc est siccitas ægritudinalis. Dicunt tamen, q etiā pbabiliter teneri potest, q ad omnē febrilem calorem sequiī ęgritudinalis siccitas, ponendo. s. q sicut ad calorem febrilē nata est sequi ęgritudinalis siccitas, ita ad neutrā neutra. unde sicut erit inducta caliditas neutra, ita & siccitas neutra, & simul incipiet ęgritudinalis caliditas, & ęgritudinalis siccitas. Contra quam tamen imaginationē, occurrunt plurima motiua. Primum. Sit sor. lapsus in humido lapsu natu

Contrariū dicitur dupl'r.

Cōtrariū remouendum est p ęqualia in gradu.

Conseruano ñ fit nisi p silia. Silē dupl'r.

Conseruatio dicta duplex.

rali in extremo inferiori latitudinis humiditatis suę naturalis, ita ꝙ si ulterius in eo intendatur humiditas, erit in eo præter naturã, & cum hoc sit in extremo intensiori caliditatis sibi naturalis, ultra quam si transeat, erit pter naturam calidus, & occurrat sibi causa calefaciens. Et patet ꝙ ipse immediate post hoc erit præter naturam calidus, & non immediate post hoc ipse erit præter naturam siccus, sed intra latitudinem suę humiditatis. Secundum Sit sor. lapsus in humido tantum humiditate præter naturam, & adueniat sibi caliditas præter naturam. Et patet ꝙ prius erit sor. febriens, q̃ ægritudinaliter siccus. Tertium. Simul cum calore præter naturã occurrente sor. occurrat et humiditas. Et patet ꝙ tardius inducetur siccitas q̃ caliditas. igitur cæteris paribus citius adueniet sor. ad caliditatem ægritudinalem q̃ ad siccitatem. Ideo transeat hæc responsio tanquam non uera, dicendo ꝙ non necessario cuilibet calori ægritudinali associatur siccitas ęgritudinalis. Et si arguitur. igitur non cuilibet febrienti competit diæta humida. Dicendum ꝙ hoc est concedendum. tamẽ semper febris in eo ꝙ febris est indiget humectantibus, eo ꝙ secundum ꝙ febris, resolutiua & exiccatiua est, quamuis tamen aliqua causa impediente, non necessario præternaturaliter exiccet. (Humidioribus uero.) Nota naturalis dispositio non est remouenda. Totum patet. Et est probatio secundæ conclusionis, & tertiæ conclusionis, ut patet, apho. huius. Qui uero. Primo nota. Per morbos simplices intelligit omnem morbum non coniunctum alteri morbo, causę, uel accidenti, trahenti ad se curam, & econuerso, per morbum esse compositum. Secundo nota. Pleuretici indigent medicina exiccante, & phthisici humectante, sed hydropico febrienti debetur medicina composita ex his, & secundum dominium morbi uel æqualitatem, debet medicina esse cõposita ex æqualibus uel inæqualibus. Tertio nota. Quando plures morbi complicantur simul, quorum unus est causa alterius, tunc ut plurimũ incipit cura à morbo, qui est causa. Licet in pluribus casibus fallat, ut quando morbus sequens esset molestior, aut quando impediretur cura pręcedentis, ut in ruptura syphae, prius incipimus ad reducendum intestina intus, postea suimus syphae &c. Quarto nota ꝙ unus morbus potest dici alio maior tripliciter. Primo quia in se & essentia sui. Secundo ratione dignitatis lesę actionis. Tertio ratione uirtutis totũ dispensantis, ut est uirtus cordis.

Morbus duplex.

Canõ in ruptura siphac.

Morbus dr̃ maior alio tripliciẽ.

Aphorismus. 17.

Quibus semel, aut bis, aut amplius, aut minus, aut secundum partem offerre oportet, considerandum. Dandum uero est aliquid tempori, & horæ, & regioni, & ætati, & consuetudini.

The. Et quibus nam semel, aut bis assumendum sit, & plura ne, an pauciora, particulariter animaduertendum. Tempori etiam ætati & consuetudini impartiendum aliquid est.

Leo. Et quibus semel, aut bis, & quibus plura ne an pauciora particulatim oporteat afferre, cõsiderandum, cõdonandum autẽ aliquid, tempori, ætati, & consuetudini.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas continet conclusiones. Secunda ibi (Dandum uero est aliquid) Prima conclusio. Ab illis à quibus sumitur indicatio de ordinanda dięta, debet sumi indicatio de cibando semel, aut bis, aut amplius, aut minus, ut sit sensus conclusionis, ꝙ à prędictis etiam debet sumi indicatio de numero cibationum maiori, aut minori. Probatur conclusio à commentatore sic, non sufficit à prędictis sumere indicationem de quantitate & qualitate cibi, nisi cum hoc sciatur quotiens talis aut tantus cibus sit offerendus. ergo &c. Consequentia manifesta, & assumptum patet de se, stante enim uirtute debili, necesse est cibum sepius offerre q̃ ipsa existente forti, cęteris paribus. & econuerso. stante uirtute forti, oportet plus et rarius offerre. ergo &c. Primo nota. Ea à quibus sumitur indicatio ordinandi dięte, quędam sunt à quibus pricipaliter sumitur indicatio ordinis dię tę, quędam sunt a quibus sumitur secundario. Exemplum primi, ut uirtus & morbus. Exemplum secundi, ut regio, ętas & consuetudo. Et dicuntur prima duo principaliter indicare, quia ab ipsis sumitur immediate indicatio prędicta, Alia uero secundario, quia non indicant nisi mediate, quia scilicet mediante uirtute, & morbo, uerbi gratia. ętas pueritię, non indicat super frequenti exhibitione cibi, nisi pro quanto indicat uirtutem non posse tolerare diu & longo tempore dissolutionem quæ fit, nisi exhibeatur nutrimentum Similiter regio, & tẽpus anni, & consuetudo etiam arguunt morbum longum, uel breuem, multorum uel paucorum accidentium, hoc autem mediante morbo indicant. Secundo nota. Licet uirtus & morbus dicantur magis principaliter indicare, principalius tamen indicat uirtus q̃ morbus, ut patet intelligenti Tertio nota. Illa pars aut amplius aut minus, dupliciter consueuit introduci. Primo ut sit sensus, aut amplius aut minus id est pluries q̃ semel aut bis, aut pluribus uicibus, ita ut hoc solum tangat numerum cibationum. Alter aut amplius id est ampliori q̃titate, aut minus id est minori, ut simul tangat tam quãtitatem continuam, q̃ discretam cibationum. Et secundum hunc sensum secundum, discussit Commentator apho. Quarto nota. Pręsens apho. in hoc differt à pręcedentibus, ubi loquebatur etiam de dięrarum ordine in corporibus ęgris, quia docebat ibi ordinare dięras, sũpta indicatione a morbo, secũdum ꝙ chronicus aut acutus, hic autem docet ipsas ordinare, sumpta indicatione ab eo, ut à quantitate & qualitate suę causę, & accidentibus consequentibus eum, ut patebit in commen. & à fortitudine uirtutis & debilitate, in comparatione ad morbum sic consideratum secundum suas causas & accidentia &c. Secunda conclusio. Ab ętate, regione, tẽpore anni, & consuetudine particulariter sumitur indicatio de dięta afferenda. Probatur sic. secundum uniuscuiusque istorum uarietatem, uariatur ordo dięte, ergo ab ipsis sumenda est indicatio, consequentia nota, & assumptum patet discurrenti. Aliter enim sumitur dięta in ęstate, & aliter in hyeme, & aliter in regione septẽtrionali, & aliter in meridionali, & aliter in pueritia, & aliter in iuuentute, & sic de alijs, ut patet ex illo. 15. aphor. Ventres hyeme. Et ex illo. 13. Senes facillime.

A quibus sumitur indicatio dietę pmario a quibus secũdario.

Et similem sententiam huic totali sententię aphor. ponit Auicen. prima quarti capitulo de cibatione febri. Et est utilis, quia docet ordinare dięram modo iam dicto. Et potest ampliari tam ad dispositiones naturales, quàm ad pręternaturales. Primo nota. Ista litera, aut secundum partem, consueuit tripliciter introduci. Primo sic, ut sit sensus ꝙ secundum partem idest secundum particulare tẽpus morbi, oportet sumere indicationem &c. & non solum secundum tempora similia. Alter & melius, propter quod nota, ꝙ per uirtutem & morbum indicatur de numero cibationum, ut uirtute debili, pluries est dandus cibus, q̃ forti, non tamen per hoc indicatur determinatus numerus cibationum, deinde si medicus consideret ætatem, tempus, & regionem, magis distincte & determinate cognoscit numerum cibationum. Tertio exponitur secundum partem, quia talia. scilicet tempus, regio &c̃. sunt partialia indicantia, & non totalia, sicut uirtus & morbus. Quilibet potest

Auicẽ. Dietę ordinãdę canõ ãplianda tam ad dispositiones naturales q̃ pter naturales.

transire. Sed contra aphor. sententiam, arguitur, multi pliciter. Primo. A morbo non sumitur indicatio de cibo offerendo sed solum subtrahendo. ergo &c. consequētia manifesta, & assumptum patet, quia morbus indicat de sui remotione, ablatio autem cibi augmētat morbum, quia scilicet materiam morbi. Secundo arguitur ꝙ non à uirtute, quia uel à uirtute forti, uel debili. non primum, quia tunc esset semper raro exhibendus, nec secundum quia tunc semper frequenter foret exhibendus. Ad primum dicitur, ꝙ nec morbus quantum est de se indicat de subtractione, sed tantum magis & minus, quia consideratur in comparatione ad uirtutem. Ad secundum dicitur, ꝙ nec semper à uirtutis fortitudine, nec semper ab eius debilitate sumitur indicatio, sed quandoq; a fortitudine, quandoq; à debilitate.

In commento patet expositio vsque ibi. Si uirtus infirmi sit debilis, ubi ponit cōclusiones.

Expositio Iaco. supra Cōmētum Gal.

(Si.n.uires.) Prima cōclō. Si uirtus infirmi sit debilis, et q̄litas corporis corrupta et mutata, parū et sępe est exhibendum de cibo. Corrolarium, humorū corruptorū, & corporū restauratio, debet fieri cum temperamento. Cōclusio probaē sic, quia uirtute existente debili, ipsa modicum sufficit immutare, ergo parū, sed corpore extenuato, indiget magna refectione, & per cōsequens sępe corrolarium patet, quia humores corrupti indigent reduci ad benignum, aut euacuari. ergo oportet incedere cum alterantibus, aut euacuantibus, sed uirtus est debilis, quę excessus non tolleraret. ergo oportet fieri cū his quę mediocriter euacuant, aut alterant. Contra istam conclusionem arguitur. Primo, hęc corpora sunt non pura, sed non pura corpora q̄to magis nutries, magis lędes. igitur &c. Secundo, tunc competit euacuatio. ergo non refectio. Ad primum diciē. ꝙ non pura corpora quanto magis nutries, vltra conuenientem & regularem nutricationem, magis lędes, & non aliter. Ad secūdum negaē cōsequētia, qa aliter cōpetit euacuatio, & aliter refectio. (Si uero cū uirtū.) Secūda cōclō. Virtute existēte debili, abundātibus etiā humoribus nō corruptis, & corpore nō extenuato, parū & rarum est exhibēdum de cibo. Nota ꝙ debilitas in isto casu est alia à debilitate cōtingente in casu præcedētis cōclusionis, quia illa erat debilitas per inanitionem, & ista per aggrauationem. Et ex hoc probatur cōclusio in isto casu, uirtus est grauata humoribus multis non corruptis, potētibus restaurare. ergo parū &c. cōsequentia manifesta, & assumptum patet, quia per multā aut frequentē cibi exhibitionē, magis debilitaē & grauaē uirtus. Cōtra istā conclusionē arguiē sic. Primo, non stat uirtus debilis cum quātitate multorū humorū laudabiliū. ergo &c. cōsequentia manifesta, & assumptū probaē, quia debilis uirtus nō sufficit ipsos regulare. ergo &c. Secundo stāte uirtutis debilitate, calor innatus est debilis ergo imperficitur digestio & humorū generatio. ergo non sunt laudabiles. Tertio in tali casu nihil est exhibendū. ergo &c. antecedens probaē, quia per exhibitionē, augeē humorū quātitas. Ad primū diciē. ꝙ est uerum, ꝙ non stat humorū perfecta laudabilitas, cum uirtute debili, nec illud uoluit Hip. neq; Gal. tn̄ cū uirtute debili, stat dispositio humorū, p quā sunt ad benignā deducibiles. et hoc sufficit. Ad secundū diciē sīr. Ad tertiū patuit qd dicendū, in illo apho. In exercitātibus ad summum.

Debilitas duplr.

(Et multo magis.) Tertia cōclō. virtute exn̄te forti & humoribus multis & bonis, cōpetit raro. & parū. pbatur, ut p̄cedens. Cōtra. tunc eodē mō foret ordinanda dięta uirtute forti, sicut debili exn̄te. Cōcediē illud.

(Si uero cū humorū.) Quarta cōclō. virtute forti, & corpore corrupto, & extenuato, multū, & multotiēs est exhibendū de cibo, probaē primū, ꝙ multū, q̄a uirtus sufficit multū imutare, & multotiens, qa indiget frequenti refectione. Et intelligiē cōclusio, nisi sit fortior indicatio ad oppositū, puta paroxismus uel aliquid hꝫ.

Cōtra istā cōclusionē arguiē. Primo, non stat fortitudo uirtutis cū extenuatione corporis. ergo &c. consequentia manifesta, & assumptū patet, qa extenuatio significat impotentiā & debilitatē uirtutis. Itē, humorū corruptio, hoc idē significat. Itē extenuatio est ꝓpter diminutionē humidi mēbralis. Ad hęc diciē, ꝙ nō dicitur fortitudo uirtutis absolute, sed uel respectu morbi super quem obtinuit, uel respectu cibi transmutandi.

(At si uires.) Quinta conclusio. Virtute forti, & peccato in sola abundantia existente, parum & raro est exhibendum, quia licet uirtus sit fortis, potēs multum immutare, replexio tamen indicat ut non multum offeratur. Corrolarium. Cibus est dandus multus, uel paucus, sępe uel raro, secundum quantitatem morbi, & uirtutis. Dubiū. In quo differt ista conclusio à tertia. Dici potest ꝙ differt, quia hic non ponitur esse humoris corruptionē, sed ibi mediocrē. totū sequēs patet, etc.

Aphorismus. 18.

AEstate, & autumno, cibos grauissime ferunt, Hyeme uero, facile. Vere autem, secundo.

Cibos, æstate, & autumno, difficillime ferunt, hyeme facillime, mox uere. The.

Æstate & autumno, cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, Secundum locum uer habet. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus tres cōtinet cōclusiones. Secunda ibi (Hyeme uero.) Tertia ibi (Vere autē.) Prima cōclusio. In æstate & autūno, modicū de cibo exhibendū est corporibus ęgrotātibus, in cōparatione ad alia tpa. Probatur sic. tpe ęstatis & tpe autūni corpora difficillime ferunt cibos. ergo tunc de cibo minus est exhibendū. cōsequentia manifesta, & antecedēs patet, qa tunc calor innatus est ualde debilis. ideo &c. Primo nota cām quare difficillime ferūt &c. nā qa tunc calor naturalis est debilior, qa magis resolutus, & minus unitus circa partē interiorem, & p cōsequens circa partes, in quibus pficiē digestio, ideo minorē q̄titatē sufficit cibi transmutare.

Secundo nota In autūno uirtus & calor naturalis est ualde debilis. Primo, qa tota resolō facta in ęstate p̄cessit, à qua non est corpus releuatū, imo debilitatū. Secūdo, qa & si qualitates istius tpis non sint in gradu nimis excessiuę, nobis tn̄ & corporibus ægrorū ualde disproportionatæ occurrunt, cum sit magna difformitas inter partes diei autūnalis secundū calorē & frigus. ut docet experimentū. qa modo mouet ad forte frigus, ut in matutinis, & meridies est ęstiualis &c. unde natura nō tolerat huiusmodi mutationes subitas sine nocumēto. & hoc accidit ꝓpter aeris raritatē, recipientē uarias īpressiones, ut secunda primi. & ideo tantū uel plus uirtus et calor debilitatur ex hoc disproportionato occursu, sicut uel quantū ex uniformi intēsa calitate ęstatis. Tertio nota. ꝙ difficultas tolerātię ciborū potest sumi, aut ex difficili trāsmutatione ipsorū, & cōuersione in nutrimentum laudabile, aut ex nocumēto sequēte q̄titatē nimiā cibi exhibiti &c. Ad ꝓpositum, utroq; modo corpora ęgrotātium difficillime ferunt cibos ęstate et autumno. primo quia difficillime pmutantur. Secundo quia male permutati cōuertuntur in superfluitates, quę postea fiunt materiæ egritudinum. Quarto nota. Minus esse dandum in æstate & autumno. debet intelligi secundū q̄titatē continuā tantum. Secunda cōclusio. Tpe hyemis plus est de cibo ęgrotātibus exhibēdum, q̄ alijs tpibus.

Natura nō tolerare subitas mutatiōes sine nocumēto.

Auicē. Difficultas tolerantię ciborum fuit pene nec duo

bus. Probatur, quia illo tempore facillime ferunt cibos corpora. ergo &c. cõsequentia manifesta, & assumptũ patet, quia tunc est calor fortior, & magis multiplicatus interius circa mēbra, in quibus fit nutrimenti digestio. uirtus ergo tunc pfectius sufficit nutrimentũ imutare & maiorē q̃ntatem eius. Primo nota. facilitas tolerãtiæ ciboꝝ sumit, aut ex facili trãsmutatione ciborum, aut ex paruitate nocumenti sequentis q̃titatem cibi nimiam. Et utroq; modo corpora hyeme cibos facillime ferunt, & tolerant. primo, quia facillime tunc cibus trãsmutatur, ꝑpter fortitudinē caloris. Secundo, quia nimia eius q̃ntitas, minus nocet. Secundo nota. Hæc conclusio & præcedens debent intelligi in corporibus habētibus fortiorē calorē, qui non debilitet̃ à frigiditate hyemis, sed fortificet̃ potius, sicut declaratũ fuit ĩ illo aphorismo. 15. Vētres hyeme et uere. Tertio nota. Ad ueritatem istius cõclusionis & præcedentis, oportet ponere cætera paria in naturali cõplexione, & ægritudine, & huiusmodi. alias. n. non foret conclusio necessaria.

Facilitas tolerãtiæ ciborum sumitur ex duobus

Tertia cõclusio. Vere secundo. i. post hyemē plus de cibo ægrotãtibus exhibendũ est, q̃ alijs tēporibus, Probatur cõclusio, ut infra. Nota, q̃ in tēpore ueris calor cibum digerens, medio modo se habet ad ipsum met tempore hyemis & æstatis, tam in multitudine q̃ in fortitudine eius. tēpore. n. hyemis calor est. plurimus, et ĩ æstate minimus, in uere autē medio modo, quia nondũ aduenit sibi resolutio sensibilis. Item in hyeme calor est interius, maxime unitus, & in æstate maxime ad extra expansus, et resolutus. In uere autē non sic unitus sicut in hyeme nec sic expãsus & resolutus sicut in æstate. Ex quo sequitur cõclusio. q̃ in hyeme est fortissimus. Secũdo in uere. Tertio in æstate. Et tunc patet tertia conclusio aphorismi. s. q̃ plus dãdum est de cibo post hyemem in uere. Probatur, quia in uere post hyemē calor naturalis est fortior. ergo tunc plus de cibo exhibendũ. consequentia tenet, quia si tunc calor est fortior, facilius trãsmutatur nutrimentũ, & per cõsequens facilius ipsum ferunt corpora, cõsequentia manifesta, cum antecedente, Et debet ista cõclusio cum alijs intelligi, huiusmodi tēporibus seruãtibus propriã naturã, & q̃ corpora sint robusta, & q̃ debitũ sit regimē. Et similē sententiam huic totali, ponit Aui. prima quarti cap̃. de ciba. febri. Et potest ampliari ad ætates, regiones, sexus, artes, et cõsuetudines, ut patet. Et est utilis in actu practico, quia docet nos regere corpora per diætam, sumpta indicatione à temporibus anni. Et ponitur aliqualiter eadem sententia, secunda primi, doctrina secunda. cap̃. 6.

Calor naturalis q̃lis & q̃tus sit in hyeme æstate et vere.

Auicē. Diætãdi secũdum tēpora canõ practicus.

Aphorismus. 19.

His qui in circuitibus exacuuntur, nihil dare, neq; cogere, sed auferri ex appositis, ante crisim.

The. Qui per circuitus accessionum exacuuntur, his nihil est dandum, nec assumere quicquã cogendum, sed adiectioni subtrahendum est, ante iudicationem.

Leo. His q̃ p circuitus accessionē habēt, nihil dare oportet, neq; cogere, sed subtrahere adiectioni, añ iudicationes.

Expositio Iacobi.

Hic aphorismus duas habet conclusiones. Secunda ibi (Sed auferri.) Prima cõclusio. Hora paroxismi, uel ante pꝛũ, non est cibus exhibendus. Probatur. per exhibitionem cibi ista hora, sequitur maius nocumentũ. ergo &c. cõsequentia nota, & antecedens probatur. tunc enim uirtus diuertitur ne pugnet & se defendat à materia faciente paroxismũ, per hoc etiã grauatur, ut patet.

Primo nota. Circuitus capitur quandoq; pro quocunque reditu ægritudinis, siue cum ordine siue absq; ordine, & sic nõ capitur hic. Secundo proprie, pro reditu cũ ordine, & taliter sumitur in proposito. Secundo nota. Exacuitio sumitur quandoq; pro noua afflictione, quãdoque pro intensione præexistentis morbi, utroq; modo uerificatur cõclusio, ut patet. Tertio nota. Dupliciter possunt apponi cibaria ante aduentũ paroxismi uel exacerbationis. primo ꝑ multum tempus ante ita q̃ talia in aduentu paroxismi sint ꝑfecte digesta, & sic dare conuenit. Secundo parũ ante, ita q̃ adhuc sint digerenda & transmutanda, & sic dare non conuenit, & taliter intelligitur cõclusio aphorismi. Quarto nota. Hæc omnia debent intelligi in regulari cura, siue cibatione non coacta. In coacta. n. cõpetit exhibere, ut in accidentibus ꝑsternentibus uirtutē. Secunda cõclusio apho. Hora & parum ante horã paroxismi, cõuenit auferre uel subtrahere cibũ. hæc conclusio sequitur ex præcedenti. Primo nota. Hæc cõclusio potest intelligi dupliciter. Primo auferre ex appositis. i. nutrimenti iã exhibiti facere euacuationē, puta ante aduentũ paroxismi. s. uomitũ ꝓuocando, uel aliquid taliũ faciēdo. Vel aliter auferre ex appositis id est consueta apponi non opponere, & sic etiam uerificatur conclusio, uel auferre ex appositis id est, apponendis. Secundo nota. Hic non capitur crisis proprie, sed sumitur pro noua accessione, puta paroxismo uel exacerbatione. Tertio nota. Iste aphorismus differt ab illo. 11. apho. In paroxismis subtrahere oportet, quia in illo solũ datur intelligi q̃ tempore paroxismorum oportet &c. hic autē datur intelligi q̃ oportet subtrahere tēpore paroxismi, & ꝑ tempus ante. Potest tamen probabiliter dici, q̃ repetit idem pluries, nec frustra, ut melius compræhendatur, sicut de multis alijs patet fecisse. Et similē sententiam ponit Auicē. prima quarti cap̃. de cura putridarũ in generali, & docet regere corpora in principijs paroxismorũ. Et ampliatur ad omnes ægritudinis circuitiones, & excrescentias &c.

Exacuitio dupl̃r.

Ratio cibãd dupl̃r.

Crisis dupl̃r.

Auicē.

Aphorismus. 20.

Ea quorum crisis fit, & quorum facta est æqualiter, nõ mouere, neq; nouũ facere, neq; pharmacijs, neq; alijs prouocationibus uti, sed sinere.

The. Quæ iudicantur aut iudicata sunt integre, non mouere, neque nouare, uel medicamentis, uel alijs incitamentis, sed sinere debes.

Leo. Quæ iudicantur, & iudicata sunt integre. neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.

Expositio Iacobi.

Istius aphorismi conclusio est ista. Medicus recte operans, non debet mouere, nec nouũ quid facere, nec pharmacijs, nec prouocationibus uti in corporibus, quorum fit uel facta est crisis æqualiter, sed debet illa naturæ dimittere. Probatur sic. talia corpora euacuando, uel mouendo, &c. nec naturæ dimittendo, potest grande sequi naturæ impedimentum, uel nocumentum. ergo &c. patet cousequentia, & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. In crisi considerantur tria. primo separatio materiæ nociuæ à iuuatiua, & directio materiæ ad loca expulsionis Secundo actualis euacuatio. tertio alteratio sequens euacuationem. Et secundum hoc tripliciter sumitur crisis. s. primo secundo & tertio modo. & omnibus his modis intelligitur conclusio. & sic describitur crisis secunda huius. commento. 13. Secũdo nota. Per crisim quæ fit, intelligere debemus crisim in fieri existentem, ut ibi commotio antecedēs apparēt, aut euacuatio. Per crisim uero factam, intelligere debemus illam quam iam præcesserunt istę tres mutationes subordinatę in crisi laudabili. Tertio nota. Per factam siue quę fit ęqualiter, intelligit perfecte factam, & conuenienter. Et distinguitur contra superflue factam, & diminute factam. pōt. n. fieri euacuatio maior

Crisis cõsiderano tripl̃r.

Crisis q̃ fit crisis facta.

& minor q̃ oportet, & potest fieri ęqualiter. Et illa est perfecta crisis, ad quā requirunť conditiones inferius declarandæ in cōmento. Potest tamen sic describi. Crisis facta uel perfecta est illa, per quā tota materia causans ægritudinē exterius euacuať, taliter q̃ sequitur statim remotio morbi, nec merito alicuius ex crisi in corpore derelicti, sit aptū amplius corpus recidiuare. Huic uere cōpetūt cōditiones tactæ à Gal. in cōmēto. Quarto nota. Ex dictis in littera colligi potest implicite, q̃ crisi imperfecta existente, debet medicus euacuare, ut uideē in cōmento. Et A. prima quarti. ca. de cura putridarū, & cum natura non mouet, moue tu hora eius motus.

Crisis æqualr facta uł pfecta quid.

Auicē.

Quinto nota. Notanter dixit non mouere, quia. s. non euacuare, ut ly mouere sit genus ad omnē minoratinnē seu mutationē, & tunc hanc infra significat, uel nō mouere. s. localiť, uel qūolibet aliť impedire, ne. p nouū facere. i. nouā alterationē inducere s. calefacere &c. p medicinas uniuersaliter. neq; pharmacijs. i. euacuatiōibus per uentrē, neq; alijs puocationibus, quia nec urinæ puocatione, neq; sudore, ne. p phlebotomia, et sic de alijs sed sinere, uel neq; pharmacijs exoluendo, ne. p labificādo &c. totū patet. Causa autē huius totius hæc est, qm̃ natura perfectā crisim faciente. aut medicus induceret operationē puocantē actionē naturæ, uel impedientē ipsam. Si primū, crisis fit superflua. si secundū fieret diminuta, debet tamē priuatiue operari medicus, regimē ordināndo, & extrinseca impedimenta prohibendo, &c.

Aphorismus. 21.

Quæ ducere oportet, undecunque maxime natura repit, inde ducere, per cōuenietes regiones.

The. Quæ euacuanda sunt, eo duci debent, qua maxime natura commode tendit.

Leo. Quę ducere oportet, qua maxime natura uergit, per loca conferentia, eo ducere.

Expositio Iacobi.

Cōclusio istius aphorismi est ista. Medicus debite iuuans naturā, debet euacuare p illa loca, p quę natura repit, si sint euacuationi cōuenientia. Probatur sic. p talia loca euacuando facilius & cū minori molestia fit euacuatio, q̃ euacuando p alia loca. igiť conclusio uera patet cōsequentia, & assumptū pbatur, quia per illa loca euacuando simul cōcurrunt operatio medici & operatio naturę, p alia uero loca euacuando, sese impediunt. igitur &c. patet cōsequentia cum antecedente. Et colliř idem prima quarti. cap. de cura putridarū in generali. et secundo regiminis acutorū. cōmento. 11. & à Mesue de consolatione medicinarū. sectione prima. cap. 1. Et est utilis. Et potest ampliari, ut patet. Ex ista datur intelligi, q̃ natura euacuāte p loca non cōuenientia, medicus debet illā euacuationē impedire. Primo nota. Per ducere intelligere debemus omne euacuare, siue fiat p tractum, siue p recursum, siue p ductionē materiei ad extra. natura. n. imperfecte euacuante uel imperfectā crisim faciente, si trahit ad cōuenientia loca & per loca cōuenientia, p illa enī ā trahere debemus, oppositū. n. faciendo impediremus conuenientē naturę operationē. Secundo notanter dixit. Quę ducere oportet, licet. n. per conuenientia loca natura euacuaret materiā, quam nō oportet euacuari, nō pp̄ter hoc debet medicus inde ducere sed potius euacuationem cohibere. Tertio nota. Per ly undecunq; intelligit loca p que fit euacuatio per quod etiam datur intelligi locus à quo, & terminus ad quem terminatur euacuatio, requiritur enim terminus à quo. s. membrū, in quo peccat materia. si'r terminus ad quem, quis. s educať extra corpus uel si nonsaltē tātum quantū potest remotius, aut saltē à nobili mēbro ad ignobile, ut ab hepate ad inguina, et à corde ad subascellas. per naturā autem intelligere debemus ipsam uirtutem totius regitiuā. Quarto nota. Notanter dictū esse repit. repere. n. est occulte moueri uel sub gredi. unde et animalia sine pedibus gradientia repere dnř. nō enī ipsis manifeste apparent membrorū motus, quę sunt instra motus pgressiui. unde talia reptilia nominātur, de quibus Aui. 6. quarti facit spāle capřm de morsu reptilium. Metaphorice igitur dicitur natura repere euacuando. Et sumitur metaphora altero duorū modorum. Primus est sicut talia aīalia occulte mouent instrā progressus dum repunt, ita natura occulte applicat se materię expellēdę, immo etiā ipsam occulte alterat alteratione pręparante ad expulsionem Secundo, quia sicut ista aīalia occulte mouenť & tarde ita & hęc materia à natura tarde ualde. & pigre mouetur, cum crisis ponitur & fiat imperfecta. Quinto nota. Per loca conuenientia intelligenda esse loca maxime ad euacuationem finaliter deputata, ut intestina, renes, uesica, &c. p talia. n. loca facta euacuatione, minus aptū est sequi nocumentum q̃ si fiat p alia. Cum n. natura non deficiat in necessarijs muniuit hęc loca taliter ut à materia quę p illa euacuatur minorem alijs recipiant impressionem, & minus nocumentū, ideo nimirū ut per illa decenter fiat euacuatio. Sexto nota. Ex sex considerationibus notificatur nobis euacuationis bonitas s. ex quātitate, qualitate, loco, sub loco cōprehendendo terminū ad quē fit euacuatio, et uiā p quā. s. fiat tpe ut. s. fiat tpe uel hora qua materia est digesta, & hora non exacerbationis. & uniuersaliter hora qua nō sit ad oppositū fortior indicatio, tolerantia, & conferentia. His. n. oībus concurrentibus est euacuatio laudanda. Si autem deficiant omnes, aut una, aut plures non est euacuatio simpliciter laudāda. Vltimo nota. Ad ueritatem aphorismi requirūtur alique conditiones Prima, q̃ natura euacuans per illā partem euacuet regulariter & non synthomatice, licet possimus dicere q̃ ista conditio includitur uel potest includi in illa parte oportet. Secunda conditio est, q̃ regio per se debita euacuationi non sit facta ex causa indebita, ut propter excoriationē uel aliquid huiusmodi. Tertia q̃ morbus sit salubris, his concurrentibus est aphorismus uerus. Contra unū positū. s. q̃ nam non semper euacuat per conuenientia loca. Primo, quia natura semper facit de possibus quod melius est. sed melius est materiam pelli p conuenientia. igitur &c. Secundo. Nūq̃ contingit materiā dirigi de membro ignobili ad membrum nobile. igitur &c. patet consequentia, & probaē assumptum, quia semp membrū nobile est fortius ignobili. Pro primo dicitur, q̃ hoc est uerū nisi ipsa sit impedita. Pro secundo uero dicitur, q̃ contingit ipsam naturam, materiā expellere ad non conuenientis loca multipliciter. Primo propter ipsius uirtutis debilitatem. Secundo propter dispositionem exñtem in membro ad qď pellitur, puta si in illo sit fortis dolor, aut magna inflammatio. Tertio propter dispositionem in ipsa materia, ut si sit furiosa uel uenenosa Potest etiam hoc contingere propter ipsius membris debilitatem. Ad quod etiam frequenter operatur situs. Negatur igitur consequentia. membrum nobilius est semper fortius. igitur &c. licet in casu etiam negandum sit antecedens.

Ductio uel eūo fit tripliciter.

Reptile aīal.

Auicē.

Locus cōueniens naturę.

Eūonis bonitas sex modis cognoscit̃

Aphorismus. 22.

Digesta medicari, & mouere: nō cruda, neq; in pricipijs nisi sint furiosa. mīta uero nō sūt furiosa

The. Concocta medicamentis euacuare, mouereque nō cruda oportet, nec in principio, nisi turgent. Sed magna ex parte non turgent.

Leo. Concocta medicari, atque mouere non cruda neq; in principijs modo non turgeāt, plurima uero non turgēt.

Expositio

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus quinq; cõtinet cõclusiones. Secunda ibi (Et mouere.) Tertia ibi (Neq; in principijs) Quarta ibi (Nisi sint.) Quinta ibi (Multa uero.) Prima cõclusio. Medicus regulariter euacuãs debet euacuare materias peccantes digestas. Probatur sic. materię digestę sunt expulsioni cõuenienter praeparatę, & cum hoc à iuuatiuis & materijs retinendis cõuenienter separatę. igitur cõclusio uera. cõsequentia manifesta uidet̃, eo q; si sunt à iuuatiuo bene separatę, &c. facile expellent̃ cum

Digõ duplex. Auicẽ.

Q uinto nota. Extenuatione corpori primo occurrente prius resoluit quod est faciliter resolubile, prius etiã extenuationẽ patitur membrũ quod est minus potens extenuanti causæ resistere. Q uia igitur humidũ substantificũ est plus resistens q̃ humidũ nutrimentale, ut ros & humores, ideo in principio multũ de talibus & parum de radicali cõsumitur. Q uia tamen in processu tale deficit et terrestrificat, ideo de radicali in, pcessu multum resoluit. Et quia etiã membra principalia à principio multę sunt resistentiæ, ideo tunc talia minus pmutantur. in processu tamen, pter longã & paulatinã debilitatem multũ à sua pmutantur natura. Ex quo patet causa uerificans apho. adiungendo q tardius sit resũptio humidi substantifici q̃ nutrimentalis eo q pluribus transmutationibus eget nutrimentũ, ut conuertaẽ in substãtiã. Sexto nota hoc totũ intelligendũ esse ubi sunt cætera paria. posset. n causa resoluens in breui tẽpore esse tanto fortior & in longo debilior q oppositum cõtingeret, uel saltem oportet non fore disparitatẽ ualde magnam, ubi. n. non sit disparitas ualde magna tunc erit uera cõclusio apho. Vltimo nota q secundã cõclusionem apho possumus dupliciẽ intelligere. Primo comparando tẽpus resumptionis tpi inanitionis, & sic falsa erit cõclusio, semper. n. tempus resumptionis est ualde magnũ respectu tpis resolutionis, ut primo. quarta ca. 2. & quia plures requirunẽ trãsmutationes &c. Secundus sensus est q cõparetur tps resumptionis corporis in breui tẽpore resoluti tempori resumptionis corporis in longo tempore extenuati. & sic uera est cõclusio apho. ut sit sensus. Corpora quæ in modico tẽpore extenuanẽ, restauranẽ in modico. i. in minori q̃ illa quæ in lõgo extenuantur cæteris paribus &c. Primo dubitaẽ litteraliter. Non uidetur q sit uerũ quod poniẽ in prima cõclusione, uidelicet q corpora in longo tẽpore extenuata ab extenuatione in lõgo tẽpore eleuenẽ, quia stat aliquod corpus resolui longo tpe, quod tamen in breui restaurarur, ut in corpore cuius restauratiua est multo fortior q̃ eius uirtus resolutiua. Sifr argui potest cõtra secundam cõclusionem eiusdem apho. quia stat in aliquo corpore extenuatio in breui tẽpore uirtutem resolutiuam esse fortiorem q̃ sit restaurattiua ipsius, & patet q tunc non in breui tẽpore resumetur hoc corpus, sicut fuit extenuatum. Ad hæc duo rñdetur cõcedendo q argumẽta, pbant ueritatẽ. Sed conclusiones apho. intelligendæ sunt ubi cætera sunt paria uel saltem inter resolutiuã & restauratiuã non sit magna dispatitas. & sic patet solo ad argumenta. Secundo dubitaẽ. Si causæ æquales extenuantes per æquale tẽpus occurrãt corpori puerili &

Auicẽ. | Dubia

iuuenili, quod istorum ab extenuatione citius releuabitur. Respōdetur ꝙ si ponantur cętera paria citius restauratur iuuenis quam puer, quia æqualis causa extenuans occurrens æquali tempore puero, & iuueni multo maiorem facit extenuationē, & resolutionē in puero quā in iuuene, immo forte faceret extenuationē quasi intolerabilem in puero, vbi leuem tamen faceret in iuuene. Et causa huius est, quia humidū pueri est fortius resolubile quā humidum iuuenis. facilius ergo iuuenis releuabitur quā puer. Vbi autem æqualiter essent extenuati facilius releuaretur puer q̄ iuuenis, quia fortiorē extenuatiuā habet puer q̄ iuuenis, tamen illæ extenuationes prouenirent à causis inæqualibus, & per hoc patet solutio. Tertio dubitatur. Quod membrum citius releuabitur ab extenuatione facta ab æquali causa, uel carniforme uel radicale. Rn̄r ꝙ carniforme tardius releuabitur. Et si contra hoc arguatur, quia causa resistēs extenuationi est restauratio, sed ista est maior in carniformibus q̄ in radicalibus, igitur. Rn̄r negando consequentiam hanc, & ratio quia licet restauratio sit causa resistens exiccationi, non tamen est totalis causa, sed totalis, & adæquata causa resistens extenuationi est densitas, & terrestreitas humidi, quia igitur in iuuene. Grā exempli humidū est terrestre & densum, in puero uero non, ideo plus resistit talis densitas humidi in iuuene q̄ fortitudo restauratiuæ in puero. Pariformiter dicendū in proposito de carniformibus, & radicalibus mēbris.

Quarto dubitaī. Quod membrum citius releuaī ab æquali extenuatione, uel pricipale, uel nō pricipale. Itē q̄ mēbra citius extenuanī, aut pricipalia, aut nō pricipalia. Pro hoc arguiī ꝙ pricipalia, ut patet ī ethica ubi pricipalia sunt læsa, & extenuantur alijs tamen non totaliter læsis. In oppositū arguiī, qa secūdū Gal. & Arist. lęsio ī nō pricipalē multo maior q̄ lęsio ī pricipali postquā non principale essentialiter dependet à principali.

Gal.
Aristo.

Aphorismus. 8.

Si ex ægritudine cibum accipiens quis non cōualescat significatur, quia corpus plurimo cibo utitur. Si uero non accipienti hoc fit, significat quoniam corpus inanitione indiget.

The. Si quis à morbo cibum assumens non corroboraī plus cibi q̄ satis sit assumi significatur. At uero si non assumenti ita euenit, euacuatione opus esse sciendum est.

Leo. Si à morbo cibū assumēs q̄s nō corroboraī, pluri alimento corpus uti significatur. Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet ꝙ indiget euacuatione.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet cōclusiones Secūda ibi (Si uero non.) Prima cōclusio. Si aliquod corpus exiens ęgritudinem accipiat cibū cum appetitu, & ex isto cibo nō resumatur significaī ꝙ tale corpus utitur cibo ampliori q̄ oportet. Hęc conclusio ꝓbatur sic, quia signū est ꝙ uirtus īmutatiua siue digestiua, & nutritiua membrorum huius corporis non sufficienter dn̄atur super cibū assumptū, ita ut ualeat ipsum in membrorū substantiā conuertere. ergo cōclusio uera patet cōsequentia & assumptum, si. n. sufficiēter dn̄aretur uirtus &c. iam isto corpus sufficienter ex isto resumeretur. Primo nota. Per corpus exiens ęgritudinē intelligere debemus corpus neutrum cōualescens, siue neutrū cōualescentiæ, quodquidē dicitur neutrū primi significati, quia neutro extremoꝝ participans eo ꝙ nec adhuc potens est in operationes sibi debitas nec in ipsis sensibiliter, sed solū insensibiliter impeditur. hoc autē corpus resumendum est, ut habeī à Gal. 3. trac. techni cap̄. 2. Resumptiua uero. Et hoc maxime uerū est cum ęgritudo fuerit talis ꝙ habeat corpus extenuare, ut febris & huiusmodi aliē non. Ex quo patet qualiter alius est actus medici circa corpus neutrū, & alius circa corpus ægrū. Æger. n. & si est extenuatus non est resumendus, sed curandus. Secundo nota. Appetitus cibi potest esse duplex. s. uerus & mendosus. Et per uerū appetitū intelligo illū qui fit à causa naturali, aut à causis naturalibus ad uerā & naturalem famē cōcurrentibus narratis a Gal. in quarto de accidenti. unde uerus appetitus, ut sic non uidetur esse aliud q̄ fames naturalis. Per mendosum appetitū intelligo illū qui cōtingit à causa ꝓternaturali, cuiusmodi sunt mali humores in ore stomachi contenti, aut aliquid huiusmodi. Ad propositū hic est sermo de uero & naturali appetitu, non autem de mendoso. Sed dices tu quomodo sciam unū ab alio distinguere. Rn̄detur ꝙ distinguūtur ex duobus. Primo ex parte obiectorum. Secundo ex parte durationis. Appetitus naturalis est ad siKia. Mendosus ad cōtraria. Item naturalis assumpto cibo quiescit, mendosus autem non. istud satis patet in cōualescentibus non uera conualescentia. Ad hoc etiā faciunt signa oñdentia tibi malas materias exñtes in stomacho, ut est acetositas ori stomachi quę ꝑ eructuationes acetosas dignosciī, & per cętera huiusmodi signa. Et sic potes inter illos appetitus per multa signa discernere. Et hoc bene declaratū est secundo techni illo cap̄. Ventris cognitiones. Tertio nota. Hic uerus appetitus potest esse perseuerans & non perseuerās. Ad propositū debet intelligi de perseuerante. Et causa est, quia contingit quādoq̄ cōualescentē primo appetere, deinde appetitū cadere ꝓpter humorū crescentiā aut malignitatē acquisitam. quandoq̄ autē contigit. econtra s. primo non & postea appetere ꝓpter calorē continue fortificari. quandoque contingit ipsum cōtinue appetere & de hoc in ꝓposito est sermo, sed in sequenti cōclusione est sermo de cōtinue non appetente. Quarto nota. Quatuor pn̄t esse causæ ꝓpter quas huiusmodi cōualescentes non resumuntur. Prima nimia quātitas cibi assumpti, ꝓpter quod nō potest calor naturalis ipsum cōuertere, & hoc posito ꝙ cibus sit debitę qualitatis. Secunda humores multi, siue in q̄ito, siue in quali peccātes contenti in stomacho, hepate, uel in uenis impediētes debitā actionem caloris in nutrimentum. Tertia causa potest esse nimia stomachi debilitas, unde non sufficit cibū debite cōuertere, uel etiam nimia hepatis caliditas. Quarta causa potest esse debilitas caloris innati in omnibus mēbris propter quod non sufficiunt sibi conuenienter nutrimētū assiKare. Ad ꝓpositum. prima causa respicit uerā conualescentiā. Secunda non, ut patet, quę n. relinquuntur in morbis post crisim subuersionē facere cōsueuerunt. sed tertia & quarta possunt reduci ad primā, ut statim patebit. Quinto nota. Quantitas cibi potest dici amplior, aut absolute, aut respectu eius quod ꝑ nutrimentum est restaurandū, aut in cōparatione ad calorem naturalem debentem nutrimentū conuertere & assiKare.

Ad ꝓpositū tertio modo loquitur Hip. non autē primo modo uel secundo modo. Ex quibus omnibus patet uerificans cōclusionē, quia si corpus uerę cōualescens fuerit, de quo est sermo in hac prima cōclusione, & habeat uerum & naturalem appetitū, & cibum assumat & nō resumatur signū est, ꝙ uirtus non potest sufficienter cibum īmutare &c. & cum hoc non sit ratione qualitatis cum qualitas ponatur laudabilis erit ratione quātitatis eius. s. in cōparatione ad calorē debentē cibum conuertere &c. Ex quo sequitur ꝙ in uero conualescente non est uerus appetitus digestiuę uirtuti proportionatus propter membra multum esse in ipso inanita, magna fit ab eis attractio à uenis & uenarū ab hepate, & per consequens fortis in eo causatur appetitus, et tamen in eo digestiua uirtus ualde est debilis. igitur &c. Secunda conclusio. Si aliquod corpus exiens ęgritudinem accipiat cibū

Corpus exiens ęgritudinē est neutrū primi significati.
Gal.
Appetitus duplex.
Gal.
Gal.
Appetitus uerus duplex.
Cā ꝙ cōualescēs nō resumatur quadruplicī.
Cibi q̄titas amplior triplicī.

cibum non cum appetitu, & ex illo non resumit, signū est tale corpus euacuatione indigere. Probatur, quia signum est q hoc corpus non est sufficienter euacuatum, sed q adhuc aliquę parue materiæ remāserunt quæ euacuatione indigent. igitur &c. patet cōsequentia & assūptum sil'r. Primo nota ut tangitur in cōmento. q per corpus cibū accipiens tactū in prima conclusione intelligi debet corpus cum appetitu & iste fuit usus antiquorum a sianorū unde per corpus non accipiens cibum in secunda conclusione debet intelligi accipiens sine appetitu.

Auicē. Cōualescētia dupl'r

Secundo nota ut habetur ab Auic 4. caō fen. 2. ca. de regimine cōualescentiū. Cōualescentia est duplex. s. uera et nō uera. Vera conualescētia est dispositio p quā tēdit corpus ad pristinā sanitatem sine aptitudine ad recidiuam p dispositionem, quā habet. Non uera est ægritudinis actualis remissio usq ad læsionem insensibile, cum quadā tamen intrinseca aptitudine ad recidiuā. Ad propositū in prima cōclusione est sermo de uera conualescentia. in hac uero secunda de nō uera quæ potius est neutralitas decidentiæ q̄ conualescentiæ, est tamen neutralitas conualescentiæ secundū apparentiā, & est secūdum manifestā uirtutis fortitudinē. Tertio nota. Hoc totum debet intelligi de conualescentia ab ægritudine materiali & repletione, non autē ab ægritudine imateriali uel de inanitione, notum est enim q in tali non cōpetit huiusmodi euacuatio. Quarto nota. Per euacuationem in proposito intelligere debemus non solū pharmaciam aut phlebotomiā, sed etiā diętæ attenuationē, talis. n potest etiā ęuacuatio appellari. Quinto nota.

Appetitus conualescētis quinq̄ modis cadit uel minuitur. Auicē.

Appetitus conualescentis minoratur aut cadit propter multas causas prima est debilitas stomachi, aut maxime oria stomachi Secunda est multitudo humoris in stomacho. Tertia est debilitas attractiuę hepatis. Quarta est multitudo humorū in toto superabundantiū. Quinta debilitas uirtutis & paucitas caloris in toto, & maxime in stomacho. Colli'r hoc secunda quarti cap̄. de cibatione conualescentiū. Ex quibus hoc modo colli'r causa uerificans apho. Conualescens n. aut non appetit ꝑpter primam causam, & tunc licet non appetat si recipit, tamen ex illo resumitur. aut ꝑpter secundā, & tunc euacuatione indiget, aut propter tertiā, & tunc non est apparēter conualescens si ad tantam peruenerit debilitatem, aut propter quartam, & tunc indiget euacuatione, aut propter quintam, et tunc non est apparenter conualescens cū notabili fortitudine, de qua est sermo in proposito &c.

Aphorismus. 9.

Corpora ubi quis uult purgare, oportet fluxa facere.

The. Corpora quacunq purgare libuerit, fluida eo facies.

Leo. Corpora cumquispiam purgare uoluerit, oportet fluida facere.

Expositio Iacobi.

Istius apho. cōclusio est ista. Volentem corpus conuenięter purgare prius oportet id euacuationi præparare. Probatur sic, quia ex corporis præparatione redditur euacuatio talis q confert & eam bene fert infirmus, & ex non præparatione sequunt opposita, quia s. nec euacuatio confert nec eam bene tolerat infirmus. igitur cōclusio uera. patet cōsequentia & assumptū inferius patebit. Primo nota ut alias habitū est. Purgatio ꝑprie debetur pctō qualis. Quia igitur soli humres peccantes in quali sunt præparandi ante q̄ euacuentur, ideo dixit noranter purgare. Ex quo patet q non est intelligendum, ubi esset peccatum solius q̄ti uel materię in cuius euacuatione non sit digestio expectanda. Secundo nota.

Humor euāādus

Humores euacuandi q̄nque dant nobis inducias digerendi & pręparandi anteq̄ euacuentur & q̄n nō. Exēplum secundi, ut quando materia fuerit furiosa aut quātitate sua nimia suffocatiua. Exemplū primi, sicut quādo est neutrū istorꝫ. Ad propositū debet intelligi aphor. in secundo casu s. quādo nec materia est furiosa nec q̄titate sua suffocatiua. Tertio nota. Ex euacuatione materiei ante digestionē sequuntur tria nocumenta principaliter. Primū q multū de iuuatiuo euacuatur. Secundum est q impeditur digestio materiei remanentis, quia debilitatur uirtus & magis pmiscetur materia maligna cum iuuatiuo q̄ erat prius pmixta. Tertiū quia materia quę non erat prius maligna, sed erat benigna efficit maligna. Adhuc autē sequunt alia documenta, quę addit Cōmentator in cōmen. s. Angustię ꝑpter fortē agitationem quā facit uirtus in expellendo & etiā ꝑpter iuuatiui euacuationē. Et uertigines ꝑpter effumationem & agitationem etiā materię & euaporationē ad superiora. Et per idem inordinatio pulsus uel malitia peiorū.

q̄n det inducias, q̄n nō. Euōnis an̄ digōnē nocumētum tripl'r

Ex quo patet apho. uerificatio si ante purgationē fiat corporū & humorū pręparatio non sequuntur nocumēta iam dicta. & si non fiat pręparatio ipsa sequuntur, ideo &c. Quarto nota. Per corpora fluxa facere intelligit in proposito Hip. & Cōmen. exponit materias euacuandas digerere & uias & loca expulsionis pręparare siue euacuationi apta reddere, & sic attēdēda sunt duo scilicet ex parte corporis & ex parte materię. Quinto nota. Per digestionē in proposito nihil aliud intelligere debemus q̄ ęquationem humoris p quam redditur humor uirtuti obediens in sua expulsione. Ex quo patet q cum quatuor modis reddatur humor uirtuti inobediens in sua expulsione. s. ratione suę grossitiei ratione uiscositatis subtilitatis & adhuc caliditatis uel frigiditatis quatuor modis fit pręparatio Primo subtiliando quod grossum est cum calidis & subtiliatiuis. Secundo incidendo uiscosum. Tertio subtile imbibitū ingrossando &c. Et hęc omnia attenduntur ex parte materię euacuādę. Ex parte uero corporis siue membri p quod fieri debet expulsio est sola apertio & deoppilatio. Et si uolumus fluxum uentris prouocare prius administrabimus lene enema lenitiuū consequunt dabimus laxatiuū. Vltimo nota. Istę aphor. differt ab illo. Digesta medicari, quia est uniuersalior, ibi. n. tangitur materię pręparatio, hic autem corporis & materię. Et similē sententiā ponit Aui. primo quarta. de regulis cōmunibus fluxui uentris & uomitui. Et est utilis tam in actu curatiuo q̄ pręseruatiuo. Et ampliatur non solum ad euacuationem cōmunem, uerum etiam ad quascunque alias fortes operationes ante quas debet antecedere corporis pręparatio cum operationibus leuioribus &c.

Digō quid.

Humor inobediens uirtuti 4'r.

Humor p̄ paī 4'r

Aphorismus. 10.

Nō pura corpora q̄tūcūq nutries magis lędes.

Corpora impura quo magis nutris, eo magis offendis. The.

Non pura corpora, q̄to plus nutries. tāto magis lędes. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est hęc. Corpora non pura quāto magis nutriuntur tanto magis lęduntur. Probatur sic. quāto ipsa magis nutriuntur, tanto fiunt magis non pura. igitur &c. patet consequentia & assumptum. cibus enī conuertitur secundū qualitatē corporis cui occurrit cū sua operatio fit solum à materia. igitur &c. Primo nota. Possunt esse corpora nō pura uel ratione peccati qualis uel quanti. hic autem est sermo de non puris primo dictis, licet etiam possit ampliari ad corpora in quibus est peccatū solius quanti, ut satis patet intelligenti. Prima dicuntur ratione peccati qualis cacochyma. nam cacos gręce, latine turpe, & chymus idem est q humor, inde cacochymus. i. turpis humor &c. Secunda uero dicunt plethorica. Secundo nota. Corpora nō pura possunt esse actu ęgra, aut neutra nunc decidentię, in quibus sunt

Corpus n̄ purū in quali ul'' q̄to Cacochyma & cacos & chymus qd

humores parati faciliter putrescere, et de omnibus his uerum est φ quāto &c. ut patet. Tertio nota. Nutricatio corporis est duplex. quędā resumptiua & est per quam uirtus & corporis plenitudo augetur, quędā est solum uirtutis custoditiua. Ad propositū hic intelligit de prima, corporibus.n. talibus non debetur magna resumptio, sed potius euacuatio, ut satis patet. Quarto nota. cibus est duplex Quidā absolute cibus qui dicitur cibalis, & iste ingrediens corpus nr̄m in ipso solum operatur à materia. Quidā uero est cibus medicinalis, & est ille qui corpus humanū ingrediens non solū à materia operatur, sed etiā a qualitate, ut lactuca, portulaca & huiusmodi. Ad propositū corpora non pura non sunt cibanda cibis pure cibalibus, sed solū medicinalibus habentibus humorum malā qualitatē corrigere, & ipsorū corruptioni resistere. Nec solū hoc uerū est in corporibus ubi est humorꝫ corruptio, sed etiā ubi foret mala complō sine materia, ut in ethica & huiusmodi. Quinto nota. Impuritas corporꝫ quādoq; est in toto. Quandoq; est in membro distribuēte nutrimentū toti, aut toti nato cōmunicare suum nocumentū, ut in stomacho hepate cerebro &c. Quandoq; autem in membro particulari cuius nocumentū nō aptum est toti cōmunicari. de prima uerum est & etiā secunda licet possit amplrari ad tertiā de particulari nutricatione illius mēbri nō puri. Sexto ex dictis collige Nocumentū ex cibo potest contingere dupliciter. s. ex causa extrinseca, sicut ex qualitate cibi mala prima uel secūda, uel forma specifica eius, uel qualitate, uel tēpore, uel ordine &c Quandoq; ex causa intrinseca uel ratione malequalitatis uel complōnis corporis siue cum materia siue sine materia, & hic de secundo nocumento est sermo. Similē sententiā huic colligere potestis de mente Gal. in tertio techni Ee est utilis tā in actu pręseruatiuo q̄ curatiuo. Et ampliat̄ ad oīa corpora ęgra & neutra ratione corruptionis humorū, uel etiā ratione malequalitatis, quia talia non sunt pure nutrienda. Posset etiam ampliari ad corpora ualde lapsa naturaliter, ut ualde cholerica uel melancholica &c.

Nutricatio duplr. — Cibus duplr. — Impuritas corporū triplr. — Cā nocumēti ex cibo duplr. — corporꝫ nutriendorꝫ. — Curatiuus pręseruatiuusque canon.

Aphorismus. II.

Facilius est repleri potu q̄ cibo.

The. Potu q̄ cibo expleri facilius est.

Leo. Facilius est impleri potu q̄ cibis.

Expositio Iacobi.

Conclō apho. est ista. Facilius est corpora repleri uel resumi potu q̄ cibo Hęc cōclusio probat̄ sic. potus est facilius digestibilis, & in corporis substantiā cōuertibilis q̄ cibus. igitur cōclusio uera. patet cōsequentia & assumptum satis inferius patebit. Primo nota. Potus sumitur duplr. Primo modo cōmuniter & indifferenter pro qualibet re absq; masticatione deglutibili, & sic nō sumitur hic secundo modo sumitur pro re deglutibili sine masticatione multum nutritiua & in substantia aliqualiter spissa, sicut lac, uinum uernacium, oua sorbilia & huiusmodi, & sic sumitur in proposito. Secundo nota. Cibus etiā sumit̄ duplr. Primo pro qualibet re quę corpus nr̄m ingrediens in eo operat̄ à materia, et sic nō sumit̄ hic. Secūdo sumit̄ pro qualibet re quę corpus nostrum ingrediēs &c. & cum hoc est substātię solidę nō deglutibili s. absq; masticatione, & sic sumit̄ hic in proposito, ut sit sensus apho. φ corpora facilius resumūtur &c. i. re nutriente absq; masticatione deglutibili q̄ nō deglutibili absq; masticatione. Tertio nota. Ex hoc dicimus aliquod nutrimentū faciliter corpus replere, prout in ꝓposito spectat, quia à calore nr̄i corporis faciliter digeritur, & mēbris nr̄i corporis secundū plurimas eius partes assimilatur, ut oua sorbilia. Quia.n. à calore naturali faciliter uincunt̄ & transmutantur in substātias membrorꝫ, & ipsorꝫ paucę partes remanent non conuersę et assimilate, quia. s. paucę in superfluitates trāseunt dicimus ipsa faciliter replere corpora nr̄a. Et dixi notanter secundū plurimas partes &c. quia licet lactuca faciliter à calore nr̄i corporis transmutetur &c. quia tamen multę sunt partes eius quę sub forma superfluitatū remanent, non dicimus corpora faciliter lactuca repleri.

Potus duplr. — Cibus duplr.

Ex quo sequit̄. non ualet istud argumentū hic cibus faciliter in substantiā corporis nr̄i cōuertitur. igitur faciliter eo replet̄ corpus, sed oportet addere istā aliā clausulam quę ponebat̄ in descriptione. Ex quibus patet cā uerificans aphor. eo φ res multū nutritiua liquida absq; masticatione deglutibilis facilius à calido nr̄i corporis patitur, & secundū plures eius partes à calido obtinet̄, ut cōuertatur ipsa secundū plures partes eius in substantiā membrorꝫ q̄ res solida nō absq; masticatione deglutibilis, ideo &c. Quarto nota. Aphorismus debet intelligi de corporibus resumptione indigentibus, ut neutra conualescētię, in quibus cibaria mollia facilia sunt apta bene digeri & conuerti. Quare autē hoc adiunctū fuerit patebit infra. Similē sententiā ponit Aui. quarti secunda. doc. 2 cap. de regimine conualescentiū, & primi tertia doc. 2 cap. 7. quod est de regimine eius quod comeditur & bibit̄. Et est utilis in actu resumptiuo. Docet. n. nos in repentinis casibus uirtutis quibus debeamus uirtutē subito releuare, & conualescentia corpora cito resumere. Et ampliat̄ non solū ad potus cibis cōparatos, sed ad cibos liquidiores uel minus duros alijs comparatos. Quia Gal. in cōmento huius apho. Facilius est repleri &c. dicit φ inueniunt̄ quędā uina quę sunt aque in sua natura uicina, ideo posset aliquis dubitare, quia omne uinū est calidū et humidum. ergo contrariat̄ dispositionibus aquę, quę est frigida & humida nō igitur est aliquod uinū aque in sua natura uicinū. Et cōfirmatur, quia si sic esset tunc istud uinū nō esset urinę ꝓuocatiuū, cuius oppositū Gal. in cōmento dicit. & probatur cōsequentia, quia quęcunq; sunt urinę prouocatiua, sunt calida aperientia & subtiliantia, modo frigida non sunt huiusmodi ideo &c. Ad hoc litterale dubium r̄ñdetur concedendo dictū Gal. unde de facto reperiuntur quędā uina alba quę sunt limpida clara & multum subtilia, ita φ assimulātur aquę in colore in qualitatibus & in sapore ut ad experientiā patet, sunt n. primo caloris aquei etiā sunt infrigidantia multū corpus humanū & similiter habent saporē quasi aqueū. Ad argumentū igitur factū cum dicitur omne uinū est calidū negatur hoc, immo aliquod uinū in cōparatione ad corpus humanum est frigidū. Immo est tale φ si multum biberes de illo incurreres maius nocumentū q̄ si tantundem de aqua biberes, quia subtilitate sua plus penetraret. Non oīa igitur uina per cōparationē ad corpus humanū sunt in eadē denominatione, quia aliquod est calidū, aliquod est frigidū in respectu ad humanū corpus, licet non ita sit de alijs, ut puta de rosa sandalo &c. Sunt n. omnes rosę ꝑ comparationē ad corpus humanum eandē cōmunicantes denominationē. s. frigiditatē, licet nō ęqualiter, quia frigidior est alba q̄ rubea, & silr de sandalis, sunt enim in eadē denominatione ꝑ cōparationem ad corpus humanum, licet albi sint frigidiores. Ex quibus patet φ in quibusdā febribus possunt cōpetere uina. Sed cōtra dicta instaret aliquis, quia quādocunq; alicui speciei cōpetit aliqua qualitas uel denominatio ꝑ cōparationē ad aliā speciē uidetur φ illa debeat etiā cōpetere omnibus indiuiduis contentis sub illa specie, ergo ita erit de uinis cum oīa sint eiusdē speciei φ ipsis cōparatis ad speciem humanā erunt oīa calida, quia hęc denominatio competit speciei uini in respectu ad corpus humanū. Confirmatur quia in quacunq; specie reperibile est utrunq; extremorꝫ in illa reperibile est medium inter illa extrema sed in specie uini reperit̄ aliquod uinū calidius respectu

Auicē. — Corporū conualescē tium. — Resumptiuus canō. — An det̄ uinum aquę uicinū natura.

hois,

hominis,& aliquod humidius,& aliquod frigidius etc. vt ponit rn̄so data. ergo in eade spē reperit aliquod ut nū tēperatū, quod.s.in cōparatione hominis non est calidum nec frigidum nec humidum aut siccum. Et confirmatur secundo sic quia ex illo cōcludere q uva, uel saltem succus eius aliqn̄ eēt temperatus semper loquēdo in cōparatione ad corpus humanum, quia qn̄ est agresta est frigida & humida, & qn̄ est calsa debet exprimi vinum tunc est cal'a, & humida in comparatione ad corpus humanum. ergo trāsibit ab uno extremo ad aliud comparandum semper ad corpus hominis, sed quod libet trāsiens ab extremo ad extremum prius trāsibit p medium. ergo &c̄. Confir posset probari de vino nouo, trāseunte ad uetus, & ita daretur uinum temperatum. Ad argumenta, Ad primum rn̄r primo probabiliter negando q oīa uina sint eiusdem speciei, nec posset adduci argumētum probans oppositum. Aliter cōcedit q sunt eiusdem speciei, et cum hoc q oīa uina sint hn̄tia æqualitatē sibi propriam in cōparatione ad corpus humanum per quam aliqua sunt cal'a, aliqua uero frigida, sicut patet de medicinis, quæ hn̄t æqualitatē sibi propriam in comparatione ad humanum corpus, & tn̄ non denominantur oēs calidæ. Illa ergo maior assumpta non est uera, quod etiam declarari potest in exemplo satis noto. nā esse medicum est denominatio cōpetens solum speciei humanæ, non tn̄ competit cuilibet indiuiduo illius speciei. Pro alijs argumentis probabilr̄ concedi pn̄t illę conclusiones adductæ, quia non repugnat aliquod vinū respectu hoīs esse tēperatum, quia scilicet nec cal'm nec frigidum &c̄. respectu ipsius eodem modo dicitur de succo agrestæ. sed dicitur q succus illę manet temperatus per modicum temporis, immo forte per impercepti-bile tempus. Confirr per oīa dicitur de vino transeunte à nouitate ad uetustatem, q nō repugnat aliquid in passiuis esse temperatum cōparatiue, sed quia nouum est humidum & uetus siccum respectu hominis, ideo transit ab extremo &c̄. quia autem huiusmodi vinum manet per modicum tempus temperatum, ideo auctores nō curauerunt ponere. Ad secundum argumentum principale cum dicebatur q tunc sequi q tale vinum &c̄. non esset urinæ prouocatiuum &c̄. dicitur negando cōsequentiam. Vnde dico q etiam frigida sunt urinæ prouocatiua. Primo ratione modi substantiæ, vt quod est ualde subtile facile transiēs per uenas & porositates renum reperiens materias grossas eas subtiliat & lubricas reddit, & aptas expulsioni. secundo sunt urinæ prouocatiua per partes subtiles cal'as cōmixtas partibus frigidis, quæ partes calidæ subtiliant & liquefaciunt materias cōtētas in uenis & porositatibus corporis & eas habiles reddunt ad penetrādum loca angusta, & sic patet solō. Secundo dubitatur. Videtur q Gal'. contradicat sibimet in commento huius. 11. aphor. & infra in commento. 18. vbi ponit diuersitatem uini in nutriendo dicens q uina grossa rubea nutribiliora sunt q̄ aquosa sed tn̄ minus q̄ nigra. hic uero dicit q uinum grossum & rubeum nutribilius est quomodo ergo tolerat hec controuersia in dictis eius. Rn̄r q hec cōtrouersia, & cōtradictio apparēs statī tollit habita una distinctione posita in alia questione. s. in prima huius apho. Et est q dupl'r dicit aliquis cibus multum nutritiuus. Vno modo, quia ex ipso paucæ partes transeunt in superfluitates multe uero cōuertuntur in substantiā nutriti. Alio modo, quia dat nutrimētum solidum et grossum nō facile euanescens. Dico igitur q vinum rubeum secundo modo non est ita nutritiuum sicut nigrum, imo minus q̄ nō dat nutrimentū ita grossū sicut nigrū, eo q uinū nigrū ē magis grossū in substātia sua q̄ sit rubeū, tn̄ secundum pauciores partes eius cōuertitur in substantiā nutriti. Rubeum uero dat nutrimētum magis subtile, & secundum plurimas eius partes cōuertitur in substātiam nutriti, & hoc respectu uini nigri. Tertio dubitatur. Videtur q uinum subtile facilius nutriat, q̄a sicut se habet uinum grossum ad cibum grossum, ita se habet uinum subtile ad uinum grossum, sed uinum grossum est magis nutritiuum q̄ cibus grossus. ergo uinum subtile est magis nutritiuum q̄ grossum. Ad hoc rn̄r q neganda est similitudo, q̄a uinum grossum de se est multum nutritiuum, q̄tuncunq ergo ꝓportionentur suo modo substātiæ, non tn̄ in potentia nutriendi, q̄a in subtili est cōmixta multa aquositas, ideo ex ipso resoluitur multum subtile, paucum autē terrestre remanet. Vinū uero grossum nigrum habet multum de terrestri, tō ex ipso generat̄ sāguis grossus, & multus, et sic patet solō.

Tp̄atū in passiuis comparatiue.

Vrinæ ꝓuocatiuum dupl'r.

Quod uinum magis nutriē grossū an adsum.

Cibus multū nutritiuus dicitur dupl'r.

Aphorismus. 12.

Quæ relinquuntur in morbis post crisim, uersiones facere consueuerunt.

The. Quæ per morbos relinquuntur ab iudicatione, faciunt recidiuam.

Leo. Quæ relinquuntur in morbis post iudicationem recidiuas facere consueuerunt.

Expositio Iacobi.

Cōclusio apho. est ista. Materiæ peccātes quæ in corpore relinquuntur post crises cōsueuerunt facere recidiuam. Probat̄ sic, materiæ quæ post crisim relinquunt̄, & à uirtute nō regulātur faciunt recidiuā, sed materię relictę post crisim, ut plurimū sunt huiusmodi. igit̄ &c. patet cōsequentia & maior & minor sic. Si. n. à uirtute cōuenienter regularent̄ iam nō relinquerent̄, sed eua cuarentur in crisi. Primo nota prout in ꝓposito pertinet. Per crisim possumus duo intelligere. Primo perfectam crisim p quā totalis materia ad extra ducitur cum alijs cōditionibus inferius addendis. Secundo intelligere possumus quālibet materię euacuationē siue minorationem, ad quā sequit̄ apparens cōualescentia, siue sit sensibiliter siue insensibiliter, & hoc secundo modo capitur crisis in ꝓposito, notum. n. est q post perfectā crisim nō relinquunt̄ materię aptę recidiuationē facer̄. Secundo nota. Medici cōmuniter utuntur istis terminis. s. radix subuersio recidiua. Et per radicē intelligere debemus an̄tem morbum à quo uel eius materia sequēs morbus aliquā rā dicē assumpsit. Per subuersionē autē intelligere debemus morbū sequentē ęgrotante subuertentem. Et idem p recidiuā, quia per recidiuā iterum cadit ęgrotans uel rursum cadit in ęgritudinē, ubi prius conualescere uidebat̄. Tertio nota. Tria possumus imaginari in corpore remanere post crisim imperfectā ad quorum remanentiā sequi potest recidiua. Primum potest esse materia p putredinem inci nerata, aut cuius p crisim est pars subtilis euacuata & remāsit grossa, ita ut p tunc amplius nō sit uehiculū caloris putredinalis, sed tamen quę diu retenta & in malitia, & q̄titate augmentata poterit recidiuā facere. Secundum potest esse causa antecedens morbi, quę nondū facta fuit coniuncta, quę etiā à uirtute non regulata & in malitia augmentata faciet ęgritudinē similē priori quā appellamus recidiuā. Tertiū est mala qualitas derelicta in membro, quę post crisim potest esse causa noue reaggregationis materiei & putredinis. exempla patent. Ad ꝓpositum in aphor. maxime est sermo de recidiua ꝑpter primā uel secundā cām euenientem, licet etiā ampliari possit ad tertiam. Quarto nota. Recidiua est duplex. s. uera et non uera. Tunc dicit̄ esse recidiua uera, quādo ꝑpter materiā derelictam &c. causat̄ ęgritudo sibi primo secundū speci ficam eius denominationē. Econtra autem dicit̄ non uera sicut ueniens ex inordinatione regiminis, aut cū ex materia derelicta generat̄ ęgritudo priori dissimilis, ut

Crisis dupl'r.

Radix Subuersio Recidiua.

Recidiua cā triplex.

Recidiua duplex.

si post tertianã sequeretur quartana aut aþa hic autem est sermo de qualibet præterq̃ de illa quę consequit̃ causam primitiuam. Ex quo probabil'r inferri potest q̇ totali materia euacuata faciente radicem potest iterum fieri uera recidiua, ut si remaneret mala qualitas reaggregatiua materiei satis iotensa. Q uinto nota. Materia relicta post crisim potest esse modica aut multa intensæ aut remissę malitię regulabilis à calore naturali uel nõ. Et sil'r qualitas mala relicta potest esse intẽsa & remissa. Et secundum huiusmodi uarietates cõtingit, ut quãdoq; non totalis materia euacuetur in crisi, & tñ non sequitor recidiua, potest .n. materia esse ualde modica & remissæ malitiæ, unde à uirtute paulatine expelletur, et ideo Hip. dixit consueuerunt. Sil'r quandoq; citius quãq; tardius post radicẽ sequitur recidiua. Si .n. materia fuerit multa aut multę malitię, aut qualitas mala relicta intensa & uirtus debili cito post radicem poterit sequi recidiuã. Si uero econtra, quia s. materia pauca paucæ malitiæ aut actiuitatis seu acuitatis & qualitas reaggregatiua debilis multum tardabitur recidiua. Et sil'is sentẽtia huic apho. ponitur ab Aui. quarto cano. fen. secunda cap̃. de iudicijs recidiuationis. Et est utilis in actu curatiuo et ꝓnostico. Et ampliat̃ ad corpora ægra et neutra.

Auicẽ. Recidiuatio- nis curatiuus ꝓ nosticus qñ cã non.

Aphorismus. xiij.

Quibuscunque crisis fit his nox difficilis est ante acumẽ, supueniens uero leuior ut in pluribus.

The. Q uibus iudicatio iostat, his nox difficilis est quæ accessionem præcedit, subsequens autem uox faciliot magna ex parte accidere solet.

Leo. Q uibuscunque crisis .i. iudicatio fit, his nox grauis ante accessiooem. Q uæ uero subsequitur, magna ex parte leuior existit.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet cõclusiones Secũdũ ibi (Supueniens.) Prima conclusio. Q uibuscunque fit crisis his nox ante crisim est difficilis .i. difficiliũ accñtiũ. Probatur sic, his adsunt causę difficilium accidentium. igitur &c̃. patet consequentia. & assumptum probatur, quia his adest fortis cõmotio & agitatio materiei, quę ad loca expulsionis dirigitur. igitur &c̃. patet consequentia cum antecedẽte. Primo nota. Hic terminus crisis sumitur dupliciter. Primo cõmuniter pro quacunque pugna uirtutis cõtra morbũ & ecõtra, qua uirtus superat morbum, uel ecõtra siue subito fiat siue paulatine ita q̇ oĩs superatio morbi à uirtute uel econtra taliter appellatur crisis. Q ual'r sumpsit Gal'. crisim. Tertio de crisi. distiguens sex species crisis. Prima est ad salutem subito Secunda ad salutem paulatine. Tertia ad salutem subito imperfecte & perfecte, postea paulatine ad salutem. Et sil'r tres sunt species mortalis crisis, & sic noo sumitur crisis hic. Secundo modo sumitur propris .s. pro subita superatione uirtutis à morbo, uel morbi à uirtute ita ut subita fiat ægrotantis alteratio ad salutem uel ad mortem, et sic sumitor hic quę à Cõmẽtatore sic describit̃. Crisis est uelox & uehementis motus morbi cum infirmus ad salutem subito tendit uel ad mortem. Et dicitur uelox & uehemens ad differentiam ægritudinum leuium cito terminabilium, quibus propris non attribuiẽ crisis, & ad differentiam earum quę paulatine terminantur. Et dicitur morbi .i. materiæ morbi ad circunloquẽdum subiectum crisis. Et dicitur cum infirmus &c ad differentiã imperfectæ crisis, quæ proprie non dicitur crisis. Secundo ex dictis nota. In tali crisi imaginamur plures mutationes. Prima est, qua fit fortis agitatio & cõmotio materierũ & directio ipsarum ad loca expulsionum. Secunda est actualis illarũ materierũ euacuatio. Tertia est ægrotantis subita alteratio, & hoc quantum ad salubrem. In mortali uero non est semper euacuatio, sed cõmotio, & subita alteratio ad mortẽ. Tertio nota crisim quandoq; sumi pro cõmotione antecedẽte directæ materiæ ad loca expulsionis, quãdoq; pro euacuatione, & quandoq; pro alteratione consequente & quãdoq; pro aggregato ex his. Ad propositũ hic sumit̃ pro euacuatione quã lõgo tẽpore añcedit materię agitatio iã dicta ut patet. Q uarto nota qđ dicit fit, exponitur .i. actualiter est fiens uel in proximo futura fieri quã .s. est in fieri. & utroq; modo uerificari potest aphor.

Gal'. Crisis dupl'r.

Crisis salobris mutatõ triplex.

Crisis multiplex.

Q uinto nota quod dicit nox, hoc esse intelligendũ crisim in die futura fieri uel fienda, quã .s. commotio in nocte antecedit. Maxime autẽ explicat noctẽ, quia nocumenta sunt in nocte maiora. Patet quia cõsuetudo humana est de nocte quiescere. Secundo quia in nocte reuocantur calor & materiæ ad interiora, & pori magis clanduntur. Et colligitur hæc causa secũda quarti cap̃. 2. Tertia causa est, quia cogitatio humana est circa diuersa in die. Et colligit̃ hæc causa à Gal'. in libro de motibus liquidis de philosopho patiente in coxa. Ex quibus patet primo quart pluries cõtingit fieri crisim in nocte q̃ in die, eo .n. q̇ materia in nocte magis intrinsecat̃ plus lædit principalia membra, & plus uirtutẽ stimulat quare plus stimulat̃ et irritatur uirtus ad crisim. Ad qđ concurrit q̇ huiusmodi crises maxime subdunt̃ lunæ, luna .n. est uelocis motus respectu aliorũ planetarũ, dominatur etiã multum humiditatibus creticę mobilibus ꝓpter quod ponitur causa fluxus & refluxus secundo metheororum, quia igitur in nocte maxime dominat̃ potẽtia lunæ. igitur &c. Ex quo ulterius patet quare plures cõtingit in nocte mori q̃ in die in crisi mortali, materiebus .n. prauis in nocte magis accẽtratis possunt maxime inferre nocumenta perniciosa. Ad quod etiã concurrit q̇ sol secundũ astrologos est factor dator, & conseruator uitæ qui in nocte occultat̃, in die uero manifestatur. Item plures cõtingit mori in hyeme q̃ alijs temporibus ꝓportionabiliter. prima probleumatũ, sed nox proportionat̃ hyemi. igitur &c. Et si arguitur q̇ ægritudines ex quibus moriunt̃ ægrotãtes in crisi potissime sunt acutæ, & ille remittuntur in nocte à frigiditate et humiditate noctis, in die uero augentur. igitur. Vide Conciliatorem differẽtia. 103. in fine de hoc, & plura alia sequuotur ex his. Vltimo nota. Per acumen subitam alterationẽ aut uehementẽ pugnam in actuali expulsione contingeotẽ intellexit. Secunda conclusio. Nox sequẽs crisim est ut in pluribus leuior. Probatur, quia euacuata materia faciente praua accidentia sequit̃ quies ægrotaotis, sed ut plurimũ est ita. igitur &c. patet consequẽtia cum antecedente. Nota notãter dictũ esse, ut in pluribus ꝓpter crisim mortalem &c. Simile sententiã huic colligere poteris de mente Auicẽ 4. secũda cap̃. 2. ad principiũ, & p Gal' tertio de crisi. ca. 10. Et ẽ apho. utilis i acto practico. Et ãpliat̃, ut patet &c.

Nocumẽtũ q re sit maius i nocte cã triplex.

Auicẽ. Gal'. Crisis quare magis i nocte si at q̃ die

Crisis mortalis quar̃ magis i nocteq̃ in die sit una con sequat̃ effectũ.

Aristo.

Concil'.

Auicẽ. Gal'. crisis iudicãdę practicus canon.

Aphorismus. 14.

In uentris fluxibus mutationes egestionum iuuãt, si non ad mala transmutantur.

The. In profluuijs alui mutatiooes deiectionum iuuant nisi in praua mutentur.

Leo. In profluuijs alui, mutationes exerementorum iuuãt nisi ad mala mutatio fiat.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet cõclusiones. secũda est ibi (Si ad malum) Prima cõclusio. Mutationes egestionum in uentris fluxibus iuuant quæ mutationes sunt ad malũ. Probatur sic. talis mutatio significat cõplemẽtum euacuationis materierũ peccantiũ & ex cõsequenti corporis mundificationẽ. igitur &c. cõsequentia nota, & assumptũ

Fluxus uentris triplr.

sumptum declarat Cōmentator in cōmento. 14 Primo nota. Per uentris fluxum intelligere debemus fluxum factum per intestina. Secundo nota. Huiusmodi fluxus est triplex. s. chilosus uel cibalis humoralis sine excoriatione, & dysentericus qui est cū excoriatiōe. primus uocatur lintericus. secūdus diarrhœa siue diarrhoeas. tertius dysentericus. Ad propositū in apho. est sermo de fluxu diarrhio quo euacuanē materiæ peccantes humorales ut sit sensus ꝙ in fluxibus uentris humoralibus mutationes egōnum sunt iuuatiuæ nisi sint ad malum.

Egōnū mutatio dupliciē.

Vlterius nota ꝙ huiusmodi mutatio egestionum potest fieri dupliciter primo synthomatice. s. anteꝗ̄ appareant signa digestionis, aut cretice & prius signis digestionis apparentibus. Ad propositū sermo est secundo modo, quia primo modo signū est malum cum significet pluralitatē humorum simul naturā molestantium à quibus nimis grauatur uirtus & cogitur eos synthomatice & antequā signa digōnis appareant euacuare: Secundo autem modo est signum bonum quia significatur fortitudo uirtutis dominantis materiæ. Ex quo statim patet uerificatio cōclusionis. talis. n. mutatio licet significet materiā multiplicē fuisse peccantē, significat tamen uirtutem supra illas materias perfecte dñari, unde illas regulariter euacuat, & per cōsequens per hoc significatur cōpletam fieri euacuationē, & ideo bene dixit ille Thadeus, ꝙ simul est signum malū, successiue uero bonum.

Thadeus.

Quarto nota huiusmodi mutationes esse bonas per uiam signi, & per uiam causę, quia significant uirtutem perfecte dominari, & ex consequenti ꝙ euacuatio erit completa, & ꝙ corpus perfecte mūdificabitur &c. Secunda cōclusio est hæc. Mutationes egōnum ad malum sunt signū malum. Probatur, quia tales (ut declarabitur) significanē dissolutiones membroꝝ aut eorum magnā corruptionem. igitur cōsequentia nota. & assumptum declarabitur.

Egōnū mutatio ad malum duplr.

Primo nota. Mutationes egōnum possunt esse ad malum dupliciter. Primo modo ex parte dispositionis humorū qui euacuātur. Secundo modo ex parte eius quod associatur eis Exemplū primi, ut modus substātiæ, color, odor &c. Exemplum secundi, ut si sunt unctuosæ cum pinguedine &c. ad propositum utroꝗ̄ modo intelligitur hic.

Egestio mala dupliciē.

Secundo nota. Huiusmodi egōnes possunt dici malæ dupliciē. Primo mō qa sunt euacuationes rei malæ prauę aut corruptę; Secūdo, qa p ipsas euacueē iuuatiuū, aut quale oportet retineri. primo mō dicunē malę p uiā signi pro q̄to significant humoꝝ corruptionem magnā. Exemplum secundi, ut si euacuarentur humores benigni hoc est malum per uiam causę, licet etiam posset dici utroꝗ̄ modo malum. Ad propositū de utra. p maliua est sermo.

Egō ulīuo mala qntuplicē.

Aliter potest dici ꝙ huiusmodi euacuationes & egōnes possunt dici malæ, aut ratione quantitatis, uel ratione modi suæ substantiæ, aut caloris, aut odoris, aut associati eis. Ad propositū in isto apho. est sermo de malitia quæ eis cōpetit ratione odoris & alterius rei eis associatę quę euacuari non deberent.

Auicē. Egōnū quę existāt uarię curatiuus pnosticusꝗ̄ canon.

Similē sententiā colligere potestis de mente Auic. quarta primi cap. de regulis cōibus solutioni uentris & uomitus. & 4. secunda cap. de signis sumptis ab egōne Et est utilis in actu pnostico & curatiuo, ut patet. Et ampliaē tā ad corpora ægra ꝗ̄ neutrā tā ad fluxū naturalr ꝗ̄ artificialr factū ad oēm euōnē eius quod euacuari oportet, siue p uomitū, siue p urinam siue p secessum.

Egōnū mutationem fieri ad malum quid.

Item nota ꝙ p mutationes egōnum fieri ad malū intelligere debemus non euōnes materierum malaꝝ, sed euacuationē eius, quod non deberet euari sed retineri, ut euatio pinguedinis membrorū & unctuositatis eorum, talis enim est mala, quia est mala euacuatio, ex quo sequitur ꝙ non propter hoc etiam dicetur bona euacuatio, quia sit rei bonæ, sed quia rei quæ euacuari debet ex quo soluunē dubitationes aliq̄.

Aphorismus 15.

Vbi fauces ægrotant aut pustulæ in corpore nascuntur considerare oportet egestiones. Si enim cholericæ fuerint corpus ægrotat. Si uero sanis similes, certum est corpus nutriri.

The.

Vbi fauces ægrotant aut tubercula in corpore oriuntur, excretiones considerandæ sunt. nam si biliosæ sunt corpus ægrotat. si similes sanis corpus alere tutum est.

Leo.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascūtur in corpore, excretiones inspicere oportet, Nam si biliosæ fuerint, corpus una ægrotat. Si uero similes sanis, tutum est corpus nutrire.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda ibi (Si uero similes)

Prima cōclusio. Corpora in qbus ægrotāt fauces aut nascunē pustulę in toto corpore egōnibus ipsorū existētibus cholericis uł humorosis, nō sunt nutriēda. Probaē sic. talia corpora sunt impura & ęgrotāntia uel ęgrotatura. igitur &c. cōsequentia tenet quia non pura corpora &c. apho. 10. & assumptum arguitur, quia horum corporum egestionibus cholericis existentibus significaē materiā pustulas facientē esse multā & esse sanguini admixtam inficientē, nec sufficienter ad cutim ipsam expulsam, sed intra retentā, & per cōsequens facere ægritudinem, uel ipsius esse causatiuā, ideo &c.

Fauces quid.

Primo nota. Per fauces intelligere possumus quodcunꝗ̄ mēbrorum altero debilius, & sua debilitate alterius superfluitatem receptiuū. Secundo intelligere possumus quodlibet emunctoriū principaliū. Tertio principaliter emūctorium cerebri. Quarto quasdā carnes glādosas laxas & spongiosas circa guttur situatas ad superfluitates ad illum locū fluentes retinendas à natura finaliter deputatas aphorismoꝝ tertia faringes appellatas aphor. 6. & fen nona tertij cañ. & dicunē fauces & faringes à finiēdo uocem uel à fando, ut Isidorus dicit.

Auicē. Isidorus.

In proposito autem potissime intelligemus esse emunctoriū superfluitatum cerebri susceptiuū, et ad hoc à natura finaliter deputatum, de quo maxime in proposito exemplificat, qa manifestius & frequentius has partes ęgrotare cōtingit quia magis manifestę sunt emūctorijs alijs, et quia sunt emunctoria membri plurium superfluitatū alijs principalibus, ut prima tertij. & secunda problematū problematibus pluribus & tertia apho. pluries, tum quia frigidissima & humidissima particularū, tum quia uapores eleuati ad ipsum à toto pl̄m in superfluitates humidas cōuertunē & inferius reciprocanē, ut colligiē primo de somno.

Auicē. Aristo.

Fauces ęgrotare quid Pustula uł bothor qd

Secundo nota. Per fauces ęgrotare intelligere debemus ęgritudine materiali ęgrotarē, puta mala cōplexione cum materia, & adhuc à causa corporali et nō primitiua sicut pcussio & huiusmodi, quia apho. non tenet istis. Tertio nota. Per pustulas itelligēda esse apostemata parua dicta ab auctoribus bothor & non magna apata. his enim in toto corpore stantibus notū est ęgrum & nō purū esse, sed nō sic est de paruis. Quarto nota. Notāter dictū esse nascunē ad dādum intelligē ꝙ oportet has pustulas ad intra & non à primitiua causa perpēdisse, sicut esset occursus rei mordicatiuę aut pruritiuę aut cutis ulceratiuę. Quinto nota. Per egestiones licet in pposito uideanē intelligi superfluitates digestionis primę, possumus tñ etiā urinā intelligere, ut sit sensus ꝙ humorositas egōnum & urinę in talibus corporibus apparens significat corpus ęgrotare. eadē enim est utrobiꝗ̄ causa.

Ægrotare qd

Sexto nota. Per ęgrotare intelligeē debemus ęgrum uel ęgrotatiuū esse, quod est esse neutrum decidentię. significaē enim aut tale corpus actualiter ęgrotare, aut promptū esse in ęgritudinē cadere, ut

patet & per egestiones cholericas.i humorosas. Vltimo nota ut Thadeus dicit in hac cõclusione ponitur signum & significatũ, & dearticulans cõsequentiã significati ad signũ Est autem signum fauces ægrotare &c. Significatum est corpus ægrotare. Dearticulans &c. est egestiones esse cholericas, & tales supple perseuerantes à causa intrinseca pendentes & productas & non a primitiua. Ex his omnibus dictis expresse patet causa uerificans aphor. si enim in corpore apparent a pãra et sint cholericę egestiones.i. humorosę perseuerantes, significatur q materia interius peccans cõtenta est multa, & ex cõsequenti corpus non purum nec nutriendũ s. cibo cibali nec resumendũ. si autẽ egestiones sint similes sanis. s. in figura, quantitate & colore, significatur si perseuerarent totam materiã quæ fuit peccans ad extremitates & ad loca debilia à membris interioribus expulsã. hoc autem est signum mundificationis corporis, & ex consequenti corpus esse resumendum &c

Thadeus

Secunda conclusio. Corpora in quibus ægrotant fauces &c. & habentia egestiones similes sanis sunt nutrienda. Probatur cõclusio sic. talia corpora sunt intrinsece pura, sed talia sunt nutrienda. igitur &c. consequentia nota. & assumptũ probatur. quia in talibus corporibus totalem materiã peccantem uirtus ad extrema repulit. igitur patet cõsequentia cum antecedente. Primo nota Per egestiones similes sanis intelligere debemus urinam & egestiones similes sanis in colore substantia tempore & alijs circunstantijs, & cum hoc perseuerantes in hoc. Secundo nota, Corpora nutriri uel nutrienda esse cibo cibali, & supra in aphorismo notatũ est. Similis sententia colligitur 17. Continentis. cap. de egestionibus. & septima quarti. cap. de scabie, & saphati. & aliqualiter secũda primi. cap. de egestione. & primo de crisi. cap. 11. Et est utilis in actu practico. Et ampliat͛ ut supra &c. Primum dubiũ circa primã conclusionem. Per solas egestiones humorosas sufficienter significatur corporis impuritas. igitur non oportet tangere signum de ægrotatione faucium, aut de nascentia pustularum. Secundum dubiũ. Semper ægrotatio faucium & nascentia pustularũ est signum bonum, cum semper significet fortitudinem principaliũ expellendi materias peccantes ad loca ignobilia. Tertiũ dubium. Non uidetur q egestiones humorosę significent, sicut dicit impuritatem totius, quia per egestiones nõ significat͛ nisi super dispositione stomachi & intestinorũ. Quartũ dubium. Possibile est q cum nascentia pustularũ tota materia peccans sit simul expulsa ad intestina, ꝓpter quod apparebunt exeuntia humorosa, & tñ corpus erit mundificatum & resumendũ. Quintũ dubiũ circa secundam cõclusionẽ. Possibile est materias peccantes esse intus in uenis reclusas, ꝓpter quod egestiones stabunt similes sanis, & tñ corpus non erit mundũ &c. Ad primum dicitur q q̃uis per solas egõnes &c. illud significetur, euidentius tñ significat͛ illud ex ægrotatione faucium & nascentia pustularũ. significat͛ enĩ per hoc exuberãtia materię maior. Ad secundũ dicitur q pro quãto significat fortitudinẽ expulsiuę, significat bonũ. ꝓ quãto tñ significat materię exuberantiã, significat non bonum. Ad tertiũ dicitur q licet imediate egõnes significent supra dispositiones nutrimentorũ, mediate tñ significant supra dispositionẽ totius, ut patet. Et de isto est quęstio pricipalis. Ad quartũ dicit͛ q in isto casu nõ erit pseuerãtia illius signi. Ad quintũ eodẽ mõ rñdet͛.

Egõ similis sanis qd. Auicẽ. Gal. Egõnũ similiũ sanis practicus canon.

Dubia

Aphorismus. 16.

Vbi indigentia non oportet laborare.

The. Vbi fames est, laborandum non est.

Leo. Vbi fames, laborandum non est.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphorismi est hęc. Corpus famelicum non est exercitandum. s. non est forti exercitio exercitãdũ. Probatur sic. per exercitiũ superueniens corpori famelico uirtus prosternit͛, & naturale membrorũ humidum dissoluitur. igitur &c. patet consequentia, & assumptũ declarabit͛ circa litterã. Et similis sententia huic colligitur tertia primi. doctri. secunda cap. de hora eligendi exercitiũ. Et est utilis i actu practico. s. cõseruatiuo. Et ampliatur ad oĩa corpora sana ęgra & neutra, & ad sitientia uel quomodolibet aliter inanita. Primo nota. Indigentiam quandoq; sumi pro qualibet inanitione, & taliter non sumitur hic sed supra aphorismo. 4 Non plenitudo non indigentia. Secundo pro fame canina, ut infra 22. huius. Potus indigentiã soluit. Tertio pro naturali fame, & taliter sumitur hic. Est ergo sensus ubi indigẽtia. i. fames naturalis &c. Dico autẽ naturalis notanter ut patebit. Secundo nota laborẽ sumi multipl͛r. primo pro nocumento, ut primo aphorismo huius particulę. Secundo pro lassitate cõsequente exercitiũ uel in potẽtia mouendi membra, & sic non capitur hic. Tertio sumit͛ pro exercitio & maxime forti, & sic sumit͛ hic. est ergo sensus &c. Tertio nota, ut colligitur tertia primi, & sexto colliget. Exercitiũ est duplex. uniuersale. s. & particulare, forte & debile. hic est sermo de uniuersali, & potissime etiam forti. Quarto nota. Corpore existẽte famelico inanita sunt membra & uenę, & corpus etiam paratum est dissolutioni & spiritus resolũoni, immo multum de eo propter tristẽ sensationẽ resoluitur, & etiam propter inordinatũ motum eius. cum igitur sit exercitium calefactiuum & resolutiuum fiet additio in resolutione & debilitate uirtutis, quare tunc nõ cõpetit exercitium. Et per hoc patet causa uerificans aphor. Ex q̃ patet non solum hoc uerum esse de exercitio, sed etiã de qualibet causa additionẽ ad resolũonẽ facere potẽtẽ &c.

Auicẽ. Exercitij eligẽdi canõ. Indigẽtia si.

Labor tripl͛r.

Exercitiũ duplicit͛.

Aphorismus. 17.

Vbicunque cibus præter naturam intrat, hic ægritudinem facit. Manifestat uero sanatio.

The. Vbi plus cibi pręter naturam ingestum est, morbũ id facit, patet hoc ex ipsa curandi ratione.

Leo. Vbi cibus præter naturam plus ingestus est, hic morbum facit, ostendit autem sanatio.

Expositio Iacobi.

Cõclusio aphorismi est ista. In quodcunq; corpus ingreditur cibus præter naturã, in illo facit ægritudinẽ. Conclũo probatur sic. sanatio corporis fit p euacuationẽ sibi præter naturã corpus ingredientis à corpore igitur cibus est causa ægritudinẽ faciens. consequentia tenet; quia sanatio non est, nisi sanitatis cum remotione ægritudinis inductio. & añs circa litterã declarabit͛. Similis sententia huic colligitur tertia primi. cap. de regimine eius quod comedit͛ & bibitur. & secũda fen primi. cap. de signis repletionũ quãtum ad primã partẽ. & secunda pars colligit͛ primo de differẽtijs febrium. cap 3 Et est utilis in actu practico, docẽdo debite corpora p cibũ regere Et ampliatur ad oẽs cibos & potus & medicinas et generaliter quascunq; res alias corpori præternaturalit͛ occurrentes. Primo nota. Per cibũ, & alias dictũ est, itelligendũ esse omne, quod ingrediens corpus nr̃m aptũ est in ipso à materia operari, sub quo etiam corpus salrẽ aliquis cõprehendit͛. s. à materia operatiuus. Secundo nota. Ad hoc ut cibus ingrediẽs corpus sic corpori cõueniẽs, & p cõsequẽs ut naturalit͛ ingrediat͛, qa naturale esse ẽ eẽ cõueniẽs naturę. Naturalit͛ igit͛ ingredi est cõuenient͛ naturę ingredi, requirunt͛ autẽ ad hoc sex cõditiones. s. debita quãtitas, debita qualitas manifesta debita occulta ꝓprietas, modus substãtię cõueniens, tẽpus cõueniens & ordo, ut subtilis debet pręcedere grossum.

Sanatio qd & quomõ

Auicẽ. Gal. Cibus quid.

Cõditiones cibi cõuenientis.

Si

Si autẽ additur pręparatio, ipsa ad qualitatẽ reducitur, Igitur propter cuiuscun.q; istarũ circunstantiarũ detectum potest cibus pręternaturaliter corpus ingredi, puta si fuerit indebitę quãtitatis uel qualitatis &c. qualitercunq; sit. igitur cibus pręter naturã ingrediẽs uerus est apho. Tertio nota. In omnibus istis modis potest cibus dici pręter naturã ingrediens. primo pręter naturę debitum, quia .s. discõueniens est naturę aliquo uel aliquibus dictorũ modorum. Secundo pręter naturã .i. pręter posse naturę in illum regulando & uincendo ipsum, & sic potissime in proposito intellexit. Differũt autem isti modi, quia stat cibum ingredi pręter naturam. primo modo & non secundo modo .s. pręter posse naturæ, licet non ecõuerso ut patet. Quarto nota Cibum uel nutrimentũ esse triplex .s. Verũ circa quod est ultimus actus nutritiuę uirtutis, puta assimilatio. Alterũ est dictum quasi cibus uel nutrimentũ, circa quod uersatur actus primus & secundus nutritiuę .s. appositio, assimilatio et unio. Alterũ dicitur futurũ nutriens .s. sanguis, chilus & humores alij. Colligitur hęc distinctio primo uirtutũ naturaliũ. cap. 6. & de quolibet istorũ in proposito ẽ uerus aphorismus ut patet discurrẽdo. Quinto nota. Cibum esse causam ęgritudinis. Primo stante illo sub forma cibi, & sic operatur ut causa primitiua. Secundo postquã est transmutatus ad bonum sensum, quia scilicet ex eo sanguis et humores mali sunt generati ęgritudinem causantes, & sic operatur illud nutrimentum ut causa corporalis, puta antecedens uel cõiuncta. Sexto nota. Hunc morbum posse esse complexonalẽ, compositionalem & cõtinuitatis solonem. Exemplum primi, ut mala complexio calida. Exemplũ secundi, ut oppilatio mala figura. Exemplum tertij, ut si cibus esset ulceratiuus uel excoriatiuus. Vltimo nota. Iste terminus ęgritudo sumitur tripliciter. Primo proprie pro dispositione præter naturam ĩmediate sensibiliter ledente operationes. Secundo cõiter pro oĩ dispõne pręter naturã extra latitudinẽ sanitatis situata, siue sensibilr siue insensibilr ledente, & sic sub ęgritudine cõprehẽditur neutralitas. Tertio adhuc cõmunius pro omni dispositione corporis corpori accidẽtaliter acquisita, siue pro omni lapsu accidentali, quo tendit corpus uersus ęgritudinẽ uel neutralitatem. Nunc ad propositũ licet non semper cibus præter naturam ingrediens faciat ęgritudinẽ primo modo uel secundo dictam, facit tamen ęgritudinẽ primo modo uel secundo uel tertio modo dictam. Et sic exponitur aphor. Vbicunq; cibus &c̃. ęgritudinem facit .i. facit uel inducit dispõnẽ pter naturã sensibilr uel insensibiliter ledentẽ, uel facit dispõnem qua corpus tẽdit in aliquã harũ dispositionũ iam dictarum. Nota tamen alr posse expom. Facit .i. aptus est facere, & tunc non habebit ista distinctio locũ. Ex quibus patet cã uerificãs apho. &c̃.

Cibus pter naturã ingrediẽs duplr.

Cibus uel nutrimentum triplex.

Gal.

Cibus cã ęgritudinis dupliciter.

Ægritudo tripliciter.

Aphorismus. 18.

Eorum quæ nutriuntur copiose & uelociter, ueloces secessus fiunt.

The. Eorum quę uniuersum atq; celeriter alunt, secretiones quoque celeriter fiunt.

Leo. Eorum quę uniuersim, & uelociter nutriunt, ueloces quoque fiunt excretiones.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphorismi est hęc. Corporũ quę uelociter siue cito & copiose nutriuntur, secessus siue superfluitatum expulsiones cito fiunt Probatur sic. superfluitatũ expulsio debet proportionari nutricationi. igitur nutricatione ueloci existente uelox est superfluitatum eductio. patet consequentia & assumptum probatur, quia nutricatio est sicut finis expulsiuę uel expulsionis superfluitatum, sed semper finis debet esse proportionatus ordinatis ad finem. igitur &c. Et ex ista elicitur alia implicita cõclusio .s. q corporũ tarde nutritorum tarde fiunt superfluitatum expulsiones. Similis sententia colligitur in cõmẽto pulsuum ibi. Vinũ secundũ alia &c. & .13. tertij tracta. 3. cap. de tarditate digestionis. Et est utilis in actu practico ad ostendendum quę uelociter & quę tarde corpora nutriuntur. Et ampliatur ad omnia corpora saltem sana. Ampliatur etiam non solum ad nutricationem, sed etiam ad quamlibet digestionem.

Aui. Gal. Nutriẽtiũ corpa practicus canon.

Primo nota hic reperiri duplicem litteram .s. nutriuntur & nutriunt. nutriunt .s. alimentorum. nutriũtur .s. corporum. Secundo nota nutricationem esse conuersionem nutrimenti in substantiam nutriti factã ab anima mediante calore naturali, cui conuersioni subseruit digestiua, attractiua, retentiua, & expulsiua, ut supra declaratum est prima huius. cõmen. uigesimosecundo. Et colligitur primo uirtutum naturalium. & prima primi. doc. 6. cap. 2. Ex quo patet q superfluitatum expulsio nutricationi subseruit & proportionatur. Similiter etiam quia inter has uirtutes & operationes subseruientes nutricationi principalior est digestiua, ideo nutricatione ueloci existente uelox necessario erit digestio quę immediate pręparet ei. Nõ autem potest fieri digestio, nisi separetur iuuatiuum à superfluo. ideo si tunc digestio uelox est, tunc uelox est superfluitatum separatio, & consequenter expulsio si non adsunt impedimenta. Et ex hoc patet causa uerificans apho. Tertio nota ut supra. Nutriens est triplex. futurum, quasi, & actu nutriens quibus omnibus distincte superfluitates correspondent. & de omnibus uerũ est quod dicitur. Quarto nota. Nutrimentum quoddam est multi & copiosi nutrimenti, quoddam pauci, quoddam uelocis quoddam tardi. Vnde quod dicitur multum nutrire, quoddam paruum, quoddam tarde, & quoddam uelociter. Illud copiose uel multum dicitur nutrire, quod aptum est secundũ plurimas eius partes conuerti in substantiam aliti. econtra secundum paucas. Ex quo patet q ex cibo multum nutriente paucę separantur superfluitates, ex parum nutriente separantur multę. Velociter autem nutrit illud quod ingrediens &c. in breui tempore transmutatur. ecõtra autem tarde. Ex quo patet possibile esse aliquod reperiri multi & uelocis nutrimenti, pauci & uelocis, tardi & multi, tardi et pauci, ut uidebitur in commento 18. Quinto nota. Per secessum primo intelligere possumus superfluitatum primę digestionis expulsionem. Secundo cuiuscunq; digestionis superfluitatis euacuationem. & de omnibus uerus est aphorismus & dicitur secedere quasi seorsum cedere. Sexto nota. Copiositatem & uelocitatem nutricationis posse comprehendi. primo ex parte corporis. Secundo cibi corporis tã à priori q̃ à posteriori. A priori quidem ex ętate naturali, cõplexione carnositate impinguatione corporis. A posteriori ex cita fortificatione pulsus post cibationẽ, ut Cõmentator in commento cita resumptione, ueloci uel tardo reditu famis. & sic de alijs. Ex parte uero cibi ex qualitate manifesta, occulta qualitate, mollitie, liquiditate etiam debilitate, ut patet. Septimo nota. Ad ueritatem aphorismi oportet cętera esse paria tam ex parte ciborũ q̃ corporũ. ubi .n. nõ ita fuerit nõ oportet apho. eẽ uerũ.

Nutricatio qd.

Gal. Aui.

Nutriens triplr.

Nutrimẽtum 4r.

Nutrir quadruplicit.

Secessus duplicit.

Aphorismus. 19.

Acutorum morborum non omnino certæ sunt sanitatis pronuntiationes neque mortis.

The. Morborum acutorum pręsagia, non admodum tuta sunt, neque mortis neque salutis.

Leo. Acutorum morborum non omnino sunt certę pronũciationes, aut salutis, aut mortis.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphorismi est ista. Pronosticationes salutis & etiam mortis morborũ acutorum non sunt omnino certę. Probatur sic. materia faciens morbos acutos est plurimũ secundũ eius maliciã uariabilis et de loco ad locum .s. de membro ad membrũ mobilis, igitur &c. consequentia uideẽ nota. Si enim dispositio causę àqua pendet moebus est incerta. ergo & morbus ab ea pendens, & antecedens patebit in cõmento 19. Similis sententia huic colligi potest. 16. Continentis. cap̃. 1. Et est utilis aphorismus in actu pronostico. Et ampliatur ad omnes acutos morbos ad salutem uel ad mortem terminandos.

Rasis.

Morborũ acutorũ pronosticus cañ

Primo nota. Per morbos acutos intelligendum esse morbos magnos sęuorum accñtium & uelocis terminationis, ita q̃ ad morbũ esse acutum hę duę cõditiones requirunẽ. Prima est sęuitas accñtium. Secunda est terminationis uelocitas. Et colligitur hęc descriptio in commento. Et ab Auicẽ. 4. prima cap̃. 3. uersus finem. quoniam non sufficit ad acuitatem, ut febris status sit proximus, immo ut sit de ęgritudinibus habentibus timorẽ.

Morbi acuti cã duplex

Auicẽ.

Nota tamen q̃ istarum cõditionum secunda est dependens à prima, quoniã fortia accidentia non potest uirtus longo tẽpore tolerare, immo oportet aut cito uincat aut uincatur, nt colligitur quinto huius cõmento. 6. s. Q uicunque à therano apprehenduñ in quatuor diebus pereunt. Secundo nota. Per moebos chronicos intelligere debemus morbos longę terminationis, ut sunt morbi à 40ª die ultra terminabiles quos chronicos quia longos nominant. Chronos enim gręce, latine tẽpus, inde chronici morbi. i. temporales. Ex quo potest colligi differẽtia inter chronicos morbos & acutos morbos. Differũt enim potissime in quinq̃. Primo ex parte terminationis. Secundo ratione difficultatis accidentiũ. Tertio ex parte dispositionis materię, quia morbi acuti materia est, secundum plurimũ acuta calida. Q uarto consequentur ex parte periculositatis. Q uinto ex parte certitudinis uel incertitudinis pronostici. Et istam differentiã ultimam solum explicat in aphoe.

Cheonos

Chronicus moebus.

Tertio nota. Acutorum morborũ quidã sunt ex toto mortales, ut fortis apopłia, apostema cordis &c. Q uidã ex toto genere salubres ut tertiana pura &c. Q uidã indifferenter se habentes ad salutem uel ad mortem, ut causon tertiana cõtinua, homotena & huiusmodi. Ad propositum de primis non loquitur Hippo. de talibus nanq̃ ꝓnosticationes sunt certissimę.

Moebus acutus triplex.

Q uarto nota. Aliqua materia (ut dictũ est) potest causare ęgritudinẽ acutam multipliciter. Primo ratione subtilitatis, caliditatis, acuitatis, mobilitatis suæ, ut causonem faciens. Secundo merito suę quantitatis, et licet sit uirtus fortis & materia non sit multũ impressiua, tamen interficit suffocando & opprimẽdo ut frequẽter phlegmatica. Tertio ratione situs uel loci ubi continetur ut apoplexia, squinantia, peeiphleumonia. Q uarto merito occultę proprietatis suę uenenositatis. Ad ꝓpositum maxime est sermo Hippo. uerus de facientibus ęgritudinẽ acutã, primo & ultimo modo.

Materia est causans ęgritudinem acutam rõne q druplici

Q uinto nota. Ly omnino potest habere duplicẽ ĩtellectũ. Primus est, non omnino i. non uniuersaliter. s. non omniũ morborum &c. & iste sensus est uerus. Secundo uero. omnino. i. non penitus, quia nõ perfecte sed cum timore. Ad oppositum certę sunt huiusmodi ꝓnuntiationes. & iste sensus iterũ ueeus est. ideo percipitur à medicis fieri euacuationem, quia sumus incerti utrum ista materia digeratur uel non. Sexto nota. Per pronuntiationes intelligendas esse pronosticationes, quas quandoq̃ pręuisiones, quandoq̃ pronũciationes Hip. appellare cõsuenit. hę autem incertę sunt, quia cum materia a qua pendent huiusmodi morbi sit plurimum calida, & de membro ad membrum mobilis, non possumus confidere signo bono apparenti, quia foete illo non obstante permutabitur ad principale & interficiet, aut aliquod causabit in aliquo membro nocumẽtum ex quo sequereẽ mors.

Pronũtiatio uel ꝓnosticatio aut pręuisio q̃d

V ltimo nota notanter dictum esse salutis &c. quia signa alia certę esse possunt longitudinis uel breuitatis.

Aphorismus. 20.

Quibuscunque iuuenibus existentibus uẽtres fiunt humidi, his senescentibus exiccantur. Quibus iuuenibus uentres fiunt sicci, his senioribus factis humectantur.

Q uibus iuuenibus adhuc aluus humida est, his senescentibus siccatur. Contra quibus iuuenibus adhuc aluus sicca est, his senescentibus humectatur. The.

Q uibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, his senescentibus exiccatur. Q uibus uero iuuenibus adhuc aluus sicca est, his senescentibus humectatue. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet conclnsiones. Secunda ibi (Q uibuscunque.)

Prima cõclusio. Q uicunq̃ habent in iuuentute uentres fluxibiles, in senectute habent eos stypticos. Probatur sic. si in iuuentute adsunt causę fluxibilitatis, in senectute adsunt causę stypticitatis ut plurimũ. igiẽ &c. cõsequentia nota et antecedens declarat Cõmentator in cõmento. 20. Primo nota. Per uentrem intelligi totam cõcauitatem, stomachũ & intestina continentem.

Venter quid.

Secundo nota. Ventris stypticitas non est aliud q̃ tarda & difficilis, & adhuc parua egestionũ expulsio. ecõtra uero est uentris humiditas uel lubricitas. Tertio nota. Per iuuenes in ꝓposito intelligere debemus quoscunque ante ętatem senectutis. Et per senes omnes post ętatem iuuentutis hoc modo acceptę. Q uarto nota. Q uinq̃ possumus assignare causas fluxibilitatis uentris. Prima est assumptio maioris quantitatis cibi q̃ sit corpori necessaria causata à forti appetitu propter frigiditatem stomachi. hoc enim stante hepar nõ potest chili humidam partem attrahere perfecte, unde multa remanet in fecibus, & reddit feces molles, & ex consequenti uentrem lubricum. Secunda causa potest esse fortitudo expulsiuę propter multam naturalem humiditatem stomachi. humiditas enim naturalis membri fortificat expulsiuam & debilitat retentiuã, ut habetur ab Auic. 1. prima. doct. de uirtutibus. Tertia causa est multitudo cholerę abradentis uel abstergentis uiscera, & stimuiãtis uirtutem expulsiuã. Q uarta est debilitas cõtentiuę proueniens à caliditate & humiditate, caliditas enim cũ humiditate liquefacit materias & reddit eas habiles expulsioni. Q uinta causa est debilitas uirtutis attrahentis unde multę partes chili relinquuntur in fecibus non attractę, & si credduntur feces humidę uel liquidę & uẽter fluxibilis.

Fluxibilitatis cã in uẽtre 5 x. Auicẽ.

Q uinto principaliter intelligendũ secũdum Cõmentatorẽ q̃ quatuor primę causę iam dictę si reperiantur in iuuẽtute, in senectute permutanẽ ad oppositas causas respectu iuuentutis. patet discurrendo per singulas causas. Prima enim causa quę est assumptio nimię quantitatis cibi peemutatur, quia in senectute frigiditas stomachi per multum amplius augetur. Frigiditas autem multum aucta dejicit appetitum. omnis enim immoderata discrasia dejicit actum proprię uirtutis. Secunda causa similiter permutatur, quia stomachus in iuuentute multum humidus, in senectute exiccatur, ideo efficiẽ stypticus respectu iuuentutis. Tertia causa etiã ꝑmutaẽ, q̃a si generaẽ multitudo cholerę ĩ iuuẽtute quę est causa fluxibilitatis uentris, cum talis multitudo choleræ in senectute deficiat. patet &c. Q uarta causa similiter uariatur, quia tam caliditas q̃ humiditas nimia

Discrasia imoderata dĳcit actum prię uirtutis.

mia &c. existens in iuuentute, in senectute temperatur & remittitũ. iõ &c. Sexto prĩcipal'r nota q. 5. cã ĩ senectute non permutatur sed potius augetur secundũ. Cõmentatorem, puta debilitas attractiuæ hepatis propter multam frigiditatem, ideo ubi propter hanc causam haberet iuuenis uentrem fluidum non haberet in senectute stypticum sed potius magis fluidum. Ex quo sequit̃ hanc primam conclusionem aphor. non esse uniuersalĩter uerã, sed solum ut in pluribus. Septimo intelligendum est q ut prima conclusio in prędictis quatuor causis habeat ueritatem oportet cętera esse paria in regimine conueniente eidem seni & iuueni secundum omnes res non naturales. Et hoc satis declarat Cõmentator.

Vẽter ĩ iuuẽtute siccus aut stypticus eſficit ĩ senectute fluxibilis.

Secunda conclusio. Quicunq; in iuuentute habent uẽtres siccos siue stypticos, in senectute (ut plurimũ) habent eos fluxibiles. Probatur, ut plurimũ quibus accidunt causæ stypticitatis in iuuentute, accidunt causæ fluxibilitatis in senectute. igitur &c. & assumptum declarat. Cõmentator in commento. Primo nota. Causæ stypticitatis possunt esse multæ oppositæ causis fluxibilitatis. Prima opposita primæ paucitas appetitus causata à calido stomachus. n. multum calidus debiliter appetit. Secunda causa est debilitas expulsiuæ et fortitudo retentiuæ stomachi propter siccitatem eius naturalẽ multam. Siccitas enim fortificat retentiuam & debilitat expulsiuam. Tertia causa est paucitas choleræ debentis abstergere intestina & stimulare uirtutem expulsiuam. Quarta causa est debilitas expulsiuæ à frigiditate & sic. stomachi. reddit. n. frigiditas cũ siccitate materias quasi cõgelatas & expulsioni inhabiles. Quinta causa est fortitudo uirtutis attractiuæ hepatis, ꝓpter quod chilus a stomacho perfecte attrahitur ad hepar, & tunc feces multum exiccãtur propter absentiam partium humidarum. Secundo nota. Aliquę istarũ causarũ secũdũ. Cõmen permutantur in senectute & aliquæ non. Prima enim permutatur, quæ est debilitas appetitus à multo calido. remittitur enim calor in senectute propter q augetur appetitus. Secunda uero causa pmitatur, quia augetur illa siccitas & efficit̃ disproportionata, ut post apparebit. Tertia uero causa nõ mutatur sed potius augetur, nisi forte per accidens proquanto diminuta quantitas choleræ à frigido, & frigiditas est causa humiditatis & fluxibilitatis. Quarta causa potest dici etiam pmutari, quia oĩs immoderata qualitas deijcit actum propriæ uirtutis. Quinta etiam causa permutatur, ut patet. Ex quibus patet q tã prima q̃ secunda conclusio aphorismi est solum uera. ut in pluribus secundũ sentẽtiam. Cõmentatoris. Et sil'is sententia habet̃ ab Aui. Tertio canonĩ fen. 16. cap̃. de fluxu uentris omniũ modorũ. Et potest ampliari tã ad fluxibilitatem intestinorum & stypticitatem q̃ uesicæ ut patet. Et est utilis in actu pronostico ut patet, & etiam curatiuo. Scitur enĩ qualiter secundum uarias ætates uariande sunt solutiuæ medicinę sumpta indicatione à fluxibilitate & stypticitate uentris &c̃.

Stypticitatis cã ẽ 5ᵃ.

Auicẽ. Medicinam secundũ ętates uariandam curatiuus ꝓnosticusque canon.

Aphorismus. 21.

Potus indigentiam soluit.

The. Famem uini potio soluit.

Leo. Famem thorexis idest uini potio soluit.

Expositio Iacobi.

Cõclusio aphorismi est ista. Vinum curat appetitum caninum. Probatur sic. Vinum remouet causam appetitus canini. igitur &c̃. Patet consequẽtia, & assumptum circa literã declarabit̃ & deducet̃. Sil'is sententia colli'r ab Aui. 13. tertij trac. 2. cap̃. de cura appetitus canini. & 9. Almã. cap̃. de appetitu canino. Et à Serap̃. tertio breuiarij cap̃. 1. Et à Rasi in diuisionibus. cap̃. de ægrit̃. stomachi. Et est aphorismus utilis in actu curatiuo ut patet. Et ampliatur ad oẽm dispositionem stomachi pręter naturam à sitĩ causa procedentẽ. Primo nota. Potus sumitur multipliciter. s. pro quocunq; deglutibili sine masticatione. & pro aqua, & ut distinguit̃ contra cibum & pro uino, & sic sumitur hic, ut in cõmento uidebitur. Secundo nota. Indigentia sumitur tripliciter ut supra. Pro inanitione. Pro fame naturali. Pro canina. Hic sumitur pro canina fame cum enim fames sit triplex scilicet naturalis, & non naturalis, & præter naturam. Et præter naturalis sit triplex scilicet Bulimus, cum appetit stomacus cęteris membris fame deficientibus. Et syncopalis. Et canina. De tertia in proposito est sermo, quæ ideo canina dicitur, quia habens hunc appetitum appetit uoraciter ut canis, ita ut tam intensiue, & tam insatiabiliter, & tantum cibum appetat. vnde Serapio in allegato capitulo ait, hic appetitus dicitur caninus nomine canis. Tertio nota. Appetitus canini multas posse esse causas, ut colligit̃ ab Aui. & Sera. etiam locis præallegatis. Prima potest esse multitudo euacuationũ & prolixitas se. Secunda debilitas retentiuę in mẽbris aut in stomacho. Tertia superflua caliditas in ore stomachi superfluã faciens solutionẽ. s. superfluã suctionẽ uenarũ. Quarta potest esse superflua caliditas in toto corpore. caliditas enim in ore stomachi, licet deijciat appetitũ & faciat appetere aquã & currentia humida, cum tamen dñantur corpori econtra facit, & hoc siue ista caliditas fuerit extrinseca ut aeris, siue intrinseca. Quinta causa, possunt esse uermes in ĩtestinis. Sexta causa, superflua uigilia. Septima, frigiditas oris stomachi cõstringens & exprimens, Octaua, potest esse humor acetosus inuiscatus in ore stomachi. Ad propositũ solum est hic sermo de appetitu canino ab his duabus ultimis causis contingente. ab alijs enim non.

Potus triplr.

Indigẽtia triplex.

Fames triplr.

Auicẽ. Serap. Appetitus canini cã octuplex.

Quarto nota. Vinũ debens hunc appetitũ curare debet aliquibus cõditionibus esse cõditionatũ. Prima cõditio est, ut sit quãtitatis multæ, ut sua quãtitate excedat morbum uel causam morbi. Secunda, ut sit actu & uirtualiter calidũ actu quidẽ, ut melius ad interiora et profundas partes oris stomachi penetret. potentialiter uero ut ad actum reductum materiam resoluat & subtiliet. Tertia, ut sit priuatum sapore appetitum excitante scilicet acetoso pontico &c. Ex qua sequitur quarta, ue sit in sapore dulce uel acutum. dulce quidem ut relaxando os stomachi et supernatando deijciat appetitum. acutum uero, quia subtiliatiuum, resolutiuum, & penetratiuum. Et ex his patet causa uerificam aphorismum appetitu enim causato ex causis iam dictis, si exhibeatur uinum cum circunstantijs dictis, caliditate actuali remouet malam complexionem frigidam, & etiam uirtuali illis etiam resoluit naturam inuiscatam ori stomachi, si ab illa pẽdens fuerit &c. Vltimo nota. Appetitum caninum proprie esse accidens. est enim actio corrupta, ut infra declarabitur in quęstione. ideo non ꝓprie dicitur ægritudo, nisi per ægritudinem uelimus intelligere omnem dispositionem præter naturam ad se curam uertentem, sicut frequenter faciunt huiusmodi accidentia, ut colligitur. 12. therapeuticæ à Galeno.

Q d'nã uinũ sol uat caninũ appetitũ.

Gal'.

Aphorismus. 22.

Ex plenitudine quæcunque ægritudines fiunt, euacuatio sanat. Et quæcunque ab euacuatione, plenitudo. Et aliorum contrarietas.

The. Quicunque morbi ex repletione fiunt, uacuatione curantur. Quicunque uacuatione, repletione. Eodem qui modo cæterorum contraria remedio sunt.

Leo. Quicunque morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio. Et quicunque ex euacuatione, repletio, & aliorum contrarietas.

Expositio Iacobi.

¶ Iste aphorismus tres habet conclusiones. Secunda est ibi.(Et quecunq3.) Tertia ibi.(Et aliorum.)

Prima conclusio. Omnes morbos fientes.i.pendentes ex plenitudine euacuatio sanat.i.apta est sanare. Probatur. cuiuslibet morbi fientis ex repl'one causam remouet uel apta est euacuatio remouere, igit̃ &c̃. patet consequentia.& assumptũ statim circa literam declarabit̃.

Repl'o multiplex.

Primo nota repl'onem multiplicit̃ distingui.i.quo ad uasa,& quo ad uirtutem, & quo ad totũ, & quo ad partem, quędam intra uenas & quędam extra, quędam humorum, quędam ciborum, alia superfluitatũ. Et de omnibus uerificatur aphorismus. omnem enim talem sanat euacuatio, et hoc siue sumai repl'o pro materia replente, siue per dispositione mẽbri, ut supra ibi. Non plenitudo. aphorismo.4. huius secundæ particulæ. Secundo

Repl'o p̃t eẽ cã morbi tripl'r.

nota repl'onem posse causare ægritudinem multiplicit̃, ut.s. primitiua causa, antecedens et coniũcta. Exemplũ primi, ut repl'o cibi Exemplum secundi, ut repl'o humorum non putridorũ respectu febris. Tertio repletio putridorũ. Ad propositum de omnibus uerus est aphorismus, licet principalius de coiũcta. Tertio nota. Ægritudinum quędam dicuntur fientes,& quędam factę. Fientes autem dupliciter. Primo, quia existentes in producti cuius.s. aliquid est productum, & aliquid producendum, ut ephimera in principio uel augmento. Secũdo fiens.i. ab altero per cuius remotionem ipsa ægritu-

Ægritudo dupliciter.

do remouetur in conseruari dependens, licet ipsius esse sit totum productum. Factum etiam dupliciter distinguitur. Primo ut distinguitur contra fiens primo modo sumptum Secundo ut distinguitur contra fiens secũdo modo dictum, quia independens à causa particulari depẽdentia particulari, sed solũ uniuersali ut hectica. In ꝓposito est sermo de fientibus & non de factis, quia de factis non esset aphorismus uerus, sed intell'r de dependentibus à materia nondum factis, licet euacuatio bene coadiuuet. Ad propositum licet possit ampliari dum dicit fiunt, potissime intelligi debent ægritudines in conseruari à plenitudine dependentes, secundum quem modum malam cõplexionem calidam in stomaco factam, quia in dependẽtem. cuius tñ remotionẽ impediret cholere abũdantia in stomaco, non fientem diceremus, nec oporteret illa materia remota remoueri illam malã cõplexionem. Quarto nota ægritudinem sumi dupl'r.

Ægritudo dupliciter.

Primo proprie, ut alias declaratum est. Secundo cõmuniter pro omni dispositione pręter naturã eius remotionem indicãte & ita ad ampliandũ aphorismũ sumendũ est hic. Quinto nota euacuationẽ fieri multiplicit̃ in-

Eũo dupliciter.

sensibilit̃ et sensibilit̃ sensibilit̃ per secessum,& itẽ cũ phlebotomia uel pharmacia. Ad propositũ de his omnibus est sermo, ut sensus sic. omnes repl'ones sanat euacuatio sensibilis uel insensibilis. Sexto nota hic termi-

Sanatio dupl'r.

nus sanatio sumitur dupliciter Primo modo stricte,& sic est sanitatis inductio & ęgritudinis remotio,& sic sola curatio est sanatio. Secũdo mõ cõmunit̃, et sic extẽdit se ad actum curatiuum & pręseruatiuũ. sic enim sanare est nõ solum sanitatẽ inducere, sed ipsam pręseruare & à lapsu prohibere.& sic sumitur hic, quia omnem ægritudinem ex plenitudine procedentem uel aptã fieri euacuatio sanat i. remouet uel fieri prohibet quod totũ est intelligendum de euacuatione cum circunstantijs debi-

Auicẽ. Egid. Sal.

se approximatis quę sunt decem. Quarto primi collectę & in uersibus sępe allegatis. Hæc sunt pensanda medico purgare uolenti. Ars ętas, uirtus, regio, complexio forma. Mores,& synthoma, repletio, tempus,& usus.

Repletio dupliciter.

Septimo nota ꝙ repl'o sumitur dupl'r. Primo por materia replente,& sic est causa ægritudinis. Secundo pro dispotione ipsius membri repleti, & sic est ægritudo. Et primo modo sumit̃ in proposito, ut sit apho. sensus quascunq3 ægritudines de repletione in materia replente fiunt euacuatio sanat. Secunda conclusio Quascunq3 ægritudines ex euacuatione sanat repletio. Probat̃ conclusio ut pręcedẽs. Primo nota. Per plenitudinem sanã tem &c̃. non debemus intelligere plenitudinem quo ad

Plenitudo qd et Resumptio.

uasa, nec etiam quo ad uirtutem, sed actum resumendi & reacquirendi illud quod per superfluam euacuationem deperditum est. & potest ista plenitudo resumptio nominari. Secundo nota. Licet ita sit non tamen ita faciliter ægritudines ex euacuatione contingentes remouẽtur per plenitudinem sicut econtrario. sed de hoc dictum fuit supra in cõmento illius. 5. apho. primæ particulę. qui sic incipit. In tenuibus dietis.

Tertia conclusio. Omnium ægritudinum contrarietas id est suum contrarium est remotiuum. Primo nota. Hoc dictum Hippo. potest esse unum principium ad ambas conclusiones præcedentes. Secundo nota con-

Cõtrarietas dupl'r

trarietatem sumi dupliciter. Primo proprie, ut quarto metaphisice.& sic non sumitur hic. Secundo pro omni eo quod est alterius remotiuum siue per se siue per accidens, siue mediate siue immediate.& sic capitur hic,& hoc est communiter. Et similis sententia huic colligĩ

Gal.

tertio techni. ibi Curatio uero unum habet modum. &

Auicẽ.

quarto primi. primo capitulo. &. 11. terapeutice. primo capitulo & in libro de natura fœtus. & infinities alibi. Et est utilis, ut patet. Et ampliatur ad omne ægritudinum genus saltem quo ad tertiam conclusionem, & non solum ad ægritudinem proprie dictam, sed etiam ad omnem dispositionem præter naturam.

Aphorismus, 23.

Acutæ ægritudines in quatuordecim diebus iudicantur.

Morbi acuti intra quartumdecimum diem iudicant̃. The.

Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphorismi est ista. Acutæ ægritudines in 14. diebus iudicantur id est cretice terminantur. Probatur sic. in. 14. die in huiusmodi ægritudinibus aduenit status,& consequuntur crisis, cum ipse crisi terminabiles sint. igitur &c. assumptum probatur, quia sunt uelocis motus cum fortitudine accidẽtium. igitur illam

Gal. Almã. Rasis. Auicẽ.

diem non transcendunt. Similis sententia colligitur secundo creticorum. 12. &. 13. &. 10. Alman. cap̃. de tempore febris cognoscendæ. &. 19. Continentis, capitulo de morbis acutis in principio & aliqualiter secunda quarti. capitulo penultimo. Et est utilis in actu pro-

Morborũ acutorũ curatiuus ꝓnosticusq3 canon.

nostico & operatiuo, ut patet, & ampliatur ad omnes morbos absolute acutos. Primo nota hanc conclusionem duplicem habere intellectum. Primus iam datus ut uerba sonant. Secundus in 14. diebus, quia scilicet à 14. die infra uel citra, & sub isto sensu exponit. Commentator in commento,& euidentius probatur conclu-

Morbus dupl'r.

sio. Secũdo nota. Morborum quosdam esse chronicos, quosdam acutos Chronici sunt tardi motus & accidentium facilium, & isti terminantur à quadraginta die ultra. Acuti uero sunt uelocis motus & sæuorum accidentium,& hęc est causa uelocis terminationis eorum, & omnes hi in. 40. diebus ad plus terminãtur. Et hi sunt duplices, quia quidam sunt dicti acuti absolute & sunt illi quorum motus à principio ad finem est fortis & sæuorum accidentium & ordinatus, & horum terminus est a decima quarta die citra & non transeunt, ulterius in acutis absolute seruai uniformitas motus, nec ꝑcipimus accidẽtiũ differentiã de leuitate in sęuitatẽ nec ecõuerso, sicut uidemus in istis tertianis nõ puris q̃ nõ sunt

acutę absolutę, sed sunt acutę cum conditione diminutę. Istę ęgritudines acutę absolute. si terminantur uersus principium magis q̄ uersus 14. diem, tunc dicunt perperacutę. Et si terminantur magis uersus. 14. diem q̄ uersus principiū dicūtur peracutę, & dicunt oēs iste absolute acutę, quia cum hoc q̄ sunt ęquorū accīdiū nō transcendunt. 14. diem. Horū uero absolute acutorum quidā peracuti, & quidā pperacuti nominant. Peracuti quidē apud doct sunt qui magis uersus. 14. q̄ uersus principiū terminātur. Perperacuti uero sunt qui magis uersus principiū q̄ uersus. 14. terminātur. Quidā uero sunt acuti cum diminutione & dicunt tropici cōuersiui. quia tropici & cōuersiui idem sunt, & sunt illi qui à. 14 die ultra & citra. 40 diem terminantur. & terminantur in 35. die. & dicūtur tropici. quia in talibus ægritudinibus licet sint acutæ percipiuntur conuersiones, quia. s. ægritudo quandoq; fortius quandoq; debilius, & iterū post quandoq; fortius quandoq; debilius affligit ægrotantē. si. n. afflictio esset cōtinua & ordinata uehemens non transcenderet. 14 diem. cuius diuersitatis causa esse potest, aut ppter esse ægritudinē interpolatam, aut continuā pportionalē, quia. s. materia licet intra uasa putrescat, non tamen in locis cordi ppinquis, aut ppter ipsam materiā etherogeneam esse ita, ut sit una pars alia magis & intensius inflāmabilis. Ad propositum de absolute acutis in pposito est sermo. Tertio nota. Triplices sunt ægritudines, quædā chronicæ, quædā acutæ, & quędā medię, ut declaratū est in secundo notato. Quarto nota. propter multa potest aliqua materia facere ęgritudinē acutā, ut alias dictū est. s. ppter qualitatē manifestā, occultā malitiā, quantitatē nimiam, & locū ubi continet. quomodolibet uerū est qd' dicitur. Quinto nota. dicit iudicantur. i. cretice terminantur. Crisis enim grece, latine iudicium ut supra.

Morbus tropicus uel cōuersiuus.

Ægritudo triplicit.

Crisis quid.

Aphorismus. 24.

Septimæ, quarta est indicatiua. Et alterius hebdomadæ octaua principium. Contemplaria uero. 11. hæc enim est quarta secundæ hebdomadæ. Contemplaria uero rursus septima decima. hæc est enim quarta á quartadecima, septima uero ab undecima.

The. Dies quartus septimi index est. Octauus principium alterius septimanę exorditur. Vndecimus etiam cōsiderandus est. Quartus enim secundi septenarij est. Itē decimus septimus cōsiderādus est. Quartus enim à quarto decimo & septimus ab undecimo est.

Leo. Septenorū quartus est index. Alterius septimanę octauus principium. Est autem & undecimus contemplabilis. Ipse enim quartus est alterius septimanę. Rursus uero & decimus septimus contēplabilis, ipse siquidē quartus est à quartodecimo, septimus uero ab undecimo.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus quatuor habet cōclusiones. Secunda est ibi (Alterius uero hebdomadę.) Tertia ibi (Contemplaria uero.) Quarta ibi (Contemplaria uero.)

Prima cōclusio. Quarta dies nuntiat. i. declarat crisim in septima futurā. Probatur sic. in septima die debēte uenire crisi, in quarta apparet uestigiū futurę crisis. igitur &c. patet cōsequentia, & assumptū circa litterā declarabitur. Primo nota penes auctores cōmuniter istos terminos reperiri, dies cretica, dies indicatiua, dies nūtiatiua, dies manifestatiua & cōtemplatiua. Est autē dies cretica dies in qua aduenit, uel aut aduenire potest crisis cōpleta uel diminuta. Per diē autem indicatiuā, nuntiatiuā, contemplatiuā, siue manifestatiuā idem. s. diem in qua ęgrotantis dispositione comprehensa pronosticari possumus quid in alia die. s. immediate die cretica primo sequente futurum sit. Exemplū est. sicut in quarta apparēte leui sudore aut paruo sanguis fluxu pnosticamur i septima &c. et tūc erit. 4. īdicās uel indicatiua, septimę, & septima iudicata. Secūdo nota. Diei creticę tres fore cās. s. uirtus materia morbi & celestis aspectus. eedē. n. sunt causę crisis et diei creticę. cū igitur istę sint causę crisis sequitur &c. Primo uirtus cum calore agendo in materiā & ipsam pręparando uel tentando expellere. Econtra materia resistendo & uirtutē stim ulādo. Celestis quoq; influentia & maxime luna ad hoc cōcurrit, cum sit dna uelocis motus & nobis proxima, unde i creticando quandoq; iuuat uirtutē, quandoq; uero materiam, ut si materia fuerit frigida & humida. & sit nūc hora crisis, & luna in signo frigido & humido adiuuabit materiā morbi digestionē impediendo. Si uero sit in signo alio ut in calido & sicco uirtutē iuuabit ad digerendum materiā, ut patet. Ex quibus patet primo solū in ęgritudinibus materialibus esse dies creticos cōsiderandos, quia ibi sunt solum suę causę. Patet secundo non etiā in omnibus materialibus, quia nō sunt omnes per crisim terminabiles, ut alias dictū est. Tertio nota Dies cretica est duplex. s. radicalis & indicatiua, contēplatiua siue manifestatiua. Prima in qua secundū plurimum aduenit perfecta crisis, ut. 7. 14. Indicatiua quę aliā nuntiat & fit in ea imperfecta crisis, ut 4. 11. &c. in qua secundū plurimū apparent motus & signa futurę crisis in. 7. uel 14. Et dixi notāter, ut plurimū. quia merito difformitatis materie aut alterius causę posset ille effectus impediri. Quatuor sunt proprietates indicatiuę. Prima nuntiat futuram crisim. Secunda nuntiat utrū cita uel tarda. Tertia ōndit salubrē uel mortalē. Quarta spēm crisis. Ex quibus patet differentia inter indicatiuā & radicalē duplex. Prima ex parte crisis. Secunda ex parte signi. Et nota diem indicatiuā non solum ōndere futurā crisim, sed etiā qualitatē et manieriē eius. v. g. si in quarta appareat sudor aliqualis in toto, et urina aut hypostasis cum signis aliqualis digestionis & alijs quibus pbabiliter arguimus fore uictoriā uirtutis supra materiā pnosticari debemus crisim ad salutē futuram in. 7. Si autē econtra non apparet sudor & urina sit ad nigredinē tendens aut hypostasis non cum signis aliqualis coctionis & etiā non digestionis pnosticari debemus crisim futurā in. 7. ad mortem. Quarto nota: Tam radicalē q̄ indicatiuā diem duplicem uel dupliciter esse. Primo per se & principaliter Secundo per intercidentiam. Prima est in qua secundū plurimū fit crisis pfecta aut imperfecta. Secunda est in qua merito alicuius intercidentis contingit crisim fieri. Hoc autē potest esse materię furiositas aut amicabilis aspectus uirtutem iuuans, aut econtra aut materię benignitas, ita q̄ merito pportionis accidentaliter cōtingentis uirtutis ad materiam, uel ecōtra hoc contingit. v. g si in. 11. die apparet sudor leuis merito cuius in. 14. die pnosticatur crisim futurā per sudorem cōtingens est materiā intantū furiosam esse q̄ estimulabit uirtutē ad prius creticandum in 14. aut superueniet aspectus ita beniuolus q̄ fiet prius aut ita maliuolus q̄ prius interficiet ęgritudo. Quinto nota. Ex dictis fieri dupliciter aliquā creticā per intercidentiam. Primo ratione alicuius accidentalis iuuamēti superuenientis uirtuti unde supra materiā tantā proportionem uirtus acquirit, ut ante radicalē creticā possit cōpletam crisim efficere, & illa dicitur cretica per accomodationem. Secundo ratione maligutatis aut dominij materię acquisiti ratione cuius intantum stimulatur uirtus, ut creticam radicalem expectare non possit. Exēpla patent, & ista dicit cretica per impulsionē, impellitenl uirtus ad creticādū. ex qbus patet primo q̄libet diē posse esse creticā. patet secundo in ęgritudinibus ualde

Dies duplr.

Crisis triplex.

Cretica dies duplex.

Crisis salubris uerus pnosticus cañ

Dies radicalis indicatiua duplr.

Cretica duplicit

acutis horā crisis & diem creticam ualde incertam esse, unde bene Hippo. tenet q acutorum morborum &c.

Secunda cōclusio. Octaua dies est principium secundæ septimanæ. Probatur sic, ut quidā octaua existente principio secundæ septimanæ tres septimanæ medicinales complentur in. 20. & aliter non. igitur. patet consequentia, quia. 20. est cretica radicalis & cretici radicales se sequuntur per septimanas, aliter & melius septimanas taliter computando est. 14. finis secundæ & aliter non, sed esset. 13. dies. igitur. patet consequentia, & assumptum circa litterā declarabitur. Primo nota. Cōputatio medicinalis prout ptinet proposito est debita & ordinata dierū ægritudinē mensurantium numeratio, secundum eorū cōsequentiam, ut dies indicatiua & radicalis cretica à medico cognoscat. Ex quo patet hanc cōputationem inchoare debere à principio ipsius ægritudinis, quæ est hora sensibilis læsionis. Secundo nota. q quia experimēto repertum est diem. 14. esse creticā radicalem & frequentissime per. 11. nunciari, ideo cōcluditur octauā debere esse principium secundæ septimanæ, quoniā indicatiuus dies & radicalis sese consequuntur per quaternos, & illud fuit motiuum Hippo. cæteræ conclusiones patent &c.

Tertia conclusio. 11. dies est indicatiua. 14. Probatur. sic se habet. 11. ad 14. sicut quarta ad septimā, sed quarta est indicatiua septimę. igit & cōsequētia nota. & antecedens probatur, quia sicut quarta est finis q̄ternarij primę septimanę, ita. 11. secūdę septimanę. Sic si cut quarta distat à septima, ita. 11. à. 14. ut patet &c.

Hippo. Quarta cōclusio. Dies 17. est contēplaris. 20. Probatur. sic se habet. 17. ad. 20. sicut quarta ad. 7. & 11

Gal. ad. 14. sed primæ sunt indicatiuæ. igitur &c. cōsequen-

Curati tia nota. & antecedens patet intelligenti. Similis senten

ui pno tia ponitur ab Hippo. Tertio pronosticorū. & à Gal.

sticiq; commento. 33. Et est utilis apho. in actu pronostico &

actusca curatiuo. ex eo. n. cognoscit tēpus futurę crisis & qua-

non ad litas futurę crisis. Ex quo habetur indicatio de incessu i

cogno- actu curatiuo. Et ampliatur non solū ad septimanas, sed

scendū etiā ad menses & ad annos, quia quartus mensis potest

eps & q̄ esse indicatiuus. 7. & 11. 14. & ita de alijs & similiter

litatem de annis. Ex quatuor cōclusionibus positis in apho. se

crisis. quūtur quatuor corrolaria, quę forte Hippo. intellexit.

Primum. In spatio. 20. dierū non includuntur, nisi tres dies cretici radicales, & tres indicatiui proprie. s. 7. 14. & 20. & 4. 11. & 17. licet per intercidentiā possint esse plures. Secundum corrolariū. Sicut cretici radicales sese cōsequuntur per septenos, ita cretici indicatiui sese cōsequūtur per septenos. Tertiū corrolariū. Aliter cōtinuatur secūda septimana tertiæ & aliter prima secundę, quia prima & secunda septimana non sunt cōmunicantes, sed secunda & tertia bene sunt cōmunicantes. Et hoc satis expresse denotauit, cum dixit q octaua est principiū secundę septimanę, & tota causa huius est hęc, quia per experientiā inuentū est uigesimā diē esse creticā radicalē, sicut & 7. & 14. ideo cōputando istas septimanas necessariū fuit ponere. 14 diem esse finem secundę & principiū tertię septimanę, & hoc habebitur. Quartum corrolariū. Computando dies creticos necesse est ponere finem primi quaternarij esse principium secundi. Ex quo. n. talis cōputatio debet fieri p quaternos, nisi enim sic fieret septima & 14. & uigesima non forent creticę radicales. Quinto nota principaliter q a. 20. die ultra incedendum est in cōputatione dierū, sicut ad. 20. Ex quo sequitur q & quadragesi

Littera ma dies est cretica, & 80 & sic de alijs &c. Primum

lia du- dubium circa fundamentū datum de causis dierū creti

bia. corum. Nam si tales aspectus sunt causę dierū creticorū

Lunę & cum tales sunt multo plures q̄ quatuor in duabus se

gnq af ptimanis ergo plures erunt dies crisis. nam secundum

astrologos luna secundū eius motum in zodiaco causat pectus

in nobis quinq; aspectus. s. sextilē, exagonum, thetra- in nobis

gonum, ortogonū, & trigonum, hęc habentur ex astro causati

logia. igitur quinq; erunt dies cretici. Secundū dubiū. Cap. 8

Si sic esset sequeretur q. 14. esset fortior in creticando, quod est contra Gal. in libro secundo de creticis probāt cōsequentia, quia est fortior aspeccus. Confirmatur, qa si sic uigesimo esset ęque fortis, sicut. 7. in creticando, quod est falsum. Probatur assumptum, quia est ęqualis oppositio quadraturę. Tertium dubiū. Videtur q septima non est cretica radicalis, quia est cretica indicati-

ua. patet per Auicē. secunda quarti. probatur, sic se ha- Auicē.

bet septima ad. 14. sicut quarta ad septimā, quia utrobi que est proportio dupla. Confirmatur, quia sicut se habet media quadratura ad quadraturam sic se habet quadratura ad oppositionē, hoc patet. ergo &c. Confirmatur, quia quemadmodū in crisi futura in. 7. in. 4. apparent signa huius, ita in crisi fienda in. 14. apparent signa huius in quinta. tū sicut signū digestionis in quarta significat cōplementū eius in. 7. sic signum digestionis in septima significat digestionē compleri debere. in 14. Quartum dubium Videtur q quarta nullo modo est cretica. probatur, quia nec indicatiua. probat primum, quia tunc merito cęlestis aspectus non multū fortificatur uirtus eius, quia motus & creticatio acutarum fit per impares. Confirmatur, quia indicatiui debent p portionari ceteris radicalibus, sed motus & creticatio fit in imparibus. ergo indicatiui erunt i imparibus. & p consequens dies quarta nullo modo poterit dici cretica. Quintum dubium circa litterā. Dictum est q 11. est indicatiua. 14. sicut quarta septimę. Nam non ita se habet. 11. ad. 14. sicut quarta ad. 7. probatur, quia quarta est proprie in medio septimanę. 11. autē non. Confirmatur ponendo duos fortem & Platonē primo debere fortem creticare in. 7. qui fit in quarta. & Platonem ita quo debet fieri crisis in. 14. & fit in. 11. tunc arguitur sic. materia in istis est ęque digesta, sed uirtus fortis est fortior cum non sit tātum debilitata per ęgritudinē. ergo in. 7. faciet crisim, sed Platonis uirtus est debilior. ergo non poterit ipsam facere in. 14. Contrarium huius uidetur, quia fortior est aspectus. 11. q̄. 14. Probatur, quia sicut se habet aspectus creticus radicalis ad radicalem taliter se habet indicatiuus ad indicatiuum. Sed fortior est aspectus oppositionis qui est in. 14. q aspectus quadraturę qui est in septima. ergo fortior ita se habebit

11. ad. 4. Sextum dubium. Dictū est q luna triplicit Luna t

influit. s. motu, lumine, fortunio & infortunio. Tunc fluit tri

pono q fortes incipiat ęgrotare luna existēte sub signo pliciter

sibi fortunato. tunc sic. in quocunq; aspectu fuerit, post ea luna fortificabit morbū & deprimet uirtutem. Septimum dubium. Data ista positione sequetur ista conclusio q nunquā in septimo fieret crisis mortalis. quod sic arguitur. & pono q sit fortes in 7. in qua debet terminari ad mortē, tunc sic. uirtus est fortior in septimo, & morbus depressior q̄ in 6. sed in sexta non poterit uincere morbus uirtutē. ergo nec in septima. consequentia manifesta & assumptum. & minor patet ex casu, quia uirtus in septima est adiuta à supercelesti aspectu. Ad primum cum dicebatur, q sunt plures aspectus &c. Rn̄dendum q aspectus lunę sunt causę creticorum. sed non omnes. quia solum illi in quibus exaltatur uirtus & deprimitur morbus, sed hoc fit solū in tribus aspectibus i oppositione quadraturæ aut mediæ quadraturæ, & sic soluitur argumentū, & sic dies intercidentes non debēt dici creticæ radicales, quia non sunt ibi aliqui istorū aspectuum, licet bene aliquis aliorū. Ad secundū dubium cum dicebatur q. 14. erit fortior &c. dicendū q licet aspectus quadraturæ sit causa, non tamen totaliter, quia concurrit radix inferior & dispositio uirtutis & mate-

rix,

riæ, & ideo dicendū ꝙ ratione aspectus fortior est. 14. q̃. 7. sed ratione inferioris radicis, quia uirtus est fortior, & materia rebellior, ratione enā causę fortior est. 7. Et siſr negando cōparationem de uigesima &. 7. & hoc est quod dixit Gal. ꝙ quanto dies cretica est ꝓpinquior principio tanto est fortior. Aliter dicendum ꝙ ratione qualitatis fortior est aspectus in quadratura, secundum utranq; qualitatem utriq; oppositus. Ad tertiū dicendum cōcedendo ꝙ dies. 7. est indicatiua. 14. non tamē pure indicatiua, quia etiā est cretica radicalis, & ideo cū arguitur negatur cōsequentia. Ad quartū dicendū ꝙ quarta est indicatiua. Et notandū ꝙ in tali indicatione considerantur tria. Primo signa digestionis. Secundo fortitudo uirtutis. Tertio dispositio motus materiæ uel cōtraria his ideo in quarta merito radicis superioris prima duo apparent, sed tertium magis manifestatur in tertio uel in quinto. Et ideo dicēdum ꝙ indicatiua dicitur quarta magis q̃ tertia & quinta ratione aspectus, sed ratione motus materiæ magis tertia uel quinta, quia sudores spontanei boni. s. terniani quintani. Ad quintū dicēdum capiendo fundamentū ex auctoritate Gal. in libro tertio cap̃. 8. de creticis. ꝙ quanto aliqua cretica uel indicatiua est propinquior principio tanto est fortior, ideo digestio in urina in. 11. &c. si debet proportionari quartæ debet apparere in ea maior gradus digestionis. Et sic arguitur ꝙ aspectus est fortior in. 11. ideo &c. Aliqui concesserunt, aliqui autē dixerunt negando similitudinem, quia licet aspectus est fortior in. 11. tamen radix inferior est fortior in quarta. Ad sextū dicendum ꝙ influxus qui fit ratione infortunij plerunq; superat aspectū secundum quadratirā uel oppositionem, quandoq; est æqualis quandoq; est debilior. Sed diceres si duo ægrotarent unus ex ĥs sub fortunio, alius sub infortunio, qs illorū deterius ægrotabit. Et uidetur primo ꝙ ægrotās sub infortunio quia concurrunt causæ potentiores. Arguitur etiā ꝙ ęgrotans sub fortunio, quia significat ęgritudinem factā à potentiori causa. Dicendū ad hoc ꝙ si tales ægrotarent æquali ægritudine omnino ꝙ ægrotās sub fortuna est deterius per uiā causæ. E contra de illo q ægrotat sub infortunio quia malum est per uiā causæ, minus malum per uiā signi. Ad ultimū dicendā negando cōsequentiā. Ad probationē ultra dicendum negando cōsequentiam, quia in 7. efficitur uirtus potens quę cum mouet materiā sequitur mors, quod in sexta facere non poterat propter debilitatem. Aliter dixerunt aliq astrologi, ꝙ in septimo uel. 14. non moriuntur nisi illi qui ęgrotant sub infortunio, & quia infortunium augetur in aspectibus, ideo moriuntur.

Indicatio tripliciter

Aphorismus. 25.

AEstiuæ quartanæ ut multū fiunt breues. Autumnales uero longę. Maxime uero quę ad hyemem coniunguntur.

The. Quartanæ estiuę breues magna ex parte sunt. Autūnales longę pręsertim quę hyemem attingūt.

Leo. Æstiuę quartanę magna ex parte breues auctumnales longę, & maxime quę hyemem attingunt.

Expositio Iacobi.

Iste apho. tres habet cōclusiones. Secunda est ibi. (Autumnales.) Tertia ibi. (Maxime.)

Primā cōclusio. Æstiuę quartanę ut plurimū sūt breues. Probat sic ut plurimū causę facientes ad breuitatem quartanę sunt fortiores in ęstate, quia materia est subtilior magis dispersa calidior poti apertiores &c̃.

Primo nota. Ex multis arguitur morbi materialis lōgitudo siue breuitas. s. re naturali, non naturali, & pręter naturam. Exemplum primi, ut complexione, cōpositione, ętate, & quę tis annectuntur, & sexu, raritate & spissitudine. Exemplum secundi, ut aere, regione, cibo &c̃. Exemplum tertij, ut multitudine, grossitie, & frigiditate. Ad propositū hīc ex re non naturali, quę tñ non facit hoc nisi uariando dispositionem rei naturalis, & preter naturam, & colligunt istę quatuor causę prima quarti. Secūdo nota. Per quartanam intelligere debemus febrem à materia melancholica pendētem intra uenas, uel extra putrescentem quę de quarto in quartū interpolate mouet, uel si cōtinue fortius exacerbat ęgrotantem que multiplr uariatur, quia uel est continua uel interpolata, uel à melia naturali uel adusta uel per cōgelationem genita, uel à multa materia uel pauca. Tertio nota. Æstiuales dicūtur uel i ęstate genitę uel repertę. & utroq; modo est sermo. Quarto nota notanter dixisse ut plurimū. uerbi gratia ponatur ꝙ Sor. incurrat febrem quartanam ęstiualem, & sit Sor. habitudinis frigidę & caloris debilis, & usus fuerit regimine uergentem ad meliam & febriat plato febre quartana autumnali, & sit per oīa opposito modo se habens. Dico igitur ꝙ in casu isto contingens est fortis quartanam esse magis diuturna. igitur &c̃. Ideo hoc intelligit si cętera paria fuerit. ubi non, non oportet, ut si sit ex malitia regiminis sicut declaratū est. Quinto nota. Hip. maxime de quartanis dixisse, ut per hoc de alijs concluderet cum sit morbus ualde chronicus de quo uidet minus ipsum breuiari debere. Secunda cōclusio. Autumnales quartanę sunt lōgę, et primo in cōparatione ad ęstiuas quartanas. Probatur. causę longitudinis sunt in eis potissimę, quia materia amplior, grossior, frigidior, & uirtus debilis ualde igitur &c̃. Primo nota. Per autumnales esse intelligendum idquod dictū est de ęstiualibus. Secundo nota ipsas esse longas ex parte dispositionis materię in qualitatibus eius in quātitate eius & ex parte uirtutis. Sed diceres cur non dixit de uernalibus. Dicitur ꝙ illas intellexit sub hyemalibus & ęstiualibus &c̃.

Cap̃. 4 Quartana duplex.

Tertia conclusio. Quartanę coniunctę hyemi maxime sunt longę. Probatur, quia potissima est causa impeditiua resolutionis & digestionis materię ipsarū febriū igitur &c̃. Primo nota. Per illas quę hyemi cōiungūtur intelligi posse illas quę in autumno generatę reseruātur ad hyemem, uel quę generantur in hyeme. Secundo nota. Quartanam in hyeme iudicandam esse lōgam dupliciter. Primo, quia hyems est causa prolongationis infrigidando materiam & poros claudendo. Secundo, quia cum sit tempus humidum significatur à forti causa hunc humorem qui est ualde frigidus esse generatū & per consequens &c̃. Primam tamen causam considerat Hip. Et sibis sententia huic totali colligitur primo de crisi. Quarto cap̃. et secunda primi doc. Secūda cap̃. 6. Et est utilis in actu pronostico et curatiuo. Et ampliatur ad omnes ęgritudines à materia pendentes. Per hūc apho. scis qualiter in ęstates debes procedere, & qualiē in hyeme. Item nota ꝙ tempora anni simul sunt signū & causa respectu breuitatis & lōgitudinis quartanę, et sic non repugnat idem esse causam & signum respectu eiusdem, & hoc est uerum generaliter ubicunque causa est quo ad nos notior effectu. Item notandum est ꝙ cōclusiones positę in apho. ut sint uerę oportet ponere cętera paria, ubi. n. non sic foret, non oporteret apho. esse uerum. Et ideo bene dixit Hip. ut multū. uerbi gratia sicut positus est casus in litera eiusdem apho. &c̃.

Quartana hyemal. lōga duplr.

Gal. Auicē.

Aphorismus. 26.

Febrē i spasmo melius ē fieri q̃ spasmū in febre

The. Febrem conuulsioni superuenire melius est quam conuulsionem febri.

Leo. Febrem conuulsioni superuenire melius est, quam febri conuulsionem.

Expositio Iacobi.

Cõclusio huius apho. est ista. Melius est febrem superuentre spasmo q̃ spasmum superuentre febri. Probatur cõclusio sic. spasmus superueniens febri est mortale signum. Econtra uero est causa curatiua spasmi uel esse potest, igitur. Similis sententia huic colligitur secunda

Auicẽ.

tertij cap̃. de spasmo. ubi alle. Auicẽ hunc apho. & Mesue de appropriatis cap̃. de spasmo. Et est utilis. Et ampliatur ut patet ad oẽs ęgritudines neruosas à simili cau

Neruosę ægritudinis canõ.

sa pendentes, ut paralysis tortura &c. Primo nota Huiusmodi febris debet esse ephimera multę intensionis, licet etiã putrida aliquando cõferat, potissime tamen prima, de qua intẽdit apho. 57 quartę particulę. à spasmo & thetano habito febris acuta superueniens soluit ęgritudinem, acuta. i. multũ intensa. Secundo nota. Spasmus sumitur tripliciter. Primo pro qualibet ęgritudine neruosa neruorũ aut musculorũ aut lacertorũ contractionem debitã & extensionẽ prohibente. Et sic diuiditur in tres spẽs. i. emprostotonũ. epistotonũ, & thetanũ.

Spasmus triplr.

Secundo sumitur proprie pro ęgritudine naruosa membra cõtrahente, & à debita extensione ipsa prohibente, & utroq; modo sumitur hic. Thetanus dicitur cum mẽbri prohibitus est motus ad omnẽ positionis differentiã, unde manet membrũ tensum et inflexibile, ideo dicitur thetanus quasi totũ tenens Emprostotonus dicitur cum prohibetur uoluntarius motus ad partẽ domesticã, licet ad syluestrem membrum sit flexibile, ideo dicitur prostotonus à prothos quod est primũ quasi primã et dome

Prothos.

sticam partẽ tenẽs, uel à prora quę est prior pars nauis. Epistotonus nero dicitur ecõtrario quãdo. s. prohibita est tensio membri, aut etiã totius ad partẽ syluastrẽ, licet ad domesticã possit flecti & moueri. Ex quo patet ꝙ thetanus est duplex spasmus. s. compositus ex illis duobus spasmis. Item nota. Diuersi sunt nerui aut lacerti, qui sunt instr̃m motus uoluntarij ad partem domęsticã & qui sunt instr̃m motus ad partẽ syluestrẽ, ideo si cõtingat exiccatio uel repletio in utrisq; fit thetanus. si autem in alijs, fiunt alię species spasmi. Tertio nota. Hu-

Spasmus duplr.

iusmodi spasmũ cõmuniter sumptũ adhuc proprie esse duplicẽ. s. proportionatũ, & non proportionatũ ad materiam. Proportionatũ. i. cõsequentem materię in neruo superabundantiã uel defectũ. Et est duplex. s. de repletione & inanitione. Exemplũ primi, ut contractio mẽbri cõsequens repletionẽ neruorũ ex materia phlegmatica grossa. Exemplũ secundi ut cõsequens exiccationem. Non proportionatus uero ut sequens dolorem aut nocumentũ cerebri. quare contrahitur ut est frigiditas congelans uel qualitas mordicatiua neruorũ, propter q̃ nerui contrahunt uersus suam originẽ ut est dolor punctura &c. Ad propositũ de primo spasmo est hic sermo potissime & maxime de illo de replone. Quarto nota. In cura huius spasmi de replone intẽtio est resolo, ideo quę fortiter resoluunt sunt cõuenientia cum complo et cõpositio membri huic multũ resistat. Ex isto patet

Spasmus ꝙ consequatr febrẽ erit duplr.

causa uerificans aphorismũ. Nota tamẽ potissime hoc intelligendũ si corpus plurimũ non fuerit meſicum, cõparatio etiã abusiua est. Quinto nota spasmus consequit febrẽ potest contingere duplr. Primo merito alterationis & exiccationis quã facit febris, & iste est de inanitione. Secundo per accidens ex eliquatione materierum neruos penetrantiũ ꝑpter hanc liquefactionẽ, & iste esset de repletione. Differunt autẽ quia primus paulatine secundus uero subito aduenit. Ad propositũ de primo est sermo cum dicitur ꝙ peius est spasmũ superuenire. Significatur. n. consumpta esse humiditatẽ substantificam membri aut nerui à febre intantũ ut contrahatur, hoc autem est mortale maxime si cõfirmatus fuerit hic spasmus, ideo &c. nel si non est confirmatus cum difficultate remouetur spasmus, febre etiam in exiccatione addente augetur spasmus.

Aphorismus. 27.

Non secundum rationem alleuiatis non oportet credere. Neque uereri ualde mala quæ fiunt irrationabiliter. Multa enim taliũ incerta sunt, & nõ ualde ꝑmanere neq; morari cõsueuerunt.

The.

His quę non ex ratione leuant confidendũ non est, nec prę metu omittendum soluere ea quę eueniunt mala, Hęc enim magna ex parte infirma sunt nec perseuerare aut immorari diutius solent.

Leo.

His qui non ex ratione leuius se habent, non oportet fidere, neq; multum formidare mala quę pręter rationẽ eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neque multum durare, & permanere consueuere.

Expositio Iacobi.

Iste apho. tres habet conclusiones. Secunda est ibi (Neque uereri) Tertia ibi (Multa enim.)

Prima cõclusio. Signis bonis cõtingentibus non secũdum rationẽ nõ est credendum. Probat, quia non sunt certa neq; perseuerant ut plurimũ patet consequentia. & assumptũ circa literã declaratur. Primo nota. Per

Alleuiari corpus secũdũ rõnẽ qd.

corpora alleuiari, secundũ rationẽ debemus intelligere corpora suscipientia alleuiationẽ ex causa naturaliter alleuiare debente & rationabiliter. Et econtra per corpora non alleuiari, secundũ rationẽ. Exemplũ primi, ut si in tertiana prius apparentibus signis digestionis, deinde sudore multo cõstãtia uirtutis appareret alleuiatio. Exẽplum secundi, ut si non apparentibus signis digestionis i febre putrida, sed cõtrarijs, nec uirtute cõstante uideretur ęgrotans alleuiari, tunc enim istis nõ est credendũ.

Alleuiatio ñ secũdum rõnem qt modis contingat.

Secundo nota. Alleuiatio non secundũ rationẽ potest multis modis cõtingere. Primo propter difformitatem materię. Secundo ratione permutationis materiæ puta per crisim permutationis, ut ex squinantia & pleuresi ꝑmutatis ad phtisim & peripleumoniã. Tertio propter resolutionem caloris naturalis & spũs, ut in febribus acutis intensiuis. Quarto propter fortẽ uirtutis conatũ cũ ultime conatur uirtus. Quinto ꝑpter stupefactionem inductã cum narcoticis ut in forti dolore aut instantia uigiliarũ. Sexto ꝑpter cõstipationem & conculcationẽ materię in membro, ut hepatis oppilationẽ. Septimo ꝑpter celestem influxum Octauo propter accidentia animæ, ut propter gaudium. Ex istis patet causa uerificãs apho. & primã cõclusionẽ. Tertio nota. Per signa ma

Signũ malum duplr.

la secundũ rationẽ eueniẽtia intelligere debemus signa significantia deteriorationẽ correspondentẽ causę naturaliter deteriorationẽ inducere debenti. Per signa uero mala non secundũ rationem euenientia intelligere debemus signa significantia deteriorationẽ nõ correspondẽtem causę naturaliter deteriorationẽ inducere debenti. Exemplũ primi, sicut si apparentibus signis corruptionis in urina cũ debilitate uirtutis superueniat casus uirtutis aut syncopis. Exemplum secundi, ut innuit Cõmẽtator, si apparentibus signis digestionis cũ uirtutis cõstantia ęger fortiter inquietetur, in quo casu non debemus multum uereri.

Secunda cõclusio apho. est ista. Signa mala etiam nõ secundum rationem uenientia non sunt multum timenda. Probatur sicut pręcedens conclusio.

Tertia conclusio quę est probatio pręcedentium conclusionem satis patet. Et similiter ampliatur. Et est utilis eodem modo &c,

Aphorismus. 28.

Febricitantibus non fortiter neque omnino in superficiẽ, permanere & nihil minuere corpus, aut tabescere magis eo quod secundum rationẽ fit:

fit malū eſt. hoc.n. longitudinē ægritudinis ſignificat, hoc uero imbecillitatem uirtutis ſignificat.

The. Febricitanti non admodum leuiter & per ſummam corporis formam ſi corpus perſtat nec ullo modo collabitur, Aut contra ſi magis conſumitur q̄ ratio poſtulat, uitioſum eſt. alterum enim longitudinem morbi, alterum imbecillitatem ſignificat.

Leo. Febricitātium nō omnino leuiter permanere corpus, & nihil minui, uel etiam pluſquam ratio poſtulat contabeſcere, malum, Hoc enim morbi longitudinem. Hoc uero imbecillitatem ſignificat.

Expoſitio Iacobi.

Iſte apho. duas habet concluſiones. Secunda eſt ibi (Aut contabeſcere.)

Prima cōcluſio. Corporibus febricitantibus non omnino in ſuperficie corpus permanere uel nihil minuere eſt malū. Probatur ſic. tale corpus non minui à febre et permanere ſignificat longitudinē ęgritudinis. igiť &c. patet cōſequentia. aſſumptū circa litterā declarabitur.

Febricitans triplicit. Primo nota. Per febricitantes non omnino in ſuperficie intelligere debemus ſatis intenſe febrientes. ſ. mediocriter, ita ut in latitudine febricitantiū imaginemur gradum intenſum ualde & remiſſum & medium, & ꝙ febricitantes remiſſe dicuntur febricitantes omnino in ſuperficie, reliqui uero non omnino in ſuperficie. i. nō leuiter omnino. Et eſt modus loquendi metaphoricus, qd' enim profundum forte eſt & reſiſtens, quod uero ſuperficiale leue eſt. Secundo nota. Corpus non minui non intelligendū eſſe nullo modo minui, ſed non ſic proportionabiliter minui, ſicut deberet merito caloris febrilis, aut alicuius accidentis ſatis intenſi. Si.n. non minuitur correſpondenter ut deberet cum tanta fortitudine uirtutis &c. aliquod latens eſt quod hanc reſoľonem retardat.

Macrefactionis facilitas aut difficultas quō et ex q̄t cōprehendať. Tertio nota. Ex tribus cōprehendi poſſe facilitatē & difficilitatē reſoľonis & macrefactionis corporū. ſ. re naturali & ſibi annexis re non naturali & præter naturā. Ex primo, quia compľo calida, ætas calida, humores calidi, & ſic de alijs arguunt facilitatē &c. Econtra uero cōpľo frigida & humida, ętas frigida, humores frigidi. ſimiliter etiā compoſitio rara uel denſa &c. Ex ſecūdo uero, quia aer calidus, regio calida, regimen calidū &c. Econtra uero oppoſitū. Ex tertio uero ęgritudo calida ut febris intenſa, & econtra remiſſa cōtingit ut ęgritudo frigida. Ad propoſitū hic ſolum cōſideramus ut ex parte diſpoſitionis prętеrnaturā fit. Quarto nota. Reſolutioni quā facit calor febrilis non ſolum repugnat humidum ſubſtantificum membrorū, ſed etiam humiditates omnes in corpore contentę reſoľonem retardant. Cum igitur corpus intenſe febrierit, & non fuerit compoſitionis nimis denſę, nec cōpľonis ualde frigidę retardare potentis reſoľonem, nec etiā in ipſo fuerit reſumptio magna, quia pono corpus febriens bene regi. Cōcludendum eſt in corpore illo plurimas fore humorales materias reſoľonem febris retardātes, & per cōſequens plurimas eſſe materias febrem fouentes, hoc autem ſignificat longitudinē ęgritudinis. igitur &c. ex hoc patet cauſa uerificans apho. Quinto nota. A tribus cauſis oppoſitis poteſt ſumi cauſa difficilis macrefactionis, ut in cōplexione frigida febre debili & aere & regione frigida. Cum igitur compľo non ſit multū frigida & debilis & corpus non macreſcat, dicimus etiā non macreſcentiam eſſe irrationabilem, quia ſ. ſumptis indicationibus deberet apparere aliqua & non apparet.

Contabeſcere dupľr. Secunda cōcluſio. Corpus febricitans non omnino in ſuperficie. i. mediocriter cōtabeſcere magis q̄ ſit ſecundum rationē eſt malum. Probatur ſic hoc ſignificat debilitatem uirtutis igiť &c patet cōſequentia, et aſſumptum ſimiliter patebit. Primo nota. Per cōtabeſcere intelligere debemus macrefieri, ita ꝙ hic proprie non ſumitur cōtabeſcere, quod eſt maraſmus, ut in libro primo de tabe. cap̄. ultimo. ſumitur ergo communiter pro macrefactione uel extenuatione. Secundo nota. Corpus cōtabeſcere uel extenuari magis q̄ ſecundū rationem non eſt, niſi ipſum extenuari plus proportionabiliter q̄ tanto gradu febris cum uirtute mediocriter conſtante extenuari debeat, ut colligi poteſt ex dictis.

Auicē. Extenuationis cā triplex. Tertio nota. Licet multę ſint extenuationis cauſę ſ ut. 7. q̄rti trac. quarto colligi poteſt, in propoſito tamen ad tres reduci poſſunt. Prima fortitudo reſolutionis. Secunda debilitas uirtutis. Tertia aggregatū utriuſq̄. Cum igiť corpus multū uelociter extenuatur ex mediocri febre, oportet ꝙ hoc ſit propter primā, aut ſecundā, aut tertiā cauſam. Cum igitur non ſit propter primā aut tertiam, eo ꝙ febris ponitur mediocris, ſequitur ꝙ erit propter ſecundam. ſ. uirtutis debilitatē, quantuncunq̄ enim calor non multum reſoluat uirtutē, tamen multo minus corpus reſumente & reſtaurante corpus uelociter extenuatur. Ex quo ſequitur ꝙ quanto febris in caſu iſto eſſet remiſſior tanto ſignum eſſet peius ſignificando uirtutē tanto debiliorem alijs. Sequitur ſecundo hanc cōſequētiam non ualere uelocius reſoluitur humidū ſubſtantificum in forte q̄ in platone. igitur uelocius extenuatur for. q̄ pla. nec econtra. Sequitur ulterius ſatis eſſe poſſe uelocius extenuari for platone, & tamē in ipſo platone fortem multo tardius in ſuo ſubſtantifico humido reſolui, quia ſtat ꝙ habeat reſtauratiuā debiliorem & plura alia ſequuntur.

Auicē. Febriū oſū curatiuus ꝓnoſticuſq̄ canon. Et ſimilis ſententia colligitur ſecunda quarti trac. primo cap̄. 93. quod eſt de ſignis ſignificantibus lōgitudinem ęgritudinis quantū ad primā cōcluſionem. Et quantū ad ſecundā colligi poteſt idem capitulo de ſignis ſumptis à forma. Et eſt apho utilis in actu ꝓnoſtico & curatiuo ut patet. Et ampliari poteſt ad omnes febres potiſſime q̄ ad ſecundā concluſionē, quo uero ad primā ad oēs materiales febres. Item nota ꝙ ſtante uirtute debili digeſtiua in toto & ſuperueniente caliditate præter naturam ſ. febrili reſoluitur uirtus plus ſolito & uirtus efficitur debilior, ideo minus reſtaurat, propter quod corpus multo magis caleſit & macreſcit plus q̄ ſola febris indicaſ ipſum debere macrefieri &c.

Aphoriſmus. 29.

Inchoantibus morbis ſi quid uidetur mouere moue in ſtatu uero habere ſilentium melius eſt.

The. Cum morbi incipiunt, ſi quid mouendum eſt moue. Cum conſiſtunt & uigent. quieſcere melius eſt.

Leo. Cum morbi inchoant, ſi quid mouendū uideť, moue, cum uero cōſiſtunt, ac uigēt melius eſt quietē habere.

Expoſitio Iacobi.

Iſte apho. duas habet concluſiones. Secunda eſt ibi (In ſtatu uero.)

Principiū qd. Prima cōcluſio. Si quid uidetur euacuandū in principio morbi, tunc euacua. quaſi uelit dicere ꝙ aliquando in principio licet euacuare. Probatur ſic ex tali euacuatione reddiť uirtus ſupra materiam remanentē potentior. igitur &c. patet cōſequentia & aſſumptū circa litterā deducetur. Primo nota. licet principiū ſumať multipliciter hic ſumitur pro principio uniuerſali morbi diſtincto contra augmentū &c. & ita per ſtatum intellexit uniuerſalē.

Eūatio in prīci pio 4'. Secundo nota. Materia faciēs ęgritudinem in principio aliquando peccat ſolo quanto, aliquando uero peccat ſolo qualť. Et in utroq̄ caſu uerum eſt, à principio quandoq̄ licitū euacuationē fieri. Tertio nota. ut prima huius oſtenſum eſt. In quatuor caſibus licet euacuationē fieri in principio. Primus ubi materia fuerit furioſa. Secūdus ubi uenenoſa. Tertius ubi in membro principali &c. Quartus ubi quantitas mul

ta nimie aggrauet uirtutem. Ad propositum, licet in his omnibus uerificetur cōclusio, differunt tamen, quia in primis eradicatiue in ultimo minoratiue, & secundum ultimum casum positus est casus uel canō apho. Ex quo patet primo quare dixit, si quid uidetur mouendū, quia non in quolibet casu licet euacuare in principio, sed solum in casibus dictis. Patet secundo omnē talē euacuationem esse irregularem, nisi forte poneretur materiā in principio peccare solo quanto. Patet tertio in tribus primis casibus cōpetere eradicationē. in quarto uero minorationem, nisi peccatum fuerit qualitatis.

Secunda cōclusio. In statu morbi non est fienda euacuatio. Probatur sic. tunc natura est circa digestionem materiæ summe intenta & occupata. igitur nō est cum pharmacia diuertenda. patet cōsequentia & assumptū similiter. Primo nota. Ægritudinū materialiū quædā sunt terminabiles crisi, & quædā nō in proposito est sermo de primis, ut patet. Secundo nota. licet in statu materia sit digesta, uirtus tamen est potens aliquando materiam euacuare, aliquando non. Ad propositū intelligitr, ubi uirtus sit sufficiens euacuare. Ex quo patet aphor. solum in salubribus esse uerificabilē, quoniā cum natura non mouet humorē, moue tu hora motus eius. Tertio nota hoc nunquā licere in prima sed bene in secunda parte status. Prima autē causa est, quia uirtus in principio status est multum impedita & laborat quare igitur non licet naturæ plures fortes motus inferre ne nimium debilitetur, aut à naturali operatione diuertatur. Secūda causa est, quia posset sequi aliquando error in euacuando, natura. n. sufficiente euacuare per se superaddita operatione pharmaci posset euacuatio superfluere. Et similē sentētiā huic colligere potestis primo de crisi. ca. 6. et prima quarti cap. de cura putridarū in generali. Et est utilis i actu practico ut patet. Et ampliat, ut notū ē.

Ægritudo materiale dupliciter.

Gal. Aui. Febriū putridarū practicus canon.

Aphorismus. 30.

Circa principia & fines omnia imbecilliora, circa status omnia fortiora.

The. Omnia cum incipiunt & finiunt leuiora sunt, cum cōsistunt grauiora.

Leo. Circa initia, & fines, omnia imbecilliora, cum uero consistunt, fortiora.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Circa status.)

Prima cōclusio. Omnia accidentia sunt imbecilliora circa principia & fines morborū q̄ in aliis temporibus eiusdem. Probatur. circa principia & fines morborum sunt morbi remissiores. igitur. cōsequentia tenet, quia accidentiū intensio sequitur intensionē morbi & assūptum satis patet. Primo nota. Per principia & fines in proposito intelligere debemus uniuersale principiū morbi & uniuersalē declinationē, ita q̄ per finem non debemus intelligere terminū ultimum morbi. Et ex hic tollitur instantia de morbo mortali, qui non est circa finem remissior uel eius accidentia hic aphorismus est in solis salubribus morbis intelligendus. Secūdo nota. In morbis distingui tempora penes accidentia & penes digestionem. In proposito intelligitur de principio & de declinatione distinctis penes accidentia. De principio etiā et de statu distinctis penes digestionē in morbis materialibus à materia cruda inchoantibus ad unicā expulsionē creticam materiā reseruantibus. Tertio nota. Accidentia cōsequentia materialē morbū sunt duplicia. Quędam insequuntur impressionē à materia in membra merito suæ qualitatis prouenientē. Quædā uero sequuntur oppressionem uirtutis à materia sua multitudine grossitie uel grauitate uirtutem opprimente. Prima quidē sunt debiliora in principio & declinatione. Secunda uero possunt in principio esse uehementiora, ut patet frequēter in principiis phlegmaticarum aut talium. de primis igitur accidentibus intelligitur aphor.

Principiū qd et finis.

Accña consequētia morbū materiale duplicia.

Secunda cōclusio. Circa status morbi accidētia sunt intensiora Probatur sic. tunc morbus est maior &c. patet cōsequentia & assumptū. Primo nota. Per statum hic intelligendum esse statum accidentiū uel esse statū digestionis morborū à materia cruda inchoantiū, & ipsam ad unam creticam expulsionē reseruantiū. Secundo nota hoc totum esse intelligendū, ubi alia paria fuerint. ubi. n. foret disparitas ut plurimorum paroxismorū complicatio in principio uel declinatione non oporteret apho. uerum esse Debet etiā intelligi comparatis temporibus principii & declinationis ex una parte & temporibus status sibi correspondentibus. Alias enim reciperet instantiā apho. ut hora afflictionis tertianæ interpolatæ in declinatione fortiora sunt accidentia q̄ in hora quietis status eiusdem. Similiter de cōtinuis ꝓportionalibus est intelligendū. Et similē sententiā innuit Gal. primo de crisi. cap. 6. & in lib. de quatuor temporibus morbi, & prima quarti ca. 3. de notificatione tēporum febris. Et ē utilis i actu practico. Et ampliat, ut patet etc.

Status duplex

Gal. Auicā. Febris tpm practicus canō.

Aphorismus. 31.

Ex ægritudine uero bene reficienti, & nihil addere corpus, malum.

The. Si cui ab ægrotatione bene assumenti cibum, corpus nihilo proficit, signum est uiciosum.

Leo. Eius qui ex ęgritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.

Expositio Iacobi.

Cōclusio apho. est ista Corpus nō resumi ipso ex ęgritudine cōualescente & bene recipiente cibū est malū. Probatur sic corpus tale non resumi significat debilitatem uirtutis digestiuę membrorū autem corporis impuritatem igitur cōclusio uera. patet cōsequentia & assūptum circa literā declarabitur. Similis sententia colligitur secunda quarti. cap. de regimine cōualescentium tracta. 4. & aliqualiter primo Alman ulti. cap. Et est utilis in actu practico, ut patet. Et ampliatur ad omnes cōualescētes in quibus sic accidit. Primo nota. Per bene reficientē intelligere debemus cibum resumptiuū et cum appetitu accipientem quantitatis debitę ad sumendum, quia. s. non diminute nimis, licet etiā ampliari posset ad illos qui non cum appetitu accipiunt, uel bene reficientem. i. cibum quantitatis conuenientis & qualitatis ad resumendū accipientē. Secundo nota. Nihil addere secūdum. s. proportionē assumptorū, uel nihil addere. i. non resumi, quia. s. nullo modo ad pręexistentē habitudinem redire. Tertio nota. Causa propter quā hoc tale corpus tali utens cibo non resumitur non potest esse nisi uel debilitas digestiuę in membris, propter quā nutrimentum assumptum non digeritur, nec in membrorū substantiam cōuertitur. Aut malę materię impedientis debitam membrorū nutricationē retentę, utrumque autem istorum est malum, ut patet, ideo &c. Quarto nota. utrunq; malum esse per uiam signi & per uiā causę. Primum patet. Secundum similiter. Sumpto enim cibo taliter nec membris assimilato cōgregant in corpore superfluitates plurimę nouam potentes ęgritudinem causare, hoc autem est malum. igitur &c.

Cōualescētiū practicus canon.

Aphorismus 32.

Plerunque omnes male se habentes, secundum principia quidem bene recipientes, & nihil addentes, in fine rursus abstinent. Secundum principia quidem abstinentes fortiter, posterius uero bene reficientes, melius commutant.

The. Omnes fere qui sese male habent. Principio bene assumentes cibum, nec quicq̃ proficientes, in fine inedia exigunt. At uero qui principio uehemẽter inedia exigunt, postea bene assumunt, hĩ melius euadunt.

Leo. Omnes fere qui male se habent, circa initia bene cibati, nec quicq̃ proficiẽtes, circa finem rursus cibum non appetunt. Qui uero circa initia cibum ualde non appetum, postea bene appetentes, hĩ melius euadunt.

Expositio Iacobi.

Hic apho. duas habet conclusiones. Secunda est ibi. (Secundum principia.)

Prima cõclusio. Omnes conualescẽtes male habẽtes in principio multum refecti cibo et illo non resumpti, in processu appetitu priuantur. Probatur sic. in talibus. n. secũdum plurimum multum aggregãtur materię superfluæ. multum etiam debilitatur uirtus digestiua. igitur patet consequentia & assumptum circa literã declarabitur. Primo nota. notãter dicit plerunq̃, quia nõ semper aut propter bonum regimẽ superueniens, aut propter uirtutis fortitudinem. Secundo nota. Per male habentes intelligere possumus oẽs conualescentes, aut conualescẽtes nõ uere primi, quia neutri sani nõdum effecti. secundi uero. quia habentes aptitudinem ad recidiuam.

Appetitus defectionis causę

Tertio nota. Causa defectionis appetitus est debilitas attractiuæ mẽbrorum, aut multitudo humorum in uenis coaceruatorũ, aut obtusio sensus oris stomachi à superfluitatibus ibi cõgregatis quæ oĩa secundum plurimum cõtingunt in istis, ideo &c̃. Sumpto. n. cibo nõ resumpto corpore multiplicãtur superfluitates uirtutem membrorum debilitantes quæ in uenis cõculcantur & circa os stomachi inuiscatæ appetitum obtundunt, aut fastidium causant, ut. 13. tertij tractatu secũdo. cap. de destructione, & debilitate appetitus.

Auicẽ.

Secunda conclusio. In principio cõualescentiæ fortiter abstinentes, & postea se bene reficientes melius cõmutant cibum & appetunt. Probatur. in talibus auferẽ causa remouens appetitum et digestionem prohibẽs. igitur &c̃. consequentia patet & assumptũ declarabitur.

Abstinẽs fortiť quid

Primo nota secundũ principia. s. cõualescentiæ fortiť abstinentes, quia. s. ualde modicũ sumentes cibum, non tamen ita, ut cadat uirtus etc̃. vel absolute fortiter. i. habentes appetitum ualde prostratum ut innuere uidetur Cõmentator. Secundo nota. Causa huius esse potest, quia hi sunt cõualescẽtes ueri uel non ueri. Si ueri cum sint ex ęgritudine debiles non possunt multum cibum cõmutare, ideo exhibito multo cibo uirtute non dominante superfluitates multę generabuntur. Exhibito autem modico conuenienter conuertetur, quare fortificabitur uirtus ad ampliorem cibum trãsmutandum, & per consequens &c̃. Si autem sunt non ueri per abstinentiã cõsumẽtur reliquię ex ægritudine derelicte, quare etc̃.

Et ex his patet primo causa uerificans apho. Patet secundo q̃ ordo diętationis conualescentis totaliter opponitur regimini ægrotantis: Ægrotantis. n. regimẽ subtiliando, connalescentis uero ingrossando procedit. Et similem sententiã huic colligere potestis de mẽte Aui. Secunda quarti tracta 1. cap. de regimine conualescentis. Et ampliatur. Et est utilis, ut pręcedens. Patet etiam quare conualescentes in principio, secundum plurimum nõ habent appetitum fortem, sicut in processu.

Aui.

Aphorismus 33.

In omni ægritudine cõfortari mẽte & bene se habere ad oblatiões, bonũ. Cõtrariũ uero malũ

The. In quouis morbo mente constare & cibum appetere est bono, contrarium uitio datur.

Leo. In quouis morbo mente cõstare, et bene se habere ad illa quę offerunt, bonũ, contra uero se habere, malum.

Expositio Iacobi.

Prima cõclusio huius apho. ẽ hęc. In qualibet ægritudine cõfortari ægrum mente etc̃. est bonũ. Patet, quia significat sanitatem cerebri, & bonã dispositionem mẽbrorum naturalium. igitur &c̃.

Secunda conclusio est. Contrarium est malum. Patet, quia est oppositi significatiuũ. ideo &c̃. Silis sentẽtia colligitur secunda quarti. tract. 1. cap. de signis bonis & de signis malis. Et est utilis in actu pronostico. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Notanter dictum esse in omni, quia in qualibet ægritudine est de se boni significatiuũ, quęcunq̃ fuerit illa, siue materialis siue imaterialis. Secundo nota. Confortari mẽte. i. letari & bñ sperare. vel confortari mente. i. mentis operationibus bene se habere & non lędi. & uterq̃ sensus bonus est per apho. Tertio nota. Bene se habere ad oblationes, q̃ cibũ oblatũ bene reciper̃ et potissime si bene imutauerit. Quarto nota. Vtrunq̃ istorum esse bonũ per uiã signi et per uiã causæ. Primum patet (ut dictum est) quia significatur sanitas aĩalis & naturalis uirtutis. Patet secundum, quia infirmum bene sperare est causa ut sit medico bene obediens. Item sicut tristitia infrigidat corpus & spiritũ exterminat, ita cõueniens letitia uiuificat & confortat. Dico autẽ notãter mediocris & cõueniens &c̃. Silr bene se habere ad oblationes est causa, ut uirtus bene custodiatur & potẽtior sit supra morbum ad pugnãdum contra materiam morbi. Patet igitur aphorismus &c̃. Dubitatur quid sit melius an confortari mẽte an bene se habere ad oblationes. Solutio. si per confortari mente intelligitur bene sperare melius est bene se habere ad oblationes Si autem intelligatur animalẽ uirtutẽ illęsam fore quicquid dicant alij dico q̃ melius est se bene habere ad oblationes, quia plus facit ad esse uitæ perfectio operationum naturalium q̃ animalium cũ multos experiamur morituros de proximo in uirtute aĩali parum & insensibiliter lęsos, quod non contingit de naturali. Item econtra naturalem uirtutem esse lęsam, & tamen ægrotantem euadere, raro tñ de naturali &c̃.

Auicẽ. Mẽtis sa. pronosticus canõ. Mente cõfortari quid.

Perfectio naturaliũ opõnũ melius signum q̃ animalium

Aphorismus. 34.

In morbis minus periclitantur ægrotantes, quibuscunque propriæ naturæ, & ætatis & habitudinis. & oræ ægritudo inest, magis quã quibus nõ propria secundum aliquid horum inest.

Thd. Per morbos minus periclitãtur hĩ quorum naturæ morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, aut tempori q̃ quibus non conuenit aliqua ex his ratione.

Leo. In morbis minus periclitantur, quorum naturæ aut ætati, aut habitui, aut tempori, magis congruit morbus q̃ quibus secundum nihil istorum congruit.

Expositio Iacobi.

Cõclusio apho est ista. Ægrotãtes in quibus est ægritudo propria naturę ætati & habitudini & horę minus periclitantur q̃ illi in quibus est ægritudo propria secũdum aliquod horum. Probatur sic. talibus aduenit ægritudo à debiliori causa, minus etiã à proprio & naturali tẽperamento euertuntur. igitur &c̃. patet consequentia. assumptum circa litterã declarabiť. Silis sententia huic colligitur secunda primi. doc. prima. cap. 8. s. de complendis dispositionibus, et doc. tertia. cap. 3. s. de signis complexionum in. 6. genere signorum. & septimo terapẽ. vltimo ca. & primo pronosticorum cõmẽ. 11. ad finem, & prima problematũ. 28. problemate. Et est utilis in actu practico tã. s. pnostico q̃ operatiuo. Et ampliari potest ad oẽm morbum uel morbos oẽs, licet Cõmentator uideatur restringere ad complexionales materiales. Primo nota. Per morbos in proposito intelligere debemus morbum proprie dictum distinctum contra cãm

Auicẽ. Gal. Hip. Aristo. Morborũ conplonalium & aliorũ practicus pnosticus cañ

Morbus duplicit.

& contra accidens. Possumus etiam intelligere morbū communiter dictum ad omnem rē pręter naturā se extendentē, ut causam & accidens. v.g. de cā minus periculosa apparet alijs paribus. nec sic appareret ægrotās à sua natura euersus, si in tēpe calido aut natura calida aut in regione calido multiplicaretur cholera q̄ si in frigida. Similiter de accidēte. ut oris amaritudine in cholerico, aut in ęstate, aut cholera in urina, aut egestione, & sic de alijs. De oībus igitur his pōt uerus esse apho. Secundo nota. Per minus piclitari intelligere debemus minus mortis periculo aut minus nocumētū incurrere: ut sit sensus &c. Tertio nota. Per morbum proprium intelligere debemus ꝓportionalem morbū, intelligēdo per hunc morbū in quem merito naturę ętatis uel habitudinis uel temporis promptū est corpus faciliter labi. Ecōtra uero per morbū non proprium .i. disproportionalem in quem s. merito naturę ætatis uel tēporis &c. non est corpus promptū faciliter cadere, immo difficulter.

Morbus duplicit.

v.g. febris tertiana est morbus ꝓprius siue ꝓportionalis naturę cholericę. disproportionalis uero naturę phlegmaticę similit ętati iuuenis ꝓportionalis & ętati senis econtra sil'r tempori ęstatis ꝓportionalis & disproportionalis hyemi. facies tornatilis habitudini macrę est ꝓportionalis siue propria. disproportionalis uero carnosæ. & sic de alijs. Et ex his colligitur plurium auctoritatum allegatarū cōiter intellectus. Prima lapsus similis est minus periculosus econtra dissimilis siue contrarius est periculosior. sil'is .i. proportionalis & nō similis formaliter. Secunda. lapsus sil'is est facilior q̄ cōtrarius idest facilius cadit corpus in lapsum ꝓportionalem &c. licet etiam facilitas & difficultas lapsus q̄nq; sumantur pro periculositate & eis opposito. Et ex hoc .2. colligitur dr̄ia inter lapsum naturalē & ꝑter naturam. Semꝑ alijs paribus in lapsibus ꝑter naturā contrarius est deterior. In naturalibus uero ecōtra. quia per lapsum naturalem ad simile, plus euertitur corpus à iustitiali tēperamento, econtra per contrarium. Quarto nota. Hm̄oi ꝓportionalitatem morbi ad naturā ętatem &c. considerem⁹ dupl'r. Primo ut est uel esse pōt signum & utiē medicus ipsa pro signo, et sic significat uehementiā causę uel debilitatem eius. Secundo ut cā. proportionalitas enim morbi ad naturā est cā cum alijs paribus: ut morbus plus intendatur uel maiorē uel pōt esse. Improportionalitas uero econtra. Ad ꝓpositū primo modo est intellectus Hip. Ex quo patet intellectus antiqui dicti. s. q̄ lapsus ad contrariū per uiam signi est peior et p uiam causæ est minus malus. Et econuerso lapsus ad simile.

Proportionalitas morbi duplicit. Disproportionalitas etiā duplicit.

Quinto nota. Sub ætate cōprehendendā esse cōsuetudinem regimen sexū, & sic ampliat aphō. magis. Sexto nota. Morbus aliquis absolute potest dici sil'is, qui tñ cum aliqua determinatione dicetur contrarius, & sil'r econtrario. v.g. fe. absolute est lapsus similis cholerico. fe. tñ phlegmatica ei cōtrarius morbus est. ecōtra phlegmatico flegmatica. de q̄bus oībus in proposito est intellectus v.g. ut supra. Septimo nota. Natura, ętas, tempus &c. frequenter dissonant in ꝓportionalitate, & disproportionalitate ipsorū ad morbum. Q ñ.ꝑ n. est morbus ꝓportionalis naturę, sed non ętati, & sil'r econtra. v.g. febris cholerica in cholerico tp̄e hyemis aut in ęstate frigida, aut phlegmatica tp̄e ęstatis, aut in regione calida. Sil'r spasmus siccus in neruo sil'is est complōni disproportionalis compōni, cum eius humidū sit glutinosum, & sic de alijs, tunc igitur debemus aspicere quę harum indicationū uel causarū fuerit uincens. q̄ si cā facilitas lapsum fuerit uincens, lapsum appellamus similem uel ꝓportionalem. si aūt econtra contrariū uel disproportionalem. Ex quo sequitur primo in casu aliquem esse lapsum absolute nec proportionalē nec disproportionalem denominabilē. Ponendo q̄ tm̄ tempus promoueat ꝓportionalitatē quantum cōplō naturalis disproportionalitatē morbi. Sequitur secundo ad ueritatem apho. oportere alia esse paria, ut si comparatur morbus naturę cōtrarius & similis uel proportionalis in periculositate, & dicatur periculosiorē esse naturę cōtrariū, intelligat̄ stante paritate in tp̄e anni regione sexu &c. Similiter stante paritate in magnitudine morbi, posset enim morbus ita modicū labi à tēperamento lapsu contrario, & ita multū lapsu simili, q̄ deterior esset lapsus similis q̄ cōtrarius. Vltimo nota. Hanc ęqualitatē tripliciter imaginari possumus. Primo ad sensum medici, ut si tangatur cholericus & phlegmaticus & utrobique percipiatur ęqualis acuitas febris. Aut si respiciatur macer naturaliter et carnosus & ęqualis uideatur faciei tornatilitas. Secundo quantū ad recessum à proprio tēperamento Et hanc imaginamur duplicē, arithmeticā s. & geometricā. Arithmeticā quidē si æquali latitudine tēperamentū propriū excedāt, ut si cholericus calidus ut quatuor febriat ut sex. & phlegmaticus calidus ut duo febriat ut quatuor. Geometricā, quia. s aquę proportionaliter respectu temperamenti proprij fiant intensa uel remissa. ut cholerici caliditas ut quatuor crescat ad sex q alterū, quia ad sex. & phlegmatici ut duo similiter, q a ad tria. Ad propositū potissime intelligitur hic primo & secundo modo. Ex primo. n. arguitur supra uehementiam causæ & corpus esse à naturali tēperamēto magis euersum. Ex secundo uero arguitur solum supra uehementiā causę. Ex his colligitur causa uerificans apho. In morbis minus. i. rarius ualde periclitantur &c.

Æqualitas morbi dupliciter.

Aphorismus 35.

In omnibus morbis ea quæ circa umbilicum & pectinem sunt, spissitudinem habere, melius est. Nimis uero tenue & tabefactū, malū. Fallax enim huiusmodi ad inferiores purgationes.

The. In quauis ægritudine partem umbilici & imum uentrem esse pleniorem, melius est. Admodum extenuari atque tabescere, uitiosum est. Ad inferas etiam purgationes, hoc tutum non est.

Leo. In quouis morbo partes ad umbilicum, & imum uentrem attinētes crassitudinē habere, melius est. Multum uero extenuari, ac cōtabescere, prauū. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculosum.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Nimis uero.)

Prima cōclusio. In omnibus morbis bonū est partes quę sunt circa umbilicū & pectinem esse spissas. Probatur sic, quia per hoc significatur robustio illarū partiū & potentia ad bene tolerandū purgationes. igitur patet cōsequentia & assumptū colligitur. 14. tertij tract 4. cap̄. 4. de hydrope ad finem. Primo nota. Licet in omnibus morbis sit apho. uerus, potissime tamen intelligēdus est in materialibus ex replōne per euacuationē per inferiora curādis. Secundo nota. Per ea quæ sunt circa umbilicū &c. intelligendū esse inferiorē uentrem diuisum in partē superiorē hypocundrialē dictam. & mediā dictam umbilicalē, & inferiorem dictam pectinalē, q uēter ex quatuor integratur partibus. s. cute superiore, pinguedine sub cute, musculis, & panniculo dicto syphac, ut debet in anathomia uideri. quas bonum est spissas habere. Tertio nota. Spissitudo sumit̄ tripliciter. Primo pro densitate Secūdo pro priuatione pororum. Tertio pro profunditate cum cōparatione partium. taliter sumitur hic. Quarto nota. In spissitudine imaginamur latitudinē habentē mediū & extrema. datur. n. uenter tēperatus uel mediocriter spissus, & nimis spissus & nimis tabefactus. Ad propositū temperatę spis-

Auicē.

Venter inferior quid & q̄ō diuidat̄ & ex q̄bus ptibus ītegret̄. Spissitudo tripliciter.

sum

sum optimũ est habere, cõsequenter magis & pessime tabefactum. Quinto nota hanc spissitudinem esse bonam per uiã causæ & signi. per uiã quidẽ signi significando uirtutem digestiuam & nutritiuam hepatis & stomachi forte. & similiter attractiuam & expulsiuam, cum ibi signi ficetur adesse multũ caloris et spiritus & sanguinis. Existente etiam pinguedine multa, fit reuerberatio caloris ad interiora fortis, & per consequẽs etiã carnosa spissa existentem multum calefacit partem illam per uiam causæ, quia etiam spissis existentibus melius defenduntur uiscera ab extrinsecis nocumentis occurrẽtibus, melius etiam resistitur impressionibus pharmacorum ꝗ ipso subtili & tabefacto existente. Et ex isto patet causa uerificans aphorismum. Cum enim hic uẽter sit fortis bene resistens impressioni pharmaci & superfluę euacuationi, posset etiam superflue tolerare & perficere euacuationem. quare patet ueritas conclusionis tam de purgatione naturali ꝗ etiam artificiali. & posset etiam ad euacuationem per uomitum extendi, ut patet.

Spissitudo bona dupl̃r.

Secunda conclusio. In omnibus morbis habere uentrem tenuẽ & tabefactum est malum. Probatur sic. huiusmodi uenter est fallax ad purgationes inferiores. igitur &c̃. patet consequentia, & assumptũ ponit̃ in littera. Primo nota tenuitatem esse duplicem. s. naturalem & pręternaturam. tetigit primam dum dixit tenuem. secũdam dum dixit tabefactum. Secundo nota hoc esse malum per uiam signi & causæ, ut ex supra dictis patet. Tertio nota hanc uentris compositionem male tolerare uentris purgationem naturalem & artificialẽ, ut patet. Quarto nota facilitatem tolerãtię purgationis cõprehendi posse ex re naturali, & non naturali & pręter naturam, & sic difficultatem. Exemplum primi, ut ex cõplexione, cõpositione naturali lubricitate etc̃. Exemplum secundi, sicut ex tempore anni aere frigido uel calido cõsuetudine &c̃. Exemplũ tertij, sicut ex repletione grossorum ant subtilium chymorum &c̃. Ad propositũ tangit hic solum naturalem uel pręternaturalem cõpositionem. Et sic eam sententiam huic colligere potestis tertio canõ. fen. 14. trac. 4. cap. de hydrope. ad finẽ. et aliqualiter. quarta primi. cap. 4. s. de regulis communibus solui uentris et uomitui. Et est utilis in actu practico. Et ampliatur, ut supra notatum est &c̃.

Tenuitas dupl̃r.

Facilitas & difficultas tolerantiæ purgationis cognoscit̃ tripl̃r.

Auicẽ.

Aphorismus. 36.

Sana habentes corpora, pharmacijs purgati exoluuntur, Celerius uero malo cibo utentes.

The. Qui salubri corpore sunt, celeriter per euacuationes oppressi dissoluuntur. Atq; etiã qui cibo prauo utunt̃.

Leo. Qui salubritatẽ corporis habent, p medicamẽta euacuati cito exoluuntur. Et qui prauo utuntur cibo.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet cõclusiones. Secunda est ibi (Celerius.)

Prima cõclusio. Habẽtes corpora sana purgati pharmacijs multum debilitantur. Probat̃ sic. in talibus corporibus per purgationem pręcise euacuatur iuuatiuũ, quia. s. multum & parum uel nihil de nocitiuo. igitur etc̃. patet consequentia & assumptum, ex quo talia corpora ponunt̃ esse sana. Primo nota. Corpora sana sunt duplicia, quędam sunt culpate sana, & quędam inculpate sana. de secundis. s. non culpate sanis est hic sermo, quia in corporibus culpate sanis bene potest competere purgatio cum pharmacia. Secundo nota. Per pharmacias in proposito intelligere debemus medicinas euacuantes eligendo, quarum natura est ut plurimũ uenenosa. Tertio nota. Causa debilitationis corporum in euacuatione cum pharmacia est multiplex. Prima est euacuatio euatiui, puta humorum laudabilium euacuatio, per quã rum pręsentiam stat corporis robur. Secunda est mala qualitas posita in membris à parmacia, & maxime principalibus. Tertia est agitatio & supercalefactio humorum & spirituum, ad quam sequitur motus multorum uaporum ad cor & cerebrum & spirituum multa resolutio. contingit autem hęc multa agitatio uirtute conãte retinere illud quod est iuuatiuum, & forti pharmacia illud uiolenter attrahente. Ad propositum. in sanis corporibus maxime contingunt talia. Primo quidẽ fit maxima iuuatiui euacuatio deficiente materia mala euacuanda. Secundo etiam ponitur mala qualitas. Tertio fit fortis agitatio (ut dictum est) ad quod etiam cõcurrit ꝓ longiorẽ trahit in corpore morã. medicina. n. maxime cito euacuat, quando medicina reperit materiam pręparatam euacuationi cum qua materia simul educit̃ medicina, quod non est in corporibus non culpate sanis. Ex quo patet uerificatio primæ conclusionis.

Sanum dupl̃r.

Pharmacorum purgantium no cumẽta

Secunda conclusio. Vtentes malo cibo, celerius corporibus iã dictis per purgationem debilitantur. Probatur conclusio sic. in talibus corporibus est uirtus ualde debilis, unde huiusmodi corpora reddunt̃ corpora ualde passibilia, & cum hoc paucissimi sunt humores boni. igitur &c̃. patet consequentia & assumptum declarabitur. Primo nota. Corpora utentia malo cibo sunt duplicia, quędam sunt in quibus est chymorum malitia per totum dispersa & cõmunicata toti quędam uero sunt in quibus cõmunicatur chymorum malitia solum quibusdam receptaculis determinatis, quia. s. uirtus fortis est in huiusmodi humores malos à bonis separando, qualiter non est in primis. Exemplum primi, sicut sunt corpora ualde cacochyma aut leprosa aut ad leprã parata. Exẽplum secundi, ut corpora fortia, malo tñ utentia regimine. Ad propositum est de primis in apho. Secundo nota. Per cibum hic ut Cõmentator uult intelligere possumus cibum iam conuersum ad formam humoralem, uel adhuc non conuersum. Tertio nota. Hæc corpora cito debilitantur. Primo quia ualde debilia sunt, ideo à pharmacia exoluente multum debilitant̃. Secundo quia in talibus ualde pauci sunt humores boni & laudabiles & permixti malis unde simul euacuantur cum malis humoribus, ex quo multum debilitantur propter eorũ paucitatem. Tertio quia ĩ talibus per pharmaciã fit agitatio prauorum & corruptorum humorum, ad quam sequitur euaporatio, ad principalia membra magna debilitatio. Ex quibus patet causa uerificans secundam conclusionem apho. Et sic eam sententiam ponit Aui. prima quarti, cap. 4. Et est utilis. Et ampliatur ut patet &c̃.

Vtens malo cibo duplic̃.

Auicẽ.

Aphorismus. 37.

Sana habẽtes corpa pharmacijs uti difficile ẽ.

Qui corpore bene constant, difficulter ad usum ueniunt medicamentorum. The.

Qui bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphorismi est ista. Habentes corpora sana difficile est uti pharmacijs. Probat̃ ex usu pharmacorum corpora sana magna incurrunt nocumenta. igitur assumptum supra patuit. Similis sententia ponit̃ quarta primi. cap. 4. Et est utilis. Et ampliatur ut immediate pręcedens. Primo nota. Per corpora sana intelligi illa quæ dicta sunt in aphorismo pręcedenti. Et per pharmacias, pharmacias euacuantes exoluendo. Secundo nota. Huiusmodi difficultas sumitur ex parte accidentiũ quæ sequuntur huiusmodi euacuationẽ, quæ sunt accidentia à Cõmentatore in cõmento posita, & tu uide ea & declara quomodo huiusmodi accidentia consequuntur. Auicẽ.

Tertio declara quomodo medicina trahit simile non in

Trahere simile qd. qualitatibus manifestis sed in forma occulta, & est attrahere sibi s.i. ꝓportionale suæ formæ, ad quod attrahēdum merito suæ formæ naturaliter inclinant. Quarto declara quomodo est possibile ꝙ attrahat carnem. Et dicꝙ liquefacit eam & soluit mordicando. attrahit autē sanguinem sua mora aperiendo orificia uenarum.

Aphorismus. 38.

Parum deterior cibus & potus delectabilior uero, melioribus quidem in delectabilibus magis appetendus.

The. Potus & cibus paulo deterior, modo suauior sit quā qui melior sed insuauior, ante ponendus est.

Leo. Parū deterior potus, aut cibus suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus, est præferendus.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphorismi est ista. Cibus parū deterior & delectabilior melioribus ipsis, tamē delectabilior est appetendus. Probatur sic, quia talis cibus multū delectabilior a stomacho melius digeritur. igitur patet consequentia & assumptum declarabitur in cōmē. Similis sententia sumitur secundo regiminis acutorū. in textu cōmenti. 22. & tertia primi ca. de regimine eius quod comeditur & bibitur. Et est utilis in actu practico & operatiuo. Et ampliatur ad omnia corpora sana ægra et neutra. Primo nota. Bonitas & malitia cibi arguitur ex facilitate & difficultate conuersionis eius, & bonitate chymi ex ipso generati. hæc autem cōuersionis facilitas quādoque sequitur conuenientiam in qualitatibus manifestis, quandoꝗ uero in proprietate occulta, quandoqꝫ in modo substantiæ, quandoꝗ in pluribus uel in omnibus istorū simul. Secundo nota dictum esse notanter parū, quia si multo esset deterior hoc non oporteret ut patet.

Gal. Auicē. Cibi bonitas & malitia

Voluptas cibo rū vnde. Tertio nota. Huiusmodi delectabilitas cibi maior potest sequi conueniētiam cibi ad stomachum in qualitate manifesta sicut complō temperata delectatur intemperatis, & præternaturaliter calida frigidis, & ecōtra quādoque uero ratione occultæ conuenientię, sicut plures eiusdem complōnis insequentis formam in uarijs cibarijs delectātur. Et de omnibus est sermo, siue etiā sit ꝓpter accidentalem pręparationem cibi, ut elixationem, assationem &c. Quarto nota. Stomacho multum appetente aliquem cibum & in illo multum se uoluptuāte, cibus ei tanquam sibi multum conueniens uehementer applicatur et amplectitur. quare ipsum digerit perfecte, & bona applicatione corrigit malitiam eius. Econtra etiam si cibus bonus fuerit, abominabilis uero non amplectitur, immo etiam refugit quare imperfecte digeritur, & in stomacho corrumpitur. Et ex hoc patet primo causa uerificans aphor. Patet secundo ꝙ oportet delectationem & bonam applicationem stomachi cibi malitiam superare. Ex quo patet ꝙ si esset excessiue malus, hoc non fieret &c.

Aphorismus. 39.

Senes iuuenibus plerunque ęgrotant minus, Quæcunqꝫ uero ægritudines eis cronicæ fiunt, multotiens commoriuntur.

The. Seniores magna ex parte minus ægrotant ꝗ iuuenes, Attamen qui longi his acciderint morbi magna ex parte insanabiles tota uita comitantur.

Leo. Seniores iuuenibus plurimum ægrotāt minus. Qui uero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet conclusiones. Secūda est ibi. (Quæcunqꝫ uero)

Prima conclusio. Senes iuuenibus plerunque minus ęgrotant. Probatur. plerunqꝫ senes ordinatiori utūtur regimine ꝗ iuuenes. igitur &c. tenet consequentia & assumptum, cum iuuenes sint lasciui, malum regimen à bono non discernentes, eo ꝙ inexperti sunt eorū quæ sunt secundum uitam actuum, primo ethicorū. Similis sententia colligi potest ab Aui. de pueris loco iuuenum prima primi. cap. de ętatibus. & est utilis, & ampliatur ut patet. Primo nota. Per senes intelligēdos esse senes primos, non autem decrepitos. Secundo nota notanter dictum esse plerunqꝫ, tum quia aliquando iuuenes ordinati sunt, tum quia senes inordinati. Tertio nota, hoc esse intelligendum posita in alijs paritate, ut senibus cōparatis ad semetipsos iuuenes, qui in iuuentute lasciui existētes in cibis potibus et uenereis actibus sue uirtuti confidētes nimis exorbitāt. Non attendētes dicta Aui. primo cañ. fen tertia. cap. de regimine eius quod comeditur & bibitur. Ille uero in quo mala digeruntur nutrientia ex hoc non confidat &c. Aristo. Auicē. Auicē.

Secunda conclusio. Senes multotiēs cōmoriunt ęgritudinibus chronicis eis euenientibus. Probatur sic. ęgritudinum chronicarū materiæ sunt difficiles ad digerendum & resoluendum, & cum hoc sensu uirtus est debilis. igitur &c patet consequentia, & assumptum intelligenti. Primo nota notanter dictum esse multotiēs. nō enim senes semper moriuntur ex chronicis ægritudinibus eis superuenientibus, immo neqꝫ etiam ex acutis.

Secundo nota causa uerificans aphorismū tacta est in propositione conclusionis.

Hic mouetur questio. utrū senes absolute plus ægrotent iuuenibus. Secūdo. Ex quibus morbis magis moriuntur senes & ex quibus iuuenes. Tertio. Verum morbi longi sint frigidi. dubia sunt facilia &c.

Aphorismus. 40.

Brāci & coryze in ualde senibus nō maturātur.

Raucedines & grauedines maioribus ad modum natu concoqui nequeunt. The.

Raucedines. & grauedines in ualde senibus coctionē non admittunt. Leo.

Expositio Iacobi.

Cōclusio aphorismi est ista. Branci & coryze in ualde senibus nō maturantur. Probatur sic. materia faciēs branchos & coryzas est secundū plurimum frigida ualde, difficilis maturationis, & in senibus est uirtus digestiua ualde defecta igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter. Et similis sententia colligitur quinta tertij. cap. de catarro. Et est utilis. Et ampliatur, ut patet, Primo nota. Istum terminū catarrus sumi tripliciter. Primo pro quolibet fluxu humiditatis à membro ad membrum, ut secunda primi. doc. prima cap. de ægritudinibus cōpositis. Secundo pro fluxu à capite ad quodcūqꝫ membrum. Tertio ad pectus. brāchus uero est fluxus à capite ad fauces. Brancos enim gręce, latine faux. Coryza uero est fluxus ad nares à cora quę sunt ossa narium. Ex quo patet brancos & coryzas sub catarro primo & secundo modo dicto contineri. Secundo nota notanter dictum esse in ualde, ut supra notatū est, quia in eis est ualde defecta uirtus. Tertio nota hoc esse (ut in pluribus) uerū. propter causam tactā in ꝓbōne cōclusionis &c. Auicē. Auicē. Catarrus. tripliciter. Brācus quid. Coryza qd.

Aphorismus. 41.

Qui exoluūtur frequenter & fortiter sine manifesta occasione, repente moriuntur.

Qui sępe & multum exoluūtur sine causa manifesta, ij de repente moriuntur. The.

Qui frequenter, ac fortiter absqꝫ causa manifesta exoluuntur, de repente moriuntur. Leo.

Expositio

Expositio Iacobi.

(Gal. Auicē. Sincopi fātum ꝓnosti cus cañ. Exolutio qd. Extasis & lippothymia qd syncopis. Gal.)

Conclusio aphorismi est ista. Qui syncopiçant fortiter & frequenter & sine manifesta causa subito moriuntur. Probatur sic talis casus in syncopim significat uirtutis ultimatum defectum & causam uirtutem prosternentem esse fortem & cordi annexam. igitur patet consequentia, & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur quinto interiorum, cap̄. 2 11. tertij. tract. 2. cap̄ de signis syncopis. Et est utilis in actu pronostico. Et ampliatur ad omnes in quibus euenit syncopis cum his tribus circunstantijs scilicet fortiter & frequenter & sine manifesta causa. Primo nota. Penes auctores reperiri istos terminos, exolutio, extasis, lippothymia & syncopis. Intelligentes per exolutionem omnem uirtutis magnam debilitatem uel resolutionem, ad quam sequitur uirtutis magnus casus & manifestus. Per extasim hominis statum extra mentem, ita ut stet sicut sanctus Paulus, dum fuit raptus ad cęlum. Per lippothymiam animi defectionem. Per syncopim casum uirtutis subito factum, nt. 12. terapeu cap̄. 5. Secundo nota. De syncopi plres dantur descriptiones Prima. syncopis est debita uirtutis concisio. collecta. 12. terapeu alle. cap̄. hęc autē non est perfecta descriptio. sic enim non differret syncopis ab apoplexia. Aliter describitur ab Auicen. 11. tertij. tract. secundo, cap̄. de syncopi. Syncopis est destructio maioris partis plurium uirtutum sensibilis & motiuę propter debilitatem cordis & agregationem spiritus totius ad ipsum propter causam, ut est timor mouentem ipm ad interiora. aut propter causam ꝑfocantē ipsum interius, quare non inuenit respiraculum, aut propter paruitatem & subtilitatem eius, quare non superfluit super illū qui reperitur in minera. In qua diffinitione ponitur ly destructio &c̄. pro genere, conuenit. n. in hoc cum apoplexia & similibus. Per hoc autē quod dicitur maioris partis dr̄t à lippothymia, in qua solum est leue impedimentum & non destructio maioris partis. Et dicit maioris partis, propter motū non esse omnino perditū, ut cordis et diaphragmatis. appellanẗ autē operationes uel exitus operationum partes uirtutum Exitus. n uirtutis in operatione uideẗ uirtutis ītegra reperfectionē. Per hoc autē quod subiungiẗ propter debilitatē &c̄. differt syncopis ab apoplexia, & circūloquitur membrū, cuius passio proprie est syncopis, uel ex cuius passione fit syncopis Per hoc uero quod diciẗ propter aggregationē &c̄. explicanẗ generales causę à quibus fit syncopis. Prima causa generalis aggregatio spiritus totius quę potest fieri aut propter causam spiritū ad interiora mouentē sicut timor uenenū, aut causa ꝑfocans, aut paucitas eius, quare cogiẗ cor spiritū retrahere. Ex quo patet primo differentia inter priuationē sensus & motus in syncopi & in apoplexia uel epilepsia cōtingentē. In apoplexia enī fit propter prohibitū esse transitū spiritus animalis, ut uidebitur in sequenti aphorismo. In syncopi autem uitalis. Ex quo ulterius patet spiritū uitalē necessario concurrere ad operationes sensus & motus. Patet tertio tres fore generales causas, ad quas oēs causę syncopis reducuntur. s. causa mouens spiritū ad interiora, sicut uenenum. causa ꝑfocans spiritum intertus, sicut humor fūgorum, paucitas et subtilitas spiritus etc̄. Tetigit primā dum dixit, propter causam mouentē. Secundā dum dixit, aut ꝑfocantē. Tertiā autē propter paruitatē. Quod autem omnes causę cāntes syncopim ad aliquā istarū reducantur, patet satis intelligenti. Et ex his ut fundamēto patent causę multorū probleumatū. Primū quare fortis fames causet syncopim. Secundum quare fortis dolor et forte gaudiū causent syncopim. Tertiū quare in phlebotomia in non solitis causeẗ syncopis. Quartum quarẽ in ꝑfocatione mr̄icis causeẗ syncopis. Quintum uero

(Cāę generales syncopis. Synco. cur ex fāe foetis. Synco. cur ex dolorē et gaudio fortis. Synco. cur ex phlobotomia. Synco. cur ex ꝑfocatiōe ma tricis. Cur Syn in pueris decrepitis con ualescē tibus. Syncopis cāu sa dupl'r)

proplema est quare pueri decrepiti & cōualescentes facilius incurrant syncopim, ut Auicē. locis ꝑallegatis.

Tertio nota. Per exolutionē fortem intelligere debemus syncopim à qua difficulter & tarde ægrotantes resoluantur. Per frequentem uero illam quæ pluries inuadit ægrotantē sic ꝙ inter unā inuasionē & aliā modicū cadit tēpus mediū, ita ꝙ fortitudo syncopis attenditur penes difficultatē releuationis, frequētia uero penes paruitatem tēporis mediantis inter unā syncopim & aliā.

Quarto nota. Syncopim prouenire quandoqꝫ à causa extrinseca & primitiua, ut morsu animalis uenenosi fumo uenenoso. Quādoqꝫ a causa corporali & intrinseca. Et hoc dupliciter. Vel per proprietatē ut mala complexio cordis cal'a uel fri. cum materia uel sine materia resoluens spiritum. Aut per cōmunitatē .s. propter egritudinem alterius membri, de quibus potissime sunt stomachus & cerebrum hoc tamet membrum quandoque est distans à corde, quandoqꝫ ualde propinquum sicut capsula. Ad propositū. syncopis à causa intrinseca uel extrinseca per cōmunitatem membri à corde distantis fit à causa manifesta, quia per signa facile comprehendi potest hoc esse ex lęsione alterius membri. facta uero per proprietatem, aut ex passione membri ualde uicini, dicitur fieri sine manifesta occasione. Quinto nota. Syncopi existente forti & frequente significat uirtutis debilitas, & fortitudo causę facientis syncopim. Et hoc autē quod est sine occasione manifesta significatur causam esse in corde, uel substātię cordis ualde propinquā. Sed quandoqꝫ uirtus uitalis est debilis & causa syncopim faciens est fortis, & in cordis substantia, tūc proculdubio debet sequi mors ī syncopi. igitur &c̄. Ex quo patet cā uerificans aphorismū. Ex quibus omnibus collige primo ꝙ syncopis proprie est accidens & nō ęgritudo. Secundo ꝙ syncopis est passio totius, licet principaliter in corde inchoet, quia est defectus pluriū operationū &c.

Tertio ꝙ causa syncopis præter qualitates manifestas & manifeste alterantes potest esse occulta mala proprietas. Sexto nota ꝙ non oportet omnem syncopim factā à causa non manifesta esse mortalem, sed oportet addere ꝙ fiat fortiter & frequēter. Ex hoc collige causam quare hi morituri ex syncopi prouentunt ad colorem uiridē & colli torsionem. Ad colorem uiridem quidem propter caloris mortificationem. Ad colli contorsionem uirtute debilitata in tantum ut non possit collum amplius caput sustentare &c̄. Circa dicta occurrūt dubia.

(Dubia)

Primum dubium. Non uidetur ꝙ in qualibet syncopi fiat aggregatio spiritus ad interiora, quia ex forti dolore apostematis hoc fit ut pedis, & tunc nō fit motus ad interiora sed potius ad exteriora. similit' de gaudio arguēdum est. Secundum dubinm Causa faciēs syncopim potest aduenire paulatim & si fit paulatim, quomodo potest fieri syncopis cum tamen Gal' ponat ꝙ subito. Tertium dubium. Tunc omnis moriens ante mortem syncopiçaret. probatur. in omni moriente ante mortem est destructio maioris partis. Ad primum dicitur ꝙ ex forti dolore uel gaudio multum resoluto spiritu & depauperato corde cogitur uirtus retrahere subito ipsum ad cor, & sic fit syncopis. Ad secundum dicitur ꝙ licet illa causa fiat paulatine, cum tamen ad hoc deuenerit ut uirtutem uitalem necessitet ad subitam retractionem &c̄, tunc fiet subita retractio. posset etiam concedi syncopim aliquam fieri paulatine licet nobis ad sensum uideatur oppositum. Ad tertium quidem concedendum. Si tamen quæratur de morte naturali oportet in diffinitione syncopis adder̄ ly præternaturale, ut syncopis est prę ternaturalis destructio. Apparet tamen uniuersaliter tenendū nō solū ex subita reuocatiōe spūs ad cor uel qualicunqꝫ cōgregatiōe cāri syncopim, imo ex solo defectu spiritus in mēbris fiet syncopis eo ꝙ fiet destructio &c,

Nota etiam quomodo debilitas cordis est generalis cã syncopis. Ideo apparet q̃ tẽpore prius uel natura debilitetur cor q̃ fiat syncopis, ex timore uero econtra prius enim aggregatur spiritus ad cor. Et tu considera &c.

Aphorismus. 42.

Apoplexiam soluere fortem, impossibile est. Debilem uero non facile.

The.

Stupor attonitus uehemens, solui non potest, leuis non de facili potest.

Leo.

Soluere morbum, quem apoplexiam uocant, fortem, impossibile, debilem uero, non facile.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Debilem.)

Prima conclusio. Apoplexiam curari fortem non est posse. Probatur sic. in forti apoplexia est uentriculorum cerebri completa oppilo & uirtus cerebri ultimate defecta, eo q̃ est à materia ultimate oppressa. igitur &c̃. cõsequentia tenet eo q̃ cerebrum est principale membrũ cuius influxus est necessarius ad cõseruationem indiuidui. & assumptum circa litteram declarabitur.

Operatio cordis quõ à cerebro dependet.

Primo nota iuxta sententiam auctorũ medicinę q̃ licet cor respectu aliorum membrorũ principalium sit principalissimum, in suis tamen operationibus à cerebro aliquam uidetur habere dependentiã. licet enim primo & principaliter cerebrũ uitam per spiritum uitalem recipiat, & ideo cõseruetur, quia tamen cordis tẽperamentum non conseruatur sine actuali refrigerio, quod potissime per motum anhelitus perficitur. motus autem anhelitus potissime à spiritu cerebri dependet, eo q̃ perficitur motu lacertorum pectoris, hinc est q̃ prohibitio influxu spiritus cerebri ad pectus et sup toto fit suffocatio et mors. sic igitur uita & operatio cordis uidetur ab operatione cerebri aliquam habere dependentiam.

Apoplexia qd. Isidorus. Apoplexis qd. Cassius fe. Cõcil. Auer. Gord.

Secundo nota. Apoplexia multis modis consueuit notificari. Primo quantum ad nois etymologiam, Vnde Isid. 6. ety. cap̃. de nominibus ægritudinum acutarũ. Apoplexiã letalẽ percussionẽ nominauit, apoplexim enim græce, latine percussionem notat. Et cassius felix, ut asserit Concil. in differentia. 182. passio hæc dicta est eo q̃ mortifero corporis & animę ictu concidunt patientes. Auer. autem tertio colliget ultimo. cap̃. Apoplexia est cum homo cadit ad terrã & cessat eius uox, & priuantur omnes operationes motus totius corporis. Gordonius autẽ. Apoplexia est passio cerebri auferens sensum & motum toti corpori subito & repente, uocis magna alteratione præcedente propter oppilationẽ uentriculorũ cerebri tam principalium q̃ non principalium.

Gal.

Gal. uero tertio de accidenti. cap̃. 2. est mollities totius cum ablatione regẽtiuę uirtutis, s. sensitiuę ut puto. Notum autem esse potest nulla istarum descriptionũ esse perfectam aut conuertibilem cum descripto. Nois enim interpretatio patet q̃ non conuertitur. Per descriptionẽ autem Auer. non dr̃e à syncopi. Diffinitio autẽ Gordonij nõ est apoplexię sed ægritudinis ad quam sequitur. apoplexia autẽ proprie est accidens. Nec etiam diffinitio Gal. est bene cõpleta, nec p̃ illã bene differe à syncopi. Ideo aliter

Auicẽ.

describitur ab Aui. prima tertij. tract. 5. cap̃. de apopl. Apoplexia est ociositas membrorũ à sensu & motu propter oppilationẽ in uentriculis cerebri contingentem et cursibus spiritus sensibilis & motiui. Ly ociositas ponitur pro genere. in hoc enim conuenit cum syncopi & aliqualiter cum subet et similibus. Per hoc autem quod dicitur propter oppilationem differe à syncopi quę contingit propter læsionem cordis ut supra.

Apopl. dñiæ.

Explicantur etiam modi quibus potest apoplexia contingere. s. ab oppilatione uentriculorum cerebri & oppilatione uiarum cerebri, per quas transit spiritus sensibilis et motiuus ad neruos & membra quæ sunt instrumenta sensus & motus. Colligitur igitur modus quo aduenit apoplexia, imaginando q̃ ab aliqua materia phlegmatica gratia exempli opilentur uentriculi cerebri aut meatus, quibus a uentriculis transmittitur spiritus animalis ad membra, quare prohibetur eius transitus & per consequens membra priuantur motu uoluntario, & sic pectus dilatatione debita, quare suffocatur calor cordis & spiritualium membrorum & aduenit mors, licet etiam per oppilationem arteriarum portantium spiritum uitalem ad cerebrum fiat apoplexia, tum quia impeditur operatio cerebri propter defectum spiritus uitalis, tum etiam quia & si cerebrum adhuc spiritum animalem transmitteret nõ esset operationum debitum instrumentum, eo q̃ nõ esset ibi debita existẽtia spiritus uitalis. Et ex hoc patet primo q̃ apoplexia proprie est accidens, est enim actio læsa, q̃a ablatio sensus & motus totius. Patet secundo apoplexiam esse passionem tam membrorum aliorũ quæ sunt instrumenta sensus & motus uoluntarij q̃ cerebri, licet cerebri secũdum plurimum per proprietatem, aliorum autem per cõmunitatem. Dico autem notanter secundum plurimum, quia non repugnat apoplexiam fieri cerebro per proprietatem non patiente saltem principaliter ut uidebitur.

Apoplexię cãę

Tertio nota. Apoplexiã a multis causis causari s. extrĩseca uel primitiua sicut à forti frigore sicut frequenter contingit inter agentibus quod imaginari possumus dupliciter cõtigere. Primo modo mediante materia, ut si fortis frigiditas ita uehementer constringat uentriculos cerebri q̃ fiat attenuatoria oppilatio. Secundo q̃ forte frigus extrinsecum exprimat materias catarrales in cerebro contentas ipsas in cerebri uentriculis conculcando. A causa uero corporali per proprietatem & cõmunitatem. Per cõmunitatẽ sicut arterijs oppilatis ferentibus spiritum uitalem ad cerebrum secũdum modum dictum. Per proprietatem uero sicut propter apostema in uentriculis cerebri, aut propter oppilationem à materia oppilante contingentem quæ secundũ plurimum est phlegmatica, cõsequenter sanguinea, raro autem melancholia aut cholerica.

Apoplexia dupliciter

Quarto nota apoplexiam fortem uel debilem potissime fieri secundum fortitudinem uel debilitatem causę ipsam facientis. Fortem igitur apoplexiam appellare debemus in qua fit perfecta uentriculorum oppilatio. Causa enim taliter oppilante existente forti remoueri nõ potest nisi in notabili tempore, quia tamen uirtus non potest notabili tempore tolerare. hinc est q̃ citius deficit uirtus q̃ huiusmodi causa possit remoueri, & per consequens fortis apoplexia est incurabilis. Et hæc est cã uerificans aphorismũ.

Secũda cõclusio. Facilẽ apoplexiã difficile est curar̃. Probat̃ sic. cã faciens facilẽ apoplexiã difficulter remouetur, & accidentia apoplexię sunt uehemẽtia & piculosa. igit̃ &c̃. patet cõsequẽtia et assumptũ, eo q̃ illa est materia phlegmatica uel alia cerebrũ oppilans aut alia cã uehementer imprimens. igit̃ &c̃. Primo nota. In facili apopl̃ia anhelitũ non esse uehemẽter durũ nec inordinatũ. ecõtra uero in forti. Aut enĩ anhelitus est ex toto ablatus, aut diminutus, aut cum magna diuersitate p̃ut colligitur in cõmento. cuius cã non apparet alia, nisi quia in forti fit uehemẽs oppilo, in debili autem nõ. Secundo nota. licet in facili non fiat uehemẽs oppilo, cã tamen illã faciens est difficulter remouibilis. Et accñã etiam debilis apopl̃ię licet sint remissa respectu accidentiũ fortis, sunt tñ absolute ualde uehemẽtia sed accñtibus exñtibus uehementibus & cã difficulter remouibili sic difficulter cura ęgritudinis. igitur &c̃. patet conclusio.

Apoplexię cuiuslibet p̃nosticus cañ

Simile sententiã huic colligere potestis de mente Aui. prima tertij, tract. 5. cap̃. de apopl. & 3. colliget. cap̃. ultimo. ubi præsens allegatur aphorismus. Et à Serap̃.

collígitur

colligitur primo sui breuiarij. cap. de apo. ubi etiam præsentem allegat aphorismum. Et à Mesue in de appropriatis ubi etiam allegat præsentem aphorismũ. Et est utilis in actu pronostico quãtum ad primam cõclusionem, & in actu curatiuo quantum ad secundam. Et ampliatur ad omnia corpora cuiuscunq; ętatis sexus &c.

Aphorismus 43.

Strangulatorum & dissolutorum, nondum mortuorum, non referuntur, quibuscunque spuma fuerit circa os.

The. Qui strangulantur & exoluuntur, citra mortem, si ore spumant, non reficiuntur.

Leo. Strangulati, ac dissoluti, nondum mortui, non referũtur, quibus spuma circa os fuerit.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphorismi est ista. Nulli strangulati nondum mortui multum tamẽ dissoluti quibus apparet spuma circa os reuiuiscunt siue sanantur, sed omnes moriũtur. Probatur sic. in quibuscunq; est uirtus multum dissoluta cum uehemẽti incendio in pulmone & spiritualibus membris illi moriuntur. sed strãgulati sunt huiusmodi igitur patet consequentia & assumptũ circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur nona tertij. cap. de signis præfocationis. Et est utilis Et ampliatur (ut patet) non referunt. i. non redeunt ad sanitatem uel uiuunt.

Auicẽ. Strãgulatio duplicẽ.

Primo nota. Cum iste aphorismus sit de pronosticatione in ipso ponitur signum & significatum, et cõditio de articulans sequelam significati ad signũ. Signũ est corpus esse strãgulatum et dissolutum ex strangulatione. Significatum uero est mors siue non referre siue reuiuiscere. De conditione est spumã apparere circa os.

Suffocacio qd. Auicẽ.

Secundo nota. Per suffocationem (ut colligitur nona tertij) intelligere debemus prohibitionem transitus aeris ad pulmonem & cor & expulsionis fumorum calidorum & aeris calefacti ab eo à quacunq; causa proueniat. Hæc enim prohibitio prouenire potest a causa extrinseca & primitiua, sicut laqueo aut re collum constringente. Aut à causa intrinseca sicut apostemate gutturis ut in squinantia, aut spasmo lacertorum pectoris, aut apoplexia, & sic de alijs. Et de omnibus his in proposito est sermo licet in antiqua translatione in cõmen. exemplificet de suffocatione laqueo facta, de qua magis dubium uidetur cum sit à causa primitiua pendẽs.

Dissolutus quid.

Tertio nota. Per dissolutos intelligendos esse ex hac suffocatione ualde prostratos & debilitatos. nisi enim sic esset remota debilitatione uel suffocatione nõ oportet ipsos reuiuiscere ut patet. Quarto nota notanter esse dictum nondum mortuorũ. quia in mortuis non cadit pronosticatio, & si forte in eis spuma appareat genita in eis quando suffocabãtur.

Spumã quid.

Quinto nota. Per spumã intelligere debemus multarum aggregationem ampullarum paruarum generatarum ex forti cõmixtione & collisione partium subtilium aerearum uentosarum uel fumosarum & partiũ fluxibilium grossarum adinuicem, ita ut pars aerea sit circundata parte grossa fluxibili & obsessa prohibente eius exitum uel exhalationem ne discontinuetur, partẽ uero aerea & subtili ipsam grossam sursum & in tumorem eleuante. Ex quo patet primo q causa efficiẽs huius est potissime motus & collisio istarũ partiũ adinuicem & diuisio ad partes ualde paruas. huius etiã cã põt esse calor ualde fortis, tum qa fortẽ causat motũ & agitationem, tum quia generat fumos & subtilia corpora, quę humido p agitationẽ taliter pmixta cõponunt ampullas sicut i succis aut aqua apparet ebulliẽtibus.

Spumę generã dę modus.

Ad declarãdũ autẽ modũ generationis huius spumę uel ampullarum prẽmittãtur hic duę suppositiones. Prima q quodlibet ens naturale naturaliter inclinaĩ, ut in sua naturali continuitate permaneat & se conseruet, & ita ex natura rei resistit diuidenti. aliter enim. nõ apparet quare resisteret medium diuidẽti in motu grauiũ & leuiũ. Secunda suppositio. leuiora naturaliter appetunt super esse grauioribus. His suppositis patet q si fiat fortis cõmixtio partium aerearũ cum aquosis, ut in olla bulliẽte contingit aereã partẽ aquosę parti subcludi. unde naturaliter sua leuitate petit exitũ & ascendit, & sic sursum partem aquosam ppellit ut diuidat et ascẽdit uel exit ut supereminear, aquosa tamen parte suę diuisioni resistẽte per primã suppositionẽ, ppter quod lõgo tẽpore suã patietur eleuationẽ prius q̃ diuidaĩ, et per totũ istud tẽpus stabit ampulla quę ex parte rei non est aliud q̃ aggregatũ ex corpore aquoso & aereo in eo incluso illud corpus aquosum in tumorẽ eleuante plurĩũ autẽ taliũ ampullarũ ualde paruarũ aggregatio appellatur spuma.

Ampulla qd.

Ex quo patet primo q quãto agitatio & cõmixtio est fortior & uelocior, tanto sunt ampullę minores & minus sensibiles. E cõtra uero quãto tardior erunt tãto maiores, unde patet q debiliter ebulliente aqua cãntur ampullę magnę quę nõ reducunĩ ad formã spumę. Patet secundo quare ampulla maiori exñte minori tpe durat minori uero exñte permanet tẽpore ampliori. Cuius ratio est, quia i ampulla magna subcludiĩ multus aer qui est sufficiens cito sursum moueri & frangere impediẽs.

Et ex ista parte patet ulterius quare uiscosorũ & grossorum spuma est durabilior & minor alijs partibus. Est enim minor quia aereũ inclusum grossum & uiscosum minus sursum suffici eleuare. permanẽtior uero, quia lõgiori tẽpore resistit uiscosum anteq̃ diuidaĩ. Patet ulterius quare screatus ueniens à pulmone est (secundũ plurimũ) spumosus, ab alijs autẽ mẽbris ut stomacho et capite non.

Screatus spumosus & non spumosus.

Et ex hoc patet ulterius quare circa os taliter strangulati appareat spuma. prohibita enim euentatione cordis in eo fit fortis & magna intensio, & ex cõsequenti ebullitio humiditatũ quę in pulmone cõtinenĩ. quibus taliter fortiter ebullientibus fit fortis & magna cõmixtio & collisio uel cõnexio ipsarũ cũ partibus fumosis & aereis in pulmone cõtentis, quare fit multarũ & paruarũ ampullarũ generatio & cõsequẽter spumę, quibus ui ebullitionis per guttur ascendentibus egrediuntur p os, & ita circa os apparet spuma. Et ex illo colligitur causa uerificans cõclusionẽ aphorismi. Cum enĩ uirtus fuerit dissoluta in taliter strãgulato, quod cõprehenditur pulsu & apparet spuma huiusmodi, significaẽ uehemens incendiũ, quod cum uirtute debili est signũ mortale.

Spumę ex duobus.

Sexto nota. Duplicẽ in talibus corporibus cõtingit spumam generari. Vna est ex humiditate phlegmatica in pulmone uel ore contenta per immixtionẽ aeris agitati & commoti & condiuisi illi humiditati, & talis non necessario est mortalis. apparet. n. in apoplexia facile & in paroxismo epilepsię Cum enim in epilepsia taliter impediatur anhelitus, fit fortis cõmotio et agitatio in partibus pulmonis per motum iam dictũ aere impetuose moto per pulmonẽ & ad os perueniente cum forti impetu, quare saliua sic cõmixtus egreditur cum humiditate cõmixtus in forma spumę. unde patet quare peripleumonici uel apoplectici habent spumã circa os. Alia uero est spuma ad suborẽ quendã tendens in qua non apparent sensibiles ampullę. & de tali intelligit Hippo: significat enim illa tantum in spiritualibus & pulmone incendium q humiditas naturalis pulmonis pura substãtifica uel illi propinqua extraneata sit & ita conuersa sit ut ebullitionem passa sit, & ingressa compositionẽ spumę & de tali spuma uerificat commen. aphor. Duę igitur ad ueritatem aphor. requiruntur conditiones scilicet perseuerantia spumæ, & ipsius rubedo, & hoc est in summa.

Ampullarũ generaq̃ ex pluuia ęstiua. Auicẽ.

Ex superius dictis patet primo quare ex pluuia tempore estatis magis generantur

Ampullarum multitudo qd significet. Spuma quare generetur circa os iratorũ et catarrosorũ

ampullę. Secundo quare talium ampullarũ multitudo significant magnitudinẽ & fortitudinẽ pluuię. Colligitur primũ & secundum ex. 14 proble. problemate sexto. Aliqualiter etiã causa ampullificationis aliqualr̃ tacta est ex problemate septimo. Et quare ignis non ampullificatur, aqua autem sic, intelligentibus patent causę. Tertio quare in iratis animalibus aut multo cursu laborantibus fit spuma circa os, & quare in catarrosis dum multum loquuntur fit spuma circa os.

Aphorismus. 44.

Crassi ualde secundum naturam, cito moriuntur magis gracilibus.

The. Qui obesi admodum sunt ex natura, celerius moriuntur q̃ qui graciles.

Leo. Qui natura admodum crassi sunt, citius intereunt q̃ qui graciles.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Homines ualde crassi moriuntur citius secundum naturã gracilibus. Probatur sic cõclusio. huiusmodi crassi minus habent de sanguine & spiritu q̃ corpora gracilia. igitur etc̃. patet cõsequentia. & colligitur assumptum in cõmento. 44. Similis sententia colligitur septima quarti trac. 4 cap̃. de maculis pinguedinis. Et est apho. iste utilis in actu practico pronostico & opatiuo, qa nos docemur nimis & pigues regere regie extenuatiuo. Et ampliar̃ apho. ad quęcunque corpora huius crassitiei ut patebit. Primo nota crassitiem esse duplicẽ. Vna est proprie dicta per pinguedinis & adipis superabundantiã & cõsequenter carnis paucitatem. Alia est improprie dicta quę magis debet dici carnositas, & ista est cum carnis dominio & adipis & pinguedinis sub dominio. Prima quidẽ est crassities corporum phlegmaticorũ in quibus propter frigiditatẽ complexionis et paucitatẽ resolonis multum aggregatur de pinguedine & adipe. Secunda est sicut crassities sanguineorum. Ad propositum de prima crassitie est sermo Hip. notum est. n. corpora sanguinea non esse aliis distẽperatis breuioris uitę, sed longioris potius. Secundo nota notanter dictum esse ualde licet. n. pari distãte lapsu de non ualde uerificetur apho. exemplificauit tamen de istis propter ipsa esse caloris extinctioni potissime apta.

Auicẽ. Corporũ crassorũ practicus pnosticus & operatiuus canon. Crassicies duplicit.

Tertio nota. Per secundũ naturã intelligere debemus tales à generatione merito complonis naturalis uel à generatione cõtracte, quãuis etiã de acquisita ex tempore per uiam pmutationis uerificari possit, eo q̃ utriusque eadem est ratio. Quarto nota. Duplici grassitiei præmissę superius duplex opponitur gracilitas. Vna per priuationem pinguedinis tantum sicut est gracilitas cholericorum corporum quæ & si gracilia sunt per pinguedinis priuationem, in ipsis tamẽ esse uenarum latitudo cũ multitudine sanguinis & spermaticorũ grossitie. Secũda est gracilitas opposita crassitiei secundo modo dictæ, qualis est habitudo melancholicorũ. & de tali in proposito non est sermo sed de prima melancholicorũ. n. gracilitas est cum priuatione carnis, licet non omnino pinguedinis & spermaticorũ gracilitate de quibus probabiliter apparet q̃ non sunt uitæ longioris phlegmaticis.

Gracilitas opposita crassitiei dupliciter.

Mors dupl̃r.

Quinto notandũ est mortem esse duplicẽ .s. naturalẽ et accidentalẽ. Per naturalẽ intelligo illam quę cõsequitur naturalẽ et cõuenientem actionẽ calidi naturalis in humidum, ex qua prouenit decursus ętatiuus. Et per accidentalem intelligo illam quæ cõsequitur impressionẽ à causa præternaturali corpori prężternaturaliter occurrente, ut febris suffocatio apoplia. Ad propositum tam naturali q̃ accidentali morte citius moriũtur crassi gracilibus iam dictis Naturali quidem, quia plus carent spiritu & sanguine per quorum pręsentiam potissime conseruatur uita. Accidentali etiam, quoniã pluribus sunt accidentalibus nocumentis expositi, ut subitę pręfocationi, extinctioni caloris naturalis, apoplię, paralysi, ut colligitur septima quarti. alleg. cap̃. ubi inquit. Pinguedo superflua est corporis compes a motu & deambulatione & conuersione coartans uenas coartatione cõstringente, quare oppilat spiritui uias suas, quãobrem extinguitur multotiens. similiter non prouenit ad eos spiraculum aeris quare corrumpitur propter illud compso spiritus eorum, & infra, & isti quidem sunt expositi morti repentinæ. Et ad summum mors super ultimatos in pinguedine festinat, & proprie illos qui impinguanẽ in prima ętate. ipsi. n. habent minutas uenas & constrictas et sunt expositi apoplię paralysi, pulsiui cordis diharriæ propter humiditatem ipsorum & malitię anhelitus & syncopi & febribus malignis. Et ex his patet causa uerificans apho. Patet ulterius quare ista corpora non generant & mulieres non concipiunt. est. n. quia sperma eorum est paucum & aquosum. Patet etiam quare tales mulieres patiuntur aborsum dum impregnantur, et quare non delectantur aut parum delectantur in coitu & sunt albę lassę. Patet ulterius, quare in talibus corporibus tam pharmacia q̃ phlebotomia est periculosa ualde. Et plura alia quę colligi possunt septima quarti. alle. cap̃. & tu illuc recurre &c̃.

Auicẽ. Pinguedis superfluę diffinitio. & effectus. Crassi pp qd ñ generant & auẽnõ cõcipiunt.

Aphorismus. 45.

Epilepticorũ iuuenibus alterationes, mutationes maxie ætatis, horarũ locorũ faciũt, & uitarũ.

The. Qui morbo comitiali laborat, si iuuenis est, liberari mutatione potissimũ ętatis, loci, et uictus munere põt.

Leo. Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant mutatione maxime ętatis, & temporum, & locorum, & uictuum quoque liberantur.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Mutationes ętatum regionum temporum anni & uitarum idest regiminum faciunt alterationem idest sanationẽ iuuenibus epilepticis. Probatur sic hęc conclusio. per huiusmodi mutationes resoluitur & consumitur materia, a qua dependet epilepsia. igitur &c̃. patet consequentia, & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia sumitur prima tertij. trac. quinto cap̃. de epilepsię. Et est utilis in actu practico pronostico & operatiuo. Et ampliat non solum ad epilepsias, sed ad omnes cerebrales ęgritudines à simili pendentes materia. Primo nota. Epilepsia multis & uarijs modis nominatur. Quandoq; enim dicitur passio herculea, quia fortis Quandoq; diuina ęgritudo quia occulta, quia appatet q̃ ęgsio illa ueniat de cælo. Quandoque dicitur passio infanulis, quia infantes maxime molestat & infestat. Quandoq; lunatica passio. Quandoque morbus caducus proprie autem ab Auic. alle. ca. sic describitur. Epilepsia est ęgritudo prohibens membra animata a sensu & motu & erectione non integre Huiusmodi autem descriptio plenius in quęstione determinabitur. Secundo nota. Licet multę possint esse causę epilepsię secundum plurimum, tamen causa ipsam causans est materia phlegmatica aut mel̃ica ab alio ad cerebrum transmissa, aut in ipso per proprium nocumentum aggregata. Tertio nota. Per iuuenes epilepticos in proposito ut in quęstione declarabitur intelligere debemus in prima ętate epilepticos existentes. de ipsis enim potissime uerificatur aphor. Quarto nota. Per alterationem idest curationem. Mutationes uitarum idest regiminum in cibo & potu & alijs rebus non naturalibus. Horarum idest temporum anni. Et locorum, quia regionum. Ætatum scilicet ad ætatẽ iuuentutis præter q̃ ab ætate sicca. Et uniuersaliter mutationes

Auicẽ. Epilepsię practicus pnosticus & operatiuus canon. Auicẽ. Epilepsię denominatio 6.

Epileptici iuuenes q

tationes istæ factę scilicet à contraria causa epilepsię curant epilepsiam. Similiter exercitium calefaciens. Ex quo patet causa uerificans apho. nam permutationes tã dictas resoluitur materia faciens epilepsiã, & eius multiplicatio prohibetur. igitur &c. patet consequentia. Quinto nota Non quęlibet permutatio regiminis regionis & ętatis est causa curatiua, sed oportet q̃ permutatio regiminis sit ad regimen exiccatiuũ, & ita de ętate & alijs. Ex quo patet uerificatio apho.

Aphorismus. 46.

Duorum dolorum qui simul fiunt non secundũ eundem locum, uehementior denigrat alterum.

The. Si dolor geminus non eodem loco infestat; qui uehementior est, alterum leuiorem obscurat.

Leo. Duobus doloribus simul eundem locum infestantibus, uehementior alterum obscurat.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Fortior duorum dolorum q̃ simul fiunt quo ad tempus & non secundum idem mẽbrum denigrat minorem. Probatur. per maiorem dolorem aufertur uirtus sensitiua à parte minus dolente, & diuertitur spiritus qui est instrumẽtum sensationis quo percipitur causa doloris in ea. igitur. patet cõsequentia & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur tertio canon. fen. 16. tract. tertio capitulo sexto de colica ad finem. Et est utilis in actu operatiuo, quia docet nos per dolorem diuertere. Et ampliatur &c. Primo nota Dolor est sensibilitas rei contrarię subito & materialiter imprimentis Colligitur secũda primi. cap. de causis doloris. Et per sensibilitatem debemus intelligere sensationem, quãuis ut pridie dixi probabiliter teneri posset dolorem non esse sensationem. s. tactiuã. Ex quo sequitur primo q̃ dolor est actus sensationis exterioris s. tactiuę &c. Secundo q̃ non est pceptibilis sensu exteriori, sed per solam uirtutem interiorem de ipso posse fieri indicium, & similiter de delitia dicendum est. Secundo nota, simul quo ad tempus & non secundum eãdem partem supple nec multum ppinquam, ut in cõmento colligitur. Tertio nota denigrare. i. remittere uel auferre, & est modus loquendi metaphoricus & sumitur hoc modo metaphora, sicut lux intensa sensui præsens, dum delitescit dicitur obscurari, ita dolor dum sensui occultatur &c. Quarto nota. Dolor quadrupliciter remouetur aut remittitur à mẽbro dolente. primo per simplicem alterationem quæ fit per contraria Secundo p anodia. Tertio per opiata siue narcotica. Quarto per diuertentiã ad quę reducitur dolor. diuertentia autem operantur diuertendo causam & instrumentum quo fit sensatio. colligitur quinto colliget. cap. 23. 5 de simplici medicina. dist. quinta. & quarta primi. cap. ultimo. Quinto nota. Dolorẽ esse causam cursus spiritus ad partem dolentẽ propter multa. Primo quia est res contraria uirtuti unde currit uirtus ad remouendum &c. Secundo quia inflammat. Tertio quia debilitat, quare frequẽter ad partem illam magis currit cã doloris Ex quo colligitur primo causa uerificãs apho. Patet secundo nec malam complexionẽ nec solutam cõtinuitatem nec ambo simul esse doloris adequatam causam, quia etiam est spiritus. Primum dubium. Dolor non contrariatur dolori, igitur non curat. Respondet: Multipliciter aliqua sedare dolorem. Primo remouendo causam à qua dependet dolor, & illa dicuntur uere sedare. Secundo impediendo spiritum à debita perceptione causę doloris. & hoc potest fieri, aut spiritus complexionem alterando alteratione qua non est sensationis debitum instrumentum. aut spiritum à loco doloroso diuertendo, & ista dicuntur non uere sedantia.

Auicẽ. diuertẽdi p dolorẽ operatiuus canon Auicẽ.

Dolor remouetur aut remittitur 4r Auer. Gal. Auicẽ.

Prima cõclusio. Dolor non curat dolorẽ primo mõ. Secunda conclusio. Dolor curat diuertendo etc. Ex illo sequitur q̃ dolor potest esse causa uere curatiua doloris. inflammando enim & calefaciendo potest esse cã ut resoluat materia quæ est causatiua doloris &c. Ad argumentum patet solutio. Secundum dubium. An dolor remissior possit intensiorem remittere. Videtur q̃ sic; quia ad dolorem quantumcunque paruum currit aliqua spiritua quantitas, quæ si ipse non esset curreret ad locum fortis doloris. Item possibile est dolorẽ remissum ex propinquo non minus attrahere q̃ intensius ex longinq. Ad oppositũ ẽ Hip hic tenẽdę sũt iste cõclones. Prima cõclusio. Dolor remissior aliqualr remittit itẽsiorẽ & est cã quare intẽsior sit remissior. Patet satis. Secũda cõclo etiã æquipotens æquipotentẽ remittit. Tertia cõclo. Licet ita sit, nec minor maiorẽ nec ęqualis æqualẽ denigrat. Patet, qa denigrare est occultare. Vltima conclusio Maior denigrat minorem &c. Ad argumenta patet solutio ex prædictis.

Sedare dolorẽ est duplex.

Aphorismus. 47.

Circa generationem saniei dolores & febres accidunt magis quàm facta sanie.

The. Dolores & febres accidunt, magis cũ conficitur pus, q̃ ubi confectum iam est.

Leo. Cum pus conficitur, dolores, ac febres accidunt magis, q̃ iam confecto.

Expositio Iacobi.

Cõclusio apho. est ista. Tempore generationis saniei magis accidunt dolores & febres q̃ sanie generata. Probatur conclusio sic. tempore illo materia saniãda maiorem patitur ebullitionem & membra maiorem extensionem, & per consequens lacerationem uel alterationẽ & continuitatis solutionem. igitur &c. patet consequẽtia, quia ex maiori ebullitione fit maiori inflammatio, & ex maiori extensione maior dolor. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur in lib. de quatuor temporibus uniuersalibus morbi. cap. 3 et primo de crisi. in pluribus passibus. s. cap. 17. et. 18. & habetur tertio regiminis acutorum commen. 63. Et est aphorismus utilis in actu pronostico et operatiuo ut patet. Et ampliari potest ad omnia apostemata per saniationem terminabilia. Primo nota. Istum terminum circa. i. parum ante generationẽ saniei uel circa. i. dum generatur sanies & est expositio sanior & melior. Secundo nota. Per generationem intelligendam esse alterationem qua præparatur materia ut formam recipiat saniei uel ipsius formę substancialis inductionem. utraq; expositio bona est. Tertio nota, ut colligi potest primo pnosticorum in commen. ultimo & primo de differentijs febrium. cap 6. & aliqualiter in commento præsenti. Mutationes in corpore humano circa humoralem materiam cõtingentes sunt triplices, quędam sunt ex toto naturales, quædam ex toto pręter naturam, quędam autẽ inter has medię. s. per participationem. Exemplum primi, sicut conuersio humoris benigni in substãtiam mẽbri, quia non concurrit nisi naturale principium. Exemplum secundi sicut corruptio mẽbri aut laudabilis humoris ad quam pręcise agit pręternaturale principium. Exemplũ tertij, sicut generatio saniei uel conuersio materiei in saniem. Q. si dominatur naturalis calor appellatur bona & laudabilis sanies. Si uero pręter naturã appellatur uirulentia & sanies mala. Ex quo sequitur agens generans saniem non esse solum calorem naturalem nec pręter naturam, sed ambos simul. Ad oppositum de qualibet saniei de generatione est hic sermo. Quarto nota. Penes auctores reperiri istos terminos, sanies pus uirus uel uirulentia & tabes uel tabum.

Gal. Saniei et apãtum p saniem terminabiliũ canon.

Circa quid. Gal.

Mutatio circa hũoralem mãteriã cõtingens i corpe hũano tripl'r.

Sanies dupl'r.

Pus & sanies quid. Virus & tabes uł tabū quid. Ouid. Saniei cā 4ª

Pus & sanies sunt synonyma diuisa in saniem uel in pus laudabile et illaudabile. Virus autem importat materiam corruptam. Et similiter tabes, licet tabes quandoq; sumat pro marasmo ut in libello 1. de tabe. ca. ultimo. Sed proprie uirus significat malā materiam fluidā sicut est putredo contingens in humiditatibus cadaueris. Tabes autem significat putredinem rei constantis non fluidæ, ut carnes cadaueris. unde dicitur tabes quasi stans & non fluens ledens. unde Ouid in, 4. meth. Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo Tecta petit. Sumitē tamē pro omni humore extra corpus effuso ut ibidem. Manant penetralia tabo &c. Ad propositū patet ex dictis saniei quatuor esse causas. materialē esse humorē. formalis patet efficientem uero in simpliciter mala esse calorem præter naturam, in media & bona naturalē & præternaturalē. finem uero bonæ saniei patet esse corporis à superfluo mundificationem. Quinto nota. Hora qua in apostemate generatur sanies fit magna materiæ ebullitio, unde & mēbrum apostematū tunc magis feruet quare spiritus magis inflammat & corpus totum & etiam fumos materia putrescente eleuatos cordi cōmunicat, & ex cōsequenti fit fe, maior q̄ ante & quia materia bulliente ipsa amplatur ad dimensiones maiores hinc est etiā q membri apostemati fit solutio continuitatis maior q̄ ante & laceratio, & ex consequēti dolor. completa tamen sanie partibus subtilibus resolutis totū reductum est ad dimensiones minores, quare solutio cōtinui minoratur, & ex cōsequēti dolor. quia etiam tota materia est facta constantior. & solidior & spissior. hic est q minus apta est ad cor euaporationem facere, & ex consequenti minoratur febris. similiter etiam quia minus feruet spiritum totius corporis minus inflammat, & per consequens patet causa uerificans apho.

Aphorismus. 48.

In omni motione corporis cum cæperit quis dolere, quiescere statim remedium est.

The. In omni corporis motu cum fatigari incepit cessasse protinus, lassitudinis leuatio est.

Leo. In omni corporis motu, ubi laborare cæperit, quies statim lassitudinem aufert.

Expositio Iacobi.

Aristo. Gal. Quiescendi post exercitiū practicus casi. Auicē. Gal. Exercitium qd. Exercitij uariatio. Exercitij dolor.

Conclusio apho. est ista. In qualibet motione corporis quiescere est remedium, cum quis dolere. i. lassari inceperit. Probatur cōclusio sic, per huiusmodi quietem remouetur lassitudo cōsequens exercitiū. igitur conclusio uera patet cōsequentia et assumptum declaratur circa litteram, Similis sententia ponitur tertia primi, doct. secunda cap. de lassitudine cōsequente exercitiū. & tertio techni. tex. 29. in illa parte. In gymnasiis uero &c. Et est aphor, utilis in actu practico. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per corporis motionem intelligere debemus exercitiū. Est autem exercitiū, ut tertia primi, doc. secunda. cap. 1. motus uoluntarius propter quem anhelitus uelox & frequēs est necessarius. Secundo quoque de regimine sanitatis. Exercitium est motus supple uoluntarius uehemens in tantū ut alteret respirationē in maius uel minus uel uelocius uel spissius, cuius utilitates & iuuamēta superius declarata sunt. Secundo nota. Huiusmodi exercitiū, ut colligitur locis præallegatis multipliciter uariatur. s. fortitudine debilitate, uelocitate & tarditate, magnitudine & paruitate &c. de omnibus his in proposito est sermo. Tertio nota. Per dolorem intelligere debemus lassitudinem cōsequentem spiritus resolutionem & humiditatia naturalis cōsumptionem, & adhuc attractionem aliquam humiditatum ad iuncturas ipsas aliqualiter relaxantem. Exercitium enī dum peruenit ad horam qua incipit superfluere euacuando superflue humiditates naturales & spiritum resoluendo corpus laxat quare tunc requiescere est remediū. Ex hoc colligitur causa uerificans aphor. Vtrum autem ad sanitatis conseruationem conueniat exercitium uidebitur in quæstione.

Aphorismus 49.

Assueti assuetos labores ferre, & si fuerit imbecilles aut senes insuetis & fortibus & iuuenibus facilius ferunt.

Qui assueuerunt ferre labores etiam si inualidi sunt aut senes facilius ferunt, q̄ qui non sunt assueti quamuis robusti & iuuenes. The.

Qui consueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilles, & senes, non consuetis, fortibus, atque iuuenibus facilius ferunt. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Assueti ferre labores assuetos facilius ferunt eos non assuetis, quamuis ipsi sint senes & debiles ipsis insuetis iuuenibus & fortibus existentibus. Probatur conclusio sic. huiusmodi assuetis est habilitas ad prompte & faciliter ferendum hos labores quæ non reperitur in non assuetis fortibus & iuuenibus. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Et colligitur similis sententia tertia primi. cap. de succurrendo accidētibus pronosticantibus morbos. & à Gal. in libro de consuetudinibus. & quinto de reg. sa. Et est utilis. Et ampliatē, ut patet. (Auicē. Gal.) Primo nota. Per assuetudinem non debemus intelligere operationem uel operationis frequētiam uel frequens exercitium, sed habilitatem quādam in membris nostri corporis aut quācunq; potentiam derelictam ex operationum frequentia, per quam inclinatur illa potentia uel membra ad sic uel taliter prompte & faciliter operandum. Ex quo patet assuetudinem ut sic esse qualitatem quādam de secunda specie qualitatis, quia scilicet naturalis potentia faciendi aut patiendi. (Assuetudo qd. Cōsuetudo qd.) Ex quo patet ulterius consuetudinem ad modum naturæ corpora nostra aliqualiter inclinare. Vnde dicitur q consuetudo sit sicut altera natura exempli gracia, sicut de citharizante ambulante cursore & sic de alijs. Ex hoc patet causa uerificans aphor. Secundo nota, notanter dictū esse assuetos & ad dandū intelligere corpora solitis exercitijs esse potissime exercitanda. & potest illa esse implicita conclusio aphor. Tertio nota. Per labores exercitia intelligenda esse, quæ quādoque sunt ad salutem uel sanitatis custodiam finaliter ordinata, quædam autem sunt ad negocia humana explenda, ut exercitia artium, &c. huiusmodi. (Labor.) Ad propositum de omnibus talibus est sermo in aphor. Quarto nota. Corporis debilitatē esse triplicem. (Debilitas corporis est triplex. Fortitudo triplex.) Quædam est naturalis, sicut cum quis nascitur uiribus exhaustis ualde, ut homines melancholici plurimi & homines raræ & debilis texturæ & compositionis. Quædam est debilitas ex ætate cōtracta, ut senum. Quædam autem ex re præter naturam, ut conualescentium aut indebito rerum nō naturalium occursum. ad oppositū. oēs istas in apho. tangit. tāgit ætatiuā cum dicit senes. tangit naturalem accidentalem, dum dicit imbecilles. huic etiam triplici debilitati triplex opponitur fortitudo, ut patet intelligenti. & de omnibus his uerus est aphorismus. Ex his patet hoc modo probari ueritas aphor. quia sic consuetudo fortis iuuans fortem in exercitando. a. exercitio per duo, & sit fortis uirtue per tria signata et platonis non assueti ad exercitandum sit uirtus, ut quatuor patet q for. in exercitando. a. plato nem excedit, nam iuuamentum ex uirtute est ut tria & ex assuefactione ue duo. igitur aggregatū est ut quinq; sed in plato præcise est motio per quatuor. ex casu sequitur.

quitur. igitur conclusio. Contra. sit plato fortis ut sex. & patet oppositum conclusionis aphor. Pro illo dicit aphor. non esse intelligendum ꝙ uniuersaliter assueti facilius ferant &c̃. sedꝙ multi assueti debiliores tamen sed non multo debiliores sicut ponitur in casu.

Aphorismus. 50.

Ex multo tempore consueta, & si fuerint deteriora insuetis minus molestare consueuerunt. Oporteт igitur ad non inconsueta trãsmittere.

The. Q uęcunq; longo tempore assueta sunt etiam si deteriora sint minus infestare solent, q̃ quę insueta sunt. Igitur ad insueta mutesse necesse est.

Leo. Q uę ex longo tempore consueta sunt, & si deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. unam habet conclusionem unum corrolarium ibi (Oportet igitur.)

Cõclusio apho. est ita. Omnes res ex multo tempore consuetę etiam deteriores existentes minus molestare cõsueuerunt corpora rebus non cõsuetis. Probatur cõclusio sic. res ex multo tẽpore consuetę sunt corpori tanquam naturales, non cõsuetę uero non, sed minus molestatur corpus ab eo ꝙ est tanquã naturale q̃ non naturale. igitur &c. patet cõsequentia & assumptum circa literã declarabitur. Gal. Similis sententia ponitur à Gal. I lib. de cõsuetudinibus & quinto de regimine sanitatis et Auicẽ. tertia primi doctrina. 5. cap̃. de succurrendo accidentibus pronosticantibus morbos futuros. Et est utilis in actu practico, quia. s. curatiuo & conseruatiuo &c̃. Et ampliatur ut pręcedẽtes. Primo nota. ut colligitur. 9. terrapeu. cap̃. 16. Res cõsuetę sunt duplices quędã ex multo, quędã ex modico tempore. Differunt autem q̃a ex modico tempore consueta modicũ sunt corpori cõnaturalia facta, ex multo autem multum. Ex quo patet ꝙ alijs paribus parum cõsueta mala existentia minus iuuant & plus nocent. Econtra uero ex multo tẽpore consueta minus nocent & plus conferunt. Et ex hoc patet quare Hip. de cõsuetis ex multo tẽpore protulit aphor. specialiter. Secundo nota. Per deteriora in proposito non esse intelligenda deteriora corpori cui sunt cõsueta, immo forte illi non sunt mala sed forte deteriora dicuntur respectu tẽperati uel respectu tẽperatorũ uel quę corpori illi deteriora essent si corpori cõsueta nõ essẽt, & sub isto sensu deteriora intelligant. Tertio nota (ut dictũ est pridie) Cõsuetudo, ut proposito pertinet non uidetur nisi habilitas quędã in corpore derelicta ex frequenti alicuius agentis in corpus aut à corpore patientis occursu habilitans ipsum corpus ad faciliter & sine nocumento saltem magno tollerãdum illius rei occursum. Vnde ex exercitio (ut pridie dicebatur) & aere calido uel fri. corpori frequenter occurrente acquiritur corpori habilitas ad alias impressiones faciliter tolerandũ uirtute totius regitiua moderante spiritum et humores corporis in motu secundũ exigentiã occursus talium rerum ad faciliter impressiones illarum rerum tolerandũ. Similiter in cibo intelligendũ est. licet. n. ex cibo grosso stomacho insueto occurrente grauetur stomachus, ipso tamen eidẽ frequenter occurrẽte acquiritur stomacho habilitas resistendi eius nocumentis. natura paulatim assuefacta calorem ad stomachum trãsmittere secundũ exigentiã digerendi cibi grossi ad nocumẽta tolerãda, & sic de alijs. & sic acquiritur stomacho hęc habilitas iam dicta etc̃.

Margin notes: Consuetudinũ canon. — Consueta ex tẽpore duplex. — Consuetudo q̃d

Ex hoc colligi potest causa uerificãs apho. cõclusionẽ, cum enim huiusmodi cõsuetudo faciliter tolerantiã huiusmodi assuefactorũ possibile est ut huiusmodi habilitas plus promoueat facilitatẽ tolerantię q̃ aliqua certa data malitia cibi aut alterius ipsam difficultet, et per cõsequens &c̃. Q uarto nota hoc potissime uerũ esse ubi malitia horum assuetorum non nimis extremaliter excedat malitiam inassuetorum. ubi. n. excederet multũ contingeret oppositum conclusionis aphor. Corrolarium. Oportet ergo ad non cousueta trãsmittere. Primo nota. Malitia inassuetorum potest esse aut ratione quãtitatis aut qualitatis, aut utriusq; simul ad qualitatem modum substantiæ reducendo, aut ratione proprietatis occultę Exemplum secundi, ut cibus calidus uel frigidus nimis. Exemplum primi, ut cibus nimiæ quãtitatis aut paruæ quãtitatis exhibitus. Exemplũ tertij, ut grossus aut durus &c̃. Exemplũ ultimi, sicut esset cibus merito alicuius proprietatis occultæ corpori disproportionatus, ut acrumina mihi Iacobo, quæ si comederẽ euomerem usq; ad sanguinem. Ad propositũ de omnibus uerum est hoc corrolariũ ex cuiuslibet n. istorum frequenti usu acquiritur habilitas iam dicta. Ex quo patet probabilis modus quo puella illa de qua fit mẽtio sexta quarti cañ. fuit ueneno nutrita, & in libro de secretis ab Aristo. de quo tamen uidebitur, imaginando ex frequenti usu derelictã fuisse habilitatem facile tolerãdi alterationem ab huiusmodi ueneno prouenientem. Secũdo nota. non esse intellectũ Hippo. quodlibet corpus ad omnia inconsueta debere se transferre, sed potissime ad illa, quibus corpus aut ineuitabiliter aut quasi ineuitabiliter & frequenter occurrit, ut frigiditas caliditas aeris cibus grossus durus & huiusmodi. Tertio nota ꝙ uidetur aliqua repugnantia conclusionis ad corrolariũ, dixit enim inconsueta nocere. hic aũt ponitur ꝙ corpus debet se transferre ad inconsueta. Soluitur ꝙ inconsueta sunt nociua si quis subito aut immoderate ad illa se transferat, ubi uero moderate & paulatine se ad illa transferat non oportet ista esse nociua saltem notabiliter.

Margin note: Acrũina erãt disproportionata sĩt Ia. Cap. 2 trac. primi.

Aphorismus. 51.

Secundum multum & repente euacuare, aut replere aut calefacere, aut infrigidare, aut aliter quomodolibet corpus mouere fallax est, & omnino naturæ inimicum, Paulatim uero certum. Et ex alio ad aliud transire decet, non aliter.

Nimis repenteq; euacuare implere calefacere, refrigerare, quoue alio modo corpus mouere, tutum nõ est. Atq; nimiũ omne nimicũ naturę est. Cõtra paulatĩ lẽteq; agere tutũ est. Deniq; de alio trãsire ĩ aliud p̃stat. The.

Plurimum, atq; repente euacuare, uel replere uel calefacere, uel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum, quoniam omne nimis est naturæ inimicum. Sed quod paulatim fit, tutum est, tum alias, tum cum ab altero ad alterum transitus fit. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. tres habet conclusiones. Secunda est ibi (Paulatim.) Tertia ibi (Et ex alia.)

Prima conclusio. Fallax est & naturæ inimicum omnino euacuare corpus secundum multum & repẽte aut replere, aut calefacere, aut infrigidare, aut quomodolibet corpus aliter alterare Probatur cõclusio. per quodlibet talium multum prosternitur uirtus & destruitur temperamentum, igitur hoc est fallax & naturæ inimicum. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Ex quo sequitur ꝙ non est secundum multum & repente euacuandum aut replendum, medicus enim debet esse adiutor naturæ & non impediens eam. ut Auicẽ. Q uarta primi de cura putridarum in generali Primo nota euacuationem duplicem esse scilicet regularẽ & coactã Ad propositũ sermo est de regulati, coactę uero ubi cõstet uirtus hoc licet ut in synoca ĩ materia furiosa et ĩ multis alijs casibus freq̃nt narratis

Margin note: Auicẽ. Eũo duplicit.

Ex quo patet in sanis subitā mutationē ad inconsueta nullatenus esse fiendā. Ex quo ulterius patet fortē mutationem aliquā bene tolerare ęgrū & non sanū. Et tota causa est hęc, quia in omnibus mutationibus talibus debet sumi indicatio à uirtute & à dispositione remouēda. In sano autē dispositio hoc non indicat quæ sana est, unde non indicat sui remotionē. uirtus etiā hoc non bene tolerat cum in tēperamento consistat, ut in cōmento colligitur. Econtra uero in ægro (ut in synoca) quando que. n. uirtus tolerat & dispositio indicat subitā alterationem aut euacuationē. Vtrum autem sit subito euacuandum supra uisum est. Secundo nota. notanter dictum esse repente, licet. n. corpus multum repletū multum euacuare, multum calefactū, multum infrigidare sed non repente. igitur &c. Tertio nota. licet quodlibet istorum sit fallax non tamē ęqualiter, facilius. n. est corpus multum infrigidare q̄ calefacere aut euacuare q̄ replere. Quarto nota esse fallax, quia non certū est per aliquod horum medicum intentum finem attingere qui est corporis sanitas, immo forte oppositum.

Secunda cōclusio. Paulatim euacuare &c. est certū. Probatur. taliter euacuando custoditur uirtus & corporis seruatur temperies igitur &c. patet consequentia & assumptum ex dictis.

Tertia cōclusio est. Paulatim & aliter licet ex alio in aliud transire. Probatur sicut præcedens conclusio. Et similis sententia colligit tertia primi. doc. 5. cap. de succurrendo &c. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. *(Auicē.)*

Aphorismus 52.

Omnia secundum rationem facienti & non euenienti secundum rationem, non transire ad aliud manente eo quod uisum est à principio.

The. Si cum omnia ratione feceris, non id prouenit quod ratio postulat, noli in aliud transire dum maneat quod principio uisum est.

Leo. Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem, non est transeundum ad aliud, stāte eo quod à principio uisum est.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Medicis omnia secundum rationem facientibus & tunc non succedentibus effectibus qui secundū rationem deberēt succedere eadē ęgritudine manente quę prius erat, non oportet eos ad aliud medicamen statim transire. Probatur sic cōclusio. ipsis tunc ad aliud transeuntibus impeditur natura ab actione eius contra morbum et à morbi recta cura diuertitē. igitur cōclusio uera. patet cōsequētia, & assumptum ꝓbatur si enim prius oia secundū rationē faciebāt manēte eo quod uisum est ipsis ad aliud transeuntibus ꝓcul dubio non secundū rationē operatur. & per cōsequens &c. Et colligitur idem quarta primi cap. 1. Et est utilis in actu practico. Et ampliatū ut patet. Primo nota. Oia secundum rationē faciens est ille qui cognita ęgritudinis specie & uirtute prospecta consuetudine & aliis particularibus nō neglectis debita pro cura ęgritudinis approximat medicamina. Hunc autē oportet esse exercitatum & natura prudentē ut octauo terrapu. ultimo ca. ad finem. Secundo nota. Ad hoc ut medicamen effectū sibi rationabiliter correspondentē possit producere. requiritur primo fortitudo agentis s. medicaminis & dispositio passi. & debita mensura tēporis, in qua effectus talis produci debeat ut colligitur secundo de accidēti. et secunda primi. Propter cuiuslibet autē istorū defectū impedit debita effectus cōsecutio. Ex quo patet q̄ materia morbi existente indisposita ut digerat, et si debitū aplicetur digestiuū, si nō in breui tēpore appareat digestiui impressio non debet medicus statim ad aliud medicamen transire. Et istā sententiā intellexit Hip. non euenientibus s. in breui tēpore. Et ex hoc patet solutio dubij hic moueri soliti. s. quomodo est possibile q̄ medicus oia secundum rationē faciat, & tamen nō subsequatur effectus qui debet secundū rationē sequi. Patet qualiter intelligendū est. Tertio nota, Multipliciter imaginari possumus medicū ad aliud medicamen transire. Primo ad aliud s. alterius uel cōtrarie uirtutis, ut ex calido ad frigidum, uel econtrario. Secundo ad aliud. s. intensioris uirtutis uel remissioris. Tertio ad aliud. s secundum ꝓprietatem occultā uel specificā formā. Ad propositū potissime intelligendū est hic primo & secundo modo. tertio autem modo cōtingit ad aliud debere transire medicum, stat enim duas medicinas consimilis esse uirtutis unam tamen non operari in so. & aliā in eodē operari. ideo cōtingit taliter aut etiā quia secunda esset corpori sic assueta, & in corpore non ut medicina operaretur.

(Margin: Medicorū secūdum rōnem operantium practicus canō Auicē. Gal. — Auicē. — Trāsitē ad aliud medicamen triplicē.)

Quarto nota dictū esse notāter manente &c. Si enim non manerent eedem indicationes (ut prius) aut propter uarietatem in ægritudine cōtingentē, quia ex tertiana fieret quartana, uel ex phlegmatica melāncholica, uel debilitaretur multum uirtus aut aliud huiusmodi, procul dubio non oporteret q̄ in eodē staret medicamen. Et ꝑ idem patet q̄ si à principio non fecerit medicus secundū rationem licet non statim secutus fuerit effectus malus non debet tamen in errore morari &c.

Aphorismus. 53.

Quicunque uentres habēt humidos iuuenes quidem existentes siccos habentibus melius cōmutant. In senectute uero deterius commutant, siccantur enim ut in pluribus senescentibus.

The. Quorū aluus humida est, hi quādiu iuuenes sunt melius degunt q̄ quibus sicca est. At in senectute deterius. Siccatur enim aluus magna ex parte his qui senescunt.

Leo. Quicunq; aluos humidas habent, siquidem iuuenes fuerint, melius commutant his qui siccas habent. Ad senectam uero deterius commutant nam senescentibus magna ex parte exiccantur.

Expositio Iacobi.

Præsens apho. est fere idē cum apho. uigesimo huius secundæ particulę qui sic incipiebat. Quibuscunq; iuuenibus existentibus &c. Ideo ipsum pro nunc aliter exponere non curamus.

Aphorismus. 54.

In magnitudine corporis iuuenescere quidē decens est, & non insuaue, senescere inutile & peius minoribus.

The. Magnitudo corporis in iuuenta quidem formam liberalem affert, nec iniucundam, sed in senectute, usu difficilis est, atq; deterius quod procerius est.

Leo. Magnitudo corporis iuuentæ quidem neq; indecens, neq; illiberalis, senectę uero inutilis, et deterior putatur.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas hēt cōclones, secūda ē ibi (Senescer.)

Prima cōclusio. Magnitudo corporis est decēs & nō insuauis iuueni Probatur cōclusio sic per corporis magnitudinem redditur corpus iuuenile pulchrum uel decorum, nec eius uirtus magnitudine impeditur. ergo cōclusio uera. patet consequentia. & colligitur assumptū in commento et circa litteram declarabitur. Primo nota magnitudinem corporis in proposito intelligendā esse respectu mediocris. Et sumitur dupliciter. Primo proprie, & sic denotat recessum à magnitudine mediocri secundum tres diametros uel dimensiones, & taliter non sumitur hic. Secundo modo sumitur commu-

(Margin: Magnitudo corporis duplicē.)

muniter uel impropriè pro excedere in longitudine sola, & sic sumitur hic. Secundo nota huius longitudinē esse decentē, quia cum lōgitudine stat figurę rectitudo secundum plurimum in iuuentute in qua excedit homo alia animalia, ut primo meta. & ponitur quinto de consolatione. ultimo metro. Vnica gēs hominum celsum leuat altius cacumen &c. tum propter calorem plurimū eleuantem tum etiam propter finem ut melius cęlum et astra & magis assidue intueretur iuxta illud. Oui. metha. Prona. ꝗ cum spectent animalia &c. terrā. Os homini sublime dedit, celumq; uidere. Iussit, et erectos ad sydera tollere uultus. Secundo etiam non est insuaue, quia uirtute iuuenili forti et robusta existēte huiusmodi magnitudinem bene tolerat & regit melius. Tertio nota magnitudinem esse decentē intelligi debet respectu paruitatis, respectu .n. mediocris magnitudinis notum est ipsam non esse decentem, licet adhuc decentior esset magnitudo si foret proportionalis i ecessus secundum tres dimensiones. Ex quo concludi potest in casu melius esse a temperamento secundum aliquam naturam labi q̃ habere temperiem in eadem &c.

Aristo. Boet. Ouid.

Corpis magnitudo q̄ mō i senectute inutilis

Secunda conclusio. Magnitudo corporis in senectute est inutilis & peior corporis paruitate. Probatur sic. propter talem magnitudinem magis grauatur uirtus senis magni q̃ parui senis & flectitur & incuruatur. igitē patet consequentia. & assumptum declarabitur circa literam. Primo nota. Hanc magnitudinem minus esse paruitate decentem debere intelligi alijs paribus in complexione & alijs. ubi .n. sic non foret non oporteret ipsā esse grauiorem. Secundo nota huiusmodi corpora in senio incuruari. & enī est aucta grauitas corporis & uirtus decreuit non minus q̃ in paruis. sed grauitas est magis augmentata q̃ in paruis musculis, etiā graciles sunt debentes dorsum rectum sustinere quare in senectute laxantur. Ex quo patet primo quare sic non curuanē illi qui sunt grossi secundum omnes dimēsiones, ipsi .n. habent musculos spissos ualde. Patet secūdo quare magis ad anteriora flectuntur, est .n. hoc propter pōdus pectoris & capitis et ipsum dorsum aliqualiter arcuale existere ad melius onera portanda & melius occurrētibus resistere. Similis sententia sumitur ab Isaac primo elementorum. Et sic est finis secundæ particulę.

Expositio Iacobi de Furliuio super tertia particula non reperir, idcirco loco eius ponimus super eadē Marsilij de sancta Sophia expositionem.

Aphorismus. 1.

MVtationes temporum maxime generant morbos, & in horis magnæ mutationes, aut frigiditatis, aut æstus & alia secundum rationem sic.

The. Temporum mutationes, potissimum pariunt morbos, magnęq; temporum mutationes, aut frigoris aut æstus, & reliqua ex ratione grauius incidunt.

Leo. Mutationes temporum, potissimum pariunt morbos, & in quibusdam temporibus magnæ mutationes, aut frigoris aut caloris, & alia pro ratione, eodē modo.

Expositio Marsilij.

Hæc apho. particula tertia sic continuatur ad præcedentes. Postq̃ Hippocrates in particula prima determinauit de regimine humani corporis per euacuationem & diætam, & in secunda principaliter de quibusdam signis quibus bonum aut malum pronosticatur in morbis, in præsenti particula determinat de quibusdam causis morborū. Et continet præsens particula duos tractatus principales. In primo tractatu determinat de causis morborum ex distinctis aeris dispositionibus contigentium. In secundo determinat de causis morborum respectu ætatum. Incipit pars secunda apho. 25. (In ætatibus uero talia accidūt) Pręsens tractatus cōtinet duo capitula. Nam primo in generali magis ac etiam in speciali tangit dispositiones in humanis corporibus cōtingentes principaliter ex mutatione temporum proprias naturas non obseruantium. In cap. 2. Hip. pręmittendo omnes morbos omnibus posse aduenire temporibus specificat morbos qui cōtingunt in anni tēporibus suā seruantibus naturam. Incipit pars secunda apho. uigesimo (Ægritudines quidem oēs in omnibus temporibus fiunt.) Prima pars cōtinet quatuor partes. Nam primo Hip in generali præmittit ex temporum mutationibus diuersas i humanis corporibus dispositiones causari has mutationes aliqualiter etiam specificādo. Secundo Hip. determinat de dispositionibus quæ in humanis corporibus causantur ex mutationibus temporū pręter naturā sibi inuicem cōtrarie succedentibus. In parte tertia cōparationem ponit inter cōstitutionem siccā & humidā specificando etiam bonitates & malitias quę ad has constitutiones cōsequuntur. In parte quarta habitudinē ponit ętatum ad tempora anni. Pars secūda incipit apho. 12. (De horis seu tēporibus siquidem.) Pars tertia incipit apho. 16 (Cōstitutiones anni omnino quidē siccę.) Pars quarta incipit apho. 19. (Secundū tempora quidē ueris.) Prima pars continet octo partes. In prima in generali pręmittit ex mutationibus uniuersalibus temporum aut particularibus morbos generari. In secunda tāgit habitudinem complxionum morborum et ętatū ualde in generali ad tempora anni & regiones. In parte tertia ex quadam particulari temporis mutatione docet ꝓnosticari super longinquitatē morborū. In parte quarta ex mutationibus quibusdā causa uentorū in aere cōtingentibus quorundā morborum tangit generationē. In parte quinta ex similitudine cuiusdā temporis ad aliud pronosticatur supra cuiusdā exeuntis multiplicationem. In parte sexta tangit tempora febribus & cōsimilibus morbis ꝓportionata. In parte septima pręmittitur quę est melior anni tēporis successio. In parte octaua & ultima duo tempora anni adinuicem cōparat ut autumnum ut uer specialius de autumno faciendo mentionē. Pars secunda incipit apho. 2. (Naturarꝫ hę quidem ad ęstatem.) Tertia incipit apho. 5. (In temporibus quando eadem quidem &c.) Quarta incipit apho. 6. (Austrini flatus.) Pars quinta incipit ibi apho. 7. (Quando ęstas fit uerisimilis.) Pars sexta incipit ibi apho. 8. (In siccis tēporibus.) Pars septima incipit apho. 9. (Inmoderatis tēporibus) Pars octauo incipit aphorismo. 10. (In autumno acutissime.) Pręsens apho. continet tres particulas. In prima pręmittit ex mutationibus uniuersalibus tēporum morbos generari. In secūda pręmittit ex mutationibus particularibus maxime ad calorem et frigus morbos generari. In tertia secundum unā expositionem pręmittit etiā mutatione facta ad alias qualitates cōsimiliter & morbos causari. Secunda ibi (Et in horis magnę mutationes.) Tertia ibi (Et alia secūdum rationem.) In prima igitur parte uult Hip. secundū unā expositionē cōclusionem hanc deducere. Maxime mutationes tēporum anni generant morbos Hęc cōclusio arguitur sic, illa quę ducunt humana corpora ualde extra tēperamentum generant morbos, sed mutationes tēporum sunt huiusmodi ergo generāt morbos. maior ꝓpositio pro tanto tenet, quia sanitas est tēperamentum ęgritudo uero distemperamentū. primo de accidenti & morbo cap̄ 2 ducentia ergo ad distemperamentū magnum generāt moebos. patet autem propositio minor. nam hę mutationes ducunt ad distemperamentū in calido frigido &c. Et tangitur hęc ratio prima probleumatum, probleumate tertio. Huius rationis in textu sola

Gal. Aristo.

cõclusio ponitur Hip. dicente (ut dictum est.) Maximę
mutationes temporum supple anni generant morbos
Ad intellectum apho 1. notanda est cõcordia, quę ha-
betur primo ꝓbleumatum. ꝓbleumate tertio. Habet
Rasis. secunda concordia a Rasi. 17. cõtinentis. cap 1. satis in
eius processu. Habetur tertia concordia secunda primi.
Auicẽ. doc. 2. cap. 2. ad finem &. cap. 4. in sentẽtia. et. 5. cap.
ibi (Quoniam earum mutationes.) &. 9. cap. ibi. (Ex ae
re &c.) Secundo est notanda utilitas. nam ex pręsenti
apho. docemur ne aeri sic mutato humana corpora ap-
plicemus. Secundo ampliatur apho. nam per apho etiam
cõcipimus ꝙ omnia mutantia humana corpora ad distẽ
peramenta ualde generant morbos, & sic uitanda sunt.
Tẽpis Tertio litteraliter notandum Permutationẽ temporum
mutatõ intelligit Hip quascunq; uehementes temporum extranea
quid. tiones siue sint alterationes ad qualitates manifestas uel
occultas siue sint aerũ corruptiones aut rerum extranea
Tps rum cõmixtiones. Quarto notandum. Tẽpus potest
quintu sumi multipliciť. Vno modo pro numero motus, secun-
plex. dum prius et posterius, ut patet, quarto phy. Secũdo mo
T.com. do sumitur tempus pro tali & tali aeris dispositione tem
10. pore succedente causata, quomodo tempus diuiditur in
4. partes. s. æstatem, autũnum, hyemẽ, & uer. Tertio
modo sumitur tempus pro tali uel tali emptione & uen-
ditione rerum utensilium uel comestibilium &c. quo-
modo dicimus esse bonum tẽpus frumẽti & emptio fru
menti in pręsenti esse bona &c. Quarto modo sumitur
tẽpus pro debito esse uel operari in tali tempore, ut nũc
est tempus comedendi, quia comedere debite fit nunc.
Vltimo modo sumitur tempus pro uerbo exprimente
operari in tali uel tali tempore, secũdum ꝙ dicimus uer
bum pręsentis temporis pręteriti uel futuri. Applican-
do ad propositum maxime sumitur tempus modo secun
Tẽpis do. de primo tamen fiet dubium. Quinto notã. Muta-
mutatõ tiones temporum sunt duplices, quędam dicuntur uni-
duplicit̃ uersales & quędam particulares. Illę mutationes appel
lantur uniuersales quando uniuersaliter mutantur tem
pora anni, quia omnia aut saltem plura, ut dũ mutatur
æstas autumnus & uer & hyems aut tria istorum uel saltẽ
duo. Mutationes uero particulares sunt uno mutato tẽ-
pore partiali, ut autumno aut æstate &c. applicando ad
ꝓpositũ, ut apparebit intelligit Hip. in pręsenti de mu
tationibus uniuersalibus locuturus in sequenti particu
la de particularibus. Sexto notandum. Mutationes tem
porum (ut tangit expositor) quędam sunt absolute quæ
dã respectiue. Mutationes temporum respectiue sunt mu
tationes quę temporibus tribuitit adinuicẽ comparatis
& si suam naturam seruent, ut æstate propriam seruan
te naturam immutať aer respectu ueris. Idem de autum
no respectu ęstatis dicendum est. Quędam appellantur
mutationes absolute, quia non facta comparatione uni-
us temporis anni ad aliud tempus anni, immo solũ uno
tempore adsumet naturam mutato, ut mutata æstate
ad calidius naturali dispositione &c. Applicando ad ꝓ-
positum maxime hic loquitur de mutationibus absolu-
tis. ut patet ex cõmẽ. Patet etiam per rationẽ. nam cum
Hip. dicat eas generare morbos maxime intelligit de illis
quę plus habent generare morbos ꝙ̃ remouere. ergo lo-
quiť de absolutis. consequẽtia tenet, quia absolute sunt
tales, ut apparebit inferius. Respectiue uero indifferen-
tes sunt ad generandum & morbos abijciendũ, ut etiam
colligitur inferius. sicut cum in parte sequenti loquiť de
mutationibus particularibus absolutis, dum dicit frigi-
ditatis aut æstus. ergo cum pars secunda. ut particularis
Auicẽ. se habeat conformiter parti primę, & in prima parte lo-
quetur de absolutis. Septimo notandum, ut colligitur
secunda primi. cap. de iudicijs temporum. Mutationes tem
porum sunt duplices. Quędam appellantur homoge-
neę quia factę ad qualitatem consimiliter denominatam
ut est naturalis dispositio temporis. exempli gratia. ut
quando æstas mutatur ad ualde calidum aut ad ualde sic
cum. nam cum æstas sit calida ipsa mutatur ad cõsimi-
lem qualitatẽ. Quędã sunt mutationes magis ad ethe-
rogenea, ut mutatis temporibus ad qualitates cõtrarias
suis naturalibus denominationibus ut mutata æstate
ad frigidum & humidum applicando ad propositum de
utrisq; intelligit Hip. Octauo notãdum ꝙ maxime de
mutationibus aeris Hipp. p̃sentẽ posuit apho. quia aer
maxime habet corpora immutare ut cõmunius elemen
tum in quo etiam aliorum elementorũ mutationes repe
riuntur. aquam enim terram & ignẽ nos raro immuta-
re contingit nobis conuenienter & naturaliter rectis.
Nono notandum. Aer potest cõparari ad corpora nẽa, Aer cõ
ut res naturalis non naturalis & pręter naturam. Prima paratus
quidem ut res naturalis pro quanto ex ipso humani cor ad cor-
poris mixtio conficitur, pro quãto etiam ex ipso secun- pora no
dũ mentẽ Gal. restaurantur spiritus, ut patet in pluris- stra du-
que locorum. pro nunc tamen in libro de iuuamento anhe- plr.
litus. in illa parte. dico autem colorem &c. Appellatur Gal.
etiam res non naturalis ut sub propria forma manens no
stris potest cõuenienter & inconuenienter offerri corpo
ribus, ut sanitatem efficiat uel cõseruet. aer enim clarus
& temperatus cui non est admixta substantia extranea
sanitatem efficit & cõseruat, ut colligitur secunda pri-
mi doc. 2. cap. 2. ad finem. Est etiam res pręter naturã Auicẽ.
ut à propria natura mutatus nostri corporis alteratiuus
est ad dispositionem pręter naturam. per aerem intelli-
gendo non simplex elementum, sed corpus cõmixtum
a prędominio aeris iuxta modum loquendi Aui. secun-
da primi. doc 2. cap. 9. de mutationibus aeris pręter na Auicẽ.
turam. Aer ergo mutatus & generans morbos, de quo
hic loquitur Hip. est res pręter naturam quia est causa
morbi. causa autem morbi est res pręter naturã Tertio
de accidenti. cap. 1. Decimo notandũ. Aeris mutatio-
nes & si sint generatiuę morborum, ut colligitur secun Gal.
da primi. doc. 2. cap. 2. ad finem & cap. 9. &. cap. 10. Auicẽ.
tripliciter tamen appellantur mutationes, naturales, nõ
naturales & pręter naturam. Illę appellantur naturales
quę fiunt temporibus propriam seruantibus naturam,
sicut mutatio ad calidum & siccum in æstate. Quędam
appellantur mutationes non naturales causatę ex dispo
sitione speciali stellarũ aut terrestriũ dispositionũ, non
tamen aerem à propria natura uehementer extraneanti
um ut pro tanto non naturales appellentur, quia conue
nienter possint & inconuenienter corporibus applicari.
Quędam sunt mutationes pręter naturam uel cõtra na
turam, quę. s. sunt uehemẽtes mutationes, quarum est cor
rumpere corpora, sicut putrefactio aeris ad bonum sen-
sum, aut pestilentis aut uehemens alteratio aeris ad ali-
quam qualitatum dictarum ad pręsens applicando. Ad
propositum dicendum est apho. de mutationibus pręter
naturam maxime loqui. 11. notandum. Mutationes Aeris
aeris quędam sunt manifestę, quia ad qualitates ma- mutatõ
nifestas ut quatuor qualitates primas. Quędam sunt duplr.
mutationes occultę sicut est pestilentia ex aere, & aliæ
occultę mutationes causa celestium influentiarum con
tingentes, quas potestis cõprehendere prima quarti. ca.
de feb. pesti. Ad ꝓpositum intelligit apho. de primis aut Auicẽ,
secundis mutationibus, quia tamen primę cõmuniores
& notiores sunt ideo potius per aphor. intelligendę.
12. notãdum. Ista littera maxime intelligi potest no
minaliter, & aduerbialiter. Primo intelligi potest ad
uerbialiter, ut dicatur mutationes temporum gene-
rant maxime, quia fortissime morbos propter aerem
fore maxime nostri corporis immutatiuũ, & tunc sup-
plenda est littera magnę dicendo. mutationes tẽporum
magne &c. & hec littera sic exposita consonat Gal. in
commento ut apparebit. Secundo potest stare nominaliť
dicẽdo

dicendo mutationes tempoꝝ maxime. ꝑ maximas mu-
tationes tempoeum intelligendo maximos recessus à ꝓ
prijs natnris tempot um ut cęteris paribus recessum in
duabus qualitatibus appellamus magnũ respectu reces
sus in una qualitate sola, ut etiam extraneationem aeris
in qualitatibus occultis & manifestis maximam appel-
lamus respectu extraneationis in altera illarũ tantum.
Vel etiam extraneationem in omnibus temporibus aut
pluribus cęteris paribus respectu extraneationis in uno
tantum maximam appellamus. 13. notandum ꝙ & si
mutatio aeris generat morbos seu fit causa morboꝝ ut
mutatio aeris circundantis nos, non tamen est causa an-
tecedens uel cõiuncta, quia non est causa corporalis. igi
tur nec antecedens nec coniũcta. antecedens notũ. conse
Auicẽ. quentia est Aui. secunda primi doc. secunda. cap̃. 1. sed
est causa primitiua cuius est immediate uel mediate cã-
ce, ut patet ibidẽ. mediate inq̃ quia mediante causa an-
tecedente uel coniuncta, causę. n. primitiuę quandoque
mouent antecedentes. prima quarti. cap̃. de ephimeris f
generali. Si tamen teneamus (quod reputo uerũ) ꝙ ele-
Gal. menta sint in mixto, quã fuisse puto intentionem Gal.
sic dicendum ꝙ aliquis aer est causa antecedens uel con
iuncta morbi, ut aer existens in digito qui concurrit ad
digiti constitutionem extraneatus, ut faciat morbũ est
causa corporalis antecedens uel coniuncta. 14. notan-
dum. licet morbi qui generãtur ex mutationibus aeris
possint esse morbi materiales uel Imateriales ut patebit
per processum pręsentis particulę, secuudũ plurimũ tñ
sunt materiales. Vltimo notandũ ꝙ hę mutationes nõ
generant morbos in quibuscunq; corporibus, sed maxi-
me in dispositis dicente Gal. primo de differentijs febriũ
cap̃ 4. de fe. pesti sed ut diximus maxima particula ge-
nerationis ęgritudinum est passiui corporis pręparatio
Halia-bas. seu dispositio. et Haliaba. 5. theo. cap̃. 6. ad finẽ. sed ma
xima ꝓuocationis morboꝝ causa adaptatũ est corpus f
cõmodoꝝ susceptioni. Item tangit ue secundo de accidẽ
ti satis. cap̃. 2. In secunda parte determinat de mutatio
nibus aeris particularibus Et uult probare istam con-
clusionem. Mutationes particulares temporũ maxime
quomodocunq; exponatur generant morbos. hęc secun
da cõclusio sic arguitur. hę mutationes ualde extraneãt
corpora à proprijs naturis uel temperamentis, & subito
ergo habent generare morbos cõsequẽtia tenet ubi pri
us. antecedens notissimum est cuius consequẽtię conse-
quens explicatur in textu sic Hip dicente. hę mutatio-
nes ad caliditatem seu frigiditatem factę in horis. i. in tẽ
poribus particularibus supple maxime generant mor-
bos exponendo ly maxime, ut est dictum. Primo no-
Hora quid. tandum Per horam primo intelligere possumus unam
partium anni, quia ęstatem aut autũnum &c̃. Secũdo
per horam intelligere possumus tempus magis particu-
lare, quia diẽ aut mensem &c̃. quocunq; modo exponaẽ
pars continet ueritatem. Secundo notandũ ex dicto &
eo quod in littera ponitur. patet differentis inter partẽ
pręsentem & pręhabitam, nã pars pręhabita loquiẽ de
mutatione plurium tempoꝝ anni aut omnium, loquiẽ
etiam de qualicunq; mutatione uehementi. pręsens ue-
ro pars loquitur maxime de mutatione alicuius unius
temporis tantum aut de mutatione partium alicuius
unius temporis. loquitur etiã de mutatione facta ad du
as qualitates primas manifestas, ut calorem frigus. In
tertia parte uniuersaliçat dicta sua, seu magis ad menẽ
Gal. ostendit quorundã aliorum mutationes generare
morbos. Et uult cõclusionem istam tertiã. Mutationes
aliorum sic factę secundũ rationem generant morbos.
Probatur conclusio sic. hæc possunt mutare corpora à
proprijs temporamentis. ergo generant seu apta sunt ge
nerare morbos, cuius consequentię etiam in textu solũ
consequens explicatur sic dicendo, & alia hoc est aliaꝝ

reꝝ immutationes sic factæ secundũ rationẽ supple ge-
nerant morbos. Pro parte secunda notandũ est primo
ꝙ hęc littera. & alia. potest multipl'r exponi. Primo in-
telligendo per alia alias mutationes contingẽtes aeri ex
parte cæli ex parte etiam dispositionum terrestrium &
manifestarum ut ex parte montiũ ex parte maris ex par
te uentorum ex parte terrę secundum ꝙ est cœnosa &
non cœnosa secundum ꝙ est in tali uel in tali climate si
tuata, secundum etiam ꝙ est alta uel depressa Secundo
per alia intelligere possumus mutationes contingentes
ex parte substantię aeris ex parte permixtionis &c̃. de Auicẽ.
quibus mutationibus determinat Aui secũda primi doc.
2. Tertio per alia intelligere possumus mutationes fa-
ctas ad alias qualitates, ut siccitatẽ & humiditatẽ ac eti
am factas, ꝓpter insufflationem aut quietem uentorũ.
Quaꝝ omnium quãuis uerarum. tertia uidetur magis
ad mentẽ Gal. approbãda quę mutationes licet sint ge-
neratiuę morboꝝ, quia tñ immutationes qualitatũ pas
siuarum, & sic minus actiuarũ, ut colligiẽ. 5 terapeu.
& quarto metheo. minus cęteris paribus alijs immuta- Gal. Aristo.
tionibus possunt generare morbos. Vltimo notandũ.
Hęc littera. secundũ rationem potest exponi dupliciter.
Primo & alia sic mutata à natura aeris sic secundum ra
tionem cõpetenti, secundũ. n. rationẽ permanẽtis et cõ
seruantis corpora aeris talis debet esse natura. Secundo
exponi potest. & alia mutata sic secundũ rationem, quia
sic excessiue mutata, ut dictum est prius qualiter ratio-
nabile ẽ ea mutare corpora supple habẽt generare mor
bos ecce partem. prima tñ expositio est melior. Hic du Alber-
bitat Albertus. Mutationes tempoꝝ non generent mor tus.
bos, quia tempus non uidetur esse causa mutationis. Auicẽ.
Pro isto dicit Aui. secunda primi. cap̃. de iudicijs tem
porum & eorum mutationibus debes scire ꝙ effectus
mutationum tempoꝝ non sunt propter causam tempo-
ris unde tempus est, sed ꝓpterea ꝙ cum eo mutata qua-
litas magnam efficit operationem in mutationibus di-
spositionum. Et est dicere ꝙ sumendo tempus nõ primo
modo, ut dictum est in notato, sed secundo mutationes
tempoꝝ generant morbos Iste tamen est cõmunis mo
dus auctorum ut actionem agentis durãtis tẽporalit' tri
buant tempori, quare actionem non habentem agẽs ma
nifestũ tribuũt tẽpori ꝑ se, quasi factã nõ alio median
te agente saltem manifesto immediate. aliam autẽ factã Aristo.
mediante agente manifesto, ut ad plurimum tribuũt tẽ Tp̃s du
pori per accidẽs. ideo. 4. physicoꝝ dictum est tẽpus esse plicit'.
per se causam corruptionis per accidens autẽ generatio-
nis, cum corruptiones pluries ab intrinseco & nõ mani-
feste fieri contingat, quod de generatione non constat
secundum plurimum.

Expositio Marsilij super cõmẽto Gal.

In tertio hoc. &c̃. Gal. cõmẽ. tres cõtinet partes pri
cipales. In prima poniẽ intentio Hip. in pręsenti particu
la. pręmittitur etiã cuiusdã expositionem fore insufficiẽ
tem. Secundo poniẽ expõ apho. secũdũ falsam & uerã
opi. Tertio exponitur scripturę diuersitas. Secunda ibi
(non nulli existimant.) Tertia ibi (inueniẽ tamẽ.) Pri-
ma pars cõtinet partes tres primo pręmittit intentionẽ
Hip. i. particula pręsenti. Secũdo tangit modũ cõmen-
tãdi pręsentem particulã. Tertio pręmittit cuiusdã opi.
erroneã. Secunda ibi (maxime quidẽ.) Tertia ibi (mi-
nor autẽ.) De prima dicit ꝙ in hac tertia particula ip-
se ꝓponit exponere dicta ab Hip. in hac tertia particula
de aere tẽporibus anni & ætatibus Maxime quidẽ.
Nunc ponit modũ cõmentandi, dicens ꝙ ipse intelligit Expõ ꝓ
exponere obscura indigentia expositione clarificãdo & pter qd
disputando super Hip. sententia de unoquoq; dictorum Exposi
(sicut est de sua cõsuetudine) in qua supple sententia in torũ rõ
uoluit Hip. fortiora supra ad intelligendũ q̃ supple cre
datur cõmuniter, Notandũ litteraliter ꝙ occulta &

obscura exponenda sunt, nā fit expositio ut intellis in discendo℞ perueniat claritatem, de ratione.n. expositoris & expositionis est latens clarificare & occultum, ut patet seccundo regiminis acutorum cōmento primo. et du
Gal. pliciter pronosticorum cōmento.30. Miror autē &c.

Nunc pręmittit cuiusdam Lyci expositionē fore erroneam. Et continet hęc pars partes tres. Primo facit quod dictum est. Secundo pręmittit bonā expositionē ab ipso dictam, non à se factam, sed à suo accepisse magistro. Tertio increpat ipsum iterato. Secunda ibi (Scribentis quidem.) Tertia ibi. (Nulli autē.) De prima dicit q repugnandū est in his quę uidetur mirabiliter exposuisse, cum expositionē dederit intentioni Hip. dissimilem.

Scribentis quidem. Nunc facit quod dictum est dicēs q positum per ipsum cū ratione accepit à quodam suo magistro. Nulli aut. Nunc increpat iterato Gal. istū Lycū, dicens, q hic Lycus nō attulit suę expositioni aliquid cum ratione sed solum ea quę didicit per experimētum, tamen hic hip. testimonium facit q non solū adducantur experimenta, immo & rationes. adhibet autem hip. testimoniū adducendo ea quorū potest recta ratio
Medicus cur solo experimētō uti ñ debet. exhiberi. Notandū q ratio quare nō est utendum solo experimento colli. 5. interiorum. ca. p. pe. sic Gal. dicens. nam qui solis experimentis sine ratione utunt nō possunt ea quę raro contingunt cognoscere, nihil.n. suę ueritati accōmodant, nisi q multotiens approbauerūt.
Gal. Non nulli existimant &c. Nunc Gal. exponit apho. Et primo secūdū opi. aliorum. Secūdo secundū propriā opi. Vel potest melius diuidi pars q primo ponit expositionem primę partis apho. 2. secūdę tertio tertię. Secūda ibi. (Si quidem sunt.) Tertia ibi (Si uero unius) Prima in duas. Primo tangit expositionem aliorum et malam. Secundo tangit expositionem uerā remouendo primam. Secūda ibi (Verum id uerbū.) Prima i duas. Primo tangit istam opinionē. Secundo motiua opi. Secunda ibi (Nam hyeme.)

De prima dicit q quidam arbitrant hip. intellexisse mutationes temporum. i. cōtinuationes. ac si dicat hip. quando uni tempori succedit alter℞ tempus supple fit generatio morbo℞. Nam hyeme. Dicit de secunda parte q secūdū hip. mutatio hyemis in uer generat infirmitates. nam generat maniā meliam et epilepsiā, ut apho. 21. pręsentis particulę, mutato etiam uere in æstatem generantur etiam febres continuę tertianę & causon et alia numerata per hip. ibidē ut apho. 22. similiter autūno in hyemē generāt morbos, ut patet apho. 23. et. 24. Isti ergo dicunt hip. intendisse per mutationes tēporum continuationes tempo℞. i. mutationes tempo℞ quę adinuicē mutant propriam seruantū naturam. Verum id uerbum &c. Nunc Gal. dictā expositionē remouēdo aliam tangit expositionem, Et primo pręmittit aliā esse hip. itentionē. Secundo inuehit contra prędictā expositionem. Secunda ibi (Nam nonnunquam &c.) Dicit primo q in isto apho. alia est intentio hip. q isti opinentur. Nam nonnunquā. Nunc inuehit contra prędictam expositionē. Et continet hęc pars partes duas, secūdum q duas rationes adducit. Secunda ibi (& sicuti.)

In prima parte arguitur sic. Mutationes seu temporū continuationes non plus generant morbos q curent. ergo de his mutationibus non intelligit Hippo. cuidēs est consequentia pro tanto, quia hic loquitur hip. de muta-
Gal. tionibus plus morbos generantibus q curantibus, pro q isto dixit eas generare plus morbos absolute. antecedēs collr ex dicendis huius rationis. tangit Gal. primo antecedens. secūdo probationē consequētię. secūda ibi (quo modo.) De prima dicit q licet mutationes tēporum de quibus dixerunt generent morbos curant etiam multotiens morbos hip. testante eas aliquando minorare morbos. Et sicuti &c. Probat consequentiam dicens, q si esset ita (ut isti opinātur) q hip. intelligeret de istis mutationibus, tunc prius haberent hę mutationes morbos generare q auferre. In secunda parte adducit secūdam rationem & arguit sic. In parte secunda & in horis loquitur hip. de mutatione uel mutationibus horarū à suis cōplexionibus naturalibus ergo in prima parte etiam loquitur de mutationibus tempo℞ à suis cōplexionibus naturalibus. antecedens est notum. consequentia tenet, quia pars in qua loquitur de mutationibus tēporum particularium debet confirmari parti in qua loquitur de mutationibus uniuersalibus. cuius consequentiæ antecedens in littera tangitur sic. Gal. dicente, q si esset sicut isti dicunt, quare dixisset hip. in horis magnæ mutationes &c. cum cōplōnes hora℞ à propria natura mutatę maxime generent morbos, quod etiam dixit hip. in libro epidimia℞, ut postea dixit Gal. Hæ siquidē sunt &c. Nunc exponit secundā partē apho dicens q uerū esse potuit hoc in apho. subiectū. s. hora℞ mutationes i suis cōplexionibus generare morbos non qualescunq tamen, sed maximas aut magnas, ideo dictum est mutationes magnę generant morbos factę in horis ad calidū seu frigidum. Si uero unius &c. Nunc exponit ultimā partem dicens q per alia sic eue nire secundū rationē intelligit humiditatem, siccitatē, flatum uento℞ & eo℞ quietem hęc dicit ipse uidetur esse intentio hip. & expositio litterę, quę supple dicta est à me. Inuenitur tamen &c. Nunc tangit litterę seu scripturę diuersitatem dicens q hic apho. aliter inuenitur in libris alijs, ut conuersiones temporum sunt causa generandi morbos maxime si sint magnę. Item reperitur hęc littera mutationes magnę. Ex quibus uerbis nihil obscu℞ cōprehēditur maxime Gal. priorem intelligentibus expositionē, in alijs etiam libris alia littera reperitur, cuius idem est intellectus. Dubitatur utrum mutatio temporum Dubiū
ad qualitates remissiores q naturali successioni respondeat sit æque bona sicut naturalis successio: exēpli causa. uerū sit ita bonum æstatem esse minus calidā & hyemem minus frigidam. & sic uniuersaliter. Respōdendum q non. nā quāuis harū sit æqualis proportio terū, non tamen tanti gradus qualitatum in corporibus ponūtur ut debet nec etiam ita debitę digestionis secū fierēt.

Aphorismus. 2.

Naturarum hæ quidem ad æstatem, hæ uero ad hyemem, bene aut male natę sunt.

Natura℞ alię ad æstatem, alię ad hyemem, bene maleuę se habent. The.

Natura℞ hæ quidem ad æstatem, hæ uero ad hyemē Leo.
bene maleue se habent.

Expositio Marsilij super apho.

Intentio Hip. in parte pręsenti est tangere quasdā habitudines complōnū morbo℞ & ætatum ad tēpora anni. Et continet præsens apho. partes tres. Primo tangit habitudinē complōnū. Secundo morbo℞. Tertio ætatum. Secunda ibi (Ægritudinū.) Tertia ibi (Ætas quędam.) In parte prima uult Hip. istā conclusionē. Aliq naturales complōnes sunt natę bene se habere in æstate uel male. aliquę etiam sunt aptę bene se habere i hyeme aut male. Conclo sic probatur: aliquę complōnes sunt aptę conseruari uel pręseruari in æstate aut labi. aliquę etiam sunt aptę conseruari in hyeme aut labi i hyeme, ergo: nota consequentia, quia conseruatio uel pręseruatiuo est quod bonū corpori. lapsus autem quid malum, antecedens habebitur in cōmento huius in littera. consequens explicatur sic Hip. dicente. certe hę complōnū naturaliū sunt natæ, quia naturaliter inclinatæ bene se habere ad æstatem aut male. & hę cōplexionū naturaliū sunt naturaliter inclinatæ bene se habere ad hyemē

aut

aut male. Primo ꝓ intellectu partis est notāda apho. cōcordia quę colligitur. 17 cōtinentis. vbi est pręhabitus apho. & secunda primi. doc. 2 cap̄. 4. de iudicijs tēporū & eorū mutationibus. Secūdo notanda utilitas. Est. n. pręsens apho. vtilis ad actum pronosticum & ad actum operatiuū. ad ꝓnosticum. n. quia ꝓnosticari scimus quę corpora sint apta in tēporibus cōseruari & labi. Tertio notandū ad ampliationē, ꝙ non solū de cōplexionibus apho. continet ueritatē, immo & de cōpositionibus, quędā. n. cōpositiones & corporū habitudines uni tempori sunt conformiores q̄ alteri. Quarto notandū, licet natura sumaī multipliciť, ut patet primo apho. cōmē. 15. vbi uentres &c̄. sub his uerbis Ioāniculi. hic tamen sumit natura pro complexione, ut patet ex Gal. in cōmen. Quinto notandū. Per complexionē naturalē habemus intelligere cōplexionē quę est cōueniens naturę instrumentū seu animę, siue sit producta à principio generationis siue post. Sexto notādum. licet apho. potissimū intelligaī de cōplexionibus naturaliter distēperatis, potest tamen etiam ampliari ad complexionē temperatā, cui inest melius se habere in tempore temperato Ampliari etiam potest non solum ad sanas cōplexiones & naturales, immo ad cōplexiones pręter naturam neutras uel ægras, quarum aliquibus æstas est cōformior, aliquibus uero difformior. frigidę æstas conformior, calide uero difformior. Septimo notandū intelligi posse de cōplexione parū lapsa naturali & de multū lapsa, quia tamen cōplexio naturaliter multum lapsa magis eget pręseruatione & recta aeris applicatione, ꝓ tāto ad ipsam poterit apho. dearticulari magis. Octauo notandū hoc quod dicię de æstate & hyeme maxime continet ueritatem propriā his tēporibus naturā obtinentibus, his autem non propriā seruantibus naturam cōmuniter fit omniū corpoꝝ mutatio, ut ex pręhabito colligitur cōmen. & apho. Nono notandū. Per æstatē & hyemē intermedia tempora dedit intelligere ut autūnum & uer, cum intermedia naturā participent extremorū, ut colligitur. 5. phy cōmen. 6. quibusdā. n. corporibus uer magis proportionatur. quibusdā autūnus, quia tamen æstas & hyems notiora tempora sunt in alterando & corpoꝝ permutando complexionē, ideo de his potissimū facit mentionē in textu. 10. notandū. Complexiones sunt inclinatę ad bene se habendum uel male, quia apte in tēporibus conseruari uel pręseruari uel reduci. vt cōplexio frigida apta est conseruari aut pręseruari uel reduci in æstate ad hoc æstatis qualitate iuuante, est autem hęc cōplexio inclinata ad male se habendū in hyeme, quia inclinata labi ad neutrā uel ægrā dispositionē. Ex quo notato infert ꝙ melioratio cōplexionū respectu temporū est aut complexionū conseruatio aut earū pręseruatio à lapsu futuro aut ad melius reductio,

Cōpl'o naturalis qd.

Aristo.

Ex qua sententia concipiť non ex apho. ex toto accipi actū pręseruatiuū actu conseruatiuo fore meliorē, cū ex dictis concipiatur euidenter meliorationē cōplexionum esse aut conseruationē aut pręseruationē &c̄. Vltimo notandū quod non intelligit Hip. cōplexiones esse bene uel male natas &c̄. quia pręcise sint a principio generationis taliter inclinatę, sed quia ab intrinseco aut naturaliter taliter inclinanť siue (ut est tactū) tales extiterint à principio generationis uel post, unde naturalis cōplexio calida ex intrinseco bene inclinata est ad tempus eius conseruatiuū, uel correctiuū, uel pręseruatiuū ut hyemē, pro q̄nto cōplexio est pręť naturā (ut sic dicta) ex sui natura inclinať ad bene corrigendū in tempore sibi contrario, indicat. n. res pręter naturam sui ablationem, ut patet. 8. terapeu. ad finem.

Gal.

Expositio Marsilij super cōmen. Gal.

Naturas hoc in loco &c̄. Gal. cōmentando pręsentem apho. duo facit. Primo exponit hanc partem naturarū. Secūdo uerificat apho. Secūda ibi (ad æstatē quidē) Prima pars tres cōtinet partes. Primo exponit hanc partem naturarum. Secundo pręmittit ex quibus corporibus mixtorum natura consurgat. Tertio naturarum ex alibi dictis diuisionem repetit & numerū. Secunda ibi (Dicebamus autem.) Tertia ibi (Et quidē ostensum.)

De prima dicit sic, ꝙ in isto loco nominauit naturas debite & uere naturas nominandas, intelligens per ipsas subiecta naturis. Primo notandū ꝙ complexio uere & debite debet dici natura, quia est natura forma, ut. s. quietis productiua & motus. ergo & natura. Secundo phy. & tenet consequentia, ad principium satis illa parte tāq̄ existente natura &c̄. potest etiam debite appellari natura tanq̄ intrinseca corpori naturaliter pro productione operationum q̄rum etiam appelletur naturalis apud medicum, non quidem quia habeat naturam, sed quia. s. naturę proportionati ad naturales operationes pficiendū que tamen appellari potest influens dum post generationis principia ab aliqua fluxit membro principali à quo producta est. Secundo notandū ꝙ per subiecta naturis intelligere possumus primo easdem naturales complexiones quę ut agentia instrumentalia subijciuntur uirtutibus & naturis principalibus. Secundo per subiecta naturis intelligere possumus corpora naturata & informata naturis. Applicando ad propositum secundū modum cōformiorem cōmuniter dicendū ꝙ Hip. nominauit in hoc loco naturas. quę debite et uere debuerūt dici naturę, quia cōplexiones i. per cōplexiones intelligendo cōplexionata subiecta naturis. Dicebamus autem.

Nā qd. Te. cō. 3.

Subiectū naturę qd

Cōpl'o dupl'r.

Auicē.

Nunc Gal. pręmittit ex quibus corporibus mixtorū naturę cōsurgant dicens se dicere cōplexiones esse elementorum supple tanquam corporum ex quibus hę cōplexiones consurgant, sunt autem cōplexiones elementorum seu & melius qualitates ex quibus generantur cōplexiones, caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas.

Primo notandum ꝙ pars potest sentētiari dupliciter. Vno modo iam dicto. Secundo modo potest sententiari ꝙ Gal. dicat cōplexionē tribui elementis, quia caliditatem frigiditatem &c̄. Secundo notandū. Cōplexio sumi potest dupliciter. Vno modo proprie pro qualitate mixti quę ex cōfractione cōsurgit contrarium qualitatum elementorū, ut prima primi capitulo de cōplexionibus. ad principiū. & isto modo (ut est notum) nō tribuit Gal. elementis cōplexionē. Secundo modo potest sumi cōplexio pro qualitate instrumentali, cū qua agēs principale proprias efficit operationes, siue ista sit una qualitas seu sit cōplicatio uel cōmixtio qualitatum. & isto modo secundo cōplexiones elementis tribuit Gal.

Et quidem ostensum. Nunc naturarum diuisionem & numerum explicat. Et primo pręmittit hunc numerum. Secundo exequitur. Secunda ibi (Vna quidem.) Dicit primo ꝙ etiam ipse monstrauit in libro cōplexionum. s. primo octauo cap̄. nouem esse complexiones

Vna quidem. Nunc exequitur & continet duas partes. Primo notificat nobis cōplexionem temperatam aliqualiter. Secundo cōplexiones distemperatas. Secunda ibi (Malę autem.) Dicit primo ꝙ una istarū nouem cōplexionum est cōplexio ęqualis & perfecta. Primo notandum ꝙ cōplexio appellatur ęqualis & temperata ꝓpter in ipso ęquari maxime elementorum qualitates extremas in relatione ad perfectissimā operationē producendum. unde nullius hominis alterius cōplexio est ita ęquata i. ita proportionata & tēperata pro exercendo operationem debitam sicut ista, quāuis multæ aliæ respectu absolutæ cōparationis contrariarū qualitatū ad inuicem ualeant æqualiores appellari. Secundo præmittēdum hanc cōplexionem esse perfectā. quod Gal. cōplexionum secundo ad principium sic confirmat auctoritas, ꝙ hæc cōplexio antiquior est complexionibus

Cōpl'o ęqualis & temperata quid

Gal.

in bonitate & ordine & potentia estimationis. appellaẽ etiam perfecta ex causa, quia perfectioria operationis ꝓductiua aut formę eiusdem secundũ specię modo perfectiori cęteriaparibua conseruatiua. ideo complо æqualis I naturaliter appropinquante morti appellatur perfectior cęteria lapsia cõplexionibua cęteris paribua, quia perfectiori modo stat forma humana cum ista conplone prope mortem q̃ stet cum alia complone lapsa ꝓpe mortem. Malę autem. Nunc notificat cõplexiones lapsas. Et primo notificat eas ex imperfectione respectu temperatę. Secundo notificat eas ex parte dominantiũ qualitatum. Secũda ibi (Quatuor quidẽ.) Dicit primo ꝙ octo complonea sunt inęquales et imperfectiores. Inęquales inquam, quia inęquatę respectu dictę cõplexionis ad ꝓducendas debite operationes uel ad debite cõseruandum uel tenendum suas formas. Ideo impefectiores, quia minus perfectarũ operationũ productiuę in quas humana corpora ordinantur, aut modo imperfectiori suarũ formarum conseruatiue. Quatuor quidem. Nunc notificat ipsas ex parte dominiij qualitatum. Et primo notificat simplices distemperatas. Secundo compositas Secunda ibi (Quatuor uerò.) Dicit primo ꝙ quatuor harum octo complexionũ singulę qualitatum dominantur. s. calidũ, frigidũ, siccũ, & humidũ. Notandũ ꝙ nõ est intentio Hip uelle ꝙ aliqua una sola qualitas sit cõplexio immo complexio adęquata uirtuti componitur ex duabus qualitatibus. s. ex qualitate inter calidũ & frigidum ac etiam inter humidum & siccum. ueruntamẽ aliqua est complexio habens denominationẽ in suo lapsu ab altera qualitatum tantum, & ita intelligit Hip. aliqua. n. denominaẽ calida tantum. aliqua frigida tantum. aliqua sicca tantũ. aliqua humida tantum, quasi lapsa tantum propter calidum aut propter frigidũ. Quatuor autem &c̃. Nunc Gal. tangit numerum complexionũ distẽperatarum compositarũ dicens, ꝙ Quatuor complexionea causantur duabus dominantibua s. calida & sicca. causatur à caliditate & siccitate denominantibua ipsam & frigida & sicca causatur dominantibus frigido & sicco. calida etiam & humida causatur caliditate & humiditate dominantibua, consimiliter de frigida & humida dicendum. Vnde complexionem habentes fri. &c̃.

Cõplo nes lapsę uel Inęquales dr & q̃ sunt.

Cõplo num distẽperatarũ cãę

Nunc uerificat apho & continet hęc pars quinq; propositiones. Prima est hęc. Habentes cõplexionẽ frigidam & humidam bene se habent in æstate. Secunda ꝓpositio. Habentes cõplexionem calidam et siccam melius se habent in hyeme Tertia ꝓpositio. Calidi & sicci peius se habent in æstate. Quarta propositio. Frigidi & humidi peius se habent in hyeme. Quinta propositio. Alia est cõplexio inter has. s. calida & humida supple existens inter frigidam & humidam, calidam & siccam. participat. n. humiditate consimiliter frigidę et humidę, & caliditate consimiliter calidę & siccę quę peior est in hyeme propter humiditatem, melior in hyeme ꝓpter calorem, bona in æstate propter humiditatem, melior in hyeme propter calorem. ista est sententia totius litteræ &c̃.

Aphorismus. 3.

AEgritudinum aliæ ad alias bene aut male natæ sunt.

The. Ex morbis alij ad alia bene maleue se se habent.

Leo. Morbi quoq; alij ad alia bene uel male se se habent.

AEtates quædam ad regiones & horas & diętas bene aut male natæ sunt.

The. Eodẽ modo ætates ad tẽpora loca & uictus genera,

Leo. Et quędã ętates ad tẽpora et loca et uictus genera.

Commentum Constantini.

In æstate naturaliter bene se habent frigidę & humidę distemperãtię. coartatur. n. immoderatio earũ à caliditate & siccitate. Malę autem tunc calidę & siccę se habent, eo ꝙ intensę temperantię in huiusmodi immoderationem cadent. Similiter in hyeme frigidę & humidę tẽperantię male se habent, calidę & siccę bene. Vnde bene & male natũ esse duobus modis. Dicitur. n. secundũ generationẽ & secundum solutionẽ, ut bene natum est fieri, bene natum est solui. Vnde calidę ægritudines bene natę fieri sunt in æstate, et bene natę sunt solui I hyeme eo ꝙ contrariorũ contrarię sunt solutiones. Quæ autem sunt calidę ut tertianę & causon, in hyeme quidem male natę sunt fieri, ostendunt. n. nimiũ calorẽ quẽ inferunt, male autem natę solui in æstate. Similiter et secundum locum, & secundũ ætates, & secundũ diętas.

Bene et male dupliciter

Expositio Marsilij super apho.

Hippo. in apho. pręcedenti quãdam comparationem posuit cõplexionum ad tẽpora anni, nunc ponit quandã cõparationẽ morborũ ad regiones tempora anni & dięetas. Et uult istam conclusionem ꝙ quidã morbi bene se habent ad regiones quasdam & ad quasdã male. Conclusio probatur sic. quidam morbi per quasdã regiones horas & diætas augentur per quasdam etiam de facili generantur. ergo &c̃. huius cõsequentię solum consequẽs in littera tangitur sic Hippo dicente, ꝙ alię ægritudinum sunt inclinatę bene aut male se habere ad alias regiones horas & dięetas. Primo notanda est apho. cõcordia quę colligitur quinto theoricæ ad principium cap̃. 5. & secunda primi doct. 2. cap̃. 6. &. 17 Continentis cap̃. de aere. Secundo est notanda utilitas apho. præsentis Est enim utilis ad actum pronosticum & ad actum præseruatiuum, curatiuum, & conseruatiuum. Primo inquã ad actum pronosticum, quia tali uel tali existente tempore uel lapsis cõplexionibus proportionato scimus pronosticari ꝓportionabiliter morbos esse uẽturos. Quãtum etiam ad actum curatiuum, quia scito ꝙ ægritudo bona est ad curationẽ in tali uel tali tẽpore proportionabiliter scimus eligere medicinas. Vtilis est etiam quãtũ ad actum præseruatiuum. scito. n. ꝙ morbi sunt apti generatione in tali tempore incitamur per cõtraria ad corpora præseruanda. Est etiam utilis quãtũ ad actum cõseruatiõis, quia scimus qualiter corpora sunt cõseruãda, quãuis eu à istæ notitiæ præfati apho. notitiã præsupponant. Tertio notandum ad ampliationẽ apho. ꝙ nõ solum de morbis cõtinet ueritatẽ, immo etiam de neutris dispositionibus. notum est enim quasdam inclinatas esse ad unam diætam & quasdã ad aliam. Quarto notandum ꝙ licet apho possit uerificari de quolibet morbo. s. simplici aut cõposito, maxime tamen continet ueritatem de morbo cõplexionali materiali & immateriali apto maxime uariari qualitatiue qualitatibus regionum aut horarum uel diætarum. Quinto notandum ꝙ hæc littera ad alias potest intelligi multis modis. Vno modo ad alias. s. cõplexiones naturales. quidam. n. morbi sunt inclinati ad bene se habendum in quibusdam cõplexionibus naturalibus, quidam autem in illis sunt inclinati male se habere. Secundo mõ potest intelligi pars respectu diætarum regionum ætatum & horarũ. & est sensus ꝙ quędam ægritudinum sunt inclinatæ ad bene uel male se habendum respectu regionum ętatũ & horarum & dięetarum, quarundam autem respectu bene, quarundam male quę sententia etiã nota est. Tertio potest exponi magis ad mentem Gal. in cõmen. per alias intelligendo horas, regiones, dięetas &c̃. respectu quarum etiam cõparentur ętates. & ista tertia expositio teneatur quę colligitur ex cõmento. ad principium. Sexto notãdum ut colligitur ex cõmen. Gal. ac etiam Ioãnitiũ. Aliqua ęgritudo nata est bene uel male se habere &c̃. uel se-

Gal. Auicẽ. Rasis

Morborum cõplonaliũ pronosticus curatiuus conseruatiuusque canon.

Gal. Ioãnitius

Ægritudo bene uel male se hẽre 3.

cundum

cundum generationẽ uel secundum curationẽ uel dissolutionẽ. vt exempli gratia. Ægritudo bene se habet ĩ tẽpore calido, quia inclinata ut generetur ĩ tẽpore calido. bene aũt se habet in tempore frigido, quia inclinata curationi tempore frigido. Ad propositum primo et secũdo modo continet ueritatem apho. Septimo notandum ꝙ cum aer regiones horę & diętę conuenienter applicatę corporibus, aut etiam cõuenienter sint causa generationis morborum aut curationis, ideo hęc numerari possunt inter signa quę sua conuenientia aut disconuenientia habent significare morbos.

Expositio Marsilij super cõmẽ. Constantini.

In æstate naturalit̃ &c̃. Constantinus cõmentando dictũ apho. duo facit. Primo cõmentaĩ quomodo morbi se habent ad tempora anni. Secundo quando ad regiones ætates & dię tas Secunda ibi (In fine cõmenti.) Silr̃ & secundũ locũ. Prima ĩ duas. Primo facit quod dictũ est. Secundo exponit istam partẽ bene & male. Secũda ibi (Bene. n. & male.) Prima pars potest diuidi in quatuor secundum numerum quatuor conclusionum sine signatione partium.

Prima conclusio est hęc. Distẽperantię frigidę & humidę naturaliter bene se habent in æstate. Cõclusio arguitur per ipsum. Immoderatio seu lapsus distẽperãtiæ frigidę & humidę coartatur seu prohibetur per caliditatem & siccitatem æstatis. ergo.

Secunda conclusio est hęc. Distẽperantię calidę et siccę male se habent in æstate. Probatur sic. hauꝫ distemperãtiauꝫ imoderationes siccitate et caliditate augẽĩ ergo.

Tertia conclusio est hęc. Distemperantię frigidæ & humidę male se habent in hyeme. Hæc tertia probatur per probationem secundę.

Quarta propositio est hęc. Distemperantię calidę & siccæ bene se habent in hyeme. Hæc patet per probationem primę. Vnde bene &c̃. Nunc exponit ut dictũ est. nam aut dicitur bene se habere secundum generationem aut secundum curationẽ. demũ ponit propositionem hanc ꝙ illud seu illa ægritudo quę est bene nata fieri supple in aliquo tempore etiam est bene nata curari. probatur exemplariter. nã calidi morbi sunt bene nati fieri in æstate & sunt bene nati solui in hyeme, eo ꝙ cõtrariorum cõtrarię sunt curationes, sed calidi morbi, ut febres tertianę & causon sunt male nati fieri in hyeme, significãt n. nimiã caliditatem, quam faciunt cum contingant in tẽpore cõtrario. igitur sunt male inclinati curationi in æstate supple & alio tpe supple respectu morborũ cęteris paribus qui fiunt in tẽporibus consimilibus. Si uero poneretur disparitas (ut pluries est dictum) non esset inconueniens morbũ bene natum fieri esse curę difficilioris. Silr̃ &c̃. Nunc facit quod est dictum dicens ꝙ similiter supple dicendum est de morbis respectu locorũ seu regionum, quia quidam melius se habẽt ad unã regionem &c̃. similiter respectu diætarũ, quia quidam morbi ad quasdam diætas se habent melius. consimiliter & respectu ætatum, quia quidã morbi melius se habent respectu quarundam ætatum, quo ad generationem & curationem &c̃.

Expositio Marsilij super secundam partem apho.

Hippo. in pręsenti parte & apho. pręsenti &. 4. secũdum cõmunem diuisionẽ habitudinẽ quandã ponit ętatum ad regiones. horas & dię tas. & uult Hip. conclusionem istam. Quædam ætates ad quasdã regiones, horas & dię tas etiam inclinatę sunt ad bene & male se habendum. Probatur conclusio sic. quędam ætates in quibusdam regionibus, horis & dię tis inclinatę sunt ad pręseruationẽ uel cõseruationẽ, in quibusdã autem ad lapsũ. ergo &c̃. antecedens colligitur ex comen. & consequentia est nota cuius consequens in littera explicaĩ, sic Hip. dicente. quędam ætates supple inclinatę sunt ad quasdam regiones, horas & dię tas, ut in illis bene se habent, ad quasdam uero supple quædam inclinatę sunt ad male se habẽdum. Pro parte prima est pręmittẽda apho. concordia, quę q̃tum ad regiones & horas colligitur locis allegatis. q̃tum uero ad dię tas potest colligi tertia primi. Vnitas uero comprehenditur per modum unitatis apho. secundo & tertio. Item notandũ ꝙ cum ætates quædam appellentur temperatæ quędam distemperatæ, de omnibus continet apho. veritatem. tẽperata. n. ætas bene se habet in regione temperata hora temperata, & quantum ad diætam tẽperatam. distẽperata uero bene se habet ad contrariũ. hoc ex apho habeĩ. Vltimo notandum quo ad ampliationem, ꝙ non solum quędã ætates bene se habent regiones, horas &c̃. immo bene se habent ad quæcunqꝫ alia corporũ mutatiua. vnde quędã ætates quibusdam sunt proportionatę motibus, quibusdam etiam artibus, accidentibus aię & similibus.

Etas duplicatur

Expositio Marsilij super Cõ. Gal̃.

Inordinato quodam. Hic habetur duplex cõmentũ. primo legam cõmentum Gal̃ secundo cõmentum Constan. Gal̃. ergo in cõmento procedit sic. primo quando reprehendit Hip. de malo ordine apho. secundo exequiĩ ad commẽtandũ apho. Secunda ibi (Morbi igitur.) Dicit primo ꝙ Hip. fuit modicum deuians à recto ordine apho. sed fuisset bonũ Hip. dixisse sic. oẽa morbi uel ætates inclinatę sunt bene se habeř uel male, seu melius uel peius ætas anni comparando temporibus, regionibus & dię tis, quasi dicens ꝙ si ex duobus apho. vnum fecisset, fecisset melius. Nã dum ponit ægritudinũ alię ad alias, non explicat quid intelligit per ly alias. Morbi igitur &c̃. Nunc sequitur ad cõmentandum &c̃. apho. Et cõtinet pars pręsens partes duas. Primo facit ꝙ dictum est. Secundo satisfacit dubio. Secunda ibi (Et ut simpliciť.). In prima parte procedit sic. Primo cõmentatur comparationẽ morborum ad tempora anni. Secundo cõmentatur comparationem ætatum ad tempora anni. Tertio cõmentatur comparationem morborum & ætatum ad regiones. Quarto cõmentatur cõparationem morborũ & ætatum ad diætas. Secunda ibi (Ætates autem.) Tertia ibi (Eadẽ ratione.) Quarta ibi (Sic uero.) Dicit primo Gal̃. ꝙ ex cõparatione temporum morbi generati in tempore simili & curati in tempore contrario meliores sunt. quod explanauit Gal̃. cũ cõmentatus est apho. illum. 34. secundę particulę. s. in morbis minus &c̃.

Ætates autem. Nunc Gal̃. cõmentatur quomodo ętates se habeant ad tempora dicens, ꝙ ætates intelliguntur se habere ad tempora, sicut & complexiones naturales. nã illi quibus ætatiue dominaĩ frigiditas bene se habent in æstate, & illi quibus ætatiue dominatur caliditas bene se habẽt in hyeme. quia senes qui supple frigidi sunt, secundũ ætatem melius se habent in ęstate, et iuuenes q̃ sunt calidi secundũ ætatem melius se habent in hyeme.

Ætates ad tpa sicut cõplones se hñt.

Primo notandũ ꝙ notanter ætates intelligendę sunt, ut naturę seu cõplexiones naturales, quia ætates sunt secundũ naturam in hoc cõplexionibus naturalibus assimilando, ut potest colligi 8. terapeu. finali. cap̃. assimilantur etiam cõplexionibus naturalibus, quia & ætates indicãt de earum cõseruationibus sicut cõplexiones naturales. assimilãtur etiam naturis respectu temporum, quia ætates lapsę melius se habent in temporibus cõtrarijs, ut de naturis est dictum. Secundo notandũ ꝙ pars maxime continet ueritatẽ ætate & cõplexione naturali similibus secundum denominationem, ut cõplexio calida in ætate calida maxime bene se habet in tẽpore contrario. Si uero ætas discordet denominationi complexionia, ut si ponatur ętas frigida & cõplexio naturalis calida, tunc prępotentiori ętate in denominatione q̃ sit cõplexio sumetur melius se habere principaliť ratione denominationis ętatis, ut si corpus ponatur ualde ętatiue

Ætas quibus assimileĩ et quid. Gal̃.

frigidum ponatur etiã naturaliter calidũ, quãuis nõ tantum dicendũ est tale corpus melius se habere in ęstate. Si uero cõtingat econtra, quia corpus sit ualde naturaliter calidũ, modicum autem sit ętatiue frigidũ, quia sit modicum senile corpus, tunc melius se habere sumit secundũ denominationẽ naturalis complexionis, vnde hoc melius se habebit hyeme q̃ ęstate. Si uero naturalis cõplexio ęqui potent' concurrat ad contrarium ętatum, denominatio melius se habendi consequitur mixtas contrarias denominationes respectu temporis inter tẽpora contraria mediantis. Eadem rõne &c̃. Nũc Gal'. cõmentatur quomodo morbi & ętates se habent ad regiones.

Morbi lapsi & Ætates bene se habent ĩ cõtrarijs regionibus

Et primo pręmittit hoc. secundo declarat. Secunda ibi (Sic uero.) De primo dicit q̃ idem, quod dictũ est de ętatibus respectu tẽporum est dicendũ de morbis et ętatibus respectu regionũ, quia morbi & ętates supple lapsę bene se habent in contrarijs regionibus, male autem ĩ consimilibus, sicut supple cõparabantur complexiones naturales ad tempora. Nam morbi. &c̃. Nunc declarat dictum suum & diuiditur in tres hęc pars, secũdum numerum trium propositionum ad declarationem dicti facientium. Secunda ibi (Magisq; sanę.) Tertia ibi (Et in alijs.) Propositio prima est hęc. morbi calidi nascentes in regionibus calidis sunt minus molesti. Ista propositio cõtinet (ut est dictũ) probabilẽ ueritatẽ, quia ꝓbabile est, cum à minori causa fiat morbus calidus ĩ regione calida q̃ frigida ipsum esse minorem in essentia morbi paritate supposita uel non nimia disparitate, ut si ĩ regione calida appareat caliditas. a febrilis. tanteq; intentionis appareat in regione frigida, probabilit' constat febrem frigidę regionis fore peiorem. Et sic patet quomodo morbi se habeant q̃tum ad generationẽ respectu regionum. q̃tum etiam ad curam notum est, quia morbi calidi nascentes in tempore calido curantur bene per tẽpus frigidum ut sibi contrarium. Magisq; sanę. Nũc ponit ꝓpositionem secundã d. q̃ ętas calida sanior est in regione frigida.

Ætas calda qd

Notandum primo q̃ per ętatem calidam debemus intelligere ętatẽ habentẽ caliditatẽ mordaciorem & acutiorẽ qualis est ętas iuuentutis primo apho. cõmen. 14. quamuis habeat caliditatẽ ęqualẽ intensiue sicut in etate pręcedenti. vt patet ibidem.

Dubiũ

Secũdo forte dubitabit aliquis qualiter ętates & complexiones naturales, quo ad generationem seu nascentia se habẽt respectu tempoꝝ seu regionum. Et probabilit' respondendũ est, q̃ harum generatio & ꝓductio si lapsę sunt melior est in temporibus & regionibus contrarijs uiã causarum pręseruantium, ut melius est aliquem fieri iuuenẽ hyeme q̃ ęstate aliorum paritate supposita. patet hoc cũ per hyemẽ ꝑseruetur à lapsu. econtra melius est aliquẽ fieri senem ęstate q̃ hyeme, propter eandem causam & aliorum debita paritate supposita. idem de regionibus est dicendũ. Et in alijs &c̃. Nunc tangit propositionẽ tertiã. d. q̃ generalit' omnia bona sunt accepta ex suo contrario. Notandũ q̃ non est intentio Gal'. velle q̃ uniuersaliter oĩa bona alicui corpori sint accepta ex contrario illius. nam bona corpori temperato non sunt sumpta ex suo contrario corporis temperati in ętate temperata Imo sunt sumpta secundũ similitudinẽ ut dicetur in fine cõmenti. sed uult Gal'. q̃ generaliter omnia bona. s. corpori lapso naturalit' aut ętatiue. bona inquã ad bonificandum hoc corpus, quia ad ꝑseruandũ aut reducendũ sunt accepta ex contrario. patet propositio discurrendo per ea his corporibus bonificandis applicantur. Sic uero &c̃. Nunc Gal'. cõmentatur quomodo ętates et morbi se habeant ad digtas. Et ponit duas ꝓpositiones. quarum prima est hęc. Digtę calidę meliores sunt ętatibus & morbis frigidis. secunda propositio est hęc. digtę siccę sunt meliores morbis & ętatibus humidis. Preterq̃ si etc. Nũc satisfacit dubio. Et primo ponit unam propositionem. Secundo aliam. Secũda ibi (Quę uerò.)

Dubiũ

Dubium sub ac forma ꝓponitur. dictũ est. n. de distẽperatis complexionibus quomodo se habeant, sed quid de temperatis dicendũ est. Ad quod respõdet Gal'. q̃ licet hę lapsę cõplexiones & ętates melius se habeant acceptis & approximatis contrarijs, cõplexioni tamen temperatę tempus tẽperatũ debet esse, & regiones & tẽperata digta. Nã sola tẽparata cõplexio melius se habet suum applicando simile &c̃. Quę uerò.

Ætates ĩ hoc q̃ sunt secundũ naturã gaudẽt similibus extra uero ut lapsę eõ trarijs.

Secundo Gal'. ponit propositionem secundã dicens sic. q̃ ętates in hoc q̃ sunt secundũ naturã gaudent similibus, in eo uero q̃ sunt extra naturã contrarijs, dũ autẽ dicimus ętates esse extra naturã, hic sermo intelligẽdus est de ętatibus ęgrotatiuis. quę propositio potest sic intelligi, q̃ ętates lapsę pro quanto sunt secundũ naturã, quia sunt conformes sanis operationibus. sunt etiã factę secundũ decursum naturalẽ egent saltẽ effectiue similibus pro q̃to tamen sunt extra naturã, quia lapsę à debito temperamento naturę inclinatę etiã ad lapsum ulteriorẽ egẽt digtis dictis denominatis contrarijs, ut ętas calida ꝓ q̃to debita operationibus eget digta effectiue calida, pro q̃to tamen lapsa à temperata & inclinata labi ulterius, ut egẽs aliquali pręseruatione eget digta denominata frigida, quę tamen dicitur effectiue calida, q̃ ętates lapsę appellantur ęgrotatiuę, quia inclinatę ęgrotare respectu ętatis tẽperatę, quia inclinatę sensibiliter lędi respectu illius quamuis non absolute sint ęgrotatiuę.

Aphorismus. 4.

In horis quando eadem die, aliqando quidẽ æstus, aliquãdo uero frigus, autumnales ægritudines expectare oportet.

The. Per tempora quoties eadem die, mõ ęstus, modo frigus existit, morbos autumnales expectari oportet.

Lea. In tẽporibus qñ eadem die, modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

Expositio Marsilij super apho.

Intentio Hip. in apho. pręsenti est ex quadam particulari mutatione tempoꝝ nos docere pronosticari supple autumnalium morborũ euentum. Et uult conclusionẽ istã. s. quando in aliqua parte diei est caliditas uehemẽs. in altera uero parte illius diei est frigus intensum, constitutę dico diei in aliquo temporũ, oportet morbos diuersos & inęquales expectare. Conclusio arguitur sic. illo tempore expectandi sunt morbi &c̃. quãdo diuersę materię diuersorum morborum generant. sed qñdo &c̃. tunc diuersę materię generãtur. ergo. maior propositio satis est nota cuilibet colligitur minor in fine cõmenti. huius rationis solum explicat in textu conclusionem dicens, q̃ quando in temporibus anni die eadem aliquando certe est ęstus. i. intensa caliditas, aliquãdo supple fit frigus intensum, oportet expectare morbos autũnales.

Rasis Auicẽ.

Pro apho. primo est huius concordia notanda, quę colligitur. 17. Continentis, cap̃. de aere. colligitur etiam ĩ sententia. secunda primi. cap̃. 3. doc, 2. de naturis tẽporũ & eorũ mutationibus. & cap̃. 6. de his quę proueniunt ex qualitatibus aeris. colligitur etiam quinto theo. Haly. 4. cap̃. ad finem satis.

Haly.

Tẽporaneę mutationis ꝓnosticus ꝑseruatiuus q̃ cãdo

Secundo est notanda utilitas. est. n. pręsens apho. vtilis ad actum pronosticum, ut patet ex dictis. q̃tum etiã ad actum pręseruatiuũ, quia tali apparẽte mutatione scimus melius regere & pręseruare corpora. Tertio ampliandus est apho. non. n. solum apparente tali mutatione aeris, oportet dictos expectare morbos, immo etiam digta mutata, consimilit' sutem etiam alia re non naturali quę fit causa multiplicationis diuersarum materierũ. Quarto notandũ. Hęc littera. in temporibus. potest intelligi dupliciť. Primo ĩ temporibus, quia in omnibus temporibus anni, aut saltem

tem in multis. Secundo in temporibus, quia in aliquo temporum. quocunque exponatur pars continet ueritatem Prima tamen mutatio fortior est ad morbos generandos. Quinto notandum. Hæc littera. quando eadem die &c. potest exponi primo ad mentem Gal. ut imaginemur calorem esse quantum ad tres horas diei, frigus uero quantum ad alias tres & hoc iterum possumus imaginari duobus modis. Primo ut sit quasi quædam circulatio, quia tribus horis fit æstus & tribus fit frigus, & sic ulterius. uel q fit frigus tribus horis & æstus tribus, quæ mutatio tamen non fit secundum naturam. Secundo principaliter possumus exponere, quando eadem die non solum æstum ad tres horas, sed quantum ad unã uel duas. quomõcunq; exponatur pars continet ueritatem. Sexto notandum etiam ad ampliationem apho. q non solum oportet expectare morbos autũnales, sed etiã neutras consimiles dispositiones. quod potest ꝓbari per uerificationem quę tãgitur in cõmeuto.

Morbus autumnalis & inconsistens.
Gal.

Septimo notãdum. Per morbos autumnales intelligit morbos inęquales inordinatos & diuersos, sicut autumnus est etiam tempus diuersum, qui morbi appellãtur inconsistentes, quia non ordinatis suis motibus & afflictionibus, de quibus loquitur Gal. 4. regiminis acutorum. commen. 45. Octauo notandum. Hi morbi appellantur morbi materiales siue sint complexionales siue sint compositi, ut apostemata. Vltimo notandum. Hi morbi maxime sunt expectandi in corporibus inordinatis & præparatis ad morbos. Nam maxima particula generationis ægritudinum est passuri corporis præparatio. primo de differentijs febrium. cap. 4. de febre pestilentiali. Post ultimum notãdum ex Thadeo q Hip. ponit signum & signatum. signum est in eodem die aliquando fieri frigus aliquando æstum sed signatum est ægritudo autumnalis.

Gal.
Thadeus.
Signũ et signatum

Expositio Marsilij super Cõmen. Galeni.

Cum ratione &c. Gal. præhabitoni aphor. commentando dicit sic, q tempora anni non sunt causa morborum, sed mutationes complexionis temporum. Pro parte notandum, q hæc littera. Cum ratione &c. Potest exponi multipliciter. Primo q tempora anni inquantum tempora (ut est præhabitum) non sunt &c. cuius causa & uerificatio habita est in expositione aphor. primi sed tempora anni, idest mutationes complexionis aeris mutati temporaliter, aut qui appellatur tempus sunt causa morbi. Secundo potest exponi pars sic, q tempora anni supple temporaliter discurrentia non sunt causa morbi secundum expositionem datam super commento primo, quinetiã sint causa sanitatum aut earum conseruationum, sed mutationes suæ complexionis, idest mutationes temporum à suis naturalibus cõplexionibus sunt causæ morbi. Cũ igitur &c. Nunc Gal. facit quod dictum est dicens, q cuiuslibet ergo temporis anni complexionibus in quascunq; sibi oppositas mutatis quacunq; hora fiat hęc mutatio necessa est, tunc morbos generari. Primo notandũ merito dictum esse complexionibus. nam cęteris paribus tempus à propria natura secundum plures mutatum qualitates maxime est morborum gignitiuum. permutationes ergo complexionum intelligit mutationes utriusq; complexionalis qualitatis temporis. Secundo notandum etiam notanter esse dictum quacunq; hora, ad denotandum q siue ista permutatio temporum secundum tota anni tempora perseueret, siue etiam aliqua parte temporis permaneat, de se est generatiua morbi, hoc. supposito primitus q mutatio sit uehemens & intensa & subita ut colligi potest ex sententia commenti. Tertio notandum q facta tali mutatione, quia uehemens est ex potissimum in disposito corpore, ideo tunc & illo tempore anni generantur morbi aut etiam illi tunc, quia in tempore ualde propinquo illi mutationi.

Tẽpus mutatũ ẽ gignitiuum morborum.
Mutatio complexionũ.

Aphorismus. 5.

Austrini flatus grauant auditum, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes: quando isti præualent, talia in morbis patiuntur ægrotantes. Si uero boreas fuerit, tusses, faringes, uentres duri, dyssuriæ horrores: dolores, & pectorum, et laterum. Quando isti preualuerint, talia in morbis expectare oportet.

Austri hebetant auditum caliginem obducunt, corpora diffundunt, pigrioraque faciunt, caput aggrauant. Vbi tempestas ita præualuerit, affectus eiusmodi existunt. At si tempus aquilonium est, tusses, fauces, alui dure difficultates urine, dolores horrifici costarũ & pectorum accidunt. Vbi ita tempestas exuperarit, affectus eiusmodi expectato. The.

Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauãtes, pigri, dissoluentes. Quando huiuscemodi tempestas præualuerit talia in morbis patiuntur. At si aquilonia fuerit, tusses, fauces, alui durę, difficultates urinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando hæc tẽpestas præualuerit talia in morbis expectare oportet. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

In pręcedentibus Hippo. comparationes quasdam expressit morbum & ętatum ad tempora &c. tetigit etiã effectum cuiusdam specialis mutationis temporum. nũc quosdam tangit effectus ex duobus uentis principaliter consequentes. Et continet isto aphor. duas partes. Primo tangit effectus uenti calidi & hu. Secundo frigidi & sic. Secunda ibi (Si uero borealis.) Prima pars cõtinet partes duas. Primo Hippo. facit quod dictum est. Secundo unam conditionem tangit ad hoc q ex tali uento hi consequantur effectus. Secunda ibi (Quando isti.) In parte prima uult Hippo. istam conclusionem. Venti austrini lędunt auditum, caliginem inducunt oculorum, grauant capita, pigrefaciunt corpora, debilitant uirtutes corporis. Propositio arguitur sic. illi uenti has producunt operationes, qui sua caliditate & humiditate dissoluunt humiditates & resoluunt seu debilitant uirtutem, qui etiam sunt multorum generatiui uaporum. sed uenti austrini sunt huiusmodi. ergo. maior & minor patebunt uerificando partem cuius rationis sola conclusio explicatur in parte, sic Hippo. dicente flatus, idest uenti austrini grauant, idest lędunt auditum, ita ut fiat grauiter. caliginem inducunt oculorum, ideo caliginosi dicti capita grauant, pigra faciunt corpora. ideo appellati pigri dissoluentes uirtutem uel humores ut exponam.

Primo notanda est aphor. concordia quę colligitur. 17. Continentis. capitulo de aere. & quinto thex. capitulo de mutationibus aeris propter uentos. & secunda primi. doctrina secunda. capitulo. 12. & 13. de uento septentrionali & meridionali. Secundo notanda est utilitas. Est enim pręsens aphor. utilis quãtum ad actum pronosticum ac etiam curatiuum. tali enim spirante uento futuros scimus affectus pronosticari. Valet etiam quantum ad actum curatiuum, nam primo ex tali flatu uentorum morbos cognoscimus & per consequens proportionata medicamina. cognita etiam uenti complexione pro cura & pręseruatione fienda sunt applicanda contraria. Cuius apho. etiam necessitas colligitur ex commenti principio, cum enim medicum oporteat discernere an morbi ex causa causentur intrinseca uel extrinseca, ideo supple medicum qualitatem causę exterioris & eius ef-

Auic.
Gal.
Vętos pnostici cano

fectus oportet cognoscere, ideo Hippo. presentem protulit apho. Tertio notandum ad ampliationem aphor. q illud quod ponitur de uento austrino intelligendum est de aere consimiliter calido & hu. ac etiam alijs consimiliter complexionatis. uenti tamen austrini est plus hos effectus efficere propter flatum aut motum & sic

Cap. 1

fortem impressionem. Quarto notandum, ut ex primo & secundo colligitur metheororum. A terra duplicem eleuari substantiam & aqua uaporem scilicet exhalationē seu fumum, quāuis aliquando sumatur exhalatio, ut ad ista cōmunis quasi ex alio latio. Sumitur etiam aliquando uapor pro quolibet ex alio sublimato. Sumendo tamē proprie uapor est cal's & humidus existēs potentia aqua. Exhalatio uero uel fumus est calidæ &

Exhalatio qd. Vapor dupl'r Venti materia. Cap. 1

siccę cōplexionis potētia ignis, ut patet primo metheo. Ad propositum materia uenti calida est & sicca, ut secūdo colligitur metheo. Quinto notandum q uenti tamen non apparent calidi ut colligitur secundo metheorum, propter eos cōmouere aerem uapore frigido plenum. sic similiter aer expiratus prope est calidus. longe autem frigidus. longe. n. cōmouet aerem frigido uapore plenum. Vel dicendum etiam de uento, q quia spirando seu flando aerem corpori remotū consuetum aerem sibi apparādo frigidiorem (secundū plurimū) ideo ipsum contingit apparere frigidum. q̄uis etiam posse sit & de facto contingat ipsum aerem ualde calidum cōmouere, ut corpora percipiant uehementē caliditatem, qa tamen pluries aer circunstans corpori calidior est altero aere, iō pluries ex uento apparet corpus infrigidari. pluries etiam apparet ex flabellatione infrigidari corpus.

Vētorū uarię q̄litates. Vētua pestilētialis. vēti austrini effectus.

Ex isto infero ad propositū q uenti uarijs denominant qualitatibus propter loca per quæ transeunt & quibus obuiant. in promptu est causa cum suis flatibus tales, et tales cōmoueant uapores ac etiam aerem taliter effectū ut quidā uenti etiam pestilentes appellētur. Ex isto ad propositū secundo infertur q uenti austrini uocantur calidi & humidi. ab austro. n. flantes per loca etiam calida & uaporosa spirantes calefacere habēt corpora & humectare. & ideo non esset inconueniens uentum austrinum per loca spirare frigida, et inde frigidū esse. Sexto notandum notāter esse dictum austrini in plurali, eo q non una austrini sufflatio uenti est sufficiens ad hos efficiendos effectus, imo plures flatus requirūtur (secundū

Cap. 5 Tex. 21. cap. 4. Operationē lędi triplēciter. Discrasia imoderata lędit actum uirtutis Austri effectus mali.

plurimū) ideo dictum est austrini. Septimo notandum ut sumitur prima tertij. & secundo techni. & tertio de accidenti & morbo. Operatio lęditur tripléciter, aut quia aufertur, aut quia corrumpitur, aut quia minuitur. Ad propositū. flatus austrini grauāt auditum, quia aliquādo ex toto auferunt auditionē. Primo ex immoderantia cōplexionis propter caliditatē austrini et humiditatem. omnis. n. imoderata discrasia destruit actum proprię uirtutis, ut colligitur secunda apho. cōmen. 20. calido etiā multos & humidos inspirando uapores consequitur ablatio auditionis, cuius austrini remissa potentia saltem sequitur remissio aut diminutio i auditu, aut supple uirtute audientis existente potentiori saltem auditus diminutio consequitur. auster. n. in corpore impotentiori faciet ablationem auditus, ubi in potētiori solum faciet diminutionē consequitur etiam corruptio auditus, ita ut tinnitus appareat & sonitus nullo sonante exteriori, sed solum agitatis & cōmotis uaporibus intrinsecus. auster ergo sic multiplicando uapores aut etiam humiditates intrinsecas sui caliditate dissoluens uentositates generat tinnitum facientes & sonitū. Octauo notandū q auster etiam habet grauare gustum odoratū & tactum. Primo à causa generali quia instrumentorū seu organorum immoderando cōplexiones, aut etiam nimia humiditate uaporosa, aut humorali dissoluta uirtutes illas hebetando sensibiles, aut penitus auferendo uel corrumpēdo, quia tamen circa auditum manifestā effecit læsionē propter aerem pl's ingredi ad auditum, aut propter auditum lædi maxime hac speciali lęsione per aeris seu uapores cōmotionem intrinsecā, ideo de auditu specialē fecie mentionē. Nono notandū q quia auster habet lędere

Grauatio duplicit'.

maxime per corpulentias uaporū et humiditatum dissolutarum & non solis qualitatibus ideo est dictū austros grauare cum grauatio secundū locutionem cōmunem tribuatur rei grauanti & ponderanti. Decimo notandum q hæc littera. caliginosi. potest exponi dupliciter. Vnomodo caliginosi, quia pleni caligine seu uaporibus obscurantibus aerem propter assignatam causam. Secūdo appellantur caliginosi, quia caliginis seu obscuritatis oculorum effectus replendo caput ac etiam oculos uaporibus aut etiam dissoluendo humiditates, quæ fluentes ad oculum ipsum obtenebrant. 11 notandū. Ipsi grauant capita, quia faciunt capita esse grauia & ponderosa replendo ipsa uaporibus grauantibus, quorum percipitur grauitas in depressione & eleuatione ipsorum, ut pluries notat experientia. Appellantur etiam grauantes capita, quia grauitatem & lęsionem capitibus inferentes debilitando uirtutes sensitiuas interiores, ut aliquādo auferantur minuantur aut corrumpantur. 12. notandum. Hi uēti faciunt corpora pigra, quia primo ualde inepta ad motum propter maximam ponderationem corporum, & propter debilitatem motiuę uirtutis quæ consequitur ad humiditatem uenti humectantis neruū motiuum qui uigoratur siccitate in sua motione, ut colligitur sexto de accidenti & morbo. quia etiam hic uentus dissoluit sua caliditate humiditates neruos motiuos remollientes, quia etiam sua caliditate substantiam re-

Cap. 3

soluit spumosam, laxat etiam & rare facit substantiam nerui motiui. 13. notandum. Hi uenti sunt dissoluti. s. ut habitum est humiditates corporis faciendo eas fluuidas & liquidas ex quarum fluxu prædicta nocumenta sequuntur. uel sunt hi uenti dissoluentes substantiam scilicet humidam in uaporem. ideo &c. uel hi uēti sunt dissoluentes, idest debilitantes uirtutem resoluendo & abijciendo spiritus. 14. notandum. Non solum uenti

Auicē.

austrini hæc efficiunt nocumenta, immo & quædam alia de quibus habetur secunda primi doct. secunda. capitulo alle. superius. laxant enim fortitudinem. Item debilitant uirtutem laxando et remolliendo corpus ac etiā resoluendo spiritum. Item aperiunt poros sua caliditate, ad eos tamen multam ad intra trahendo materiam. Item faciunt debilitatem in sensibus. hoc est tactum in notato. Item corrumpunt exituras, quia propter caliditatem & hu. multiplicantur putrefactiones & plures humiditates. Item faciunt pruritum in podagra et exitura, aliquas subtiles ad cutem trahendo materias, quę sua caliditate pruriunt. Item faciunt epilepsiam & somnū scilicet simul replendo caput multis humiditatibus & uaporibus multas etiam liquando humiditates. Item faciunt febres putrefactionis humectando per eorum humiditates & sua caliditate extraneando & faciendo eas ebullire. Item non exasperant guttur supple uera asperitate, quæ est inæqualitas facta secundum corpus durū, ut techni secundo sumitur de signis cannę pulmonis,

Te. 12

facta potissimum à tali sicco, ut exiccando exasperet, quamuis dissoluendo humiditates possit esse causa raucedinis aut aliqualis asperitatis seu inequalitatis cannæ. Vltimo notandum q flatus austrini non solum faciūt ista quę sunt quædam accidentia morborum seu quædā actiones lęsę, sed etiam faciunt morbos ad quę ista consequuntur. Quia tamen ista accidentia sunt suis notiora morbis, ideo explicauit ea in pręsenti tanquam etiam magis contingentia q̄ alia accidētia. Nunc facit quod dictum est Hippo. Et uult conclusionem istam q infirmi ex morbis patiuntur ista accidentia propter uentos austrinos quando isti uenti sunt ualde potētes supra corpora. Propositio arguitur sic. quodlibet passum patitur effectum ab agente, quando alijs paribus agens est ualde potens supra passum ad hunc effectum efficiendum,

igitur

Cap.2 igitur propositio uera. nota est consequentia. colligitur antecedens secunda de accidenti. cuius cõsequentię cõsequẽs in littera sic explicat, qñ uenti isti ualde ualẽt supple corpora patiuntur talia supple accidentia ex morbis uel talia contingentia in morbis. Notandum q notanter dictum est præualent. i. ualde ualent, quia si uenti austrini non ualent propter flatum modici temporis uel non ualde intensum, tunc corpora indisposita possunt permanere sana aut fiunt neutra et non ęgra, ut satis est notum. In hac secunda parte principali effectus tangit uenti borealis. Et continet hæc pars partes duas. Primo facit quod est dictum. Secundo cõsimiliter condictionẽ ponit attendendã ad hoc uerificandũ. Secũda ibi (Quãdo isti præualuerunt.) In prima parte uult Hip. istam conclusionẽ. Venti boreales sunt effectiui tussis læsiones faringum seu faucum uentrium durorum dysuriã horrorum dolorum laterum & pectorũ. Propositio arguitur sic. illi uenti sunt effectiui istorum effectuum q qualitatibus informantur horum effectuum effectiuis, sed uenti boreales talibus informantur qualitatibus. ergo &c. maior propositio pro tanto est euidens, quia illorum effectuum effectio tribuitur agenti quæ suis qualitatibus tribuitur ut instrumentis. Patet propositio minor uerificando partem, cuius cõsequentię sola conclusio explicatur in littera sic Hip. dicente, q si uenti fuerint boreales infirmi patientur tusses, patientur fariges .i. nocumenta faringum, indurationes uentrium, patiẽtur dysurias, horrores, dolores laterum & pectorum.

Vẽtus boreal. Pro parte primitus supponendũ uentum borealem secundum plurimum dici frigidum & siccum, licet contingere possit ipsum fore calidum & humidũ ratione locorum per quæ transit. Secundo etiam supponendum ipsum de se effectiuũ esse & infrigidatiuũ & exiccatiuum, quamuis tamen etiam de per accidens caliditatem & humectationẽ ualeat efficere naturalem. Applicatus enim robusto corpori calefacit uniendo & reflectendo calorem, ut colligi potest ex sententia. 15. apho. primo apho. & totius cõmenti. fortificando etiam corporum robustorum digestiuam ampliores naturales cõsequuntur humectationes, sicut etiam hyeme maior sequitur carnificatio in his corporibus. In corporibus ergo debilibus ac etiam excarnatis capita etiam habentibus catarrhosa dicta in littera consequuntur nocumenta. Tertio notandum notãter dictum esse tusses. Quia primo tusses consequuntur siccæ propter frigiditatem boreę ac etiam siccitatem lædentem pectus & pulmonem unde irritatur pulmo ad expellendum nociua. Causatur etiã tussis humida maxime præcedente meridionali uento. nam ex uẽto meridionali repleto capite borea subsequẽte sequitur expressio humiditatum à cerebro ad partes pectoris & pulmonis. fit n. expressio quẽadmodum si spongia aqua plena comprimatur, sicut etiam si uer siccum & boreale hyemem tranquillã cõsequatur & austrinam, ut patet præsenti particula. cõmento. 13. ideo

Rasis. ex borea uolebat Rasis. 3. Almã. cap. de aere & uentis.

Pharix quid & faux. branchos corizas & catarrhos causari. Quarto notandum. Reperiuntur ista nomina faringes seu fauces, quæ sumendo uocabulum propriissime non aliud significant q quædam loca ampla glandosa existentia circa guttur sub maxillis, quæ secundum medicum deputata sunt ad cerebri superfluitates recipiendas. unde etiã sunt loca satis spongiosa, q̃uis secundũ Isydorum dicantur fauces à

Isidor. scindendis uocibus. aut fauces, quia ipsis mediãtibus famur uoces. Per fauces tamen in proposito intelligere debemus quæcunq; emunctoria cerebri uersus guttur existentia, ad quę ꝓpter cõpressionẽ & expressionẽ à borea factam superfluitates cerebri defluunt. Causant ergo faringes. i. morbi faringum seu aliorũ emunctoriorum cerebri. Quinto notandũ. Causantur uentres duri. i. egestiones duræ uel siccæ aut etiam duri in expellendo feces, quia difficulter expellentes, primo quia ꝓpter boream exiccantur membra corporis unitur etiã calidum naturale, ideo membra fortiter exiccant & attrahunt humiditates ab egestionibus. item & secũdo boreę qualitate ad feces pertingente fit fecum exiccatio. Item & melius frigiditate & siccitate boreę uirtus retentiua fortificatur, & debilitatur expulsiua, unde feces ampliori tẽpore cõmorantes sicciores efficiuntur. Contingere tamen potest propter boream fluxus uentris, dum sua ualde intensa frigiditate deijciat retentiuã imo & attractiuam membrorum ac etiam primam stomachi digestionem. Sexto notandũ. Hę nomina reperiuntur apud medicos stranguria & dysuria, quę nomina multipliciter sumuntur. Sumitur. n. stranguria aliquando pro sę-

Strãguria qd, & disuria. pissimo & minimo mictu contingente propter debilitatem contentiuę uirtutis unde urinam detinere non potest. Causatur & secundo propter acuitatẽ urinę, hæc collectum est. 5. apho. cõmen 59. ad principium & est cõmentum illius apho. In ano phlegmonẽ patienti &c. Et sumitur aliquando stranguria pro impotentia uesicę ad expellendum urinam, siue contingat propter oppilationem foraminis siue propter defectũ uirtutis expulsiuę uesicę. Hoc colligitur sexto de accidenti & morbo. secundo capitulo. Potest etiã dysuria sumi his duobus modis. unde sexto de accidenti sumit dysuriam Gal. ꝓ

Gal. tali mictu frequenti & modico his de causis cõtingente, quia propter debilitatem contentiuę aut acuitatem urinę. Cõmuniter ergo hos sumendo terminos in significatione conueniunt. Secundum tamen strictiorem significationem dysuria frequentem & paucum mictum importat stranguria uero impotentiã mingendi. Ad propositum dysuria sumitur hic cõmuniter, ut etiam stranguria cõprehendatur. borea n. ut exanguẽ maxime ꝑcutiente uesicam. aliquando boreę siccitate uesicę uigoratur contentiua & debilitatur expulsiua, unde fit impotentia mictus, aliquando nimio frigore debilitatur cõtentiua, unde frequens mictus & paruus cõsequitur maxime ut est tactum corporibus exilibus & dispositis ad

Horror qd, quo modo ꝓcãtur. ista. Septimo notandũ. Hic per horrores intelligit quascunq; extremorũ infrigidationes. Primo per se contingentes frigore boreę & siccitate cõstipante. Secũdo causantur horrores seu infrigidationes per accidens contingentes. Nam propter cõstipationẽ boreę aliquando retinentur uapores siue fumi uel humores mali uel acuti q retenti & super sensibilia membra dispersi, & reuocando naturalẽ calorem infrigidationẽ causant et rigorẽ in corporibus supple dispositis ut est dictum. Octauo notandum. Ex borea causantur dolores laterum, quia hypocundriorum seu costarum. Primo quidẽ propter malam cõplexionẽ frigidã quę est causa doloris. Secundo etiam causantur dolores costarum propter siccitatẽ cõstipantem & reddentem costas ineptas dilatationi. Vnde dum dilatatur pectus dolent costę, quia supple musculi & partes neruę existẽtes circa costas. Item propter causas similes causantur etiam dolores pectorũ. Nono notandum. Venti boreales non solum hę efficiunt nocumenta, imo & alia. non solum etiam lędunt membra in quibus apparent ista nocumenta, imo & alia. Quia tamen horum membrorum nocumenta prę habita (secundum plurimum consequuntur) ideo ea Hip. aphoristico modo procedens expressit in littera de consimili dicturus materia apho. 18. Vltimo notandum. Quamuis duo alij uenti apud auctores cõmuniter nominentur, ut orientalis & occidentalis, ut patet secunda primi. doc. se-

Cap. 10. cunda. quia tamen illi sunt quasi tẽperati respectu istorum, eos ut morborũ non ualde effectiuos obticuit Hip. Nunc facit quod dictum est. Et uult conclusionem istã. Quando hi uenti possunt ualde supra corpora, oportet expectare talia accidentia in morbis medicũ scilicet uel infirmos. Propositio arguit sic. quandocunq; agens est debite potens supra passum ad producendũ effectũ alijs paribus est expectandus effectus, ergo añs satis notũ cũ

tota consequentia, cuius consequens Hip. ponit in littera dicens ꝙ quando isti uēti boreales præualuerint. i. ualde ualuerint supple super corpora, oportet expectare talia scilicet nocumenta dicta in morbis. i. ex morbis. Nota notanter esse dictum oportet expectare primo, eo ꝙ cū frigiditas boreę non sit ita fortis in agēdo sicut caliditas austri, ideo non ita cito sua efficit nocumenta, ea tamen expectare oportet in processu. Vel dicendum ꝙ fuit talis loquendi modus, sicut dicimus quando apparet tale signum oportet sic expectare. i. ita consequi.

Expositio Marsilij super Cōmen. Galeni.

Idquidem. Galeni cōmentum duas continet partes principales. In prima ponitur necessitas apho. In secunda apho. ponitur cōmentatio. Secūda ibi. Dicit primo Hip. narrare infirmitates futuras supple stātibus his uētis, cum dicat austrinos flatus grauare auditum, & necesse fuit Hip. tangere hoc ad discernendum ea quæ nascuntur ex naturis morborum ab his quæ à causis exterioribus producuntur ut iudicare possit diuersimode secundum ꝙ est iustum. Causam uero. Nunc Gal. consequitur cōmentando. Et continet hęc pars duas partes. Primo cōmentatur primam partem aphor. Secundo secundā. Secunda ibi (Contra uero.) De prima dicit sic. ꝙ non est graue uidere ex qua causa uenti austrini grauent auditum quia si huiusmodi uenti cōplexio calida est & hu. necesse est facere grauitatem capitis. Nam flāte isto uento instrumenta sensuuum reperiuntur plena humiditate, sic per cōsequens grauantia caput. Itē principio neruorum tēporibus huius uenti humectantur, ideo motus uoluntarij grauantur & homines reddūtur impotentes & debiles ad operationes motiuas efficiendas & alias. Primo pro parte notādum ꝙ auster per suam cōplexionem humidam humectat membrū, primo substantiam reponēdo humidam. impellit. n. multos uapores humidos, qui in capite existentes grauant caput et sensuum instrumenta. Impelluntur. n. primo per porositates cutis, ac etium per nares os & aures. Item etiam uētus australis humectādo qualitatiue est causa ut plures superfluitates humidæ, quæ resolute essent per calidum naturale sint retentę, quæ habent aggrauare caput humectat etiam dissoluendo & extendendo substantiā humidam. alia quæ ponuntur in parte satis nota sunt. Cōtra uero. Nunc Gal. cōmentatur secundā partē apho. principalem. Et potest diuidi ista pars secundum numerum accidentium, quæ explicantur in parte sed ne meus longior sermo ingerat uobis fastidium diuisionem relinquam. Dicit ergo de parte tota ꝙ ex uento boreali fit cōtrarium, quod postea tangit Hippo. apho. 18. illo apho. Quotidianæ uero constitutiones. Hip. uero tetigit hic quales morbos faciunt hi uenti. ut possimus scire, quę accidentia cōsequantur naturas morborum & quæ causas exteriores. Vnde dicit Hip. ꝙ ex borea fiunt tusses ꝓpter malas cōplexiones instrūorum anhelitus & propter asperitates gutturis. unde supple insurgit expulsiua uirtus spiritualiū tussiendo ad nociua expellendū. faringes autem seu asperitates gulæ hunc uentum consequuntur desiccantē & indurantē guttur. & supple cōsequuntur etiam morbi materiales de per accidens, per expressionē humiditatū à capite ad partes faringum causantur etiā uentres duri. i. egestiones duræ & sicciores toto corpore exiccato per hunc uentum, ut plus trahat de humiditate ciborum & feces diutius ex tali exiccatione morentur in intestinis dysurię uero causantur propter passiones uesicarum (ut est dictum in notato) nam cum uesica sit frigida & sic. & sine sanguine s. multo & manifesto, eo ꝙ non habet uenas magnas multas & manifestas dispersas per suam substantiam quantum ad concauitatem & sui plurem partem. plus ergo patitur alijs membris supple cōmuniter, propter accidentia frigoris & siccitatis mēbro supple modicum calido minus intenso resistente frigori membro magis calido semper aliorū paritate supposita. Item frigiditas boreę facit dolores pectorum primo infrigidando instrumenta anhelitus. Itē per uiam condensationis & expressionis exiccando. unde dum pectus debet extendi dolet. horrores etiā (ut est tactū i notato) frigiditatē boreę dictis modis cōsequūtē.

Boreę effectus mali.

Tussis qūo cāetur.

Dissuria qūo cāetur.

Aphorismus. 6.

Cum æstas sit ueri similis, sudores multos in febribus expectare oportet.

Quoties æstas fit similis ueri, sudorum copiam in febribus expectare oportet. The.

Quādo æstas sit ueri similis, sudores in febribus multos expectare oportet. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Hip. in apho. præcedenti tetigit accidentia cōsequentia flatum quorundam uentorū. Nunc docet pręcognoscere uenturam multiplicationē cuiusdam exeuntis, maxime critice. s. sudoris. Et uult Hip. istam conclusionē. Æstate similata ueri oportet expectare in febribus maxime critice multos sudores. Cōclusio arguitur. sic. illo tunc oportet expectare multos sudores quando ualde cōcurrunt causę sudoris. sed ęstate si ſ'ata ueri ualde concurrunt causę sudoris. ergo. maior est nota. minor colligitur ex cōmen. huius rationis sola conclusio in littera ponitur, sic Hip. dicente. quod ęstas si ſ'atur ueri supple in complexione, oportet expectare in febribus sudores multos. Primo pro intellectu apho. est notanda apho. concordia, quę habetur. 17. Continentis. cap̄. de aere. colligitur etiam in sententia. Tertio pronosticorum cōmento quadragesimo illius partis. Sed tempora & pręsens morbos. & secunda. primi. doc. secunda. cap̄. 6 Cuius initiū aer &c̄. illa parte. Cū uero ęstas uernalis &c̄. Secūdo est notāda utilitas. est. n. pręsens apho. utilis qūtum ad actū pronosticū, qūtū etiā ad actū curatiuū. Primo qūtū ad actū ꝓnosticū, qa in febribus scimus modū ꝓnosticandi crisim, ut quod erit ꝑ sudorē. Valet etiam quantum ad actum curatiuum, quia cum scimus in corporibus humiditates abundare, per exiccantia curationem scimus esse fiēdam. Valet etiam quantum ad actū pręseruatiuum, quia exiccando etiam scimus corpora pręseruare. Tertio notanda est apho. ampliatio. non enim solum ęstate similata ueri oportet &c̄. immo & alijs temporibus assimilatis ueri. quare tamen magis de estate protulerit Hippo. dicetur in dubio. Quarto notandum. Æstas potest dici similari ueri, uel quia punctualiter ad ueris deueniat complexionem, uel quia propria natura mutata ad ueris naturam accedat, ut dum sit minus calida & minus sicca. Ad propositum ęstas intelligitur similis ueri modo primo aut modo sibi propinquo. Quinto notandum. Æstas potest intelligi assimilari ueri, uel in una qualitate, uel in duabus. Ad propositum (ut colligitur ex commēto.) intelligitur similitudo quando ęstas temperata est in calido & hu. sicut uer. Sexto notandum. Æstas potest fieri similis ueri, uel ꝓpter pluuias infrigidantes & humectantes aerem uel ꝓpter flatum uenti frigidi & humidi, ut contra operantibus ęstate & uento in calido & hu. temperies consequatur. Tertio potest causari ista temperies propter particulares celestium influxus mihi ignotos. Septimo notandum. Æstas ex assimilatione ad tempora alia multiplicem sortitur denominationem. A. uere enim appellatur uernalis, & sic de alijs temporibus est dicendum. Item à flatu austri aut à consimili appellatur meridionalis, cum flatus illius uenti sit secundum plurimum à meridie. Appellatur etiam septentrionalis propter flatum uenti borealis à septentrione flantis, cui hęc ęstas in complexione similatur. Differentia tamen est inter ęstatem uernalem & meridionalem, ut colligitur secunda primi. capitulo. allega. quia in ęstate meridionali causantur pestilentię morbilli & uariolę, ut patet

Rasis. Hippo. Auicē. Crisis futurę ꝓnosticus pręseruatiuus curatiuusque canon. Æstas similis ueri dupliciter

Æstas tripl'r

Auicē.

ibidem propter multam humiditatem, multos etiam uapores, & multam caliditatem ebullientem humiditates, ut malę putretactiones consequantur. Ad propositum applicando ęstas de qua hic loquitur uernalis est.

Octauo notandum est non solum in morbis esse expectandos sudores, immo etiam tempore sanitatis uel neutralitatis. de morbis tamen est facta mentio in quibus expectatur creticus sudor multum. Nono notandum, ut sexto sumitur de accidenti cap. secundo sudoris causam fore multiplicem. (Sudoris cā 4r.) Prima est multa materia humida quam supple non ualeat caliditas in uaporem resoluere insensibiliter educendum. Secunda causa est subtilitas materię, ut ualeat ad porositates educi. Tertia causa est amplitudo pororum ista causa etiã est nota. Quarta causa est caliditas dissolutiua humiditatum & earum ad cutem attractiua, quæ causæ in æstate similata ueri concurrunt primo est caliditas temperata, quamuis fortia supra dissoluendas humiditates, est etiam multa humiditas subtiliata per calorem. est etiam propter caliditatem amplitudo pororum. fit ergo in ea sudor ut est dictum. Decimo notandum, notanter dictum esse sudores. Primo quia non solum una uice multiplicatur sudor immo pluribus uicibus propter plures sudoris causas reperiri. Aut est, quia sudores qui expectant ĩ febribus sunt sudores critici, ut sit sensus apho. secundum istam uiam. q quando æstas similatur ueri, oportet expectare crisim febrium per sudores. (Gal.) Critica etiam expulsio debet esse multa. colligitur hoc secundo pronosticorum. commen. de egestione liquida, & est cõmentum. 14. dum dicit q fluxus uentris multus quandoque significat crisim laudabilem. unde in experientia patet crisim perfectam cum sudore perfici cum multis sudoribus & magnis. 11. notandum. Non solum in febribus expectandos esse sudores, immo etiam in morbis alijs ut satis est notum, quia tamen plus alijs morbis contingit fe. critice terminari et per sudores, ideo eas explicuit in tex. Hippo. 12. notandum. Per febres intelligit Hip. fe. humorales acutas & non acutas, cum acutæ & non acutæ ualeant terminari per sudores, ut patet secunda quarti. in materia crisis sudoris. Quia tamen maxime febres acutas continuas & interpolatas & magis continuas contingit terminari per sudorem, ideo de (Cap. 68.) ipsis maxime intelligit Hip. 13. notandum. Non solũ oportet expectare multos sudores, immo etiam si natura completam faciat crisim per fluxum uentris non præcedente sudore aut alijs euacuationibus multum oportet expectare fluxum propter multam esse materiã humidam. plesta mẽ multiplicatur sudor dictis de causis, adiuncta etiã hac alia scilicet fortitudine expulsiuæ uetutia. Vltimo notandum q æstate similata ueri paucas exfumationes seu insensibiles resolutiones expectare oportet, propter nimiam humiditatem hebetantem calidum, ne resoluat insensibiliter.

Expositio Marsilij super Cõ. Gal.

Quemadmodum. Gal. commentando dictũ apho. duo facit. Primo ponit quandam similitudinem inter p̃sentem apho. & tertium ab isto in modo locutionis exponendo istam partem. Similis ueri. Secundo uerificat apho. Secunda ibi (Et hoc nõ sine ratione.) De prima dicit q sicut Hip. dixit ante quando eadem die aliquando fit æstus aliquãdo frigus, oportet expectare morbos autumnales, ita dixit hic quãdo æstas assimilatur ueri, quia complexiones æstatis supple in calido & hu. sint tẽperatæ, oportet expectare multos sudores in febribus. (Et hoc non sine ratione.) De secunda Gal. uerificat apho. & sine diuisione ulteriori dicit sic, q id quod dictum est in apho. est uerũ, quia sudor multus causatur. ex multa superfluitate & humiditate multa, idest ex caliditate multa superfluente supra humidum, ut dissoluat humiditatem et trahat ipsam ad cutem. Non autem intelligitur caliditas superflua respectu aliorum temporum. nam sic poterit esse temperata. Quorum duorum scilicet superfluentis caloris uel humoris unum reperit in hyeme, ut superflua humiditas nullum reperitur in autumno, quia supple autumnus de se frigidus est & siccus. Alterum etiam reperitur in æstate, supple suam seruante naturam scilicet caliditas. in uere reperitur utrunque. (Autumni complexio.) nam supple quamuis uer sit temperatum respectu aliorum temporum, caliditatem tamen habet superfluentem respectu (ut est dictum) dissoluendæ humiditatis & ad cutem trahendæ. Æstate ergo existente sicciori uere necesse est desiccari humiditates & non supple multiplicari sudores. Æstate uero similata ueri, necesse est p potentiam caloris humiditatem trahi ad cutem non potentem dissolui in fumum notabiliter, propter nimiam humiditatem calidum hebetantem (ut est dictum) unde illos humores seu humiditates pulsas ad cutem tempore crisis est necesse facere sudores. Primo dubitatur. Vtrum in æstate seruante propriam naturam multiplicentur plẽs sudores q̃ in æstate similata ueri. Sine formatione obiectorum tenendum quod in æstate similata ueri plẽs multiplicãtur sudores, plẽs enim faciet ad uehementem sudorem humiditas æstatis cum caliditate ueris temperata q̃ faciet caliditas æstatis propriam seruantis naturam. Secundo dubitatur. Vtrum in uere similato æstati oporteat plẽs expectare sudores q̃ in uere seruante propriam naturam. Credo q sic propter maiorem subtiliationem & euacuationem materierũ. Tertio dubitatur. Vtrum in autumno uel hyeme uernali oporteat tot expectare sudores sicut in æstate similata ueri. Respondendum q nõ quia in ęstate similata ueri merito suæ uernitatis reperiuntur humiditates & merito ueris precedentis & merito tẽporis humidi ue hyemis in autumno autem non sic, propter æstatis tempus precessisse siccum. nec in hyeme propter autumnum precedere siccum & æstiuam etiam precedere siccitatem. Quarto dubitatur. Vtrum sudor possit esse crisis febrium continuarum. Ad quod dubium responsum est per unum notatum.

Aphorismus. 7.

In siccis temporibus, febres acutæ fiunt, & si quidem annus talis existens amplius fuerit, qualem constitutionem fecerit, in pluribus & tales ægritudines expectare oportet.

Per squalores febres acutę fieri solent, et si magna ex parte talis sit annus, qualem fecerit conditionem, morbos quoq; expectare magna ex parte oportebit. (The.)

In siccitatibus febres acutę fiunt, & si annus magna ex à parte talis fuerit, qualem fecerit constitutionem, tales plurimum morbos oportet expectare. (Leo.)

Expositio Marsilij super apho.

Intensio Hippo. est quosdam explicare morbos contingentes anni tẽpore facto sicco Et cõtinet pręsens apho. duas partes. Primo absolute Hippo. facit quod dictum est. Secundo ostendit quibus conditionibus hi morbi cõtingant plurimum. Secunda ibi (Et si quidem amplius.)

In prima parte uult Hippo. istam conclusionẽ. In tẽporibus siccis febres acutę sunt aptæ fieri. Conclusio arguitur sic. illis temporibus fiunt febres acutæ in quibus acuuntur humores seu reperiuntur materię febriũ acutarum. sed in siccis tẽporibus acuuntur humores & acutarum febrium materię reperiuntur. igitur nota maior est. colligitur minor in commento. cuius rationis conclusio sic explicatur in littera. febres fiunt acutę seu acutę fiunt in temporibus siccis.

In secunda parte facit quod dictum est. Et uult conclusionem istam. Si annus fuerit tempore ampliori talis qualis fuit constitutio præhabita, quia fuerit siccus, secundum plurimum oportet expectare morbos acutos. Propositio arguitur sic. illo tempore secundum pluri-

mum oportet expectare morbos acutos, quo ſecundum plurimum materię multiplicantur morborum acutorum. ſed anno exiſtente tali & tempore ampliori &c̄. multiplicantur materię. ergo. cuius rationis concluſio explicatur in tex. ſic Hip. d. & ſi certe annus fuerit amplius exiſtens talis qualem fecerit conſtitutionē, quia ſupple fuerit ſiccus tempore ampliori, ſicut ante fuerat ſiccus, ſecundum plurimum oportet expectare tales morbos, quia acutos. Primo pro apho. notãda eſt eius cõcordia, quia habetur. 17. Continentis. capitulo de aere. & ſecũda primi. ſecunda doc. octauo capitulo. Secundo eſt notanda utilitas. Eſt enim utilis ad actum pronoſticum, ac etiam ad actum curatiuum. Ad actum pronoſticum, quia ſcimus pręuidere quales morbi generãdi ſint, quo cognito comprehendimus etiam qualiter eſt curandũ.

Raſis. Auicē. Pronoſtici cũ ratiui- ꝗ actus canon.

Tertio ad ampliationem notãdum. Ex pręſenti apho. concipitur in tempore humido morbos generari longiores, cuius cauſa colligitur etiam ex commento. Quarto notandum circa litteram. Per tempus ſiccius debemus intelligere tempus ſiccius pręter naturam. Nam quędam tempora appellãtur naturaliter ſicca, ut ęſtas & autumnus. intelligit ergo ꝙ in ſiccis temporibus ultra proprias naturas temporum. Quinto notandum circa partem apho uerificari maxime de tempore ſicco & calido, ſecundum naturam temperato, aut etiam de tempore ſicco & frigido ſecundum naturam, facto tamen præter naturam ſicciori. nam in his tēporibus poſſunt maxime generari acuti morbi. Primo in uere propter ſiccitatem acuentem humores in ęſtate etiam, propter eandem cauſam & caliditatem, in autumno etiam, propter reliquias in æſtate relictas. & inter hæc illa maxime uerificatur de æſtate. Sexto notandum tempora poſſe fieri ſicciora, aut propter flatum uenti borealis exiccantis, aut propter defectum pluuiarum, aut etiã propter remotionem aquarum, unde fieri contingit aerem ſicciorem. Septimo notandum. In ſiccis temporibus cauſantur febres acutæ, propter acuitatem humorum & intenſionem caliditatis minorata humiditate cũ abijciatur hebetans calidum, ut ipſa humiditas. Fiunt etiam accidentia ſeuiora propter materiam accidentia facientem febrem acutiorem eſſe & fortiorem & mobiliorem etiam, quamuis etiam in quantitate pauciorem.

Tp̃s ſic cum du pſr.

Tpo℞ ſicci cã

Octauo notandum. Hæc littera. febres acutæ fiunt. poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic, ꝙ fiunt, id eſt generantur febres acutæ &c̄. modo expoſito. Secundo ꝙ febres fiunt acutæ, quamuis ſupple genitæ in alio tēpore, paucificata tamen materia et facta acutiori febres acutę fiunt. prima expoſitio eſt commento conformior.

Nono notandum. Non ſolum pars de febribus continet ueritatem immo & de morbis alijs. quia tamen febres ſunt morbi communiores & pluries contingentes, ideo de febribus potius fecit mentionem. Decimo notandum Hæc littera. amplius &c̄. poteſt exponi dupliciter. Vno modo ut eſt dictum, quia tempore ampliori ut dicatur quando non tantum unum tempus anni, immo ampliora ſeu plurima ſunt ſicca fiunt &c̄ Secundo poteſt exponi ſic. Et ſi quidem annus fuerit amplius, quia exiſtens talis ſcilicet ſiccus, id eſt ſi fuerit intenſius ſiccus, tunc &c̄. quomodocunq; exponatur pars uera eſt. prima tamen litteræ conformior eſt. 11. notandum non tanter eſſe dictum ut in pluribus, quia maxime in corporibus diſpoſitis. ad actionem enim requiritur diſpoſitio paſſi. primo de differ. fe. & ſecundo de accidenti. & prima quarti. Notãter etiam eſt dictum ut in pluribus, quia contingens eſt propter ſiccitatem temporis ſtante caliditate etiam uehemente tantam ſubtilis remanente groſſo fieri reſolutionē, ut morbus chronicus generet,

Cap̄. 4
Cap̄. 2

Expoſitio Marſilij ſuper Cõ. Gal.

Non multas ait. Præſens pars continet partes duas. Primo Gal. ponit intentionem Hippo. Secundo uerificat apho. Secunda ibi (Non abſq; ratione)

De prima dicit ſic. Hippo. fateri, non multos morbos ſeu febres, ſed acutus naſci in ſiccis temporibus ipſo inferius dicente apho. 16. conſtitutiones anni omnino quidem ſiccę pluuialibus ſalubriores ſunt. dicat etiam morbos in pluuialibus temporibus fieri longos Ex qua parte colligitur intentionem Hippo. eſſe talem, ꝙ ſi morbi fiant in ſicco tempore illi ſunt acutiores q̃ ſi fiant in tempore humido. Vult ſecundo concluſionem iſtam, ꝙ cæteris partibus pauciores morbi generãtur in tempore ſicco q̃ in tempore humido. Ex iſtis duobus infertur concluſio tertia, ꝙ conſtitutio ſicca ſanior eſt humida. Propoſitio perſuadetur ſicut. in conſtitutione ſicca minus contingit corpus infirmari q̃ in humida. igitur. conſequentia nota. antecedens colligitur ex una dictarum cõcluſionum. Non abſque ratione. De ſecunda uerificat apho. & ſine diuiſione ulteriori dicit ſic. ꝙ iſtud quod poſitum eſt ab Hippo. neceſſario ſequitur, quia propter humiditatem aeris multiplicantur phlegmatici humores, econtrario ſiccitas aeris minorat humores, eo tamē facit in ſuis qualitatibus acutiores. & ideo quia paucificantur humores, febres fiunt acutiores q̃ in humidis tēporibus. & quia ſupple humores fiunt acutiores propter ſiccitatem, ideo & febres ſunt acutiores. Pro parte primitus ſupponendum humiditatem aeris noſtram naturalem caliditatem hebetare vnde non fit ita potens in digerendo & tranſmutando chyloſam materiam ad ſanguinis naturam via igitur indigeſtionis generabitur phlegma, aut etiam alia cruda humiditas proportionata phlegmati. Item ſecundo conſequitur humiditates multiplicari & ſuperfluitates caliditate non potente bene reſoluere ſuperfluitates aere, etiam ſua humiditate humectante. Ex quo ſequitur tertium, ut pluries generari morbos. Nã ubi eſt multa ſuperfluitas à natura non debite ſuperabilis multiplicem contingit generari morbum, morbum inquã materialem à materia phlegmatica pendentem (ſecundum plurimum) aut calido facto impotenti contingit per uiam indebitę regulationis humorum cholerã aut alium calidum humorem putreſcere, ideo morbi à materia calida pendentes poterũt generari. Infertur etiam morbos prolixiores in tempore humido ſecundum plurimum multiplicari propter ampliorem materiam eſſe humoralem propter etiam eſſe ſe ſecundum plurimum phlegmaticam & groſſiorem.

Tpo℞ cõſtitutio ſicca ſanior ē humida

Ex indigõne generatur phlegma aut cruda humiditas ei ꝓportionata.

Item ſupponendum ſiccitatem paucificare humores. Nam ſiccitatis eſt exiccare & humidam paucificare materiam. ſiccitas enim & humiditas agunt adinuicem & patiuntur, ut quarto metheoroꝛum ad principium aſſerit Auer. Item ſiccitas ſi coniungatur caliditati exacuendo calidum cauſa eſt maioris conſumptionis humorũ; ſi etiam coniungatur temperato calori ipſum redderet acutiorem & magis mordacem, maiorem facit in humoribus conſumptionem. Per accidens tamen contingit ſiccitatem eſſe cauſam uehementis humectationis. primo claudendo poros, ut ſuperfluitates intrinſecus teneantur. aut etiam debilitando calidum per uiam reſolutionis ſpirituum ut humorum cruditas & indigeſtio conſequatur, ſicut ea quæ ſecundum plurimum ſunt humectatiua per accidens ſunt cauſa uehementis exiccationis. ideo dicebat Auic. tertia primi. capitulo. de exercitio. ad finem. ꝙ dimittētes exercitium cadunt in hecticam. Ex dictis infertur morbos in tempore ſicciori citioris eſſe terminationis. hoc illatũ perſuadetur ſic. materia eſt paucior. ergo. nota eſt conſequentia aliarũ ſuppoſita paritate item perſuadetur propoſitio ſic. morbi in tempore ſicciori ſunt acutiores. ergo citioris terminationis. conſequentia eſt nota. per deſcriptionem acuti morbi. Secunda apho. commento. 19. nota etiam eſt cõſequentia, quia natura morbum moleſtiorem nõ poteſt diu ſuſtinere, ut patet quinta apho. commento ſexto illius apho. Quicunq; à tetano appræhenduntur &c̄.

Siccitatis effectus Auer.

Auicē.

Aphoriſmus

Aphorismus. 8.

In moderatis temporibus, si temporaliter tēpora se reddiderint, boni status, & bonæ ægritudinis determinationes fiunt. In immoderatis uero maxime immoderatæ, & difficiles determinationes.

The. In temporibus naturę legitimis, cunque tempestiua tempestiue redduntur, morbi constantes, synceri, et faciles ueniunt. At uero iniquis, inconstantes, & iudicatu difficiles existunt.

Leo. In constantibus temporibus, cum tempestiue tempestiua redduntur, morbi constantes, & boni iudicij fiūt. Inconstantibus autem, inconstantes, & mali iudicij,

Expositio Maesilij super apho.

Intentio Hip. in apho. præsenti est ratione dispositionis temporum, ut temporaliter uel intemporaliter se habent nos docere pronosticari supra bonā aut malā morborum terminationem ac supra ipsorum bonitatem ac malitiam & sæuitatem. Et continet præsens apho. partes duas principales. In prima enim ex temporum moderantia docet pronosticari. Secundo ex temporum imoderantia. Secunda ibi (In imoderatis uero.) In prima uult Hip. conclusionē istam. In temporibus moderatis & temporaliter se habentibus fiunt morbi boni ordinis & terminationis. Propositio persuadetur sic in illis tēporibus quibus multiplicantur humores quantitate & qualitate debite superabiles fiunt morbi &c̄. in quibus etiam corpora non prosternuntur, nec ualde à naturali dispositione mutantur, sed in tēporibus moderatis &c̄. hęc fiunt igitur. Huius rationis modo solito solum conclusio explicatur in littera sic Hip. dicente, q̄ si tempora fuerint moderata & tēporaliter se habentia fiūt morbi boni status & maxime bonę terminationis. In secūda parte uult conclusionē istam. In tēporibus imoderatis fiunt morbi maxime imoderati & terminationis difficilis. Propositio sic probetur per oppositū. huiusmodi morbi fiunt in illis tēporibus in quibus mali multiplicātur humores aut uirtus prosternit & ualde à debita natura mutatur. sed in tēporibus imoderatis est hoc. ideo &c̄. Huius rationis sic sola cōclusio i littera explicatur. in tēporibus imoderatis fiunt morbi, maxime imoderati, & fiunt difficiles terminationes. Primo pro intellectu apho est huius notanda concordia quę habetur in libro de aere & aqua & regionibus ad principiū. & tertio pronosticorum. 41. &. 17. conuenientis capitulo de aere. &. 5. theoricæ. capitulo. quarto ad principium illa parte, ideo Hippo &. 2. primi capitulo octauo & quinto & prima quarti. trac. 4 capitulo de pestilētia illa parte. & meliora tempora &c̄. Secundo notanda est utilitas. Est enim aphor. præsens utilis quantum ad actum pronosticum (ut est notum) quantum etiam ad actum præuisiuum, docemur enim præuidere corpora à lapsu futuro, cuius prohibetur futuritio euacuando & debite corpora diætando. Tertio ampliandus est apho. Nō solum in immoderatis temporibus morbi fiunt &c̄. sed etiam communiter sana corpora melius gubernantur, sicut in temporibus immoderatis communiter prosternuntur. Quarto notandum. Hæc littera. in moderatis temporibus. potest exponi multipliciter. Primo potest exponi sic. In temporibus moderatis ut suppleatur unum, quia si tempora reddiderint se temporaliter, ita q̄ hæc pars. si tempora reddiderint se temporaliter est expositiua moderationis tēporum, & est sensus partis. si tempora reddiderint se temporaliter id est modo temporali, quia modo temporis naturaliter decurrentis & propriam naturam obseruantis. Dicimus enim æstatem temporaliter se habere, quando æstati caliditas & siccitas correspondet. qualiter æstas inter tempora computatur. qualiter etiam ad humana corpora conseruanda cō-

Hip. Rasis Auicē. Lapsus futuri pnosti ci p̄ui- sio, p cano.

Æstatē q̄n se h̄re qd.

paratur. E contra tempora non se habent temporaliter, quando non modo temporali humanis corporibus debite se offerunt & ostendunt, q̄ temporaliter se habere est temporis moderantia. & hanc expositionem puto cęteris potiorem. Secundo potest exponi pars, aduertendo tamen q̄ non sola temporum moderatio sufficit ad bonum statum morborum & bonam terminationem efficiendam, immo etiam requiritur usus rerum non naturalium temporaliter uariandarum tempori proportionalis. Exempli causa aliqui cibi exhibendi sunt tempore æstiuo, ut frigidi & humidi. aer etiam taliter præparandus in temporibus ergo moderatis, quia suam & debitam seruantibus naturam si tempora, id est res applicandi corporibus & temporibus uariatæ reddiderint se temporaliter, id est proportionabiliter temporibus, quia tales exhibeantur quales in temporibus proportionatum est, & debitum exhiberi boni status &c̄. Tertio potest exponi pars prænotando q̄ temporum duplex est temperies seu moderatio. Quædam inquam absoluta, dum scilicet tempus propriam naturam obseruat, licet alteri tempori non comparetur. & hanc temperiem tetigit dum dixit in immoderatis temporibus, Alia uero est moderatio comparatiua, dum dicimus unum tempus temperatum esse respectu alterius, quia alterius lapsum temperat & moderatur, ut si uere existente humidiori æstas siccior consequatur dicemus æstatem esse tēperatam respectu ueris, quasi contemperantem uer. & hanc secundam moderantiam tetigit si tempora temporaliter &c̄. Quarto potest exponi pars ex modo Angeli de Vicentia notando q̄ tempus dicitur moderatum quando non est à propria qualitatiua natura mutatum. uocatur autem temporaliter se habere quando non est effectum aliena qualitate uel corpore ab eo q̄ sibi conuenit secundum naturam, quando scilicet non est uaporosius inter quas expositiones prima & secunda teneantur. Quinto notandum Temporum moderatio ortuum stellarum & occasionum debitam consequitur existentiam consequitur etiam debitam præsentiam pluuiarum, uel etiam absentiam & etiam uentorum eius. Vnde moderatio ex parte qualitatum tangibilium per tactum compræhenditur etiam ex parte sudationis uel oppositi. Vaporositas uero per uisum comprælhendi potest secundum q̄ aer apparet luminosus uel minus Moderatio uero ex parte qualitatum occultarum haberi potest ex notitia ortus & occasus stellarum. Moderatio uero rerum quæ temporaliter exhibentur compræhendi potest ex complexionum temporum notitia, ac etiam ex notitia eorum quæ corporibus applicantur. Sexto notandum. Multipliciter potest sumi status. Vno modo ut est unum de quatuor temporibus morbi. & secundum istum modum potest sic exponi littera q̄ ægritudines erunt boni status, quia habebunt statum cum incolumitate accidentium, & sine sæuitate non multum extraneatis humoribus propter temporum moderātiam, nec multum prostrata uirtute. Secundo modo potest sumi status pro esse seu manere, seu pro ordinate uel inordinate procedere, ut hominem bene stātem dicimus habere bonum statum, & secundum hunc modum dicetur q̄ ægritudines erunt boni status, quia bonæ existentię incessus boni & ordinis propter non multū molestare naturā, & propter humores nō esse ualde diuersos tēporibus suā obseruātibus naturā respectu eius qd' eēnt si nō proprias naturas obseruarēt. Septimo notandū. Morbi qui causantur intelligi possunt uel malę complexiones uel compositiones uel apostemata, aut etiā solutę cōtinuitates. Octauo notandū. Hę sunt bonę determinationis & crisis secundū plurimum eaeum materia non multum existente maligna, uirtute etiā potente supra eas. Nono notandū in hac parte imoderatis uero &c̄. non esse appositā hanc partem si tēpora temporaliter &c̄. tanquā per pręhabitam datam intelligi uel dici

Tēporū tēperies. 2.

Tēpus tēpatū & tēpaliter se hr̄e.

Status. dupl'r.

potest ꝙ ad causandum imoderantiā morbi sola temporum sufficit imoderantia. & ideo non fuit expediens illam particulā replicare, prima expositio teneatur. Vltimo notandum ꝙ morbi qui causantur sunt maxime immoderati & terminationis difficilis propter ualde prosterni uirtutem & generari repellem materiam & malignam, uel penitus opprimentem uirtutem uel non penitus, sed partialiter à uirtute oppressibilem, ut crisis incompleta & non debita consequatur.

Expositio Marsilij super Cōmen. Galeni.

Constantia tempora. Gal. cōmentādo dictū apho. sic procedit. Primo enim cōmentatur partem primā. Secundo secundam. Secunda ibi (Postquam igitur) Prima in duas. Primo pro intellectu apho. pręsentis nos ad quendam Hip. remittit librum. Secundo exequitur primam exponendo partem. Secunda ibi (Si quidem pro ratione) De prima sic dicit ꝙ ex libro de aere & aqua et regionibus Hip. cōprehendi poterit qualis fuerit Hipp. intentio de tēporibus moderatis. Siquidē pro ratione.

Anni sani cōditiones.

De secunda dicit ꝙ si apparuerint signa in ortibus & in occasibus stellarum secundū ꝙ conueniens est apparere, & si quędam pluuiæ fiant in autumno, hyems uero sit temperata supple non respectu aliorum temporū, immo declinet ad frigiditatem & hu. non tamen multū calida neq; multū frigida neq; multum humida uel sicca, appareant uero pluuiæ in uere horis debitis, & similiter appareant in æstate, tunc necessario alijs sup. paribus annus erit sanus Cuius causa est, quando enim agētia proportionata sunt ad sanitatem conseruandam debet fieri sanitatis conseruatio. sed illis suppositis quæ Gal. ponit in parte agentia sunt proportionata. ergo. Quibus uero horis ueris & æstatis debeant apparere pluuiæ, non debite habetur nomina. hæc tamen haberi potest ꝙ pluuiæ debent in uere frequentes esse probabiliter in æstate etiam. Postquā igitur. Nunc Gal. commentatur secundam partem apho. d. ꝙ cum tu perpenderis intellectum Hip. circa temporū ordinationem & moderantiam poteris intelligere quid ipse intelligat per obuiantia corporibus quæ ad temporum immoderantiam consequuntur, quasi diceret ꝙ habita intentione. Hip. de temporū moderantia haberi poterit & eius intentio circa temporum imoderantiā. Vnde Hip. dixit morbos nascentes in temporibus imoderatis esse difficilis terminationis. nam crisis horum morborū aliquando est cū timorosis accidētibus. ut exēpli causa cū magna prostratione pulsus seu depressione de qua Aui. secunda quarti exclamando dicebat. O quanta signa timorosa uidimus de casu pulsus &c̄. Et aliquando hæc crisis de se naturaliter est pessima. exempli causa terminatur morbus ad corruptionē totalem membri. aliquando terminatio est mortalis propter cās assignatas. aliquando supple crisis est diminuta, nō purgās seu euāns totā materiā morbi, sed reseruans materiam de qua recidiuat infirmus.

Tēporū immoderantia.

Tra. I. cap̄. 4.

Crisis mala qt modis.

Aphorismus. 9.

In autumno acutissimæ fiunt ægritudines, & maxime mortiferæ, ut in pluribus, Ver uero sanissimum, & minime mortiferum.

The. Per autumnum morbi acutissimi, atque exitiosissimi accidunt, magna ex parte. Ver saluberrimum est, minimeque exitiosum.

Autūno morbi acutissimi, atq; exitiales maxima ex parte. Ver uero saluberrimum, & minime exitiale.

Expositio Marsilij super apho.

Leo. Præsens apho. sic continuatur ad præcedentem. Postquam Hip. in apho. pręcedenti comparauit tēpora naturaliter se habentia ad tempora mutata à proprijs naturis penes euentum & terminationē morborū, nunc cōparationem ponit inter duo tempora, ꝓprias naturas obseruantia, ut inter autumnū, & uer, quædam tamen de autumno explicans. Et diuiditur hæc pars in duas Primo dictam explicat cōparationem Secundo tangit nocumentum autumni respectu specialis morbi. Secunda pars incipit apho. sequenti. Autumnus phthisicis. Præsens apho. continet duas partes principales. Primo explicat de autumno quædam. Secundo de uere etiam explicat quædam. Ex quibus duobus patebit autumni & ueris cōparatio. Secunda ibi (Ver uero sanissimum.) Prima in duas, secūdum ꝙ duplicem de autumno cōcludit cōclusionem. Secunda ibi (Et maxime mortiferæ.) In prima uult Hip. cōclusionem istam. In autumno fiunt morbi acutissimi. Conclusio persuadetur sic. Illo tempore fiunt morbi acutissimi quo tempore reperiūtur in corporibus humores subtiles & incensi non apti resolui insensibiliter, sed in autumno reperiuntur &c̄. ergo maior propositio pro tāto est nota, eo ꝙ humor subtilis cholericus & incēsus est aptus esse acuti morbi materia. minor propositio apparebit in cōmento cuius rationis sola conclusio in litera sic explicatur. morbi acutissimi fiūt in autumno. In secunda facit quod dictum est Et uult Hip. cōclusionem istam. In autumno causantur morbi maxime mortiferi secundum plurimū. Conclusio persuadetur sic. illo tempore causantur &c̄. quo tempore morbi sunt maxime apti superare naturam. sed hoc est ī autumno. igitur maior est nota ex hoc, ut. n. sanitas cōsequitur morbum superante natura sic morbo eandem penitus opprimente mors consequitur & corruptio corporis. minor patet ex notatis & dicendis in commento. huius rationis sola cōclusio sic explicatur in tex. & ī autumno fiunt morbi maxime mortiferi secundum plurimum. Nunc facit Hip. quod est dictum. Et habet hæc pars duas partes secundum duo ostendenda de uere. Secunda ibi (Et minime mortiferū.) In prima parte Hip. uult conclusionē istam. Ver est tempus sanissimū. Cōclusio sic arguitur illud tempus quod ē temperatum est sanissimum sed uer est tempus temperatum. ergo maior est nota cuilibet eo ꝙ temporum temperies a medico respectu humani corporis intelligiī. minor propositio sumitur ex cōmento. & primo cōplexionū Gal. & secunda primi. doc. 2. cap̄. 3. & . 6. Conclusio sic explicatur ī littera. sed uer supple est tempus sanissimum. In secunda parte facit quod est dictum & uult Hip. cōclusionem istam. Ver est tempus minime mortiferum. Propositio persuadetur sic. uer est tempus sanissimum. ergo minime mortiferum. antecedens est habita conclusio. consequentia uidetur de se nota. Prȩterea potest argui (ut p̄habita conclusio) sic uer est tempus temperatum. ergo minime mortiferum antecedens iam est deductū. consequentia euidens, quarum consequentiarum solum consequēs in littera explicatur sic. & supple uer est tempus minime mortiferū & hoc secundū plurimum. Pro intellectu apho. primo est notanda apho. cōcordia quæ habetur in propria forma. 17. continentis cap̄. de aere. Sumitur uero pars prima. 4. Alman. cap̄. de regimine corporum secundū tempora. Pars uero secunda sumitur secunda primi. doc. secunda cap̄. 6. ad principium per colūnam. dum uult uer esse proportionabile cōplexioni sanguinis & spiritus. Colligitur etiā sententia totius apho. aspicienti processum dicti cap̄. Secundo est notāda utilitas, est. n. utilis ad actum pronosticū, ut est euidens, ac etiam ad actum præuisiuum regendo debite corpora.

Ver sanissimum

Cap̄. 4 Auicē.

Rasis. Almā. Auicē. Corporum debite regendo.

ꝓnosticus præuisiuus ꝙ; cañ.

Tertio ampliatur apho. ꝙ non solum in autumno &c̄. sed etiam ī tēpore alio cōsimiliter cōditionato autūno.

Autūni denomiatio

Quarto pro littera notandū. Autūnus denominaī à tēpestate in autumno apparente. apparet. n. casus foliorum arborum, & maxima diuersitas temporum, ut habitum est, cōmento. 5. et patet ex pręsenti cōmēto. Aut dicitur autumnus ab autūnādo seu colligēdo, quia tūc multi colligantur fructus & comedantur. Quinto notandū

tandū

tandũ est pro littera Hippo. hic loqui de autũno seruãte
Alber. propriã naturã, quod sic affirmat Alber. Nã autumnus
est simpliciť hic prolatus. ergo debet intelligi in suo po-
tiori significato. antecedens patet primo ex hoc, quia ꝓ
tulit autumnum sine alia conditione consequentia pa-
tet, quia quod simpliciter profertur in suo potiori signi-
Gal. ficato debet intelligi, ut patet ꝑ Gal. tertio alimẽ. cap̃.
14. da lacte. ultra medium, dũ sic dicit. sicutigiť in alijs
omnibus sic in lacte oportet intelligere uirtutes simpli
citer dictas non de quocunq;, sed de optimo solum. colli
gitur etiã hoc tertio regiminis acutoꝝ. cõmẽ. 42. sana
Hip. ad principium. & est cõmentũ huius partis. aquæ uero
nullum opus inuenit &c̃. consequẽtia patet etiã ex hoc,
quia tempora suas obseruantia naturas meliora sunt, ut
patet prima quarti trac. 4. cap̃. 1. ad principium. hoc no
Auicẽ. tatum etiã sumitur ex Gal. in cõmento. Sexto notan-
dum. Cũ autumnus diuidatur in principium, medium,
et finem, de quahbet parte autũni intelligi potest apho.
tamen maxime de medio aut principio quod fini simi-
latur æstatis. nã finis unius temporis alteri principio as-
similatur. colligitur hoc secunda primi. doc. 2. cap̃. 6.
Auicẽ. Septimo notandũ. Morbi qui causantur in autũno nõ
solum causantur merito autumni, immo merito etiã in-
dispositionum per æstatẽ productarũ. ideo dictum est
alle. cap̃. ad finẽ. ꝙ autũnus est sicut nutritor reliquiaꝝ
æstatis. Octauo notandũ. Aliter se habet autũnus re-
spectu æstatis q̃ꝫ ęstas respectu ueris. Nam æstas est si-
cut correctrix indispositionum ueris superfluas abijcien
do materias. Autumnus uero est conseruatiuus malaꝝ
materieꝝ ex æstate relictarũ, quod notatũ octauũ colli
gitur pręsenti particula. cõmen. 23. satis ad principium.
& est cõmentũ illius apho. Autũno uero & æstiuorum
multa. Nono notandũ. Non solum in autũno causanť
morbi acutissimi, sed etiã autumnus est tempus ægerri
mũ, pro q̃to plura corpora infirmanť in autũno, & plu
ries propter causas nuper dicendas. vnde nõ ualet ista cõ
sequentia. in hoc tempore cusantur acutissimi morbi. er
go hoc tẽpus est ęgerrimũ. nã tempus siccũ nõ est ęger-
rimũ respectu humidi pręter naturã, in ipso tamen mor
bi acutiores producunť, ut patet. 8. apho. Decimo no-
tandũ autũnum esse maxime sanitatum laxatiuum, ac
etiã neutratiuũ, propter causas assignandas ex proster-
natione uirtutum & alioꝝ. 11. notandũ. Morbi q cau
Autumnus sanitatũ laxatiuus santur in autũno possunt intelligi materiales & immate
riales. maxime tamen materiales intelliguntur, ut patet
ex cõmẽ. qui sunt aut morbi simplices aut cõpositi. Itẽ
aliquando malæ cõplexiones, aliquando etiã malæ com
Hip. positiones, ut patet in hac particula apho. 23. & secun-
Auicẽ. da primi. allega. cap̃. 12. notandũ ꝙ in autũno non so
lum causanť acuti morbi, imo & ualde chronici. Quod
patet primo ex locis nunc allegatis, & quia autũnus in-
cinerando humores causat quartanã & alios chronicos
morbos, quia tamen penes acuitatẽ morborum autum-
nus à uere plus differebat, ideo de sola acuitate facit lit
teram mentionẽ. 13. notandũ ꝙ aliqua ægritudo (secun
dum Albertum) potest intelligi acuta multipliciť. Pri-
Alber. Ægritudo acuta 4r. mo ratione citę terminationis. Secundo ratione multę
q̃titatis materiæ. Tertio ratione intensionis seu incen-
sionis materię. Quarto ratione accidentium omittẽdo
suã applicationẽ. Ad ꝓpositũ dicendum in autũno cau
sari morbos acutissimos ratione omniũ istoꝝ. Nam pri
mo causatur cita terminatio ratione subtilitatis humo-
ris & ratione sęuitatis accidentiũ. nã licet merito autũ-
ni morbus chronicus debeat causari, propter tñ æstatẽ
pręcedentem contingit cholˀam in autũno reperiri Ideo
Aui. dicebat Aui. secunda primi doc. 2. alle. cap̃. 6. choleram
accrescere in autũno autumno sua frigiditate ipsam cho
leram includente & eam non permittẽte respirare, ꝓpter
quã reclusionẽ contingit multã coaceruari materiã, ꝓ
pter cuius materię incensionem & igneitatẽ accidẽtiũ
sęuitas & morbi intensio consequunť. 14. notandũ ꝙ
autumnus q̃tum ad hoc potest intelligi cõparari solum
ad uer. Secundo potest intelligi cõparari ad quodcunq;
aliud tempus. Primus modus cuilibet est notus. Potest
tamen teneri secundus dicendo, ꝙ reseruata acuta mate
ria ex æstate & autumno reclusa cõtingit ꝓhibita tran
spiratione maiorẽ putrefactionem adgenerari, ac etiam
morbũ acutiorẽ q̃ꝫ æstiuo tempore q̃uis de per se nõ cõ
sequitur hoc. 15. notandũ ꝙ quãuis in autumno pro-
priã seruante naturã hęc sint apta contingere, tamen in
autumno a propria natura mutato possunt longe acutio
ra & peiora contingere, de quo tamen erit dubiũ. sit igi
tur hęc cõparatio solum temporum ꝓprias naturas ob-
seruantium. 16. notandũ. Illud tempus appellatur ma Autum
xime mortiferũ in quo plures & ex pluribus morbis cõ nusq̃ꝛ
tingit mori, quę duo sunt reperta in autumno. Nam pri maxie
mo est prostratio uirtutis propter æstatẽ pręcedentẽ re mortife
soluendo debilitatẽ, ac etiam propter inęqualitatem au- rum tẽ
tumni nunc in calore nunc in frigore. In autumno etiã pus ap-
repeniuntur humores adusti, ac etiam incensi per ęstatẽ pellet.
difficiles superari à uirtute, unde uirtute facta debiliori
adhuc plus superatur ab humoribus. 17. notandum ꝙ
autumnus in maxime efficiendo mortem cętera tempo
ra superat, ut patet ex Gal. in cõmẽ. nã est pestilentior
cęteris temporibus ꝓpter causam assignatã. Ex prima
tamen facie litterę autumnus soli ueri cõparatur. 18.
notãdũ notanter dictum esse ut in pluribus, quia apho.
continet ueritatem in corporibus debilibus & immode
ratis nimios fructus comedentibus, & quia plura talia
sunt corpora, ideo de pluribus continet ueritatem, cũ ad
producendum effectum dispositio passi requirať, ut alle
gatum est primo febrium. Secundo de accidenti satis ad Cap̃. 4
principium & quinto theoricę. et prima quarti. trac. 4. Cap̃ 2
19. notandũ Hip. hic loqui de uere propriam seruante
naturam, & maxime q̃tum ad sui medium. Prima pars
notati ex pręhabitis colligitur euidenter. Patet uero se- Ver q̃-
cunda pars, quia hic loquitur de uere, quod maxime tẽ- mõ sa-
peratum est, quale existit medium ueris principio & fi nissimũ
ne se hyemi & æstati simulantibus iuxta Aui. sententiã Auicẽ.
secunda primi. alle. cap̃. uidelicet. 6. doc. secũdę. hoc ue
re sic denominatio quasi tempore delectationis inde res
delectatione priuata appellatur auerna ab à quod est si-
ne et uer delectatio. inde auerna quasi sine uerno seu ue
re. inde locus inferior appellatus est auernus sexto ænei
dos dicente Virgi. Facilis descensus auerni. Noctes atq;
dies patet atri ianua ditis. 20. notandũ, ver dici sanissi Virgi.
mum cuiuscunq; corporis respectu cõmuniter. Nã pri-
mo maxime respectu corporis temperati, cui ut tempus
maxime proportionatũ applicatur lapsus, etiam corpo-
ribus confert merito sui temperamenti & essentialis ef
fectus. Sicut. n. res tẽperatę conseruant corpora tẽpera
ta, lapsa uero reducunť, sic uer temperatũ existens de ꝑ
se corpora temperata conseruat, lapsa uero ꝓhibet à lap
su & ꝓducit ad temperamentũ. Ex quo notato tale po
test inferri corrolarium. licet uer plus proportioneť cor
pori temperato q̃ꝫ corpori lapso, proportionabiliter ta
men plus confert corpori lapso q̃ꝫ corpori tẽperato, po-
nendo ly corpori lapso determinate. Propositio arguiť
sic. plus est corpori lapso reduci ad temperamẽtum aut
ad dispositionem meliorem ꝓportionabiliter q̃ꝫ sit cor
pori temperato in sua temperie permanere. igitur. conse
quentia eo nota est, quia uere corpus lapsum reduciť ad
temperamentũ, aut bonificatur in suo lapsu. antecedẽs
satis est notum cuilibet. 21. notandũ uer non intelligi
sanissimum absolute, quia in ipso sanitates conseruẽtur
aut pręseruẽtur, itaꝙ nulli in uere contingãt morbi, sed
intelligi debet sanissimũ, quia iure meritoq; sui in ipso
pauciores accidunt morbi q̃ꝫ in alijs temporibus. 22.
notandũ ꝙ uer secundũ ꝙ est tactum de per se est tẽpe-
ratum & aptum de se corpora custodire sana, declinãs tñ
ad quandã sopitã caliditatẽ aut humiditatẽ, ut patet se-
cunda primi, doc. 2. cap̃. 3. de naturis tẽpoꝝ satis ad pri Auicẽ.

cipium. & sortitur hanc denominationem ratione effectuũ quos habet efficere in corpore humano quantumlibet temperato permanẽs tamẽ temperatũ respectu aliorum temporum. Si tamen inueniat corpora repleta tali caliditate sopita humores dissoluente, & humiditatẽ iuuante ad dissolutionem uarij morbi contingent, ut patet presenti particula apho. 21. Vere liquidẽ &c̃. quod notatum colligitur ex cõmẽ. allegati apho. nam si uer inueniat corpora in humoribus temperata, ipsa in sua perfectione custodit. Intelligendũ ergo uer esse sanissimũ quantum est de se, quamuis merito indispositionis corporis possit esse ualde ægrum. 23. notandũ. Ver potest intelligi minime mortiferũ. Primo absolute, quia in eo plus cõtingit fieri salutem quam mortem nam omnis crisis plus attinet saluti quam morti (nisi morbus sit pestilentialis) ut patet. 2. apho. cõmẽ. 13. in fine. et est cõmentũ illius apho. Quibuscunque crisis fit quod etiã non esse mortiferum autumno cõpetere potest propter causam consimilem. Secundo intelligi potest uer esse minime mortiferum respectu aliorum tẽporum, quia in uere merito cõplexionis ueris minus contingat corpora mori. Et hic intellectus uerus est propter tẽperiem ueris. propter etiã multiplicari in uere humorem cęteris mitiorem, quamuis merito temporis pręcedentis multos in uere contingat mori apoplexijs aut epilepsiis &c̃. Vltimo notandũ hãc partem ut in pluribus hic non esse positã, ut ex pręhabitis intellectã, uel huic parti non ita necessariã ut primę, eo quod autumnus non tantum est mortificatiuus quantum uer est minime mortiferum. cum de se uer sit multum sanissimum, ubi autumnus non ex toto est mortiferum, prima causa teneatur.

Expositio Marsilij sup Cõmẽ. Gal.

Cum tempora. Gal. cõmentando pręsentem apho. sic procedit. Primo tangit primę partis & secundę commentationem magis generalem Secundo specialius cõmentatur partem primam, generalius etiam cõmentando secũdã. Secunda ibi (Quoniã uer quidẽ.) De prima dicit quod si tempora anni secundum debitum fuerint cõplexionata, uer erit sanius cęteris temporibus, & minime mortiferum supple inter tempora, quia est temperatius alijs tẽporibus. autumnus uero est generatiuus morborum acutorum, & est pestilentior cęteris temporibus alijs, Quoniam uer quidem. Nunc facit quod dictum est. Primo secundę partis repetit cõmentationem generalem. Secundo specialibus primã partem cõmentãtur. Secunda ibi (Autumno uerò.) Dicit primo quod si uer supple est sanissimum, quia sicut dicit Gal. est temperatum in suis cõplexionibus & est dictum notanter cõplexionibus, propter ipsum non esse temperatum solum in una contrarietate immo in duabus, quia inter calidũ & frigidũ humidũ & siccũ. Autũno uerò. Nũc cõmentatur specialibus Et continet hęc pars partes duas. Primo cõmentatur partẽ primã per quasdam causas generales ratione temporum contingentes, quę etiã omnibus applicantur corporibus. Secundo per quandã causam particularẽ seu specialẽ sumptã ex parte dietę corporum. Secunda ibi (Iis uerò.) Prima pars continet partes tres secundum numerum trium causarum. De prima dicit sic, quod autumnus in multis rebus illaudandus ẽ seu aptus illaudari. Primo quia eadem die autumni aliquando est calor aliquando frigus ad sensum apho. quia ex qua diuersitate, ut est habitum cõmen. 5. cõsequitur uehemens prostratio uirtutis. De secunda dicit quod autũnus secundo est illaudabilis, quia cum ueniat post æstatem inuenit in multis corporibus humores incẽsos seu inflãmatos, quia supple in corporibus cholericis aut in quibuscunque calidis naturali cõplexione ad hanc incensionem disponente & ipsam efficiente æstiuo calore. inuenit etiã autumnus post ęstatem ueniens uirtutem defectam seu debilitatam in quibusdã corporibus, quia in corporibus maxime exilibus & per uiam resolutionis aptis debilitari, qualia sunt cholerica aut quecunque alia habentia humores subtiles & largos poros per uirtutem hic maxime intelligendo uitalẽ uirtutem, a qua totius corporis uita dependet & operatio quamuis etiam uirtutes alię per uiam resolutionis debilitentur. De tertia ponit tertiam causam, quare autumnus dicatur illaudabilis dicens quod nec etiam hoc quod dictum est solum supple concurrit ad reddendũ annum illaudabilẽ, sed etiam concurrit hoc quod antequam ueniat autumnus humores mouentur ad cutem supple à caliditate æstiua, ut dissoluantur aut euaporent per ipsam. Autũnus uero ueniens sua frigiditate intrinsecus recludit humores. Dicit quarto quod autũnus hoc facit uniuersaliter omnibus hominibus, & supple plures tamen quibusdam propter eorum aptitudinem, in quibus omnibus consequitur humores malignari & retineri & superare uirtutem. Ex quibus consequitur accidentium sęuitas, intẽsio morbi, & plures mors. Iis uerò. Nũc facit quod dictũ est. & sic dicit quod particulariter supple operatur male in corporibus utentibus mali dięta, quia comedentibus multos fructus, ex quorum comestionibus mali generant humores & multi. Primo notandum hanc causam dici particularem, quia fit ꝓpter particularẽ errorẽ, quia ratione fructuũ.

Secundo notandum quod fructus cõmuniter habẽt humidũ indigestũ putrefactioni paratum, quales fructus sunt fructus horarij. Appellati in quã fructus a fruẽdo, quia olim uescebantur & utebant homines fructibus. Appellani autẽ horarij, quia debitis horis reperti & nõ bene dispositi ad saluationẽ, quales fructus sunt poma pira cerasa amarillia & silia, ad differentiã frugum uel seminum, quę multis possunt conseruari tẽporibus Ideo dicebat Aui. prima quarti de cura putridarũ in generali satis ad principium. quod omnes fructus nocent febricitãti sua ebullitione quã faciunt in stomacho mali ergo chimi generantur propter ebullitionẽ & fructuũ putrefactionẽ. Credo etiã fructus ꝓpter imperfectionẽ suę mixtionis & propter suam specificã formã non multũ corpori humano famulari, ex quo fit eos non bene regulari et detineri à natura. Propter quod secundum Gal. sententiam. primo de differentijs, consequitur putrefactio & malorum humorũ generatio, uel quia fructus transmutẽtur in humores malos aut malas superfluitates malis ꝓportionatas humoribus, uel quia humoralem malignando materiã sic malus humor producatur. Ex quibus omnibus licet inferre, quod est collectum. tertia primi. ca. de regimine eius quod comeditur & bibitur, quod alijs partibus post quẽlibet fructum est bibenda aqua. Patet propositio ꝓ tanto nã quia fructus sunt (ut tactum est) mali nutrimenti secundum plurimũ, ideo bibẽda est aqua quę non est multum familiaris corpori, nec etiam multum penetratiua, ut cito expellantur fructus. Si uero biberetur uinum, cum sit ualde penetratiuum & familiare naturæ, tunc secum traheret nutrimenta fructuum ad corporis ꝓfunda. Ex dictis etiã licet inferre, quare post cõestionem fructuum cõmuniter sequitur fluxus uentris. Et licet plures alię causę speciales recitãdę alias concurrãt, pro nunc tamen hęc generalis causa ponatur. nam conuersis fructibus in stomacho ad chili naturam uenę meseraicę & hepar nõ sugunt multum hanc chilositatem, qua remanente consequitur lubricitas. Nã debilitas uel remissio attractiuę hepatis est una causa lubricitatis uẽtris, ut patet secunda apho. cõmen. 2. illius apho. Quibuscunque iuuenibus. Ex hoc ultimo licet inferre fructus non esse regulariter comedendos apud sanem uehementem, ne ad membra trahantur.

Horarij fructus.

Malitia fructus echimologia cap. 7. Cap. 3 Autcẽ. Practicus cañ ut post cõestionem fructuũ bibatur aqua

Fluxus uentris quare post cõestionẽ fructuũ.

Aphorismus. 10.

Autumnus phthisicis malus.

Autumnus tabidis malus est, Leo.

Autumnus tabidis malus. The.

Expositio

Expo sitio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic continuatur ad præcedentē. Postq̄ Hip. in præcedenti apho. vniuersaliter blasphemauit autumnū, nunc uero particulariter quia respectu phthisicorum. Et uult Hip. conclusionem hanc. Autumnus est malus phthisicis. Conclusio arguitur sic. Omne tempus frigidum & siccum et inordinatum est malū phthisicis. sed autumnus est tēpus frigidū & siccum & inordinatum. ergo maior apparebit ex notatis. minor ponitur in cōmē. conclusio uero sic explicatur in textu. autumnus supple est malus phthisicis.

Rasis. Auicē.

Pro intellectu aphor. primo est notanda apho. concordia, quę habet. 17. Cōtinē. alle. cap. habetur etiā secunda primi doc. 2. ca. 6. in fine. tertio habetur. 10. tertij. tractatu. 4. cap. de ulceribus pectoris et pulmonis in fine cap.

Phthisicorum prognosticus & preuisiuus canon.

Secundo notāda est utilitas ē. n. vtilis præsens apho. q̄tum ad actum pronosticum. nā ex præsenti apho. cōcipitur phthisicos maxime morituros in autumno, cum ex pñte aphor. autūnus sit malus illis, utilis est etiam q̄tenus ad actum præuisiuū. docemur enim præuidere, ne corpora phthisica ex autumno labantur. Tertio amplius est aphor. dicendo non solum autumnū esse malum phthisicis: immo & q̄tuncunq; rem non naturalem autumno proportionatā. dicendum etiam non solum autumnū nocere phthisicis, imo quibuscunq; alijs debilitatis corporibus, cum autumnus sit ualde prostratiuus uirtutis. Quarto ex præhabitis notandum autumnum hic intelligi propriam seruare naturā, hoc potest probari ex præhabitis. Quinto notandum hoc uerificari de autumno quantū ad principium medium et finem, maxime tamen de medio alijs paribus magis autūnāle q̄ extremę eius partes. Sexto notandū autumnū esse malū phthisicis maxime ratione proprię cōplexionis & proprię inordinationis, q̄uis etiā aliqualiter ratione præcedentis æstatis quod notasum apparebit ex dicendis. & colligitur ex fine cōsequēti.

Hip. Phthisis triplicat.

Septimo notandū, phthisim sumi aliquando pro ulceratione pulmonis, ut patet. 5. apho. cōmē. 9. illius apho. Phthisis fit in ætatibus maxime. Sumitur secundo pro consumptione totius corporis consequente pulmonis ulcerationē, ut patet. 5. apho. cōmē. 16. illius aphor. Insaniei sputo phthisis fit. Tertio sumitur phthisis pro quacunq; totius corporis consumptione, quē modū tangit Gal. in cōmen. Ad propositū autūnus est malus phthisi. quocunq; modo sumatur. Nam primo est malus phthisi tertio modo sumptę. nā cū corpora phthisicorum sint in uirtute defecta, sicut excarnata & in sanguine & spiritibus paucificata, autūnus sua frigiditate & siccitate cōsumēdo amplius & calidū naturale debilitādo uirtutis defectū auget, sui autē inordinatione uirtutem defectam amplius deficere facit. Est etiā malus phthisi primo modo sumptę eo q̄ nunc calidus existēs humiditates dissoluit catarrhales, nunc uero frigidus existens eas comprimit & ad pulmonē descendere facit, quę per uiā humectationis & putrefactionis sunt causa amplioris ulceris, sua etiā inordinatione debilitando uirtutem est causa ut ulcus peioretur. Item nocet phthisi sumptę modo secundo, propter causas præassignatas.

Autumnus cur oibus morbis pectorisnocitius.

Et ulterius amplificando aphor. sequitur autumnū cuicunq; passioni pectorali maxime replexionali fore nociuū. Hoc ex dictis causis infertur euidenter, imo cuilibet morbo probabiliter est nociuus autūnus. Primo propter sui inordinationem debilitando uirtutem. Secundo superfluitates & malas materias sui frigore incuneando. Hip. tñ ipsum phthisicis specialiter dixit esse nociuū, cū istis grandissimū inferat nocumentū propter causas assignatas. Ex istis etiā infertur autumnū notissime esse malū patientibus febrē heticam, patientibus ēt heticā senectutis. Patet primum propter amplius augeri exiccationem & corporis tabem. Patet etiam secundū propter similē causam. Et propter autumnū sua frigiditate & siccitate augmētatiuū esse frigidę & siccę cōplexionis in senectute heticæ existentis. Ideo dicebat Aui. secunda primi. doc. 2. cap. 6. q̄ autūnus erat malus omnibus habētibus heticam simplicem, quia non cōplicatā ulceri pulmonis.

Auicē.

Octauo notandū. Non solum autūnus est malus phthisicis, quia adaugeat phthisim manifestā, sed etiā occultam habet manifestare phthisim. hoc patet secūda primi. alle. ca. & 10. tertij. alle. ca. in finibus capi. & est causa notati. nā cum propter causas assignatas autūnus augeat phthisim, sic augendo phthisim manifestat occultam. nam ubi phthisis remissior est occultior, phthisis acutior est manifestior. Præterea autumnus manifestat tabem aut consumptionē amplius consumendo, etiā manifestat sputum saniosum plus prohibendo resolutionem insensibilem & amplius incinerando & debilitando uirtutem, ut sanies intendatur & maioretur &c̄.

Autumnus cur maxie nociuus phthisi Auicē.

Expositio Marsilij super Cōmen. Galeni.

Damnauit quidē. Gal. cōmentando apho. præsentem tria facit. Primo ad præcedentem præsentem cōtinuat apho. Secundo exponit hanc partem. phthisicis. Tertio præsentem uerificat apho. Secunda ibi. (Verū uerò) Tertia ibi. (Liquet autem.) De prima dicit q̄ in superioribus, quia in apho. 10. præhabito & implicite etiam in quinto generaliter blasphematur autūnus, quia supple non dearticulando ipsum ad aliquā specialē dispositionem, sed i hoc apho. blasphematur particularit̃, quia in quadā dispositione corporum ut phthisicorum. Verū uero. De secunda facit quod est dictum. d. q̄ Hip. intellexit supple per phthisicos homines laborantes seu infirmantes & supple corporis patientes consumptionē, propter ulcera pulmonis vñ etiā hic p uulnera ulcera intelligamus, unde pōt ille apho. intelligi de omni corporis cōsumptione. vnde dicit se non posse certificare, de quo maxime intellexerit Hip quia an de primo modo an secundo phthisis, ueruntamen quia modus primus proprior ē ideo dicere possumus ipsum intelligi maxime. Liquet autem. De secunda uerificat aphor. dicens q̄ siue Hip. intellexerit de primo mō uel secundo necesse est autūnū phthisico fore malum, quia autumnus est frigidus & siccus & inordinatus.

Phthisicus qd'

Dubia

Primo dubitatur. Verum autumnus sit ægrior uel seruans propriam naturam uel non.

Sine formatione obiectorū omnibus adinuicem compensatis hęc conclusio teneatur. Autumnus propriā naturā seruans non seruante melior est. Propositio sumitur ex. 9 apho. & prima quarti. trac. 4 cap. 1. vbi uult tēpora proprias seruantia naturas fore meliora. Hic tamen notandū q̄ bonitates temporum se habentium naturaliter non sumuntur solum ex gradu qualitatiuo, immo ex determinatis influxibus corporū superiorum, q̄ etiam colligi potest cōmen 9. & etiā ex Hip. in libro de aere & aqua & regionibus. licet enim in aliquo autumno minor possit esse inordinatio q̄ in autumno tēperato, omnibus tamen cōpensatis ex distemperato autumno maior læsio consequetur. Secundo dubitatur. Quę tēpus anni sit magis ęgrotatiuū. Et primo arguitur q̄ sit uer, quia in uere est maior repletio q̄ in alijs tēporibus igitur &c̄. consequentia tenet, quia morbi qui causant in temporibus maxime sunt repletionales. notū est antecedens. Nam uer similat morbo de repletione primo apho. cōmē. 17 illius apho. Et quibus semel aut bis aut amplius, aut minus. Pręterea patet ab experientia multos i uere generari morbos huius particulę sic apho 21 dicente. Vere siquidem manię melię &c̄. Secundo arguitur q̄ in æstate qualitas æstatis est qualitatibus cęterorū temporum actiuior & intensior. ergo &c̄. consequentia tenet, quia propter potentiā distemperatę qualitatis temporis consequitur cita productio morbi antecedens est notum, cum caliditas æstatis sit actiuior & intensior frigiditate hyemis secundū plurimum. Tertio arguitur q̄ autumnus eo q̄ inter cętera tempora maxime ab auctoribus blasphematur. Quarto arguitur q̄ hyems propter nimiam frigiditatem debilitatē & maxi

Tēpor॰ cōparatio 2ª. Hip. me superfluitates intrinsecus recludentem. Pro dubio pręmittendū hęc tempora posse adinuicē cōparari. Vel quantum ad oīa quę concurrunt temporibus quantunlibet moderatis. Secundo possunt adinuicē cōparari penes effectus proprios temporū in dispositiones consequētes, & non aliorū pręcedentium temporū ratione. Secundo pręmittendū hanc temporū cōparationem fieri ratione effectuū pluries & in pluribus corporibus contingentium. Penes pręmissa hę conclusiones teneanť. ℞ Prima. Autumnus quātū ad oīa in ipso reperta cęteris est peior temporibus. Hęc propositio primo sumitur ex cōmen. 10. dum dicit autumnū cęteris temporibus pestilentiorem. & patet propositio ex caulis Gal. Secunda propositio. Ratione proprię cōplexionis autūnus ꝓbabiliter est æstate melior. Propositio nota est ex hoc, cū æstas habeat qualitatē ualde excessiuā. Tertia ꝓpositio. Autūnus rōne propriorū defectuū ꝓbabiliter dici potest cęteris tēporibus peior. Patet propositio narratiue propter frigidā & siccā cōplexionē uitę contrariātem & prohibentem debitā transpirationem. Patet etiā propter eius inordinationem & inęqualitatem debilitantem uirtutem. Quarta propositio. Æstas post autumnū cęteris potest dici magis ægrotatiua. Propositio patet ad experientiam cōmunē & ex cā cōplexionis æstatis. Quinta propositio. Ver quantū ad contingentia in uere respectu quorundā corporum & quarundā ægritudinum potest dici æstate ægrotatiuus. Propositio magis sic persuadetur. podagra & maniaca passio & multę alię plus mouentur uere & autumno q̃ ęstate. ergo antecedens notat experientia. & sumitur .6. apho. apho. 55. podagrica & maniaca passio uere & autumno mo-

Hip. uētur ut in pluribus. Sexta propositio. Licet uer de se inter cętera tempora sit minime ægrotatiuum, ratione tamen quorundā in uere contingentium seu de per accidens contingit uer hyeme esse magis ægrotatiuū. Propositio quo ad primā partē patet ex hoc, quia uer est temperatū. cōmen. 10. & sumitur etiā in hac tertia. cōmē. 21. ibi. (Vere.) Quo ad secūdam patet ex hoc, quia ꝓpter repletionē ex hyeme pręcedentē consequunť in uere morbi replexionales eius caliditate tēperata humores liquante. Septima propositio. Licet non de ꝑ se tamē de facto & de per accidens pluribus corporibus hyems cęteris temporibus est minus ægrotatiua. Hęc propositio patet primo ad experientiā cōmunem. Patet etiā ex alio, quia humores in hyeme stant firmi non bene mobiles ad loca mobilia, aut etiā ad partes alias, ut inferant morbū & extraneentur. Pręterea etiam in hyeme cōmuniter caliditas innata est potens ad fortiter digerēdū & regulandū humores, ut colligitur primo apho. & cō-

Hip. men. 25. q̃uis ista fortificatio caloris proueniat de ꝑ accidens à frigore hyemis. Istis habitis patet responsio ad obiecta. Nam primo de æstate responsum est per responsalia. Et consimiliter obiecta ueris soluta sunt. De autumno ratio concludit ueritatē. De hyeme etiam dictū est ꝙ de per accidens ex eius cōplexione sequiť bona digestio, & sic sit dictum ad dubium istud. Tertio dubitatur, ꝙ tempus anni sit peius phthisicis. Pro dubio sit hæc conclusio prima. Merito cōplexionis tēporis uer est tempus melius phthisico. Conclusio arguitur sic. nā uer est tempus tēperatum. ergo &c̄. antecedēs patet cōmen. 10. consequentia tenet, quia tempus temperatum maxime est conforme uirtuti. Secunda conclusio est

T. c. 23. hęc. Ver de facto et ꝓpter cōmunes dispositiones phthisicorū est nociuū phthisicis. Hæc propositio sit ꝑ Hip. 7. epidimiaꝝ. Patet etiā ex causa. nā cū corpora phthisica sint cōmuniter ex hyeme malis repleta humoribus succedente uere & eos liquante & dissoluente fit phthisis augmentum. Tertia conclusio. Licet æstas ratione suę cōplexionis plus uideatur conferre ulceri q̃ uer: tñ phthisi anti. ꝓ plus uidetur nocere uer. Propositio patet quo ad primā partē, nam per suam caliditatē & siccitatem minorat materiam. uerū quia minorat etiā & consumit naturalem humiditatē magis affert nocumētum uere. Quarta conclusio. In aliqua parte æstatis probabiliter phthisicus melius se habet q̃ in aliquo alio tēpore. Patet propositio, quia in principio æstatis caliditate à tēperamento modicum recedente, tunc enim non fit uehemens consumptio & fit conueniens expiratio & putridę materię remotio. Quinta cōclusio. corpora phthisicorum male se habent hyeme. propositio patet ex hoc cum hyeme retineantur materię & augeantur catharri & defluant ad pulmonem. Sexta conclusio. In phthisi in qua uehemens consumptio corporis sociatur ulcerationi non cum magna putrefactione hyemis conuenire uidetur. Patet propositio, q̃a hyems sui humiditate & frigiditate prohibet de per se consumptionē & tabē &c̄. Septima conclusio. Autumnus cęteris temporibus peior est phthisicis. ideo de ipso Hip. ꝓtulit apho. Patet propositio propter causas in autūno repertas colligendas ex cōmento. 10. & 11.

Aphorismus. 11.

De tēporibus, siquidē hyems sicca & borealis fuerit, uer uero pluuiosum & austrinū, necesse est æstate febres acutas, & ophtalmias, et dysēterias fieri, maxime mulieribus, & humidis natura.

Quod ad temporū attinet rationē, si hyems squalida & aquilonia fuerit, uer pluuium australeque, febres acutas fieri æstate necesse est. Et lippitudines, & intestinorum difficultates, maxime mulieribus, & ijs qui humidam habent naturam. Theo.

De temporibus, siquidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, uer uero pluuiosum & australe, necesse est æstate febres acutas fieri & lippitudines (gręci opthalmias uocant) et intestinorum difficultates, pręcipue uero mulieribus, & uiris qui natura sunt humidiores. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic ad pręcadentes cōtinuatur. Postq̃ Hip in pręcedentibus determinauit de quibusdam effectibus mutatiuorū naturalium temporū, determinauit etiam de mutationibus ex flatu uentorum pręcedentibus. In apho. pręsenti exequitur determinando de q̃busdam mutationibus pręter naturam tempoꝝ sibi inuicē contrarie succedentiū. Et continet hęc pręsens pars duas partes principaliť. In prima determinat de mutationibus et eorū effectibus in hyeme et uere contingentibus & sibi contrarie succedentibus. In secunda parte determinat de mutationibus pręter naturā æstati contingentibus, & autūno sibi ad inuicē cōplexionaliter aduersantibus. Secunda ibi apho. 14. cuius initium. (Si uerò ęstas borealis etc̄.) Prima in duas. Primo Hip. determinat de mutationibus contingētibus hyemi et ueri mutata hyeme ad siccitatē, uere uero ad austri permutato naturā. In parte uero secunda determinat de mutationibus hyemi consimiliter contingentibus & ueri, hyeme permutata ad calidū uere autē ad frigidū & siccū. Secunda ibi apho. sequenti. (Si uerò austrina &c̄.) Pręsens aphor. duas cōtinet particulas. Primo determinat de dictis mutationibus, & etiam tangit tempus & effectus dictarū mutationum in prędicto tempore contingentium. Secundo uero explicat Hip in quibus corporibus maxime hi producantur effectus. Secunda ibi. (Maxime mulieribus & humidis.) In prima parte uult Hip istā conclusionē. Si hyems de numero temporū existens sicca fuerit & borealis, uer uero sibi succedens fuerit austrinum quia calidū & humidū, necesse est fieri in æstate febres acutas ophtalmias et dysenterias. Conclusio arguiť sic. In æstate necesse est fieri illos morbos, quorū sufficientes causas necesse est æstate reperiri. sed hyeme existente sicca & boreali, uere uero austrino & pluuioso, necesse est horū morborū causas in æstate esse repertas. ergo

maior propositio eo nota est, quia positis causis sufficiē-
tibus ad aliquem seu aliquos producendos effectus & ef
fectus poni possunt. propositio minor ex notandis colli
gitur cuius rationis sola conclusio ab Hip. explicatur in
littera. si certe hyems de temporibus seu horis anni exi
stens fuerit borealis & sicca, & uer fuerit austrinum et
pluuiosum, quia calidū & humidum, necesse est febres
acutas opthalmias & dissinterias fieri i æstate &c̄. In
secunda parte facit quod est dictū. Et uult Hip conclu-
sionem istam. Pręfati morbi maxime fiunt æstate mu-
lieribus & corporibus naturaliter humidis. Conclusio
persuadet sic. In illis corporibus maxime fiunt isti mor
bi, in quibus reperiuntur multę putrefactiones & hu-
miditates pręter naturam. sed in corporibus mulierū ac
etiam humidis naturaliter multę reperiuntur putrefa-
ctiones & humiditates. ergo. consequentia nota, cum hi
morbi consequantur putrefactiones & humectationes
pręter naturam tanq̄ suas causas. minor ꝑpositio est no
ta & etiam apparebit. cuius rationes etiam sola conclu-
sio explicatur in textu dicendo q hi morbi maxime con
tingunt mulieribus, & supple etiam maxīe corporibus
Auicē. masculis aut fęminis humidis secundū naturā. Pro prę
Gal. senti apho. est notanda apho. concordia quę colligitur se
Aristo. cunda primi. doc. 2. cap̄. 8. de iudicijs temporū satis ad
Hip. principium illo. §. Et cum uer pluuiosum. Colligitur se
Rasis cundo. 5. theoricę. 5. cap̄. ad principium. Colligitur ter
Tēpo- tio prima ꝑble. ꝑblemate. 8. Colligit̄ quarto tertio pro
rum ua nosticorū. cōmen. quadragesimo. Colligitur. 5. ex Hip.
riorū in in libro de aere & aqua & regionibus. Colligitur ulti-
cōplo- mo. 17. Continentis. cap̄. de aere. Secundo est notan-
ne pro- da utilitas apho. Est enim pręsens apho. utilis quātum
nosti- ad actum pronosticum & operatiuū. tali. n. temporum
cus ope apparente cōplexione nos ꝑnosticamur dictos morbos
ratiuus fore uenturos. Valet etiam q̄tum ad actum operatiuū.
que ca- cum. n. cōprehendimus hos contingere morbos, propter
non. multarū humiditatū pręsentiam ab his morbis pręser-
uare possumus præexiccando corpora & etiam debite
euacuando. Tertio ampliandus est apho. Non enim so
lum tēporum tali apparente cōplexione seu cōbinatio-
ne hi effectus æstate contingere possunt, imo & aliarum
rerū cōplexionibus taliter inuicē proportionatis quali-
ter uer austrinum boreali proportionatur hyemi ęstate
succedēte. Quarto notandū ut colligitur ex principio
Tempo cōmenti alterius translationis. Horę anni uel suas natu
rū ua- ras obseruant, uel permutantur ab eisdem. Si permutan
ria mu tur ab eisdem, uel ista mutatio est in hora una uel i dua
tatio. bus &c̄. Si est in hora una uel duabus &c̄. uel talis est
ad qualitates unigenias seu consimilis denominationis,
uel est ad qualitates contrarias seu contrarium denomi-
nationum. Itē uel ista mutatio est secundum unam qua
litatem uel secundum duas. Item uel est mutatio inten-
sa uel remissa. Ad propositum Hippo. hic determinat
de mutationibus plurium horarū. de mutationibus etiā
unius horę ad unā qualitatem contrariam & unam con
similem. Determinat enim de mutatione hyemis ad sic
citatē sibi contrariā & ad frigiditatem debito intensio-
rem, & sibi in denominatione cōsimilem. Determinat
etiam de mutatione alterius horę, quę mutatio potest di
ci ad ambas qualitates contrarias quodammodo & quo-
dāmodo similes secundū denominationē. Si enim uer ut
Aristo. est uer denominetur tēperatum, mutatio ad calidum &
humidū appellatur ad qualitates contrarias, cū tēpera-
mento seu medio qualitates extremę aliqualiter contra
rientur, ut patet quinto physicorum. textu cōmēti sex
ti, & quinquagesimi secundi. Si tamen uer quodāmodo
calidū denominetur & humidū, secundum heri allega-
Auicē. ta secunda primi. doc. 2. & cap̄. 6. tūc hęc mutatio erit
ad qualitates intensiores & similes secundū denomina-
tionē. Quinto notandū notāter esse dictum de tempo
ribus seu horis ad notandū mutationem hanc toti hye-
mi esse tributam, ut sic sensus q hyems tota existēs sup

ple una horarum, nam maxime tunc uerificatur apho.
ut dicetur. Sexto notandum notanter esse dictum sicca
& borealis & non sicca & frigida. Et est causa. Nam ex
hoc q dicitur borealis & sicca cōprehenditur ipsam ual Borrex
de esse frigidam & siccā, q̄uis. n. boreas frigidus sit & cōplo.
siccus, appellatur tamen frigidus à dominio, ut quasi nō
ex siccitate uideatur, nisi propter humidi expressionem
à frigido contingentem. dicere ergo hyemē esse borea-
lem & siccam est dicere hyemem esse ualde frigidam et
siccam, maxīe propter flatū uenti borealis sua expira-
tione ualde infrigidantis & uehement' operantis consti-
pando. Septimo notandū. Hyems potest intelligi sicca
& borealis. Primo cōparando hanc hyemē ad hyemem
tēperatam seu naturaliter se habentē in qua non est ra-
biosa frigiditas, quę etiā declinat ad humiditatem. Secū
do imaginari possumus hanc hyemē borealē & siccam
respectu equalis ponderis saltem imaginati, ut aer hye-
mis recedat ab ęquali ponderis per siccum, & distet plus
ab æquali ponderis per frigidū q̄ distare debeat. Tertio
imaginari possumus hyemē borealē et siccā respectu ef
fectus qui producitur ad corpus humanū, dum per ta-
lē hyemē humana corpora debito uehementius infrigi
dantur & exiccantur. Ad propositum teneatur primus
modus & tertius, q̄uis etiā secundus possit uerificari,
ut dicitur. Octauo notandū. Ver intelligendū est plu
uiosum & austrinū aut secundum se totū aut secundū
sui maiorē partē. ut. n. pręfati morbi consequant̄, opor
tet in ęstate multā ex uere reperiri humiditatē, quę ma
xime reperietur uere toto existēte humido aut eius par
te maiori. Nono notandū, intelligi hic uer modicū esse
mutatum ad caliditatē. ideo austrinū esse, maxīe ex par
te humiditatis. Si. n. caliditatis extiterit intensioris per
uiā ebullitionis & putrefactionis, dicti morbi i uere cō
tingent. 10. notandū. Nō solum si hyems ponatur sic
ca & borealis & uer austrinum & pluuiosum in æstate
dicti morbi contingent, immo etiā hyeme suā obseruā
te naturam, cum maior humiditas reperiatur ęstate q̄
si hyems fuerit sicca & borealis, ut est notū cuilibet. sed
quia hyeme existente temperata uere uero pluuioso &
austrino non solum æstate immo & uere prædicti mor
bi propter maiorem humiditatē contingere poterunt.
ibi hyeme existente sicca & boreali, uere uero austrino
& pluuioso, sola æstate contingent alijs paribus. ideo de
hac solum tēporum cōbinatione fecit in littera mentio
nem. 11. notandū, ut colligitur ex cōmen. q pars con
tinet ueritatē æstate suam tenente naturam. Nā hi mor
bi plurimū non contingunt hyeme propter nō esse mul
tā humiditatē in hyeme, quia sicca & borealis. propter.
etiā has qualitates putrefactioni repugnare, non cōtin-
git etiā plm̄ i uere. primo, ꝑpter uer inuenire corpora in
disposita his morbis ex hyeme. ut quasi uer i prīcipio sit
correctiuū frigoris & siccitatis hyemis. ꝑpter etiā in ue
re caliditatē non esse tantā, ut magnā causet putrefactio
nē ad hos morbos secundū plurimū disponentē, licet ap
tius fiat putrefactio in uere sic disposito q̄ tēperato in
calore & distēperato in humido, propter altiorem calidi
tatem ueris plꝰ disponere putrefactioni. notum est etiā
q uere fieret aptius putrefactio quā in dicta pręcedēte
hyeme. Si uero æstas non seruat suam naturā, tunc mu
tata ipsa ad frigidum & siccum, per siccitatem fiet con-
sumptio humiditatū dispositarum putrefactioni et per Tempo
frigiditatem prohibebitur putrefactio consequens ebul ra meli
litionē. Ex quo infertur q licet absolute melius sit tē us est ut
pora suas obseruare naturas, in aliquo tamen casu ut p̄- seruent
senti & similibus melius est aliquod tempus à ꝑpria na naturā
tura mutari. 12. notandum notanter Hip. cōplicuisse absolu-
duorum temporum contrarias complexiones. primo ut te, ali-
ex cōmen. colligitur, ut doceremur non solum aspicere quando
ad horas pręsentes anni, immo ad pręteritas, cum ex ta- tamen
li complexione distincti contingant effectus uel in tem- e contra
pore distincto, aut tetigit hanc cōplexionem temporū, ut patet

quia ut est tactum nisi sic tempora cōplectantur non in ęstate potissimū contingerent hi morbi, immo & ante æstatem modo hito. Volens ergo ostendere morbos contingentes (secundū plurimum) æstate, pręter pręcedentium tēporum defectum, sic hęc tempora adinuicē cōbinauit. 13. notandū. Non solum hi morbi æstate contingere possunt, immo & aliquando morbi ex putrefactione contingere possunt quos tamē tacuit Hip. ut nō ita famosos cōmuniter cōtingentes. 14. notandū. Nō solum febres acutę, immo acutissimę causari possunt, ut patet p Hip. in libro de aere & aqua et regionibus quarum uehemēs acuitas, licet nō cōsequatur humiditatem multam de per se, eo q humiditatis ete obtundere eas'm per uiam tamen uehementissimę putrefactionis consequentis prohibitā transpirationē & multam humiditatem cum caliditate febres poterunt acutissimę generari. maxime tū illarum erit acuitas ad malam terminationem uirtute debilitata materia existente multa & multę putrefactionis. Ex quo patet q aliqua materia potest facere morbum acutum malę terminationis quę de se est apta facere morbū chronicū salubrem propositio nota est in multis materiebus frigidis & alijs 15. notādū. Cum acuitas febriū maxime insit febribus continuis, ideo de continuis est intelligendus sermo. 16. ponitur in parte opthalmias, per quas debemus intelligere apata coniunctiuę oculi causantur. n. hoc pacto. nā per uer austrinum & pluuiosum humectato cerebro & per æstatē ebullientibus superfluitatibus cerebri per uiam defluxus per neruos opticos fluentibus superfluitatibus ad oculos, tunc causantur opthalmię, per quos inter cęteros neruos manifeste concauos, ut colligit quarto de accidēti ad principium, materię fluuere possunt ad oculos, aut etiam transeunt per uenas ad coniunctiuam oculi pertingentes, per opthalmias etiam alias intelligendo et replexionales lęsiones oculorū. 17. notādū In Hip. alle. loco habetur hęc littera. Lienteria & cachexia. In Aui. uero secunda primi. doc 2. 8. cap habetur hęc littera. Fluxus uentris. Decimo septimo uero conuinentis loco allegato pro concordia habetur hęc littera. Diharia.

Opthalmia qd cur uecāetur.

Lienteria qd.

Primo ergo exponamus primum dicendo q lienteria quę appellatur fluxus cibalis causatur aliquando ppter nimiam humiditatem sic stomachi contenuuā debilitatē, ut cibus nequeat detineri, uel propter pustulas, aut etiam propter humiditates acutas taliter pungentes stomacū, ut cibum non detineat sed emittat. Colligitur hoc 6 aphor. cōmento. 1. quę duo in hac æstate poterunt reperiri. primo nimia humiditas propter uer pręcedens humorū etiam acuitas propter æstatis caliditatem putrefacientē & exacuentem. Item contingere potest cachexia, quasi mala exia, seu mala corporis habitudo uel dispositio à cacos quod est malum, est. n. habitudo in qua tumet facies tument extrema cū palliditate corporis consequens corruptionē cōplexionis, & supple pręsentiam humiditatum indigestarū. cuius completa notificatio colligitur 14. tertij. quam in hac æstate fieri contingit multis dominantibus humiditatibus. corrupta etiam complexione corporis propter multā humiditatem & caliditatem ebullientem. Itē causatur diharria seu fluxus humoralis, propter multarū humiditatū pręsentiam in corpore ut est notū. sic etiā uerificatum est fluxum causari cum diharria & lienteria sint fluxus. Itē causāt dysinteria dicta à di seu dis, quod est diuisio seu dissolutio seu discontinuatio & hēteria i. intestina quasi discontinuatio intestinorū. Est. n. apud medicinam dysinteria fluxus cū excoriatione seu discōtinuatione intestinorū quę consequitur multas humiditates æstati relictas ex uere & uia putrefactionis factas acutas à caliditate æstatis. 18. notandum. Hęc littera. maxime mulieribus. potest multipliciter intelligi. Vno modo sic. q dysinterię maxime sunt spee fieri mulieribus, cuius causa esse potest cū mulieres ex cōplexione sexuali, ac

Cachexia qd.

Diharria qd.

Dysinteria qd

etiam ex ocijs & inordinatis comestionibus & potibus multiplicēc multas superfluitates dispositas putrefactioni quę delatæ ad intestina causant dysinteriā. Secundo intelligi potest de oībus morbis pars. & hoc de per accidens, quia propter uehementem putrefactionē mulieribus ex multa humiditate contingentē, ac etiam propter debilitatem uirtutum earū in resistendo putrefactioni, & maxime de mulieribus humidis secundū naturā intelligendo, ac etiam de uiris, aut etiam humidis accidentaliter quomodolibet propter causas assignatas, ut etiā i phlegmaticis corporibus, licet non merito de per se complexionis proprię, propter tamē uehementē putrefactionem humiditate factibilē hi poterunt cōtingeř morbi.

Expositio Marsilij sup Cōmē. Gal.

De alteratione. Gal. cōmentando pręsentem apho. sic procedit. Primo ponit apho. intentionē. Secūdo eius per q̄da m conditionē ponit uerificationem. Tertio ipsum uerificat nos ad alia Hip. loca remittens. Quarto cuidam dubio satisfacit. Quinto ipsum iterum dearticulando uerificat. Sexto exponit hanc partem. necesse ē &c. Secunda ibi (Parue igit.) Tertia ibi (Causas uerò) Quarta ibi (Cur igitur.) Quinta ibi (Quare totum tēpus.) Sexta ibi (De ijs uerò.) De prima dicit q ipse incipit ab essentia temporū anni, quia ueris & hyemis. d. &c. Primo pro parte notandū Hip. incipere ab essentia temporū anni. i. à qualitatibus mutatis respectu qualitatum in tēporibus essentialiter attributarum. Dicimus. n. hyemē essentialiter frigidam esse & humidam, quia hyems in essentia propria & natura consistens has requirit qualitates. Secundo notandū Hip. notanter ab hyemis mutatione inchoasse pro q̄to dubium uidebatur utrum propter talem uel talem hyemis & ueris complicationē aliquę in æstate acciderent passiones: Ad quod manifestādū pręsentem proposuit apho. nihilominus tū & propter certas dispositiones autumnū lapsum hyeme moderante noui morbi æstate contingere possunt.

hyemis ppria & essential cō pło.

Parue igitur. De secunda facit quod dictum est dicēa hanc mutationē ueris. s. ad austrinam paruam esse, tū pręter naturam. Vnde ęstate tantū dictū est febres acutas & dysinterias & opthalmias fieri, quod dictum habitum est in uno notato, notando q si hic mutatio ueris ad austrum magna fuerit etiam ad calidum, potissimū consequitur putrefactio & horum morborum in uere generatio non expectando æstatem, si etiā uer existens temperatū ipso corpus ex hyeme lapsum moderante nō cōsequētur morbi &c. Causas uerò. De tertia Gal. facit quod dictum est. Et primo nos ad librum de aere & aqua & regionibus remittit. Secundo nos ad secundam epidimiarum particulā remittit. De prima dicit, q causa euentus harū passionū mōstrata est ab eodē Hipp in libro de aere et aqua & regionibus sic dicente. Si hyems sit sicca & borealis, uer uero austrinum & humidū, necesse est febres acutas æstate fieri, & quidē subito succedēte æstate, necesse est subsequi opthalmias. æstiuo. n. tempore ueris pluuijs humectata terra austrisq; supple ueris calorem æstati duplicantibus uentrium non desiccatis hūiditatibus nec supple cerebri notabilit' humiditate mutata, necesse est febres acutas subsequi & maxime phlegmaticis. dysinterię uero sequuntur hisphlegmaticis & alijs natura humidis & mulieribus, quę Hipp. in æstate nasci concessit in libro de aere &c. quę explanabo ibidem. Notandū ex parte accipi causam generationis morborum horū æscate, nam ppter uer humidū. s. totum in principio æstatis est multa humiditas. Item duplicatur caliditas ad bonum secundū. non quidem, quia dupla intensiue necessario, sed duplicatur, quia intenditur a duplici causa procedens. Primo enim merito naturę æstatis Secūdo merito austri pręcedentis in uere. Vnde non desiccatis uentribus, quia concauitatibus in quibus nutrimenta reperiuntur & humiditates, nō diminuta etiā humiditate cerebri notabilit' propter ex uere

Febres acutę curphle gmati- cis poti usq̃ sã guineis accidãt

multas reseruari superfluitates, necesse ẽ subseq̃ febres acutas, propter supple putrefactionem uehementẽ maxime phlegmaticis, in quibus maxime abundant humiditates, in quibus etiam uirtus est debilis pro resistendo putrefactioni. In sanguineis etiã febres acutę sunt aptę fieri, immo acutiores q̃ phlegmaticis, quia tamen uirtutem habent fortiorẽ, minus eis febres acutę contingẽt. vel maxime contingunt phlegmaticis febres acutę et aliquando morbi similes. Item dyssinterię maxime contingunt eis & mulieribus, propter pręassignatas causas.

Cum tamen in secundo &c̃. De secunda nunc Gal. facit quod dictũ est & sine diuisione ulteriori fieri possi sic dicit, quod etiã in secundo libro uel particula epidimiarum dixit quasdam corruptiones. i. quosdam morbos ex corrupta materia procedentes nasci æstate in ciuitate cranone natis, tũc in corporibus quibusdã pustulis nominatis ignis sacer. quod dictum sic ordinauit Hip. i illo libro. Nam in ciuitate Cranone tẽpore æstiuo fuit nimia pluuia æstate existente calida et cũ uentis austrinis. in quo libro Hip. monstrauit causam pustularũ fuisse materiam supple ideo tempore genitam. Nam tunc cõplexio aeris mutata fuit ad qualitates putredinũ effectiuas & festinanter maxime corporibus putredini apparatis sicut etiam in libro pręsenti Hip. q̃ isti morbi nascentes humidis temporibus sunt febres longę fluxus uentris & putredines. & hoc ẽ di. supple apho. 17. Ægritudines uero in pluuialibus adhoa efficiẽdos morbos ca-

Boreę mali e- uentus

liditate plus humiditate operante. his tamen utrisq; qualitatibus concurrentibus ita fortiter ut in ciuitate Cranone cito fiunt putrefactiones. hyems etiam sicca & boealis quibusdam corporibus efficit idem. non quidem idem, quia eundem morbũ. sed idem, quia ægrotare facit. nã boreas facit tussire, exasperat guttur, cõstipat uẽtrem, facit dyssuriam horrores dolores costarum & pectorum, ut habitum est illa parte apho. 6. Si uero boreales fuerint. & pro parte colligitur aphor. 18. Quotidianę uero constitutiones. Item dicit. Hip. q̃ si tempus fuerit siccum minus est infirmatiuũ pluuiali minusq; mortiferum, ut patet aphor. 16. Constitutiones anni omnino quidẽ siccę. hyemẽ tamen siccã & borealẽ uoluit esse nocentem, non dico ut febres generet aut dyssinteriam.

Tp̃s sic cũ mi- nus est ĩsirma tiuũ at q; mor tiferum hũido.

Primo notandũ ex principio partis concipiẽ q̃ morbi pręhabiti contingerunt æstate propter caliditatem et humiditatẽ, quod suo simili confirmatur exẽplo, ppter id quod in Cranone contingit ciuitate. Secundo notandũ propter iuuenes q̃ repertuntur ista nomina, ignis sacer, ignis persicus, carbunculus, pruna antrax. Ignis sacer aliquando importat maximũ appetitum ad uentrẽ, ut ista incensio appetitus putetur diutnam consequi influentiam, unde fingunt poetę aliquos sagittatos a cupidine. de quo igne sic loquitur Sene. in Hippolito. Sacer est ignis credite lęsis. Hic tamen ignis sacer (ut colligiẽ ex alia translatione) uidetur importare idem quod carbunculus. Vnde habet littera alterius translationis carbunculi Carbũculus autem est pustula ex materia cholerica adusta proueniens differens ab antrace ex malitia materię & profunditate. Est enim materia antracis adustior & uenenosior, est etiam magis antraca seu abscõsa in profundo. ideo antrax quasi ab antro in quo est contenta materia. Quę uero sit differentia inter ignẽ persicum et prunam, manifeste colligitur ex tertia quarti.

Ignis sa cer qd.

Seneca.

Carbũ culus quid Antrax quid

Caþ. 9 Trac. 1

Vltimo notandum hanc partem etiam esse tactam, in qua allegat. Hip. in apho. ad ostendendũ q̃ primo morbi contingunt in corporibus dispositis ad explicandum etiam quod licet in hyeme & tempore humido non contingãt morbi, quos dixit uenire æstate, aliĩ tamen morbi contingere possunt. quare uero non ueniant hyeme tactum est: quare uero non ueniant uere australi statim tangetur in parte. Cur igitur. Nunc Gal. satisfacit dubio. Dubium sub hac forma proponitur. hyeme. n. frigida & sic, uere uero austrino & humido succedente ui-detur morbos debere generari in uere his utrisq; temporibus à propria natura mutatis. Pro dubio ergo in parte prima dicit Gal. q̃ causa quare non contingant morbi in uere anstrino & humido succedente, est quia hyẽa frigidior fuerat & siccior. vnde corpore infrigidato & p hyemẽ exiccato non solum non infirmaẽ corpus in uere immo liberatur à passionibus quę solite erant uere contingere, imo etiam à uere aliquando taliter iuuatur, ut ad deperditũ reducatur temperamentũ. ea propter nos monet Hip. non solum anni pręsentes horas inspecturos immo & pręteritas. ex qua sententia patet responsio ad dubium. Nam in uere non fiunt morbi uere temperante indispositiones corporis productas per hyemẽ. Indisposita. n. corpora ad frigidũ & siccum humiditate et caliditate temperantur. quę sententia etiã colligi potest secunda primi. doc 2. caþ 8. ad principium satis. Primo notandũ q̃ pars continet ueritatẽ q̃tum ad aliquã partem ueris & non q̃tum ad totum uer. toto. n. uere calido existente & humido, ut dicetur in parte sequenti corpore mutato ad calidũ & humidũ, ultra temperamentũ succedente æstate ebullitiones fient & putrefactiones.

Secundo ẽtiã notandũ q̃ talis reductio ad temperamentum non est reductio ad temperamentũ pręcise ita bonũ sicut primo, cum horum tẽporum distẽperatæ qualitates uirtutes prostrauerint corporum. ex ista sentẽtia colligitur etiã superius habitum, q̃ licet absolute sit melius tempora suas obseruare naturas, alicui tamen corpori aliquando melius est aliquod tempus non suam seruare naturam. Si uerò totum uer. Nunc ponit propositionẽ secundã uel intentum dicens, q̃ si totum uer sit humidũ mutabitur (ut prius est dictum) in contrariam dispositionẽ habitę dispositioni per hyemem, quia mutabitur ad calidũ & humidũ, ubi hyeme fuerat frigidum & siccum diuturnitate tamen ueris humidi, ipso amittente tẽperamentum in humiditate ipsum reuerti oportet. ex quo patet apho. continere ueritatem, toto uere existente humido. Circa partẽ quereret aliquis q̃lis dispositio insit corpori hyeme existente frigida & sicca & uere existente temperato. Respondẽdũ q̃ corpus ad frigidum declinabit et siccum Nã si sumatur corpus temperatum hyems tẽperata & uer temperatũ, corpus in uere permanebit temperatũ. ergo hyeme existente frigida & sicca cęteris paribus & uere existente temperato corpus ad frigidũ in uere declinabit & siccum. antecedens notum est cuilibet consequentia tenet, quia p hyemẽ frigidam & siccã mutabitur uersus frigidũ & siccũ. ergo succedente uere temperato minus permanebit in temperie q̃ si hyems fuisset temperata. ergo hoc mõ ad frigidũ plus declinabit & siccũ. Quare æstas.

Nunc Gal. facit quod est dictum, dicens q̃ si æstate superueniente apparatum sit corpus putrefactioni hęc apparatio causa sit opthalmię & dyssinterię, terra. n. adhuc existẽte humida uentis adhuc non spirantibus qui spirare solent in diebus canicularibus hoc tempore inter æstatis initium & dies existentes caniculares febres acutas consequi necesse est putrefacientibus humoribus ex dominio caloris & humiditatis, unde opthalmię consequuntur & dyssinterię. Ex qua sententia patet responsio ad quęstionẽ. Patet etiam uerificatio apho. pro parte. Quare totum tempus. Nunc Gal. apho. dearticulando uerificat & sic procedit. Primo explicat morbos contingere maxime quibusdã corporibus naturaliter dispositis ad eos aut pręter naturam Secundo ponit morbos quosdam quibusdam accidere corporibus secũdum q̃dam dispositionẽ sexualem. Tertio infert modificationem ratione naturalis cõplexionis, aut pręter naturam. Quarto ponit modificationem ex condictione temporum. Quinto excipit corpora in quibusdam ætatibus à dispositione horum morborum. Secunda ibi (Difficultates uero.) Tertia ibi (Si igitur.) Quarta ibi (Et hęc per totam.) Quinta ibi (Et si quidem.) De pri-

ma sic dicit, q isti morbi contingunt secundum q membra recipientia humores sunt uicina humoribus. Ecce exemplum supplendo sententiã. oculi enim patiunẽ opthalmias tanq̃ membra uicina humoribus capitis, quare uero oculi potius patiantur q̃ alia mẽbra uiciniora liquet ex prẹhabitis. contingunt etiã hi morbi secũdum diuersitatem corporũ in cõplexionibus opthalmiẹ, tamen sunt uniuersales omnibus habentibus oculos debiles & non fortes, cũ sup propter debilitatẽ oculorũ et uicinitatem & à capite fluant humores ad oculos debiles.

Notandum hic tamen q stante paritate debilitatis oculi rariores calidẽ cõplexionis existentes & humidẹ dispositiores sunt ad opthalmiam recipiendam. nota est causa. Difficultates uero. De secunda Gal. facit quod est habitum dicens, q dyssinteria fit ĩ habentibus cõplexionẽ naturaliter humidã & maxime in mulieribus supple naturaliter humidis, cũ sint etiam humidẹ supple & sexualiter, sicut testatur Hip. supple eis maxime accidere dyssinteriã, eo quod materia supple humida seruata à prẹhabitis temporibus in æstate inficitur supple per uiã putrefactionis à caliditate æstatis & fit salsa. vnde sua salsedine exasperat & ulcerat intestina & causat dyssinteriam maxime in mulieribus (ut est dictũ) quia sunt humidiores masculis. sola ergo putredine inflãmata in his corporibus corpora humida dictos morbos patiunẽ. nã humiditas est quasi materia putrefactionis. caliditas autem supple causa efficiens. merito ergo est corpora humida æstate succedente incurrunt putrefactiones, cũ habeant materiam ut humiditatem, & efficiens ut caliditatem æstiuam. humiditas ergo prẹcedentis aeris supple non permittens desiccari humiditates corporũ fit iuuãs causa putrefactionis. Primo notandũ. Non solũ in mulieribus & humidis natura seu prẹter naturam dyssinteriẹ possunt causari, immo etiã infectiones cutis ex salsa seu alia materia putrefacta procedentes. Verum quia materias superfluas natura conaẽ expellere ad loca maxime expulsioni deputata ut intestina. ideo ac salsa materia sua salsedine. i. sui acuitate aqueam humiditatẽ

Dyssin' teriæ et tenesmi causæ. salsante exasperante & excoriãte intestina dyssinteria cãtur & tenasmon. Secundo notandũ hoc etiã probabilẽ magis contingere in humidis prẹter naturã, aut uirtute in eis humiditate prẹter natuẽã prostration facta. Tertio notandũ, humiditatem non esse uerã materiã putrefactionis. non est. n. putrefactio forma inherens humiditati, sed est quasi, quia sicut materia & agens agunt trãsmutando materias & ipsam disponendo & taliter qualificando, sic etiam caliditas agit ĩ humiditatem i. corpus humanum faciendo ipsum ebulire & corpus humidum extraneando. caliditas autem est causa efficiens putrefactionem extranea existens. non quidem quia extrinseca semper sed extranea, quia non regulata & uirtute directa, ut conueniens ĩstrumentũ, immo ut inconueniens ad seruandũ uirtutẽ & producendas operationes, quia tamen cõtingit pluries caliditatem extrinsecã, ut nos cõtinentis aeris esse causam putrefactionis aut saltem manifestius. ideo. 4. metheororum dictum ẽ ad principiũ:

T.c.6. Putrefactio quid. putrefactio est corruptio propriẹ & ĩnatẹ caliditatis ab aliena caliditate, hic autẽ est quẹ ambiẽtis. Vltimo notandũ, q licet probabiliter aliquo uiro aliqua mulier esse siccior possit, posita tamen paritate eorum quẹ cõparantur. Gal. dictum continet ueritatẽ cõparato. n. cholerico uiro ad cholericã mulierẽ et phlegmatico ad phlegmaticã &c̃. cuius signũ est, maior mollities mulierum maior etiã nuditas pilorũ. Si igitur. De tertia Gal. infert corpora naturaliter humida his fore parata passionibus dicens. q ergo propter prẹhabitã causam dixit Hip. phlegmaticos pati plures febres, aut secundũ aliam punctuationem pluries febres, cum corpora eorum sint humidiora, quibusdam. n. putrefacientibus humiditatibus & in his remanentibus febres generantur. ex his. n. dyssinteriẹ ad intestina existentibus. Notandũ q corpora phlegmatica secundum lecturam primam patiuntur pluries febres. propter diuersitatem humorum qui putrefiunt q̃uis. n. abundent maxime ĩ phlegmate. potest etiam putrefieri sanguis propter eius nimiam humiditatem. potest etiã phlegma propter caliditatem æstiuã & uernalẽ ad cholericam deduci naturã, ut febres ex distinctis causentur humoribus. Secundũ etiam secũdam pũctuationem plura phlegmatica corpora ad differẽtiã phlegmaticorum parum lapsorum uel eorum quæ taliẽ prẹseruantur euacuando etiam ut non ægrotẽt, quia tñ plura sunt phlegmatica multum lapsa aut non debite recta & prẹseruata, ideo plura patiuntur febres. Sed statim licet querere an sanguinea plus patiuntur. Hic potest utraque teneri uia. Pro nunc dicendum q calida & humida paratiora sunt, ut colligi potest ex sententia Gal. Auicẽ. octaua terapeu. ad finẽ. & prima quarti. cap̃. 2. de prẹparatis ad febres his in humiditate abundantibus & caliditate, sicut intelligendum de calidis prẹter naturam & humidis. Secundo notandum notanter esse dictum si exeant per intestina, cũ hẹ materiẹ putridẹ possine p alias regiones expelli. q̃uis probabiliter natura forti pellantur ad loca expulsioni maxime deputata ut intestina. Et est supplẽdũ q causantur dyssinteriẹ, nisi intestina fuerint fortia & has salsas materias cito expellentia. De febribus autem non est sic. Cum. n. febriente corde febriat corpus, & non febriente non febriat, ut colligiẽ primo de differentijs febrium. & cum contingat in dictis membris existente materia caliditatẽ in corde accendere, ideo contingit pluries causari febrem q̃ dyssinteriam, continuam dico uel interpolatã. pluries tamen cõtinuam, propter humores pluries & pluries in uenis superabũdare. Et hẹc per totam. Cap̃. 1 De quarta parte Gal. facit quod est tactum dicens q necesse est per totã ẹstatem hos morbos esse ut non reuertar, causa est in promptu, corpore propter nimiam humiditatẽ ueris tota ẹstate satis humida remanente, caliditate etiam in ẹstate perseuerante. subdit Gal. q per totam ẹstatem sunt &c̃. Si uero superueniat supple aeri aliqua mutatio ĩ diebus canicularibus. Et quia dixit Gal. in diebus canicularibus, quia in his diebus ut declarabiẽ. 4. apho. apho. 5. est caliditas uehemens, ideo tunc maxime est apta fieri putrefactio. Si ergo illis diebus fiat mutatio aeris corpora defenduntur à putrefactione, non quidẽ quin etiam facta mutatione in alia parte æstatis non etiam defendantur corpora à putrefactione, sed per hanc mutationem defenduntẽ à uehementi putrefactione illis diebus factibili, aut forte q illis diebus propter constellationes quas ignoro, aut propter fortissimas euaporationes probabile est cõsequi uehementes pluuias refrigerantes aerẽ. unde dixit Hip. in libro de aere & aqua & regionibus q dyssinteria fit mulieribus & natura humidis supple stante casu apho. Et subdit Hip. hic si post dies caniculares ueniat tẽpus hyemale i. frigidum uel pluuiale. i. humidũ et succedat uenti perflaturi tº tempore idest ualde flaturi tº tempore, morbi quos credebamus uenturos sunt cessaturi. supple propter causam assignatam, & erit autumnus sanior. cuius causa est, quia non ita adurentur materiæ in æstate, autumnus etiam non erit tante siccitatis. materiẹ ergo reclusẹ in autumno non erunt ita malẹ. Et si quidem. De quinta facit quod est habitum dicens, q si nõ supple fiat aliqua mutatio, speranda est mortalitas pueris & mulieribus supple secundum plurimum & pluribus, propter nimias humiditates ad putrefactionem corpora disponentes. Dicit ultimo q iuuenes sunt remoti ab his infirmitatibus supple respectu prẹcedentis ẹstatis propter supple eos fore icciores & plus remotos a putrefactione & superfluitatibus. attamẽ quicunq pueri euasuri sunt à morte sine dubio supple secundum plurimũ cadunt in quartanam, resolutis partibus subtilibus & calidis & humoribus p uiam adustionis in melíam transeuntibus. & postea transmutantur in hydropem primo

multa mel'ia fortiter splenem oppilante ut inde debilitet hepar. primo quidem splenē non debite expurgante hepar à mel'ia. iterum etiam splene ad stomachū materiā mel'icam transmittendo, ut stomachus debilitetur in digerendo. Quare tamen fiant hæ passiones, & qualiter fiant, explanandū subiunxit Hip. in libro eodem. Pro parte notandū, q̄ primi senes adhuc sunt remotiores ab his infirmitatibus, propter remissionē caloris & humiditatum, quāuis ultimi senes propter nimias humiditates multiplicatas hos possent incurrere morbos etc̄. De ijs uero. Nunc Gal'. exponit hanc partē. necesse est. dicēs q̄ ipse exposuit hunc totum apho. nisi hanc partē. necesse est. quā partē similiter posuit in libro de aere & aqua & regionibus. quā dicendo certificauit rationibus & inuestigationibus rerum naturaliū quia causarū & effectuum & non solum experimento nam quotiens uiderit hoc & in quot ciuitatibus, forte. n. uidit bis uel ter uel quater in uita sua aut parum amplius. ex qua supple uisione non potuit certificare præhabitū apho. Nam si tu uideris. 5. uel 6. homines quacunq; medicina uolueris moueri, & ex hoc concludere uolueris experimento omnes moueri posse, hoc supple non poteris facere. non ergo dixit Hip. necesse est nisi pro quāto hoc consequiē experimento, quod falsum est propter præhabita. dixit ergo. necesse est s ex ratione et inuestigatione rerum. i. causarum et effectuum naturaliū. Quę autem sint istę rationes & quæ non, quæ etiam causę, patuit uerificando apho. Primo notandum q̄ ex parte concipitur, q̄ ad causandam experientiā requiritur cōprehensio non paucorum particulariū, imo pluriū. ut ex pluribus de alijs paucioribus coniectura sumatur. Secundo notandū q̄ nec paucis uisionibus credendū est, nec soli experimento dicente Gal'. 5. interiorum cap̄ 7. in auctoritate allegata. nam qui solis experimentis sine ratione utūtur nō possunt ea quę raro contingunt cognoscere. nihil. n. sugmenti accomodant nisi quę multotiens probauerunt.

Experienuię cā

Dubiū

Dubitatur sine argumentis. Verum si ęstas non seruet naturam propriā ueritatem contineat apho. Breuiter dicendum, q̄ si non seruet naturam propriam (ut tangit Gal'. in cōmento) quia mutetur ad frigidum & siccum, sic aphorismus non continet ueritatem. Sed si mutetur à natura propria ad calidum & siccum uel ad calidum & humidum adhuc magis uerificatur aphor.

Aphorismus. 12.

Si uero austrina hyems: & pluuiosa, & trāquilla fiat, uer uero siccum et boreale, mulieres si quidem, quibus partus ad uer inest, ex omni occasione abortiunt. Si uero genuerint: morbidos pueros, & imbecilles pariunt, ut aut statim resoluantur, aut morbidi & tenues uiuant existētes. Alijs uero, iunioribus quidem, dyssinteriæ, opthalmię siccæ fiunt. Senioribus uero, catharri celeriter dissoluentes.

The. Sed si hyems australis, pluuia & tepida fuerit, uer squalidum aquilentumque, mulieres quarum partus iuxtà uer properant, abortum ex qualibet causa facient. Quę autē pepererint, imbecilles ac morbidos edent infantes. Ita ut aut statim pereant, aut tenues atq; ualetudinarij uiuant. Cęteris difficultates intestinorum, & lippitudines aridæ accident. Senioribus uero, destillationes quæ cito interimant.

Leo. Si uero hyems australis, & pluuiosa, & serena fuerit. Ver autē siccū, & aquilonīū, mulieres q̄bus partus ad uer inest, ex quacūq; occasione abortiūt. Quę uero parient, ībecilles, & morbidos īfantes pariūt. Qua℞ uel statim intereūt, uel tenues, et ualetudinarij uiuūt. Cęteris uero mortalibus, difficultates īestinoꝝ, lippitudīes siccę fiūt, Senioribus aūt, destillationes quæ cito īterimēt.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic cōtinuatur ad præcedentem Postquā Hip. in præcedēti apho. tetigit effectus & morbos. q̄ cōsequūtur hyeme boreali & uere austrino, in præsenti apho. tangit effectus & morbos qui cōsequūtur hyeme austrinali &c̄. et uere boreali. Et cōtinet pręsens apho. duas partes principales. Prima tāgit effectus, qui mulieribus pręgnātibus cōsequunt. Secunda tāgit effectus q̄ alijs corporibus cōtingūt ętatiue abinuicē separatis. Secunda ibi (Alijs uero iunioribus quidē.) Prima in duas secundū duplicem lęsionem Primo tangit lęsionē mulieribus contingentē & fętibus. Secundo tangit lęsionē solis fętibus contingentē. Secūda ibi (Si uero genuerit.)

In prima parte uult Hip. istā conclusionē. Hyeme existente austrina pluuiosa & trāquilla, uere autē sicco & boreali, mulieres parituræ ueræ abortiunt ex qualibet leui cā. Propositio arguitur sic. illo tēpore mulieres sūt aborsurę quo fętus ualde lędunt, et ab aeris qualitate superant, quo tēpore etiā mulieres ualde debilitant. sed in uere boreali hyeme austrinā consequente fętus debilitantur et superant &c̄. ac etiā mulieres ergo propositio maior pro tanto est nota, quia aborsus cātur uel propter læsionem mulieris uel fętus, ut notum est ex. 21. tertij. patet propositio minor. Nam cum propter hyemem austrinam pori mulierum laxificati sint & per cōsequens etiā fętus adueniente uere boreali, propter sui frigoris intensionem & passi debilitatē laxitatē et aperturā uehemēs sequitur percussio & debilitatio. cuius rationis sic sola cōclusio explicatur in tex. sed si hyems sit austrina pluuiosa & tranquilla & uer sit boreale & siccū certe mulieres parituręin uere ex omni occasione. i. causa supple leui abortiunt. i. perdunt. In secunda parte Hypp. facit quod dictum est. Et uult cōclusionem istam. Mulieres parituręin uere & non abortientes pariunt pueros debiles & ęgrotatiuos. Conclusio probatur sic, illo tempore mulieres pariunt pueros debiles & ęgrotatiuos, quo tēpore pariunt pueros cito morituros & graciles & morbidos existentes. sed tēpore ueris &c̄. sic pariunt, ergo maior nota patebit minor ex notatis. Huius rationis primo conclusio explicatur in littera. Secundo minor ut expositiua conclusionis. Secunda ibi (Vt aut statim resoluātur.) Dicit primo. sed si mulieres genuerint supple in debito tēpore & partu, tunc pepererunt pueros debiles & ęgrotatiuos. Dicit secundo supplendo sentētiam q̄ sunt imbecilles & morbidi, ut supple propter imbecillitatem & morbiditatem statim consumantur & moriātur, aut uiuant tenues supple & graciles & existentes morbidi. Nunc facit quod est dictum. Et cōtinet partes duas. Primo tangit effectus corporibus iunioribus contingentes. Secundo senioribus uel decrepitis. Secunda ibi (Senioribus uero catharri) In parte prima uult conclusionem istam. q̄ corporibus iunioribus accidūt tempore taliter se habente dyssinterię & siccę opthalmię Conclusio sic persuadet. illis corporibus hęc accidunt in quibus phlegma salsum multo tempore remanet in intestinis, & in quibus cholericę materię ad oculos transmittuntur. sed hoc est in iunioribus illo tempore. ergo maior est nota, quia phlegma salsum diu retentum in intestinis causat dyssinteriam, & cholerica materia defluxa ad oculos tempore frigido causat siccam opthalmiam. apparebit minor in notatis. cuius rationis sic in littera conclusio ponitur sed iunioribus certe fiunt dyssinterię & siccę opthalmię.

In secunda parte facit quod est dictum, & uult conclusionem istam. Catharri cito interficientes accidunt corporibus seniorum. Propositio arguitur sic, illis corporibus accidunt catharri cito interficientes &c̄. quibus transeunt humiditates ad uenas sub capite existentes prohibentes sensum & motum seu apoplexiam facientes. sed senioribus hæc accidunt ergo maior propositio patet per notitiam catharri, de.

Tra. 2. cap. 8.

Fętus in uere q̄modo mali.

Dyssinterię cā phlegma salsum.

Aristo. Gal. Rasis.

pręgnātium prænosticus præseruatiuusque canon,

quo loquitur hic Hypp. minor appa. ebit ex notandis & commen, cuius rationis conclusio in littera explicatur, sed supple tempore sic se habente supple fiunt catharri citius interficientes senioribus, quia decrepitis. Ad intellectum apho. primo est notanda apho. cōcordia, quæ habetur primo proble. prolemate nono. & in libro de aere & aqua & regionibus Hyp. &. 17. Cōuenetis. cap̄. de aere. &. 5. theoricę Halyab. illo cap̄. accidunt & passiones. & secunda primi. 8. cap̄. in principio. Secundo est notanda apho. utilitas. est enim præsens apho. utilis quātum ad actum pronosticum ac etiam præseruatiuum. ut enim ex littera euidens est scimus pronosticari quarundam dispositionum præter naturam euentum. Secundo est utilis quantum ad actum præseruatiuum. præscito enim à ueris frigore prægnantes esse læsibiles eis approximando calida à futuro lapsu eas possumus pręseruare.

Tertio est notanda apho. ampliatio. Non enim solum austrinę hyemi uere boreali succedente hoc cōsequi possunt, immo etiam quomodolibet prægnante ualde calefacta causa frigida succedente idem consequi poterit.

Quarto est notanda præsentis apho ad præcedentem conuenientia & differentia. Primo enim conueniunt cū similibus qualitatibus, utrobiq; tēpora mutentur. Differunt uero ut est euidens. Nam ubi præhabitus aphor.

Hyems cur austrina & pluuiosa.

hyemem siccam posuit & borealem, uer uero austrinū. hic hyemem austrinam posuit & boreale uer. Quinto notandum litteraliter Hypp. intelligere per hyemem austrinam & pluuiosam hyemem calidam denominatam. austrinam autem propter flatum austri, uel quia austro fit in calore sic̄ata. potissimum denominatur etiā pluuiosa, propter pluuię copiam & humiditatem & per pluuiosam magnam humiditatis denotat abundantiam

Sexto notandum. Licet pluuia ponatur frigida, propter tamen caliditatem austri pluuię frigiditatem superantem contingens est hyemem calidam esse & humidam.

Septimo notādum. Hyems potest appellari calida, uel respectu ęqualis ponderis, uel respectu temporis temperati, quod est uer, uel respectu hyemis temperatę. Quomodocunque autem exponatur aphor. continet ueritatem. cuius intellectum esse puto secundum modum tertium. Octauo notandum. Hyems potest appellari tranquilla, quia quieta à flatu uentorum quæ expositio ueritatem continet hoc modo, ut hyemem non dicamus absolute tranquillam austris (ut est habitum) phlegmatibus, sed comparatiue respectu hyemis borealis flatum habentis austeriorem. Aut dicatur tranquilla & austrina, quia similata austro in calore & humiditate. non quidem quia flet auster in ipsa. erit autem tunc calida et humida, aut propter uapores à locis calidis & humidis eleuatos, aut propter cęlestem influētiam. Aut ulterius appellatur tranquilla, non quia quietum habens aerem, sed quia in suis qualitatibus alteratiuis mitis est non frigoris intensi, ut hyemis propriam naturam obseruans.

Nono notandum. Ver posse intelligi boreale & siccū idest frigidum & siccum, uel respectu ponderis, uel respectu suimet propriam naturam obseruantis, quomodocunque intelligatur apho. continet ueritatem secundus tamen modus est ad littere intellectū. Decimo notandum. Non solum mulieres parituræ in uere abortiunt immo etiam paritur ę in ęstate propter maximam lęsionem eis contingentem ex uere & maximam fetuum exilitatem. Quia tamen de pariturís in uere plus uerificatur apho. plus fetu lęsibili in exitu q̄ retento, ideo de pariturís in uere Hip. pręsentem proposuit apho. 11. Notandum Mulieres quę pepererunt in hyeme saltem, prope uer boreale etiam lęduntur ex uere propter causam quę tangitur in commento. lęduntur etiam fętus minus tamen q̄ geniti in uere, ut est notum. 12 notandum. Mulieres etiam impregnatę in hyeme austrino ueniente etiā uere boreali lęduntur, propter causam quæ colligitur ex cōmento & propter causam genetalē, quia corpora absolute non bene se habent, quando tempora non obseruant suas proprias naturas. 13. notandum, quia ponitur ex omni occasione in parte. Occasio potest sumi dupliciter. Primo cōiter pro quacunq; causa & potissimum effectiua quæ occurrit. i. cōtra passum currit ad causandū effectum. Secundo sumitur occasio pro cōtraria causa intenti naturaliter uel debite. unde occasio aborsus i causa. ob. i. contra naturalē generationē. 14 notandum. Non est intentio Hip. uelle q̄ oīs causa sit cātiua aborsus. requiritur. n. ad producendum effectū certa proportio causę ad passum, ut colligitur secundo de accidenti. cap̄. 2. sed intentio eius est, q̄ ex omni causa. s. leui exteriori uel etiā interiori abortiunt mulieres. 15. notandum Non solum ex omni occasione ultra dispositionem aeris causatur aborsus, imo etiam concurrente sola indispositione aeris, de qua loquitur apho multotiens abortiunt mulieres. quia tamen leuis causa cum aeris indispositionē concurrens mulieris facilitat aborsum. ideo de tali occasione loquitur apho. 16. notandum. Apho. uerificari secundum plurimum robustis exceptis mulieribus ac etiā fętibus & debito regimine rectis. 17. notandum propter iuuenes q̄ abortire seu abortiri non est nisi fętū non debito tempore producere uel produci aut non debite dispositum imo mortuū uel monstruosum, In proposito tamen mulieres abortiunt quia producunt fætus mortuos & sic abortos. i. à debito ortu separatos.

Occasio dupliciter

Aborsus ethimologia Gal.

Aboriri uel abortiri

18. notandum q̄ si contingat fætus supple generari uiuos sunt imbecilles, quia debiles propter frigiditatē ueris debilitantem calidum naturale eorum. unde secundū plurimum sunt complexionis frigidæ & siccæ, propter qualitates ueris taliter alterantes uel saltem habent modicum de corpore calido, propter dictas qualitates. Sunt etiam fætus morbidi, quasi morbo apparati & frequenter subiecti, propter debilitatē eorum. Sunt autem his uel alijs apparati morbis secundum aptitudinē complexionum eorum, aut propter dispositionem causarū morbidarum, ut à leui causa calida calefiant & frigida infrigidentur. Ex quo inferendum non absolute hunc canonem esse concedendum. quod faciliter è calido calefit est calidum &c̄. nisi multorum paritas supponatur. hoc illatum cuilibet potest esse euidens. 19. notandum q̄ istorum fætuum quidam nati statim moriuntur, & hoc secundum uehementiam imbecillitatis. quidam uiuunt tenues, secundum mēbra spermatica & totum. uiuunt etiam morbidi seu ægrotatiui propter præhabita, habētes tamen uirtutē minus debilem q̄ statim post natiuitatē morientes. 20. notandum q̄ per alios non debemus intelligere solum alterius sexus indiuidua alia à prægnantibus. ut sit sensus q̄ alijs quia non prægnantibus & pariturís accidunt ista, non quidem quia etiam prægnantibus nō possint accidere ista, sed uult q̄ alijs s. à prægnātibus & pariturís non accidunt eam quæ dicta sunt sed quæ sequentur. 21. notandum q̄ dysenterię quamuis etiam senioribus accidere possunt, quia tamē raro phlegmate salso excoriato & cholera non ita potente reperiri in ipsis sicut in iunioribus, ideo de solis iunioribus proposuit particulā, per ipsos intelligendo iuuenes & senes primos. 22. notandū q̄ per opthalmias siccas, ut colligitur ex cōmento intelligit opthalmias illas à quibus nihil notabile effluit, quia nec notabilis lachryma aut etiā lippa seu lippitudo cuius causa est cōstipatio magna porosę tunicarū oculi facta frigiditate & siccitate ueris. cuius etiā opthalmiæ siccę cā est cholericus humor maxime ī cerebro iuniori multiplicatus. ꝑpter etiā hyemē præcedentem austrinā retentus. ꝑpter frigiditatem ueris constipantem & ad oculum pulsus per uiam constipationis exprimentis. 23. notandū ut sumitur ex cōmen q̄ catharrus (ut proposito spectat) potest primo sumi secundum locutionem cōmuniorem auctorum pro defluxu humiditatum à capite ad guttur & cannales pulmonis, & iste catharrus non est interficiens plurimum cito.

Morbidus fætus.

Opthalmia sicca qd.

Lippę seu lippitudis causa.

Catharrus duplicitce

ut ex

ut experientia notat. Sumitur secundo catharrus pro defluxu humiditatum ad origines neruorum seu uenas & arterias sub cerebro existentes, per quas uitales spiritus à corde ad cerebrum deferuntur, ex quo defluxu causatur apoplexia, & cito mors. Ad propositum sumitur catharrus secundo mõ qui causatur maxime in senioribus propter uirtutes eorũ esse defectiores & propter eos maxime abundare in phlegmatis humiditate. Vltimo notandum circa apho. hic sumi resolutionem seu dissolutionem pro quacunque corporis corruptione a qualicunque causa proueniat.

Resolo uel dissolutio, quid.

Expositio Marsilij super Cõmen. Galeni.

Contrario modo. Gal. cõmentãdo. sic procedit. Nã primo pręsentẽ aphor. cõparat ad pręcedentem utriusq; proponendo intentionẽ. Secundo pręsentem aphor. commentando uerificat. Secunda ibi (Corpora siquidẽ.) Prima in duas. Primo ponit cõparationem. Secundo intentionem. Pars secunda incipit ibi (Quod igit.) De prima dicit sic, q de pręsenti aphor. fecit supple seu posuit Hyp. horum tempoꝶ, quia hyemis & ueris cõplexiones oppositas supple cõplexionibus suppositis per apho. superiorem In hoc. n. aphor. similauit uer hyemi. superiori apho. supple dicẽdo uer esse siccum & boreale, assimilauit uero hyemẽ ueri s. superiori apho. in pręsenti hyemẽ calidam & humidã supponendo austrinã. Quod igitur.

De secunda dicit sic. Iam ergo ipse Hip quia non fiunt hyeme fortissimę ęgritudines. i. acutissimę supple existente sicca & boreali, ut colligitur ex cõmen. apho. 12 hoc uero dicit Gal. quia hyeme calida & humida existẽte. uere autem frigido & sicco necesse sit homines quia uiros supple & mulieres ęgrotare in uere, & quia etiam sit necesse mulieres parituras i uere abortire ex omni cã supple leui. & sic patet partialis intentio aphor. ac etiam Gal. pro parte. Corpora siquidem. Nunc Gal. cõmẽtando uerificat apho. Et diuiditur hęc in duas. Primo cõmentatur et uerificat primam partem. Secundo secundã illam. s. alijs uero &c̃. Secunda ibi (Alijs uerò.) Prima i duas. Primo cõmentatur primam particulã primę partis principalis. Secundo cõmentatur secundã, illam. s. Si uero genuerint secunda ibi (Qui uero uiui.) De prima dicit sic, continuando in sententia partem patri, q necesse est mulieres parituras abortire &c̃. quia corpora earũ in hyeme calida & humida existente sunt humida rara & tenera, supple superueniente ergo uere sicco & boreali frigiditas aeris cito penetrat ad interiora, & supple cito ergo fortiter lędantur mulieres, ut abortire cogantur. similiter & pueri tẽpore longo assuefacti aeri calido, supple per hyemem calidã & austrinam, aere supple ueris frigidi & sicci penetrante ad pueros per porositates matris & etiam à uijs anhelitus & per inferiora cito percutiuntur & lędũtur imo abortiunt fęminę, quia uel cito moriuntur in uentre, aut moriuntur quãdo exeunt.

Qui uerò uiui. De secunda dicit q hi geniti uiui assuefacti magnę mutationi aeris calidi i hyeme calida nõ possunt pati frigiditatẽ supple magnã succedentis ueris borealis & sicci supple, propter quod cito moriũtur aut uiuunt debiles debilitatis sup. à principio propter mutationes ueris. Alijs uerò &c̃. Nunc Gal. exponit secũdam partem principalẽ. Et diuiditur in duas. Primo eius primam partem exponit. Secũdo secundã. Senioribus uero secunda ibi (Quod uerò scribitur.) Prima in duas. Primo Gal. exponit istam partem. Secundo expositionẽ Hipp. auctoritate cõfirmat. Secũda ibi (Quod uerò Hip.) Prima in duas. Primo exponit hanc particulã. dissinterię. Secũdo hãc. opthalmię siccę. Secũda ibi (Ijs autẽ qui natura.) Prima in quatuor. Primo tangit corpora quibus accidunt dyssinterię generaliter etiam explicando causam. Secundo tangit causam multiplicationis humoris, ad quem dyssinteria consequitur. Tertio tangit modum generationis et qualitatẽ humoris adęquate dyssinteriã facientis Quarto infert adęquatũ modum dyssinterię ut fit in istis corporibus. De prima dicit sic q phlegmatici homines & maxime mulieres (ut dictum est in pręfecto cõmento) fiunt dyssinterici supple in uere causa phlegmatis à capite descendentis in uentrem seu in intestina. De secunda dicit sic. q necesse est phlegma supple augeri. nam cum capita in hyeme supple calida & humida impleantur phlegmatæ, succedente uere frigido & sicco in initio cito infrigidantur, quare cerebro infrigidato non potente cibum aut proprium digerere nutrimentum transmutatur in phlegma. sunt ergo supple multa phlegmatica, propter hyemem humidam pręcedentem & propter frigiditatem ueris, & sup. descẽdit hoc phlegma ad intestiua compresso cerebro, ut spongia à frigiditate ueris. De parte tertia dicit quatuor ꝓpositiones. Prima. phlegma genitum à nimia frigiditate est acetosum. Secunda. ex nimio, idest forti calore fit salsum. Tertia ex paruo calore fit phlegma dulce aut insipidum. Quarta propositio ad propositum est hæc. phlegma calidum, quod generatur in capite in hyeme scilicet calida &c̃. necesse est esse, salsum, propter caliditatem hyemis. De quarta dicit sic. q ideo causãtur dyssinterię, quia phlegmate supple salso morante in intestinis sua salsedine intestina punguntur & uulnerãtur. cã uero moræ phlegmatis in intestinis est eius uiscositas.

Phlegmatis morantis in testinis cã est uiscositas

Ijs autem qui natura. Nunc cõmentatur secundam partem & opthalmię siccæ &c̃. dicens q in corporibus naturaliter calidis & cholericis fiet opthalmia sicca appellata sicca nihilominus ab oculis transeunte, q̃ fieri necesse fuit, quia capite pleno existente humiditate propter hyemem uere succedente frigido & sicco clauduntur pori supple capitis & constipantur, ut à capite exprimantur humores, sicut spongia plena aqua pressa à manu aqua exprimitur. humiditates tamen descendunt ad loca apparata. alia littera habet appropriata. habentes ergo oculos debiles patientur opthalmiam non currente supple materia opthalmię ad superficiem supple exteriorem oculorum, propter frigiditatem aeris & constipationem dictæ superficiei. De alia parte dicit Gal. sic. q Hyp. attestatur hoc supple quod est dictum de dyssinteria & opthalmia in libro de aere & aqua & regionibus cum dixit, q habentibus phlegmatis dominium accidit dyssinteria phlegmate à capitæ descendente, & maxime mulieribus, a quarum capitibus phlegma propter suam humiditatem descendit, & supple dixit cholericis siccam opthalmiam euenire propter caliditatem & siccitatem carnis eorum. Quod uerò scribitur. Nunc exponit hanc partem. senioribus. Et continet hæc pars partes tres. Primo exponit expositionem ueram. Secundo expositionem falsam quorundam interpretum. Tertio suam auctoritatem Hyp. confirmat. De prima dicit sic q horum dictum in fine aphor. senioribus &c̃. taliter subintulit Hyp. in libro de aere & aqua &c̃. senioribus & decrepitis. propter debilitatem uenarum scilicet sub cerebro existentium & consumptionem, idest resolutionem caloris earum uenit une catharri. ideo moriuntur cito uel in latere dextro patientur paralysim seu mollificationem. In loco ergo præsenti non sumitur catharrus pro descensu humiditatum à capite in cannales pulmonis sicut solitum est intelligi. sed solum intelligit Hyp. qui est descensus humiditatum à capite ad uenas existentes sub capite. ideo bene additum in hoc loco celeriter interficientes, quia crisis huius catharri est cita, cum omnium aliorum catharrorum diuturnæ solent esse crises.

De secunda dicit sic. Quia aliquando expositores huius aphor. intelligunt catharrum humiditatem descendentem à capite in guttur & cannales pulmonis, ideo hanc particulam negatiuam non scribendo ponunt dicendo, non cito dissoluentes. & confirmant hanc esse apponendam cum omnis catharrus sit frigidus, uel sic, cum omnis catharrus frigi-

Catharrus qd, & qũo.

dus tarde maturetur in senioribus propter eorum ætatē
idest debilitatem in sua ætate contingentem. Dicit ul-
teriusq; illud quod dixit Gal. in ista expositione concor
datur Hip. in libro de aere & aqua &c̄. ubi dixit cito mo
riuntur. expositio ergo istorum non est tenenda. Pri-
mo dubitatur sine argumentis. Quomodo hyems pos
sit esse austrina. Et breuiter dicendum, q̀ propter cali-
ditatem austri flantis, aut propter constellationem hye
Dubia mis potest esse uere calidior. Secundo dubitatur. Quæ
constitutio anni sit peior an præhabita an præsens. Et
breuiter respondendum, q̀ absolute præhabita est peior
cum ad ipsam sequantur febres acutæ & uehemētes pu-
trefactiones. hæc tamen pronior est ad causandum suos
morbos, cum eos causet uere, ut colligitur ex commen.

Tertio dubitatur de superfluitate apho. nam si hyems
est austrina intelligitur pluuiosa & humida. Si uer bo-
reale intelligitur siccum. Et breuiter dicendum q̀ hyēs
potest esse austrina etiam non pluuiosa uel dictū est ip-
sam esse pluuiosam, ut magna humiditas à copia pluuię
denotetur, sic uer dictum est siccum & boreale ad deno
tandum excessum frigoris. Quarto dubitatur. De qui
bus mulieribus intelligat apho. Et breuiter responden
dum, q̀ de mulieribus cuiuscunq; complexionis potest
intelligi apho maxime tamen de frigidis aut calidis ex-
tenuatis modicum habentibus calidum spirituosum.
maxime etiā intelligitur de mulieribus parituris in ue-
re. quamuis enim fœtus sint debiliores in primis mensi-
bus, propter tamen conatum ad exitum & propter exi-
tum, dum parituræ sunt ualde læduntur. Quinto du-
bitatur circa commentum. Quomodo phlegma aceto-
sum generetur ex frigiditate nimia, cum acetositas fiat
à calido ut patet in aceto. Et dicendū breuiter q̀ phleg
ma acetosum generatur à frigore nimio respectu dulcis
& insipidi, licet non respectu uitrei. Ad punctum respō
Acetositas qt modis generetur. dendum q̀ acetositas coniuncta acuitati generatur à ca
lido ut dictum est in aceto. acetositas autem coniuncta
ponticitati aut siccitati potest à frigido generari. ut pa-
tet de acetositate lymonum agrestæ &c̄. Quomodo ta-
men generetur phlegma acetosum habeť prima primi,
cap̄. de humoribus. Sexto dubitatur. Vtrum in com-
plexione non cholerica possit opthalmia sicca generari.

Et sine obiectis. Primo dicendum q̀ fit propter consti
pationem pororum oculi à frigiditate ueris contingen-
tem in habentibus oculos debiles & caput plenum. Se-
cundo dicendum q̀ maxime cholerico cōtingere potest
propter siccitatem corporis & cerebri, unde superflui-
tates lachrymę & lippę non sunt aptę in magna quanti
tate fluere constipabilibus etiam poris multum à frigidi
tate. Septimo dubitatur. Qualis ęgritudo sit cathar-
rus de quo loquitur Hip. Et breuiter dicendum q̀ est
modus apoplexię, quæ causatur a materia per constipa-
tionē frigoris à capite pressa ad artherias subiectas quæ
appellantur uię spiritus per has enim uitales spiritus à
corde à cerebro deferuntur. De quibus secundum sen-
Auicē. tentiam apho. pręsentis loquitur Auicē. secunda primi.
Auer. doct. secunda cap̄. 8. ad principium. Quem modū apo-
Auicē. plexię tangit Auer. tertio colliget ad finem. Aut causa-
tur ista apoplexia oppilatis decursibus seu originibus
spiritus sensibilis et motiui ut colligi potest prima tertij.
trac. quinto cap̄. de apoplexia. ad principium. Notan-
dum tamen q̀ quamuis Hip. in pręsenti de pręhabito ca
tharro intelligat, nihilominus & in tali constitutione ac
cidere debent ueri catharri & coryzę. causa est nota.

Octauo dubitaeur. Quare accidat paralysis potius in
latere dextro cum latus dextrum sit fortius & calidius
Dextrę latus. & plus repugnans receptioni materiæ. Breuiter respō
dendum q̀ per latus dextrum non intelligit latus situatū
in dextro, sed latus dextrę conueniens proportionatum
& apparatum, sicut dicimus mihi accedit hoc dextrum.
Vel dicendum q̀ potius competit in latere dextro, quia
pars sinistra (secundum plurimum) est plena, ideo mit-
tit materiam ad partem magis uacuam. Prima solutio
tutior est, quia nondum facta paralysi pars sinistra non
uidetur ita plena, quin multam possit recipere materiā
factiuam paralysis. Vel dicendum tertio illud continge
re posse propter lateris dextri raritatem. Prima solutio
(ut est dictum) tutior est. Vltimo notandum etiam q̀
catharri etiam accidere possunt frigidis & humidis na-
turaliter, aut pręter naturam dispositis ut seniores dispo
siti sunt. possunt etiam contingere in alijs ętatibus, sed
non ita frequenter. ideo de illis tacuit apho.

Aphorismus 13.

Si uero æstas sicca: & borealis fiat, autumnus uero pluuiosus, & austrinus, capitis dolores in hyeme, tusses: branci, & coryzæ fiunt. Quibusdam uero & phthisis:

Si ęstas squalida aquilentaq; fuerit autūnus pluuius, — Tho.
austrinusq;, dolores capitis, tusses, raucedinis grauedi-
nes, per hyemē existunt. Tabes etiā nonnullos inuadit.

Si uero ęstas sicca fuerit, & aquilonia, autūnus uero — Leo.
pluuiosus & australis, dolores capitis ad hyemē fiunt, et
tusses, raucedines, atq; grauedines. Quibusdam autem
& tabes.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic continuatur ad pręcedentes. Post-
quam Hyp. in pręcedētibus determinauit de effectibus
qui consequuntur hyeme & uere modo contrario com-
plexionatis ultra dispositiones naturales, nunc exequiť
determinando de effectibus qui consequuntur ęstate &
autumno pręter naturam contrarie complexionatis. Et
diuiditur pręsens pars in duas partes principales. Primo
tangit effectus qui consequuntur æstate sicca & boreali
& autumno pluuioso & austrino, & in quo tempore hi
effectus consequuntur. Secundo tangit effectus qui con
sequuntur his temporibus modo opposito se habētibus.
Secunda ibi apho. 15. (Si uero autumnus borealis.) Pri
ma in duas principales. Primo tangit effectus qui pluri
bus hominibus consequuntur. Secundo tangit effectum
specialem quibusdam hominibus specialiter contingen
tem. Secunda ibi (Quibusdam uero.) In prima parte
uult Hypp. conclusionem istam. Æstate existente sicca
& boreali & autumno succedente pluuioso & austrino
hyeme sequenti causantur dolores capitis tusses branchi
& coryzę. Conclusio sic probatur. illo tempore causan
tur seu sunt apta causari ea quæ ponuntur in littera, quo
tempore sunt aptę reperiri causæ horum sed in hyeme
æstate existente sicca &c̄. hæ causæ sunt aptæ reperiri.
ergo maior notissima est apparebit minor conclusio u e-
ro sic explicať in tex: u. sed si æstas fuerit borealis & sic-
ca & autūnus pluuiosus & austrinus, dolores capitis &
tusses & branchi & coryzę fiunt supple in hyeme. In
secunda parte Hyp. facit quod est dictū, & uult conclu-
sionem istā. Stante hac anni cōstitutione phthisis cātur
in quibusdā corporibus. Conclusio probatur sic. in illis
corporibus causatur phthisis in quibus est apta reperiri
causa phthisis. sed in quibusdam est apta reperiri causa
phthisis. ergo. conclusio sic ponitur in littera. sed cor-
poribus quibusdā causatur & phthisis. Primo ꝓ intel-
lectu apho. est ponenda concordia, quæ habetur primo
problematū. problemate. 10. & 17. Continentis. cap̄. — Aristo.
de aere pluries alle. & 5. theoricę Halya. ut supra. & se- — Rasis.
cunda primi. doc. 2. cap̄. 8. ad mediū cap̄. Secundo no — Halya.
tanda utilitas apho. Est. n. præsens apho. utilis q̄tum ad — Auicē.
actum pronosticū, ut euidens est. Est etiam utilis quan — Phthi-
tum ad actum præseruatiuum. corpora. n. parata ad hos — sicorū
morbos possumus præseruare præeuacuando ipsa, scita — ꝓnosti
causa horum morborū ex notitia præsentis apho. Ter- — cus pręs
tio est notanda ampliatio. continet etiā hic apho. ueritą- — seruatiuusque
tem si res non naturales ꝓportionatę tēporibus anni ap — canon.
plicandę corporibus cū similiter disponanť. Ampliandū
etiam est & dicendū non solū hos posse cāri morbos, sed

etiam neutralitates his morbis proportionatas. Quarto notandum litteraliter. Hip per ęstatem siccam intelligit æstatem secundū se totam, aut secūdum maiorē partem a propria natura in siccitatē mutatā. Quinto notandum. Per æstatē borealē intelligit æstatē siccā & frigidā, propter flatū borealis contradicēt ęstati siccę & austrinę, de qua loquitur Aui. secunda primi. doc. 2. & cap̄. 8. Ex qua patet ęstatē licet permutatā à natura ꝓpria in duabus qualitatibus mutatā tamen esse ad unam similem, ut siccitatē, & aliam dissimilē, ut frigiditatē. ideo borealis dicta, quam ex pręhabitis memorando potestis imaginari frigidā. quia calidā remissius temperata ęstate aut etiā frigidā respectu autūni aut etiā respectu tēperati ueris ad infrigidandū cōcurrentibus constellationibus aut flatu boreę. Sexto notandū. Hip. per autumnū pluuiosum & austrinū intelligit autumnū uehementia pluuię. & austrinū quia calidū propter flatū austri & hoc uel secundū se totū uel secundū partē maiorem. Si. n. contingat autūnum esse aliqualiter pluuiosum & non uehementer ipso siccitatē ęstatis contēperāte ac etiā acuitatē humorū ex ęstate relictorū cōtinget ipsum esse saniorē, ut patet secunda primi. doc. secunda cap̄. 4. ad finē. Septimo notandū q̄ morbi in litiera positi primo non contingunt in ęstate. & hoc secundū plurimum ęstate sua siccitate paucificantur humores, possunt tamen ęstate hi contingere morbi per expressionē humoꝝ uere in capitibus repertoꝝ. non cōtingunt etiā hi morbi autūno sequente. & hoc secundū plurimū autumno primo contemperante ęstatis siccitatem. apertis etiā poris, ut superfluitates non ad superiora capitis, sed ad inferiora capitis deriuentur, australi caliditate ad exteriora trahente. non multiplicanē etiā hi morbi autumno multiplicatis potissimū humoribus ad finem autumni & nondū expressis. multiplicātur uero in hyeme suā seruante naturā, aut à propria natura uersus qualitates consimiles. permutata uero hyeme ad calidū & siccum nō sic hę cōtingerent passiones. ut ergo apho. contineat ueritatē & hos morbos & non sic alios hyeme concedamus contingere, hyemē superponendo propriā seruare naturā, ut tangit Gal. in cōmento. Octauo notādum notanter esse dictum capitis dolores. Primo propter diuersitatē doloꝝ in capite contingentiū. quoꝝ quidā cōprehendunt totum caput ut est in galeata passione. quidam mediā partē appellatā emigraneā. Aut dictum est dolores propter diuersitatē oculoꝝ ex parte causaꝝ à quibus procedunt. frigiditate. n. hyemis cerebro impressa humiditatibus extensione panniculoꝝ ab humoribus facta, aut propter malā cōplexionē frigidā secundū plurimum hi dolores poterunt causari repletis capitibus ex autūno austrino. Causantur etiā tusses plures, quia aliquando siccę aliquādo humidę defluxis humiditatibus à capite ad pulmonē & pectoralia, quaꝝ quibusdā aliqñ expulsis tusses humidę causanē, eis uero expelli nequeūtibus siccę tusses subsequūtur. Causantur etiā branchi defluentibus & expressis humiditatibus ad fauces. Causantur etiā coryzę his defluentibus ad loca nariū, quæ propter sonitum corra appellata sunt & dictę coryzę.

Æstas sicca & boreal.

Autūnus pluuiosus & austrinus

Passio galeata uł hemicrania quid.

Coriza qd et cora.

Phthisis.

Nono notandū. Per phthisim intelligit Hipp. corporis consumptionē ex pulmonis ulcere contingentē defluentibus humiditatibus à capite ad pulmonē, & tandē corrodentibus huiusmodi pulmonē. Vltimo notandū notanter dictum esse quibusdā. quia corporibus phthisi paratis, non quidem quia branchi coryzę & tusses non requirant etiam dispositionē passorum, uerum quia phthisis contingit corporibus debita speciali indispositione et dispositis, ideo dictum est quibusdam. sed alię passiones dictę plus cōmuniter contingunt corporibus.

Expositio Marsilij sup Cōmē. Gal.

Eadem temperaturā. Gal. cōmentando pręsentem apho. sic procedit. Primo cōparat pręsentem apho. ad ꝑhabitum utriusq; summariā explicando intentionē. secundo tangit unā conditionē ad apho. requisitā. Tertio remittit nos pro quorundā determinatione dictorum ad alium Hip. librum. Quarto pręhabitā repetit conditionem. Quinto tangit apho. sententiā. Sexto ꝓmittit ęstate aliam habente cōplexionem & autūno similiter non morbos hyeme sed ęstate contingere. Septimo ostendit seu uerificat apho. usq; ad illā partem. Quibusdā uero & phthisis. Octauo uerificat illam partem. Nono explicat non acutiores his tēporibus contingere morbos horum prętactas repetēdas. Secunda cā ibi (Nō adiecit autem.) tertia ibi (Verum in illa quidē.) quarta ibi (Nunc uerò de ea.) quinta ibi (Seruāte itaq;) sexta ibi (Si igiť.) septima ibi (Nūc uerò cū ęstatē.) Octaua ibi (Quibusdam autē eorum.) Nona ibi (Alijs uero nullus.) De prima dicit q̄ Hip. hic tetigit cōplexiones autūni & estatis .s. pręter naturā et hic speciales ut supple pręsenti apho. & sequenti, sicut prius hyemis & ueris tetigit cōplexiones, hyemē dicens esse siccam & uer austrinū & pluuiosum & æstate nasci feb acutas dysinterias & opthalmias. in hoc uero apho. dixit nasci dolores capitis &c̄. Nō adiecit autē &c̄. Nunc facit quod dictum est dicens q̄ Hippo. ibi, quia in apho. Secundo dum supple dicebat in æstate nasci morbos non tetigit æstatis cōplexionē, nec etiam hic dum supple dixit in hyeme nasci morbos tetigit hyemis cōplexionē, uidetur ergo intellexisse æstatē ibi & hyemē hic proprias seruare complexiones. suis. n. mutatis cōplexionibus alij morbi fient dictis mutationibus pertinentes. Verum in illa quidem &c̄. Dicit q̄ Hyp. alibi dixit hyemē frigidam & siccam & uer calidum & humidū & econtra hic, quia apho. 3. dixit hyemem calidū & humidū uel frigidum & siccū, & hoc in libro de aere & aqua regionibus. in quo cōplexionē non nominauit hyemis dicens si ęstas sit calida & humida et sic autumnus & multa alia dicit quæ tacuit, quæ omnia explanabo. dicit Gal. dum exprimā librū illum. Nunc uero de ea. Dicit q̄ modo ipse disputabit seu loquetur de qualitatibus tēporum tactis supple in præsenti apho. & incipiet ut dixit, dicendo Hip. intendisse hyemē suas seruasse qualitates ut frigiditatē & humiditatē secundū q̄ locis conuenit habitabilibus & mediocribus quæ loca parum post explanabit, quia cōmento sequētis. Propter partē ultimā unum est notandum q̄ illa quæ dicuntur de cōplexionibus tēporum in tēperatis regionibus principaliter continent euidentiā. secundario per quandam cōparationē ad tēperatas regiones & in regionibus distēperatis continet ueritatē. Nec litterę obstat auctoritas allegata tertio pronosticorū & tex. cōmen. 42. Nō uult. n. Hip. aut Gal. q̄ omnia dicta ab Hyp. uerificentur in quacunq; regione, sed uult q̄ signa bona & mala in qualibet uificentur regione, ut patet aspicienti commentum. Seruante itaque &c. Nunc facit quod est dictum & dicit sic, q̄ si hyems sit frigida & humida (ut est dictum) præcedentibus calibus temporibus non generabit hyems (secundum plurimum) nisi morbos hos, dolores enim capitis tusses branchi coryzæ solent nasci capite repleto humoribus & supple expressis ad inferiora. Si igitur &c̄. Dicit ulterius si æstate & autumno supra dictis fint pluuię & uēti austrini, à principio ęstatis fient morbi calidi & humidi supple multiplicatis humoribus propter æstatem & partim reseruatis ex uere, per principium intelligendo tamen notabilem partem æstatis, aut accidit etiam in processu. Et si non contingent in æstate nondum corporibus sufficienter dispositis ad hos morbos sine dubio expectentur autumno sequenti caliditate & humiditate eius replente amplius. Nūc uerò cum æstatem. Nunc facit quod dictum est dicens q̄ æstate existente frigida & sicca & autūno pluuioso & austrino, necesse est hos morbos non cito fieri, immo supple festinare ad hyemem secundum plurimum, quia humiditas autumni mitigat siccitatem æstatis, hoc est siccitatem corporum & humorum

Cōtradictio Hippo. & Gal.

Hyp.

& æstate productorũ. uerum quia autũnus perseuerauit humiditate necesse ẽ tales repl'ones nasci humidis naturaliter. et supple adhuc magis humidis preter naturã, q̃uis non necessario humidis ętatiue, quę repl'ones sunt causa horum accidentiũ seu morborũ hic ab Hip. dictorum. Quibusdã autem eorum &c̃. Nunc exponens ultimã partẽ apho. dicens q̃ phthisis fit in quibusdã corporibus. s. apparatis phthisi, quia habẽtibus pectora stricta in quibus soliti sunt humores descendere a capite ad pulmones. cuius ultimę partis apho. habetur etiã cõcordia. 1 o. 3. trac. 4. cap̃. de causis ulcerum pulmonis. in fine.

Auicẽ. Prępa-ratio ad phthi-sim q̃t modis.

Pro parte notãdũ q̃ pręparatio ad phthisim est multiplex. Prima cõprehenditur ex mala cõplexione pectoris & quarundã partiũ sibi adiacentiũ ut q̃ pectus strictum sit. ex tali. n. strictura & pectoris exilitate & macrescentia cõprehendimus pectora esse debilia ad expellendum catharrosas superfluitates ad eas etiam debite superandas. coniecturatur etiã exilitas uenarũ pectoris & pulmonis, ut ruptioni dispositę sint et sic ad phthisim putrefacto sanguine dicente apho. 1 5. Septimę particulę. in sanguinis sputo saniei sputũ fit. ipso sequente dicere. in saniei sputo phthisis fit & fluxus. cõprehenditur etiã ista pectoraliũ exilitas ex subleuatione spatularũ & declinatione earũ ad anteriora ad modũ alarum. ideo decima tertiȷ̃ trac. 4. cap̃. de pręparatis ad phthisim. appellantur isti alati.

Auicẽ. Phthi-sicus cur ala tus dr̃.

Cõprehenditur etiam hoc ex longitudine gutturis et subtilitate. accidit etiã phthisis ĩ quibusdã colore subalbidis mollibus tactu & gracilibus uenas habẽtibus dispositas fractioni, q̃uis etiã corpora dura spissa propter siccitatẽ uenarum & nimiam tensionẽ sint disposita fracturę uenarũ. Item corpora catharrosa etiam sunt disposita ad phthisim maxime habẽtia principium cannaliũ narium strictũ non debite per nares superfluitate expurgata, sed ad pulmonẽ expulsa. Itẽ corpora maxime in aliqua ętate sunt disposita, qa in ętate q̃ ẽ int' annum. 1 8. &. 3 o. secũdũ Aui. alle. loco. & Hip. & Gal'.

Hippo. Gal'.

sententiã pro parte. 5. apho. apho. illo. s. Phthisis fit &c̃. & hoc propter sanguinẽ illo tempore maxime ebullire, etiam propter inordinatos motus corporeos ad uenarũ fractionẽ disponentes. Item corpora in regione frigida phthisi maxime disponunt propter saltẽ catharrorum defluxus. Item maxime disponuntur in autũno ꝑpter inordinatã frigiditatẽ & autũni siccitatẽ humores intrinsecus recludentes. Aliȷ̃s uero nullus. Nunc Gal'. facit quod est dictũ dicens q̃ nulli morbi his tẽporibus contingunt homini fortiores supple secundũ plurimũ nisi tusses branchi catharri coryzę & morbi similes supple causabiles ex humoribus retentis. & iõ causari possunt epilēpsię apoplĕxię spasmi &c̃. q̃uis non ita sępe. nam hyems inuenit capita plena propter pluuias austrinas in autũno. Imorãte ergo capitis repletione et nullis humoribus dissolutis supple notabiliter in hyeme quibusdã corporibus propter hyemis frigiditatẽ exprimentẽ descendunt humores à capite ad mẽbra sub capite existentia, ideo causantur tusses & similia tussibus.

Aphorismus. 14.

Si uero autumnus borealis fuerit & inaquosus humidis natura & mulieribus confert. Reliquis uero opthalmiæ fiunt siccæ & febres acutæ et coryzæ diuturnæ, quibusdã uero & melãcolię

The. At si aquilonius sit & siccus, uiris natura humidis, et mulieribus proderit. Reliquis accident lippitudines aridę, & febres acutę, & grauedines, nonnullos etiam atrabilis urgebit.

Leo. Si uero aquilonius, & siccus, his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet. Reliquis autem erunt lippitudines siccę, & febres acutę, & grauedines, Nonnullis uero, & atrabiles.

Expositio Marsiliȷ̃ super apho.

Pręsens apho. ita cõtinuatur ad pręcedentẽ. Postq̃ȝ in pręcedẽti apho. Hip. fecit qd' dictũ est, in pręsenti apho. intentio eius est ostẽdere quales effectus cõtingant ętate existente sicca & boreali & autũno similiter. Et duo facit. Primo ponit iuuamenta quæ sequũtur ad talẽ cõstitutionẽ. Secundo nocumenta. Secunda ibi (Reliquis uero.) In prima intendit istã conclusionẽ. Talis constitutio tẽporũ confert mulieribus & humidis natura. Cõclusio probatur sic. illa tẽporum constitutio confert mulieribus in qua earũ lapsus corrigitur, seu per quam sunt aptæ conseruari à lapsu, sed æstas frigida & sicca succedente autũno etiã boreali et inaquoso est huiusmodi, ergo. consequentia nota. maior est manifesta minor probatur in cõmen. conclusio ponitur in littera. Hęc est secunda pars huius. 1 4. apho. in qua Hip ponit nocumẽta quæ contingunt ex præhabita constitutione ęstatis et autũni. s. sicca & boreali. Et diuidit in duas particulas. Primo ĩ psē ponit nocumenta sequentia ad cõplexiones cholericas. Secundo ad cõplexiones mel'icas. Secũda ibi (Quibusdam uero.)

In prima ergo particula intendit auctor conclusionẽ istam quæ est secunda conclusio huius apho. s. Æstas frigida sicca & autũnus &c̃. nocent corporibus chol'icis. Conclusio probatur sic. illa tẽpora nocent cholericis, in quibus disponuntur corpora chol'ica ad multas ægritudines. sed æstas &c̃. sunt huiusmodi. ergo. cõsequẽtia nota. maiorẽ euidens. minor declarabit. cõclusio ponit̃ in littera. In secunda particula huius secundæ partis. 1 4. apho. in qua Hip. uolens oñdere nocumenta sequẽtia ad cõplexiones mel'icas in tẽporibus dictis. s. quãdo autũnus siccus & borealis sequitur ad æstatẽ siccã. ponit hãc cõclusionẽ quæ est tertia in ordine apho. s. Æstas calida & sicca succedente ei & autũno boreali &c̃. nocet corporibus mel'icis probet ut pręcedens. Primo notanda est cõcordia, quæ habet̃ ultimi apho. pręlecti. Secũdo notanda est utilitas apho. est. n. utilis q̃tum ad actũ pronosticũ. scimus enim ꝓnosticari quales morbi cõtingãt seu qui stante tali tẽporum cõstitutione. Valet etiã quãtum ad actũ pręseruatiuũ. nã scitis causis quare ex hac cõstitutione prædicti morbi contingãt corrigendo, corpora pręseruabimus. Tertio notãda est ampliatio. Nõ solũ. n. hac tẽporũ cõstitutione existẽte hi possunt cõtingere morbi, imo et aliȷ̃s tẽporibus consil'r ꝓpria natura mutatis, consil'r horũ morboꝝ causa cõcurrẽte. 4. notandum. Apho. q̃tum ad partẽ primã duplicit' intelligi posse. Primo ut cõstitutio tẽporũ in p̃senti aphor. tacta pręhabiti apho. cõstitutioni penitus opponatur dicendo ęstatẽ calidã & humidã & austrinã autũnũ uero siccũ & borealẽ, & licet mõ hoc possit uerificari apho. nõ tamen rõnabiliter & hi cõtingerent morbi. Secundo uerificari potest ad mentẽ Gal'. in cõmẽ. ut dicat̃ si ęstas sit sicca & borealis & autũnus sil'r. & hoc mõ littera supAueum pleatur. 5. notandũ. Autũnũ intelligi borealẽ & inaquosum hoc est siccũ, ad denotãdũ q̃ autũnus põt esse borealis & aquosus. nã quãuis boreas sit frigidę & siccę complexionis, ꝑpter tñ pluuias multas cõtraoperãtes siccitati borę cõtingit aerẽ esse aquosum & humidũ. 6. notandũ. Autũnũ intelligi posse borealẽ et inaquosum, uel respectu sui tẽperamenti uel respectu tẽperati tẽporis, cui cõparatur omne tẽpus. Prima cõparatio est clarior & uerior teneatur. Septimo notandũ. Autumnũ & æstatẽ &c̃. conferre humidis natura intelligi potest modis duobus. Uno modo q̃ cõferat respectu autumni temperati. Et hæc expositio teneri potest. nam licet cõmuniter autumnus temperatus sit sanior, quibusdam tamen lapsis corporibus plus conferre potest distemperatus autumnus. Secundo intelligi potest conferre humidis &c̃. respectu aliorum corporum, cum propter siccitatem dictę constitutionis corpora humida præseruentur & corrigantur in lapsu. Octauo notandum notantur

Au- tum nus q̃ũ borea lis & in aquo- sus.

tantur

tanter esse dictum humidis natura, hoc est ex naturali
complexione, quia ætatiue humidis non ita confert hæc
constitutio, immo pluribus aduersatur, ut naturaliter
siccis & ætatiue humidis, per humidos tamen natura in
telligamus etiam humidos præter naturam. Nono no-
tandum hanc constitutionem communiter mulieribus
conuenire sexualiter humidis & ex indebito regimine
multas superfluitates multiplicantibus, quamuis mulie
ri humidæ (secundum naturam) plus conueniat quam siccæ,
quæ tamē mulier cholerica, licet in sexu muliebri sit sic
ca, comparata tamen homini masculo humida est, saltē
cholericam mulierem uiro cholerico comparando. De
cimo notandum quod Hipp. per reliquos maxime intelligit
cholericos habentes humores acutos, quia exacuuntur
propter temporis siccitatem & phlegmatis paucitatem
quibus dicit conningere opthalmias siccas. exponendo et
reddendo causam cōmenti decimitertij. 11. notandū
quod causantur feb. acutæ quia continuæ, quę appellantur
acutæ respectu interpollatarum. Causantur autem prop
ter siccitatem in uenis choleris exacutis & bullientibus
propter frigiditatem etiam claudentem poros pręmentē
intrinsecus. Est etiam earum acuitas propter multā ma
teriam & accidentium difficultatem. Possunt etiam di-
ci acutę ratione terminationis cholera facta acutiori, &
per accidens subtiliori. quamuis etiam causari possent
feb. multum longę de materia grossa resoluto subtili &
grosso remanente. 12. notandum. Causantur etiā co-
ryçę diuturnę remanente materia grossa in capite & reu
matiçāte ad nares quę sui grossitie coryçam causant diu

Melīa
ꝑ dupli
cite

turnam. 13. notandum. Melīa quantum est in propo-
sito sumi potest duobus modis. Vno modo pro humore
melīco, & hoc modo uerificatur etiam pars aphor. cum
propter siccitatem temporum disponantur corpora ad
humoris melīci generationem, Secundo sumi potest me
līa pro passione melanconica quę ut patet prima tertij.

Auicē.

tract. 4. cap. 18. de melīa est mutatio estimationum &
cogitationum à suo cursu naturali ad malitiam & timo
rem &c. & sic maxime sumitur melīa hic. Vltimo no
tandum, notāter esse dictum quibusdam, quia cum hic
melīca passio sit passio ualde grauis & fixa magnam re
quirit & specialem corproum dispositionem quibusdā.
ergo quia melīcis naturaliter ueniunt melię propter fri
giditatem & sicci. materias melīcas ingrossantes & reti
nentes. & non per uiam adustionis materię melīcę, quia.
tunc non esset uera melīa sed potius mania aut demoni-
um lupinum ut sumitur ex Aui. allegato loco. Melācho
licum uero humorem hanc efficere passionem Gal. con
firmatur auctoritate quinto de accidenti & morbo ad fi
nē in hæc uerba nō est enim mirum dum cholera nigra
rationalis animæ fundamēto dominatur si tristitiam et
timorem melīci patiantur & mortis suspicionem. vide-
mus. n. quod nulla res extrinsecus adueniens tantum gene
rat timorem sicut tenebræ, quoniam autem eam quasi
tenebræ partem rationalis animę operiunt necesse est ut
infirmi timorem patiantur, quia rem unde nascitur ti-
mor semper interius secum portant.

Melīa
dcā ma
nia uel
demoni
um lupi
num.
Cap. 7

Expositio Marsilij super Cōmen. Galeni.

Hic sermo nunc dictus. Presens cōmentum tres cō
tinet partes principales. Primo intentionem apho. expli-
cat & uerificationem. Secundo Hip. à defectu defendit.
Tertio pertractat quædam quæ se dixerat ostensurum
in cōmento lecto, ad propositum tamen facientia. Secū
da ibi (Sufficiat autē in præsentia) tertia ibi (Quod ue
rò paulo antea &c.) Prima in duas. Primo præmittit sē
tentiam apho. & intentionē. Secūdo uerificat apho. nos
ad alia loca remittens. Secunda ibi (Causam uerò ipse di
xit.) De prima dicit quod iste non est apho. per se, sed pars
apho. expositi. & ita ambo sunt unus, quæ littera ut nō
reuertar secundum quod sonat falsa est cum quē libet per se
unum possumus facere apho. uerūtamen dici potest hoc
modo. iste apho. est pars apho. iam expositi, quia si dica
tur sic. si ęstas sit sicca & borealis & autūnus etiam sic
cus & borralis, notum est n. quod iste aphor. quantum ad suā
primi partem principalē est pars pręlecti apho. et ita am
bo quia præcedens & iste erunt unus totalis apho. Di-
cit ultimo Gal. quod cum in prima parte habiti apho. posu
it æstatem siccam & borealem, autumnum uero austri
num & pluuiosum hic dixit autūnum siccum esse et bo
realem nam non est differentia dicere siccum & inaquo
sum. Causam uerò ipse dixit. Nunc uerificat apho. di
cens se dicere quod cum hęc duo tempora æstas & autūnus
sunt sicca & non aquosa, necesse est ea non solum non lę
dere modo exposito sed iuuare naturaliter humidis, quo
rum causas monstrauit Hip. in lib. de aere & aqua & re
gionibus, dicit. n. cōferre phlegmaticis, quia corpora de
siccantur nullis humiditatibus supple superfluis. & secū
dum plurimū dominantibus succedente hyeme, & sup
ple alijs phlegmaticis ut sanguinei aliqualiter iuuari pos
sunt. sed alij à phlegmaticis, quia sicci supple patiuntur
opthalmias siccas febres acutas & coryças & quidā me
līam, quarum infirmitatū causas monstrauit ibidem di
cens cholīcis consequi nocumentū, quia ex tali tēpore ni
mium corpora desiccantur, ideo contingūt siccæ opthal
miæ febres acutæ & continuæ, quibusdam melīam, in qui
bus cholīa subtilis dominans & aquosa consumitur et de
siccatur, grossa acuta per adustionē permanente, & tūc
supple causatur melīa sumendo ipsam cōmuniter ad pas
sionem uere melīcam et maniam. similiter intelligendū
est de sanguine, quod supple consumitur & desiccatur sub-
tile & transit in melīam hoc ergo quod est dictū est cā
istorum morborū. & hæc dicta Gal. sufficiant supple de
his qualitatibus aeris. Sufficiat autē in pręsentia. Di-
cit quod ipse ignorabat quare Hip. retro tacuit alias qualita
tes temporum & solum has tetigerit. nam aliæ sunt tem
porum qualitates (ut est notū) tamen dicit Gal. ego no-
lo hic ostendere quomodo cognoscantur cōplexiones om
nium qualitatū aeris supple efficiendo morbos, oportet
ergo te prius cognoscere singulares compositiones aeris
sup. præter naturā & eas aliarū facere materiā uel fun-
damentum. detur exemplū, primo supponamus aerem
esse calidum tantū uel frigidum tantum uel humidum
tantum &c. & sicut partes appellant materia totius uel
fundamentū, & hoc improprie, ita lapsus simplices sunt
sicut materia cōpositorū quas dicit Gal. singulares seu
simplices cōplexiones diuidas in tres modos. s. in fortis-
simas debilissimas & mediocres. inuestiges deinde qui
morbi contingant in diuersis temporibus anni & diuer
sis corporibus, postea iunge cōplexiones duorum tem-
porum secundum quod fecit Hip. & deinde. 3. deinde oīum
& respectu diuersarum cōplexionū corporum, quo fa-
cto optime & perfecte operabis. & ego dicit Gal. si non
defecerit mihi tempus & natura de istis faciā singulares
libros seu tractatus, sed quæ sunt dicta sufficiant hic. nā
cōplexiones tēporū anni tacti in hoc apho. ab Hip. pau-
cissimæ sunt respectu non scriptarum, quas si dixeris eū
posuisse non positas per simile dando intelligere eris ue-
rior in dicēdo quam si cōfirmes hic positas esse partes retro
tacitarum & sup. tactas non esse comprehensibiles per
ipsas. ego uero dicit Gal. dixi multa & clariora super
epidemijs & super lib. de aere & aqua & regionibus.

Aeris
cōplīo-
nes sim
plices et
cōposi
tę.

Dubia

Primo dubitatur. Quid intelligit Hip. per reliquos.
Pro isto dicendū quod maxime intelligit cholīcos probatē
ex cōmento & ex causa partis. Secundo dicendū quod in-
telligi possunt calidi tantum uel sicci tantū. primo calidi
tantum qui propter caliditatē fortiter exiccantē. propt
etiam hanc siccam constitutionē opthalmiā possunt in
currere siccā sicci. etiā tantū propter acuitatē caloris con
sequentē ad siccā cōstitutionē, ac etiā naturalē siccita-
tem, possunt etiā opthalmiā dictā incurrere. Secundo
dubitatur An morbi alij possint dictis cōtingere cōsti
tutionibus. Dicendum quod sic, ut branchi & febres aliæ
& pustulę nariū et aurium, quia tamē hi sunt morbi prin

cipaliores & pluries contingentes, ideo de ipsis præsentẽ protulit apho. De secunda regula Gal. essent multa dicenda quæ potestis cõprehẽdere ex pręhabitis. Quod uerò paulo antea. Nũc Gal. facit quod est dictum. Et continet hæc pars partes duas. Primo pręmittit loca distemperata & temperata. Secundo auctoritate aliorum docet noscere cõstitutiones anni. Prima in tres. Primo tangit loca distemperata. Secundo tẽperata. Tertio ponit epilogum. De prima dicit sic, ꝙ ipse intendit dicere de mediocritate seu temperie locorum habitatorum secundum ꝙ promisit se dicturum commento. 14. dum dicebat dicta Hip. intelligi in locis tẽperatis & habitabilibus loca tamen quæ sunt propinquiora mari, sicut littora & sicut pelaga ut ciuitates & terræ propinquæ pelago seu mari, & loca etiã remota mari, sicut in Lybia & ægypto sunt omissa a cõsideratione Hip. subdit ꝙ loca Thraciæ sunt nimis frigida & hu. respectu temperamenti, sed in Lybia & ægypto calida et sicca nimis, quę loca posuit nunc propter necessitatẽ ad ostendendũ quo modo propter propinquitatem uel distantiam maris uariantur loca. nam loca Thracię uiciniora mari sunt frigidiora sicut propinquiora boreæ infrigidanti. & loca Thracię remotiora mari sunt calidiora, quia remotiora à borea infrigidante. similiter in Lybia & ęgypto uicina mari refrigerantur propter boream, remotiora uero à mari sunt calidiora, quia remotiora à borea infrigidante. Ex qua sententia soluitur dubium Thadei. nam licet aqua maris deberet calefacere loca sibi ꝓpinqua mittendo uapores calidos & siccos, propter tamen boream flantem in tali mari contingens est in proposito loca propinquiora esse frigidiora, sicut propter flatum austri & caliditatem aquę maris potentialẽ loca ꝓpinquiora erũt calidiora. Oportet autem. Nũc facit quod est dictum.

Loca tẽpara & hitabilia quę.

Et dicit sic. ꝙ loca tẽperata & mediocria sup. inter qualitates extremas locorum sunt secundum lineam rectam ęqualiter distantia à meridie & septentrione & oriente & occidente. Sermo igitur. Dicit ꝙ de huiuscemodi locis intelligit Hip. loquens de complexionibus aeris & temporum ex qua parte concipitur, ꝙ cũ talia loca sint sub linea ęquinoctiali cõtenta sub illa linea erit possibilis habitatio de quo alio loco dubitandum & nõ in præsenti. probabilitas tamẽ huius dicti concipitur hoc modo. cũ enim iste locus sit medius secundum ęquidistantiam à locis ualde calidis & ualde frigidis & ualde humidis & siccis temperatus debet esse & medius inter qualitates extremas caliditatis et frigiditatis siccitatis et humiditatis.

Ordo autem temporum. Nunc facit quod est dictum dicens se dicturum de cõstitutionibus anni illud quod dicunt sapientes & Hip in epidimia. nam aliqui dicunt initium esse ęstatis ab ortu pleiadis seu pleiadum i. medium ęstatis esse in ortu canicularium et dicunt inchoare autumnũ in ortu arcturi. & dicunt initium hyemis in occasu pleiadum. & dicunt initium ueris esse in ęquinoctio sequente hyemem. Pro parte pręmittendũ pleiades esse septem stellas, quarum tantum sex apparent secundum Conciliatorẽ in glosa tertij problematis primę particulę in dorso tauri & circa gradum. 15. & appellãtur pleiades quasi pluuiades, quia in ortu earum cõmuniter fiunt pluuię. aut appellatę sunt pleiades à matre earum uocata pleia aut uocant pliades à pluralitate. sunt enim stellę minutę inter stellas maxime cõiunctę, ideo à pluralitate sic coniunctorum dictę sunt pleiades apparent tamen tantum sex, quia sex filię illius mulieris cubuerunt cum dijs, ideo trãsmutatę in stellas audacia apparuerunt. septima uero iacuit cum homine terreno, & ideo propter uerecundiam non apparet. Quid sit canicula dicetur quarta aphor aphor. 5. Secundo notandũ quid sit arcturus secundum Concilia. loco alleg. est una de. 15. stellis fixis existens in extremitate maioris ursę, seu in extremitate temonis plaustri arcturus, appellatur etiam arctofilax quasi amor arctos seu ursę ꝙ propter eius amorem semper sequatur ursam. Dubitatur Vtrum tempora anni sint ęqualia. Non formando obiecta respondendum secundum distinctionem adęquatã astrologorum sunt ęqualia uel quasi corresþõdentibus tribus mensibus cuilibet quatuor temporum. Secundo dicendum ꝙ considerando ipsa tempora ratione manifestarum mutationum seu manifeste distinctarũ sic ęstas & hyems sunt tempora ampliora. Autumnus autem & uer participantes quasi temperie minores sunt pro quanto temperies uera ueris maxime comprehẽditur quo ad sui medium, sic etiam temperies autumni inter ęstatem & hyemem maxime comprehenditur quo ad sui mediũ. extremis autumni & ueris ad sibi confinia tempora declinantibus. Dicit tamen Thadeus tantum esse tempora ęstatis & autumni simul quantum hyemis & ueris, sex enim menses sunt secundum Gal. ab ortu pleiadum usq; ad occasum, & totidem ab occasu usq; ad ortum.

Pleiades qd Cõcil.

Arcturus qd ul arctofilax.

Tẽporũ ãnt quãtitas Thadeus. Gal.

Aphorismus. 15.

Constitutiones uero anni, omnino quidẽ siccæ pluuialibus sũt saniores, & minus mortiferæ.

The. Conditionum anni, squalores (quod in totum dixeri) salubriores ꝗ̃ imbres, minusq; mortiferi sunt.

Leo. Ex anni autem constitutionibus (quod in totum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores, & minus mortiferę.

Expositio Marsilij super aphor.

Pręsens apho. sic continuatur ad precedentes. Postquam Hippo. in pręcedentibus tetigit quasdam comparationes speciales temporum anni, tetigit etiam quasdã combinationes temporum specialium et effectus qui cõsequuntur nunc quandam tangit generalem temporum anni comparationem in una qualitate passiua lapsorum ad alia in altera qualitate passiua lapsa. Et continet pręsens apho. partes duas. Primo ponit compositionem penes causationem morborum maiorem uel minorem. Secundo penes maiorem & minorem effectionem mortis. Secũda ibi (Et minus mortiferę.) In prima parte uult Hip. conclusionem istam. Tempora anni in quibus corpora constituta sunt omnino quidem sicca saniora sunt pluuialibus. Propositio sic persuadetur. illa tẽpora sunt saniora in quibus consumuntur superfluitates putrescibiles & factiuę morborum, sed tempora sicca sunt huiusmodi. igitur. Secundo potest argui sic in temporibus humidis & pluuialibus conseruantur & augentur humiditates factiuę morborum. ergo. harum rationum conclusio sic explicatur in textu. sed sup. tempora anni i quibus corpora constituuntur certe omnino sicca saniora sunt pluuialibus. In secunda parte facit quod est dictum. Et uult conclusionem istam. Talia tempora sicca sunt minus mortifera temporibus humidis. Conclusio similiter probatur sic. illa tempora sunt minus factiua mortis in quibus consumuntur humiditates mortis effectiuę illis corporibus in quibus humiditates conseruãtur aut augentur, sed tempora sicca sunt huiusmodi respectu humidorum. ergo. cuius conclusio sic in littera ponitur. & sup. tẽpora anni sicca sunt mortifera minus tẽporibus humidis. Primo pro intellectu apho. est notanda concordia apho. quę habetur. 17. Continentis capitulo de aere. & quinto theoricę. ubi supra. & secunda primi. doc. secunda capitulo. 6. Secundo est notãda utilitas. Est enim pręsens apho. utilis quantum ad actum pronosticũ, ac etiã pręuisiuũ. pronosticatio euidẽs est. nota est etiam pręuisio. nam in tẽpore pluuiali sunt corpora exiccanda & non debent repleri multum. Tertio notanda est ampliatio. non enim solum de omnibus temporibus anni apho. continet uarietatẽ. Immo etiam dicere possumus ꝙ alię res non naturales siccę & sua natura respectu nimis humidarũ se habẽt cõsimil'r. Quarto notandum litteralit' propter iuuenes ꝙ tempora anni nt.

Tẽporũ diuersorũ ꝓnosticus & ꝓuisiuus ꝙ cañ.

T pa an

appellan é

Cōsti-tutiões anni.

appellantur anni, & appellantur cōstitutiones anni. Appellantur tanquam tempora anni tanq̃ tēpora partialia i toto existentia & totius. vnde sicut dicimus dic ianuarij ita dicimus uer anni. Appellantur autē cōstitutiones anni, quia hec tempora sunt simul seu consimiliter in anno statuta, aut etiam quia humana corpora temporibus simul statuuntur seu in temporibus constituunt ut omnia que sunt sint in autumno uel in uere &c̃. Quinto notandū q̧ hec littera. omnino &c̃ potest legi multiplr. Primo eam preponendo huic littere constitutiones, & erit talis sensus littere. omnino .i. uniuersaliter constitutiones anni &c̃. vt denotetur non unam solam anni siccam constitutionē saniorem esse, immo totū annum sic cum humido existere saniorem. q̃uis etiā probabilit̃ teneri possit quancunq; anni constitutionē siccam humida existere saniorem. & hac uia dicetur æstatem autūnum siccos humidis existere saniores. Secundo legi potest hec littera. omnino. cū hac littera. sicce. et est sensus littere. tales constitutiones. omnino .i. totaliter sicce, ut siccitas non solum in una parte cōstitutionis denotetur, immo in tota. aut omnino .i. ualde et uehementer. ut per hunc sensum cōprehendantur constitutiones anni non solum parum debito sicciores parum humidis existeē saniores, immo & ualde siccas ualde humidis. Tertio legi potest hec littera. omnino cū hac parte pluuialibus. & ē littere sensus hic constitutiones anni sicce sunt saniores omnino .i. totaliter ualde seu uehementer pluuialibus. p quem sensum denotantur siccas constitutiones maxime cōparari uehementer humidis. Quarto legi potest cum hac littera. sunt. & est sensus constitutiones anni omnino .i. totaliter, quia secundum se totas aut ualde uel uehementē saniores. inter has expositiones prima obtinet principatum, ut tangetur. Sexto ex prehabitis memorandum,

Tpis exiccatio duplr.

Cōstitutiones intelligi possunt sicce, uel quia à ꝓpria natura in siccitate mutate, uel quia tanta sit mutatio ut constitutiones humidæ respectu temperate constitutionis mutentur in siccas respectu illius. Exempli causa. hyems potest intelligi sicca, quia in siccitate ab hyeme temperata mutata, uel quia mutata taliter in siccitate ut sicca appelletur respectu ueris. Applicando ad propositum maxime intelligitur exiccatio primo mō. Sep

Tēporūcōstitutio pluuialis qd. Auicē.

timo notandū. Aliqua constitutio appellatur pluuialis, quia in ipsa abundant pluuie respectu alterius constitutionis ut respectu æstatis hyemem concedimus pluuialē & uer. & hoc modo non sumitur constitutio pluuialis. in hac enim pauciores morbi de facto contingunt q̃ i cōstitutione sicciori. minus etiam mortiferi autumno existente ualde mortifero, apho. 10. huius in autūno ægritudines fiunt, & maxime acutissime mortifere. Secundo intelligi potest constitutio pluuialis respectu ipsiusmet constitutionis temperate inter cōstitutiones taliter denominatas, ut dicamus hyemē pluuialē respectu hyemis temperate inter hyemes, & hoc modo sumitur pluuialis constitutio hic. Octauo notandum q̧ illa constitutio appellat̃ sanior que est cōformior sanitatibus conseruandis preseruandis aut producendis constitutiones ergo sicce sunt saniores, quia magis conuenit corpora sana conseruari in ipsis. Nono notandum q̧ morbi (secundū plurimum) contingentes à causa intrinseca, ac etiam constitutione anni sunt materiales ut experiētia notat causis primitiuis (secundū plurimum) antecedentes cōmouentibus. quod colligi potest prima quarti. 1. cap̃ de sermone ephimerarum.

Auicē.

Secundo etiam inferēdum ex cōmento q̧ satis est ratione notum humorales materias multiplicari in constitutione humida et conseruari hebetato calido, ne sufficienter digerat & resoluat quæ paucificantur sicciori constitutione exiccante et minuēte eas & calido amplius super eas uigorato & ad digerendum potentiori facto q̃ tempore humido. Ex quo infertur. ergo sicce sunt saniores sup. secundum plurimū. illatum arguit ut si e morbi materiales (secundum plim) contingentes in sicca constitutione paucificantur. igit̃ antecedens ex prehabitis continet euidentiam, cōsequētia tenet per descriptionem temporis sanioris ad presens propositum spectantem, concedentem tamen siccas constitutiones respectu quorundam morborū esse ægrotatiuas magis ut respectu meticorū & immaterialium.

Tēporū cōstitutio magis mortifera.

10. notandum q̧ aliqua constitutio appellatur magis mortifera propter fieri mortē in ea frequentius. Secundo etiam supponendum mortem contingere (secundum plurimum) ex morbis materialibus & propter multam q̃titatem & malitiā materiæ. quia ergo in constitutione humida natura humoralis amplior reperitur & maligniot per uiam putrefactionis et indebite regulationis à natura, ideo humidā sicca contingit esse magis mortiferam tamen respectu mortis aliqualiter specialiter contingentis siccam cōcedendum est magis esse mortiferā, ut respectu mortis ex tabe aut marasmo contingentis.

Auicē.

Vltimo pro intelligendo debite apho. pro comprehendendo etiam an constitutio sicca uel humida dicat̃ preter naturam memorādum quomodo tempora se habēt naturaliter ex nono cōmen. huius illius apho. Moderatis temporibus. & est Aui. secunda primi. doc. 2. illo. ca. Aer calidus &c̃.

Expositio Marsilij sup Cōmē. Gal.

Quod melius fuisset. Gal. cōmentando presentem apho. sic procedit. Primo. n. tangit hunc apho. posse melius ordinari & tangit ordinem Hip. ex causa forte seruatum. secundo cōmentatur apho. Secunda ibi. (Et hoc cum ratione.) Prima in duas. Primo tangit primum. Secundo secundum. Secunda ibi (Et hoc est necessitate.)

De prima dicit melius esse hunc apho. priores lectos apho. precedere, quia naturali modo & artificiali semꝑ generalia precedere debent specialia. ergo sup. cum iste apho. sit generalis respectu quorundā prelectorū melius esset ipsum illos precessisse. Notandū q̧ i habitis apho. vt illo. quando æstas sit ueri similis, ac etiam sequentibus. & maxime incipiendo à. 12 apho. aliqua dicuntur de siccis & humidis constitutionibus anni, que supponunt cōparationē siccarū constitutionū ad humidas, q̧ etiam loquuntur de particularibus cōstitutionibus. igitur hic apho. vniuersalē constitutionum siccarū & humidarum implicans cōparationē illos in ordine precedere debuit.

Generale q̧ nō spāle natu ealiē ꝑcedit.

Secundo notandum. Quomodo naturaliter generalia precedant specialia. quod exponi potest ad hūc sensum naturaliter. i. modo nature seu naturali, quia in modo operationis nature prius producitur res denominabilis generali denominatione q̃ speciali. & isto modo generalia, quia generales denominationes entium modo naturali precedent speciales, ita q̧ si natura ageret cognoscendo prius nosceret rem sub denominatione generali q̃ speciali loquendo de natura ut sic dicā naturata & secunda & ex non toto naturante primo, quia apud summā naturā omnia cognoscentē presentia preterita & futura non seruatur talis ordo cognitionum dictarū. detur exemplum. Si. n. natura producat ex spermate homines ante disposuit & preparat sperma denominabile hac denominatione generali, quia hoc est uesica, q̃ denominetur denominatione speciali, dicendo hoc est cor, uel hoc est homo. Causa uero huius ordinis est, quia naturaliter proceditur in operatione nature ab imperfecto ad perfectum, quia ergo denominatio generalis correspondet imperfectiori, ideo & generalis precedit specialem.

Tertio notandū q̧ artificialiter generalia precedūt specialia. primo ad sensum datum. ars. n. quomodolibet aliter disponens naturalia, primo disponit, ut generali denominatione uocitentur q̃ speciali denominatione, prius .n. dolabrator preparat lignum denominabile tali denominatione, quia quadratum &c̃. q̃ appelletur lignū culminis, sicut etiam in artifice nauis ligna prius denominant denominationibus generalibus. sic etiam de funibus dicendum, que applicate nauibus tandem & spe-

cialiter situatę ordinatę etiam in quasdam operationes specialibus nominibus nominantur, ut quędam appelletur catula, uel etiã artificiali generalia pręcedent &c. quia in habito artificioso ordinato ad recte operãdum notitia uniuersalis, quia facilior & facilius deducibilis ex sensatis particularem debet præcedere notitiam exẽpli causa facilius ex sensatis deducetur camomillam esse calidam q̃ esse in tanto gradu calidam. hoc satis euidens est. Quarto notandum q̃ p̃ positionẽ præsentis apho. hic quędam pręcedentia adinuicem colligantur seu aliqualiter continuantur. nam quædam dicta sunt de constitutione humida & quędam de sicca. vt ergo sciat continuata cõparatio constitutionum humidarum ad siccas conueniens fuit hic pręsentem exprimere apho. includẽtem harum constitutionum comparationem. Et hoc ex necessitate. Nunc facit quod est dictum dicẽs q̃ pręsens apho. tamen erat hic pręponendus ut quædam specialia præcederet. non tamen propter illa pręcedere est infamandus Hip. cum etiam sequantur quędam quę ideo secuta sunt illis pręcedẽtibus ut p̃ præsentẽ apho. quasi q̃d generale adinuicẽ cõtineret. Et hoc cũ rõne. Nũc Gal. facit quod est dictũ. Et sic procedit Gal. Primo tãgit uerificationem apho. Secundo explicat quãdam causam pręseruatiuam a morbis. Tertio excludit quasdam alias causas tanq̃ non perfectas & uere sufficientes. Secunda ibi (Nisi quis) Tertia ibi (Quæ.n.fit.) De prima dicit Gal. bene dictum ab Hippocra. constitutiones anni omnino siccas pluuialibus esse saniores cum desiccentur & consumantur humiditates in siccis temporibus, augeantur uero & congregentur in pluuialibus putrescendo. Pro parte notanda est causa nam primo propter constitutionẽ pluuialem esse humidiorem humano corpore consequitur humectatio siue materia, consequitur etiam per uiam debilitatis & obtusionis calidi et per uiam consequentis indigestionis superfluitatũ augmentum et adunatio, consequitur etiam putrefactio his auctis superfluitatibus prohibitam facientibus transpirationem quę est causa putrefactionis. primo de differentijs febrium propter etiam augmentum harũ superfluitatum fit debilitas & nature irregulatio ad quam consequitur putrefactio, quę uero sit causa putrefaciendi has humiditates immediate in pręsenti taceatur. Secundo ex dictis memorandum q̃ licet constitutiones humidæ de per se sint causa augmenti humiditatum, de per accidens tamen possunt esse causa tabis & consumptionis corporis hecticalis calidum hebetando naturale ut depditum restaurari non possit quo in humidum agente radicale continue tabes & hectica consequetur. Nisi quis.

Nocumenta constitutionis pluuiatilis

Cap. 3

Nunc facit quod est dictum dicens q̃ hę supple humiditates augentur si corpora non mundificentur quolibet die ab humoribus per exercitia. Pro parte supponendum ex dictis Aui. tertia primi. cap. de exercitio. q̃ exercitium habet uigorare calidum naturale, unde redditur potens ad resoluendas superfluitates & eas debite excutiendas, ideo ad exercitia consequitur bonitas digestionum appetitiuum & aliarum operationum, intelligendo ex tertia primi motũ uoluntariũ & maxime totius corporis per quem anhelitus fit uelox & frequens. nã exercitiũ particulare seu partis quamuis confortet partem cuius est exercitium, & maioret saltem fæstate aliqua, tamen non ita toti corpori confert, Ex quo patet ut etiam colligitur ibidem exercitium excusare a medicina, pluries propter excutere superfluitates quę egerent medicina. Et notanter dixit quolibet die propter superfluitates etiam quolibet die aggregari. Quæ.n.fit. Nũc Gal. facit quod est dictum. Et continet hęc pars partes duas. Primo facit quod est dictum. Secundo iterato infert apho. ueritatem. Secunda ibi (Alimenti siquidem) Pars prima diuiditur in duas secundum numerum duorum quæ excludit tanq̃ insufficientia. Secũda ibi (Neq̃ tamen.) De prima dicit Gal. sic, q̃ per balneũ non cõ

Auicẽ. Exercitij utilitas q̃tas

Balnei

sumuntur nisi materię quæ sunt uicinæ cuti quæ sup. apud medicum appellãtur subcutaneæ. nam materię extrinsecę existentes in membris solidis interioribus, quia sup. in neruis musculis &c. quoniam sunt membra solida & compacta non mittuntur extra per balnea exteriora. Neq̃ tamen. Nunc Gal. facit quod est dictum, & continet partes duas. Primo pręmittit dictum suum. Secundo aliqualiter probat. Secunda ibi (Si uerò quispiã)

effcũs et insufficiẽtia

De prima dicit q̃ dum humores sunt multiplicati non educibiles per balnea, corpora non sunt purganda uomitu uel pharmacis, quę pharmacię sup. solutiuę. uentris & factiuę uomitus requiruntur raro, & propter necessitatem magnam. illa ergo superflua quę unaquaq̃ die in corporibus adunantur euacuanda sunt per medicina inter hęc. Si uerò quispiã. De secũda dicit sic q̃ si quis semel in mense uel bis uoluerit capere pharmaciam sup. solutiuam uentris uel uomitiuum .i. medicinam uomitiuam, erit timendum in corporibus humores adunari nimios & nocentes reducentes corpora in malas consuetudines. Primo notandum. Pharmacia & uomitiuum raro sunt exhibẽda. Primo quia pharmaca sunt p̃lm de uenenosa natura, ut colligitur secundo regiminis acutorum. cap. 12. & tertia primi. cap. de exercitio. nocent etiam secundum plurimum stomacho, ut patet secundo regiminis acutorum cõmento. 12. Itẽ supposito q̃ pharmaca non sint materię uenenosę, tamen etiam rem euacuant naturalem (ut spiritum) ac resoluunt ipsum, cum sint pharmaca secundum se calida & sicca. primo apho. cõmento. 24. ideo q̃tum possumus uitanda sunt propter quod dicebat Auic. tertia primi. alle. cap. aucte Hip. medicina purgat & inueterat. Secundo notandum. Ex frequenti usu pharmacię timendum est ne debilitata uirtute naturali in corporibus adunentur humores, ne etiã corpora in malos usus redigantur. quia primo p̃pter hos humores multiplicatos uenięt corpora ad malos usus cõplexionum, assuefacta etiam frequentius euacuationibus per artem non irritabuntur ad euacuandum sine artis adiutorio, frequens etiam uomitus, cum sit satis pręter naturam stomacho eum debilitat, & facit eum lacunam superfluitatum tentantibus mẽbris suas superfluitates expellere ad loca expulsionum quam de uomitu sententiam ponit Aui 12 tertij trac. 5. cap. de uomitu.

Pharmacũ & uomitiuũ q̃uo sint uenenosa & raro administrãda. Gal. Auicẽ.

Tertio notandum. Per eem mediam inter hoc intelligit exercitium, quod est medium inter medicinam solutiuã uentris & uomitiuã & inter balneũ nã exercitiũ ẽ potentius in expellendo superfluitates intrinsecas & extrisecas balneo. est autẽ minus potens & agitatiuum q̃ sit pharmacum solutiuum uel uomitiuum saltem a forma. Alimenti siquidem. Nunc Gal. facit quod est dictum dicens q̃ cibo duplicem habente superfluitatẽ humidam & aquosam lubricantem cibum & penetrãtem alteram quasi fumosam cibo habente aliquid nociuum non potente assimilari corpori à natura. his ergo superfluitatibus multiplicatis de qualibet necesse est quaque die corpora mundificari, quę melius mundificantur in siccis constitutionibus anni q̃ pluuialibus ideo bene dixit Hip. constitutiones anni omnes quidem siccę pluuialibus sunt saniores &c. Notandum q̃ cibus habet duplicem superfluitatem immediate uel mediate. nã cibus in stomacho transmutatur in chilũ Chilus autẽ in hepate transmutatur in quatuor humores & transmutatur in aquositatem urinalem tanq̃ in res manifestas. transmutatur etiam per actionem calidi in quosdam uapores ad modum fumorum, et non sunt uere fumi cum uerus fumus causetur quasi à caliditate ignea. aquositas uero urinalis secundum maiorem quantitatem transit ad uesicam secundum partem aliquam cum sanguine transit ad ipsum ad corporis profunda faciat profundare, et postquam exercuit suum officium penetratione eget resolutione & expulsione. signum huius q̃ ipsa cum sanguine trãseat est, quia facta phlebotomia apparet aquositas cũ

Auicẽ. Exercitiũ est ces media inter pharmacũ uomitũ et balneũ

Cibi superfluitas est dupl'r.

sanguine. fumosa uero superfluitas non utilis corpori secundum partem expellit insensibiliter, & secundum aliam eget resolutione quę superfluitates nõ assimilantur corpori, non primo aquositas propter sui simplicitatem, nec etiam fumositas propter simile, aut etiam propter qualitates inconuenientes. Secundo notandum ꝙ non solum propter excussionem harum superfluitatũ egent corpora mundificatione, immo etiam propter excussionem aliarum superfluitatum quartę digestionis multiplicatarũ in ambitu totius sicut terrę sordes, aut etiam secundum particulares partes, quia tamen primę erant communiores & plus egentes hac mundificatione, ideo has explicuit Gal.

Aphorismus. 16.

AEgritudines uero in pluuialibus ut multũ fiunt & fe. longæ, & uẽtris fluxus: et putredines, & epil'ia, & apoplexia, & squinantiæ, in siccis uero consumptiones phthisis, ophtalmiæ, & arthriticæ, stranguriæ, & dyssinteriæ.

The. Morbi per imbres magna ex parte consistunt, febres alui fluores, putredines, attoniti, comitiales, anginæ. Per squalores, tabitudines, lippitudines, articulorũ dolores, stillicidia urinę, difficultates intestinorum.

Leo. Morbi in pluuiarum multitudine, magna ex parte fiunt febres lõgę, alui ꝓfluuia, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos apoplexias gręci uocãt, et ãgine. In siccitatibus autẽ, tabitudines, lippitudĩes, articulorum dolores, stillicidia urinę & difficultates intestinorum.

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. continuatur sic ad pręcedentẽ. Postq̃ Hip. in apho. pręcedenti cõparauit siccas constitutiones humidis non descendendo ad speciales morbos, in pręsenti apho. cõparationem ponit inter pluuiales siue humidas constitutiones & siccas penes euentum specialium morborũ. Et diuiditur in duas partes. Nã primo tangit morbos in humidis cõstitutionibus euenientes. Secũdo tãgit morbos in siccis cõstitutionibus eueniẽtes. Secunda ibi (In siccis uero.) Prima in duas. Primo Hipp. pręmittit aptitudinẽ temporũ humidorum ad morbos generandos. Secundo quosdam speciales morbos explicat ĩ humidis temporibus contingentes. Secunda ibi (Et febres longę.) In prima uult istam conclusionem. Temporibus pluuialibus fiunt multotiens morbi. Conclusio probatur sic illis temporibus fiunt morbi multotiens in quibus multiplicantur superfluitates, sed hoc est in tẽporibus pluuialibus siue humidis. igitur. maior est nota. Patet minor ex commento habito. Conclusio sic in littera ponitur. certe multotiens fiunt morbi supple in temporibus pluuialibus. In secunda particula facit quod dictum est. & uult hanc conclusionem. In tẽporibus pluuialibus fiunt febres prolixę fluxus uentris putredines epil'ie apoplexię & squinantes. Conclusio ista probatur sic. illo tempore fiunt hi morbi, quo tempore reperiuntur causę sufficientes horũ morborum, sed in tẽporibus pluuialibus reperiunt̃ causę sufficientes. ergo &c. maior est nota. minor declarabitur in cõmento. conclusio uero sic explicatur in littera. tẽporibus pluuialibus fiunt febres longę fluxus uentris putredines epil'ię apoplexię & squinantię In secunda parte facit quod dictũ est & uult hanc conclusionẽ. In constitutionibus siccis fiunt cõsumptiones et phthisis opthalmię arthriticę strãgurię & dyssinterię. Conclusio probatur sic illis temporibus generantur hi morbi in quibus reperiuntur causę sufficientes &c. sed in siccis temporibus reperiunt̃. igitur. maior est nota minor simili habetur ex cõmen. conclusio sic in littera explicatur. in siccis fiunt hi &c. ut dictum est. Primo pro apho. est notanda eius cõcordia quę expresse habetur. 17. Continentis. cap̃ de aere. potest etiam trahi sententia secũda primi doc. 2. cap̃. 6. cũ

Rasis Auicẽ. hũidorũ coeporũ ꝓnosticus pręseruatiuusq; canon.

ius initium. Aer calidus. Secundo est notanda utilitas & necessitas apho. est. n. utilis q̃tum ad actũ ꝓnosticũ. docemur. n. ex pręsenti apho. quędam corpora pręseruanda esse humida in pluuiali tempore sicca ĩ sicciori tẽpore. Secundo etiam habetur necessitas, cũ. n. in pręhabito apho. cõparauerit siccas cõstitutiones humidis, ne forte credatur siccas fore omnino sanas, ut etiam cõpræhenderentur speciales morbi his temporibus contingentes fuit expediens proponere pręsentẽ apho. Tertio amplatur apho. non solum. n. apho. continet ueritatem de morbis, immo de neutris dispositionibus, ac etiam lapsibus quibuscunq; materialibus aut immaterialibus in tempore humido & sicco. Quarto notandum. Hippo. per ægritudines maxime intelligere materiales, ut colligi potest ex cõmento pręlecto, quę contingũt ideo quia superfluitates & humores augẽtur. Quinto notandũ ꝙ licet per tempora pluuialia possimus intelligere tempora quę sunt pluuialia secundũ naturam, ex sententia tamen Gal. per pluuialia intelligamus tempora multis pluuijs abundantia & humida pręter naturam, eo ꝙ tẽpora pluuialia temperate appellantur sana et non ęgra.

Sexto notandum. notanter esse dictũ ut multũ fiunt, ad denotandum ꝙ non fiunt semper nec in quibuscunq; corporibus, si corpora. n. bene regantur se poterunt ab his defendere morbis, ad denotandum etiam tẽpora pluuialia quantum est de se esse multum ægrotatiua. Septimo notandum ꝙ per siccas constitutiones habemus etiam intelligere constitutiones siccas pręter naturam, licet etiam siccę secundum naturam disponãt ad has ęgritudines producẽdas, tñ siccę pręter naturã sunt amplius ꝓductiuę istarũ, maxime uerificat̃ pars prima si tempora pluuialia secundum naturam fiãt pluuialia pręter naturam. de alijs potest intelligi apho. quãuis non ita clare.

Expositio Marsilij super Cõ. Gal.

Febres quidem longas. Gal. cõmentando præsentẽ apho. tria facit Primo cõmentantur primã partem. Secundo secundam. Tertio Hip. excusat à quibusdam defectibus sibi imponibilibus. Secũda ibi (In siccitatibus autem.) Tertia ibi (Non est autem æquum.) Prima continet tot partes quot dispositionum tangit expositiones. Primo. n. exponit & uerificat hanc partem. febres longæ Secundo hanc. ventris fluxus. Tertio hanc. putredines. Quarto hanc. epil'iæ & apopl'iæ. Quinto hanc & squinantię. Prima in duas Primo Gal. facit quod est dictum. Secundo infert quales sint febres quę in siccis tẽporibus generant̃. Secunda ibi (In siccis autem.) Prima in duas secundum ꝙ duabus ex causis uerificat partem. Secunda ibi (Accedit adhoc.) De prima dicit sic, ꝙ sine dubio fiunt in temporibus pluuialibus febres longæ, propter multas superfluitates quę longo tempore dissoluuntur siue superantur. Primo notandum ꝙ licet de per se febris non consequatur humiditatẽ, quia est caliditas pręter naturam cui siccitas associatur, tamen de per accidens ad multam humiditatem per uiam prohibitæ transpirationis aut per uiam putrefactionis potest consequi febris. Secundo notandũ ꝙ fe. longitudo intelligitur respectu fe. terminabilis in prima quarta aut septima. uel. 14. uel ad plus terminabilis in. 20. Tertio notandum ꝙ nimię humiditates faciunt febrem salubrem longam, sed febrem mortalem faciunt esse breuem hunc sensum ꝙ ubi uirtus succumbat morbo quanto materia erit amplior tanto morbus breuior plus potente alijs paribus multa materia supra uirtutem q̃ pauca.

Quõ febris humiditatem sequatur

Febriũ longitudo.

Quarto notandum ꝙ hęc littera. dissoluentes. potest exponi dupliciter. Uno modo dissoluentes .i. debilitantes uirtutem, ut hic sumitur dissolutio pro quacunq; debilitatione, & erit sensus partis ꝙ febres fiunt longę propter multas humiditates, ut debilitantes uirtutẽ longo tẽpore anteq̃ sanet̃ corpus. Secũdo põt sic exponi ut dissoluentes .i. dissolutione & remotione egentes longo tẽpore, ut enim digeratur multa humiditas ac expellatur,

Dissolutio quid.

longum tempus requiritur. Quinto notandum has febres maxime contingere corporibus secundum complexionem uel ætatem uel secundum sexum apparatis, ut phlegmaticis, aut etiam mulieribus &c. quāuis etiā alijs cōtingere possint propter has constitutiones. Accedit ad hoc. Nunc facit quod est dictum dicēs ꝙ causantur febres longę, uel quia phlegmatici humores sunt frigidiores in temporibus pluuialibus. Primo notandū ꝙ quāuis tantum pluuiale sit moderatum inter calidum & frigidum, per suam tamen humiditatem calidum hebetantem naturale est causa ut humiditas phlegmatica de natura aque existens reducat se ad maiorem frigiditatē.

Secundo notandum. phlegma frigidius facit febrem lōgiorem, quia minus cito potest digeri à caliditate naturali & insensibiliter aut sensibiliter expelli. In siccis autem. Nunc facit quod dictum est. & dicit ꝙ febres longę fiunt &c. sicut in temporibus siccis fiunt febres acutę & breuissimę ex cholericis humoribus. Notandum ꝙ in tempore sicco & temperato inter calidum & frigidum propter siccitatem ex acuto calido multiplicatur cholericus humor faciens febrem acutam. quia cū difficultate accidentium propter actiuitatem choleræ fiunt etiam breuissimę febres ꝓpter citam actionē cholerę, & sic etiam propter citam reactionē naturę, unde breuiter consequitur salus aut mors, aut etiam propter citam resolutionem cholerę, aut ultimo ꝓpter eius paucitatem siccitatum paucificantē humiditates, ut patuit dicto cōmen. Alui autem profluuia. Nunc Gal. facit quod est dictum dicens. ꝙ clarum est uidere qua de causa causetur fluxus uentris in nimia pluuia, quia humores superabundantes aliquo modo sunt purgandi.

Fluxus uentris dictus dihar-ria uel liēteria

Primo notandum ꝙ in nimia pluuia causatur fluxus uentris humoralis, quia diharria & maxīe fluxus phlegmaticus, eo ꝙ phlegma in nimia pluuia maxime multiplicatur. maxime etiam expellendum per uiā aptiorē, quia per intestina. multiplicatum etiam ualde circa stomachum & intestina, quāuis etiam fluxum ex alijs humoribus fieri contingat. causatur etiam fluxus uentris dictus lienteria seu fluxus cibalis deficiente propter nimiam humiditatē contentiua uirtute stomachi ad retinendum cibum, concurrente etiam defectu digestiuæ, ita ut non transmutet debite cibum & tandē hoc fluxus liētericus causetur. de dyssinteria uero dicetur loco suo.

Secundo notandum ꝙ per humores quoquo modo esse purgādos, uult Gal. causabilem esse fluxū uentris pro quāto maxime purgandi sunt per illam regionem. Primo humoribus sua grauitate inferiora petentibus. Secundo etiam sua grossitie & corpulentia latiorem & aptiorem uiam expetentibus. Sicuti etiam. Nunc facit Gal. ꝙ dictum est, dicens ꝙ cum putredines citius fiant, aus certius secundū aliquā litteram in humidis temporibus, sicut plures factę in his temporibus curandę sunt et remouendę. Notandum ꝙ quāuis in tempore sicciori calidum sit acutius quā in tempore humido, quia tamen potentius est ad debite regulādum humidum in tempore uero humido humiditas egit calidū ineptū debitę regulationi, ideo citiores & certiores plures in tempore humido putrefactiones causantur. si uero in tempore sicco contingit fieri putrefactionem illa erit acutior quā in tempore humido, ut colligitur ex parte pręhabita. Sunt utique.

Facit Gal. quod est dictum dicens. ꝙ patientes epilepsiam & apoplexiam sine dubio sunt phlegmatici, ideo epilsia & apoplexia abundant in temporibus humidis.

Epilsiæ & apoplexię cā. Auicē.

Primo notandum ꝙ licet epilsia & apolsia fieri possint non solum ex phlegmate, ut patet prima tertij. quia tamen secundum plurimum ex phlegmate contingere possunt. ideo epilepticos & apopleticos dixit sine dubio esse phlegmaticos secundum plurimum phlegmaticos inquā, quia phlegmate pręter naturam abundantes & non solum phlegmaticos secundum naturam. ideo sequitr hos morbos generari in temporibus humidis multiplicatis eorum materijs ut phlegmaticus, siue etiā hi morbi sint ꝑ propriam essentiæ cerebri læsionem, siue sint per communicationem materierum à stomacho uel myrach, ut aliquando causetur epilsia stomaticha aut myrachialis.

Epilsia dupl̃r.

Angina autem. Gal. facit quod est dictum dicens ꝙ aliquando causatur squinantia ex humoribus adunantibus se in gutture, & aliquando ex humoribus & descēdētibus a capite ad guttur. Cū ergo in nimia pluuia aduenentur humores in gutture & maxime descendant à capite et de mēbro discurrant in membrum. ideo ex nimia pluuia causantur squinantię. Primo notandum squinantia esse apā gutturis, notum est. n. guttur esse locū uel spatium prope meri & cannam pulmonis, cuius notitiam habere possumus tertio pronosticorum. cōmen. 18. à Gal. satis ad principium. Secundo notandū squinantiam multipliciter diuersificari posse ex parte ruboris seu tumoris, ex parte doloris seu difficultatis anhelitus, ut patet tertio pronosticorum. Ex parte etiam situs, quia quædam est cum exteriori eminentia, & quædam nō. Ex parte etiam materię, quia quędam fit ex sanguine quędam ex phlegmate, ut patet nona tertij. cap̄. 11. de pręfocatione. Potest etiam distīgui squinātia ex parte morbi generationis eius. nam quędam generantur ꝑ ulam paulatinę congestionis materię in gutture, quædam per uiam defluxus. Ad propositū quāuis modis alijs distinctam squinantiā in nimia pluuia fieri contingat, ipsam tantum modis distinctam cōmunioribus in littera Gal. explicat. In siccitatibus autem. Nūc Gal. facit quod est dictum. Et cōtinet hic pars duas partes. Primo pręmittit litteram secundę partis apho. Secundo exequitur exponendo. De prima dicit Hip dicere consumptiones harteticas stranguriás & dyssinterias fieri in cōstitutionibus siccis. Notandum ꝙ hic littera & phthisis potest dupliciter intelligi. Vno modo ad mentē Gal. ut ly &. stet expositiue ut intelligant Gal. & Hipp. per consumptiones. i. phthisis. Et hanc sententiam uidet uoluisse Gal. solū ponens cōsumptiones et exponens phthisim. Secundo potest sumi ly &. copulatiue, ut per consumptiones intelligat consumptiones totius corporis à quacunque causa proueniant. ꝑ phthisim uero intelligat consumptionem particularem aut à particulari causa ꝓcedentem. prima expositio est magis ad mentem Gal.

Squinantia qd, & gutt̄.

Gal.

Auicē.

Satis ut. Nunc facit quod est dictum. Primo exponis hanc partem. phthisis. Secundo exponit hanc partē. ophtalmię. Tertio hāc partem. hartetice. Quarto hanc partem strangurię. Quinto hanc partem. dyssinterię. Prima pars secundum primam assignationem partium diuiditur in duas. Primo Gal. facit quod est dictum Hip. aliqualiter reprehēdēdo. Secundo ex expositione quorūdam saluat Hip. Secunda ibi (Quare & mihi.) De prima dicit sic. ꝙ si auderet diceret Hippo. omisisse quādā seu negligenter posuisse, dum dixit propter siccitatem causari phthisim. nam phthisis dupliciter causatur, uel propter frigiditatem nimiam rūpentem uenas in instrumentis anhelitus, quia sup in pectore uel pulmone aut propter caliditatem et humiditatem, propter quas humores adunantur in capite & descendentes in pulmonem & ipsum corrodentes facti acuti ꝑ putrefactionem sup. faciunt phthisim. sed aer siccus naturalit̃ se habens in calido & frigido omnibus morbis generandis est apparatus sola phthisi excepta. Quare & mihi. De secunda dicit, ꝙ ideo sup. quidam uolentes saluare Hip. intelligūt per phthisim oculorum consumptionē, ac si dicat Hipp. ꝙ morbi nascētes in siccis tēporibus sūt ophtalmię &c̄. ophtalmię deuenturę ad oculorum consumptionem deficiente nutrimento oculis, & oculis factis macilentis & plus exiccatis quā naturę conueniat, & conuenit hoc oculis stantibus etiam stricturis pupillarum, uel propter desiccationem humiditatum gelidarum i. fluidarum. De tertia dicit sic. ꝙ si intelligantur ophtalmiæ fieri taliter sup, ut est dictū oportet cōsiderari eas esse siccas eū nos

Phthisis causa dupl̃.

diximus

diximus ante dum loquebamur de siccitate aeris qualit intelligitur ophtalmia sicca, & est tactum hoc commen to. 18. illius aphor. Si uero austrena. Q uas igitur.

Nunc Gal. facit quod est dictum dicens q impoße est ex siccitate aeris causari artheticas, propter defluxū hu morum ad iuncturas seu cōcatenationes membrorum, & ideo necesse est inuestigare, quare dixerit artheticas causari in siccis temporibus. nam cum aer nimiū desicca tur humiditas iuncturę coosumitur, unde mēbra nimi um desiccata duriter seu difficulter uolūtaro motu mo uentur. & hoc est causa doloris membrorum s. durities iūcturarū et grauis plicano. hic tamen dolor non credi esse artheticus. aliqui tamē omnem dolorē iuncturarū seu concatenationū uocant artheticum. & sic intelligi potest. Sed nos inuenimus Hipp. taliter dixisse secunda particula epidimiarū homines in aeno. comederunt le gumina & inde debilitati sunt eorum pedes. vnde ex fa me orobū comedentibus secutus est dolor genuum. quē nominauit Hip. artheticum. & si sophistę nos redargu ant non debentes nominare dolorem artheticum in qua libet una iunctura contingentē, sed existentē in multis & diuersis iūncturis, etiā potest accipi doloe artheticus ut ipsi dicunt. De urinæ. Nunc Gal. facit quod est di ctum. Et primo pręmittit causas quibus i siccitate cau sari potest strangurta. Secundo infert in quanta siccita te aeris debet causari strangurta. Tertio tangit causas I mediatas stranguriç. Q uarto infert ad multiplicem cō plexionalem lapsum stranguriam posse sequi. Depri ma dicit etiam idem intelligendum esse de stranguria, quod sup. de arthetica dictum est, quia supple i siccitate aeris non patiuntur stranguriam, propter defluxū hu morum &c. Sed strangurā in siccitate tribus patiun tur ex causis tantum. s. ultimata siccitate caliditate & frigiditate, quarū nulla nominat hic. Sed ut dixi. Nūc Gal. facit quod est dictum dicens q inuestigare uolens naturam aeris quocunq tēpore anni intelligat & uide at an aer sit ultime siccus aliter operans in frigidis cor poribus aliter in calidis aliter in humidis, & aliter in sic cis, & similiter diuersimode operans in lapsibus compo sitis, quia aliud in calidis & humidis & aliud in alijs, & sic supple in mēbra distinctarū cōplexionum distinctā producet operationē, vnde uesicam membrum frigidū & siccum ad siccitatem ualde poterit alterare. Hac igi tur. Nunc facit quod est dictum dicens q cum tu in uestigaueris secundum q oportet inuestigare super. cir ca causas & essentiam stranguriç poteris scire quid, seu ad quid dixeris stranguriam Stranguria. n. nascitur uel propter acuitatem urinę uel propter defectum uirtu tis retentiuę in retinendo urinam, qui defectus est ex de fectu cōplexionis uirtutis retentiuę. & notetis hanc par tem, strangurta ergo usq ad finem partis. Cum uerò octo. Nuoc autem Gal. facit quod est dictum, dicens nouem esse cōplexiones, quia sup. vnam temperatā, & 8. lapsas, uel. 8. esse cōplexiones. s. lapsas naturales, qua rum unaquaq deficiente, quia multum lapsa pręter na turā uirtus contentiua deficit causent stranguriā. acui tas uero urinę causāt ex coriuptione cōplexionis. i. à la psu cōplexionis. & maxime calidæ uel humidę tātum. causatur etiam ex uulneribus accidentaliter uesicę con tingentibus & ex apatibus. s. uesicæ & ex mala diæta acuente urinā uel quomodolibet. debilitante contenti uam. præsens tamen intentio erat de qualitatibus aeris quomodo causent strāguriā. Q uæ uerò. Gal. facit q est dictum dicens se dicere de dyssioteria quicquid est di ctum de strangorta, nec tamen absolute in sicco tempo re dyssinteria dicitur aduenire sine tenore quodā. i. sine tenore & suppositione quorundam, ut supponendo pri mo aerē esse ultime siccum, demū calidum et frigidum. alia littera habet dysuriæ, dicā de hoc in dubio. Non est autem æquum. Nunc Gal. facit quod est dictum di censq Hip. in his dictis de phthisi stranguria &c. nō est redarguendus, quia primus, est qui hanc scientiam tra didit, medicinęq sciētia latissima est & profundissima. vnde non mirandum si non certificauit aliquas res, si cut sunt certę et certificandæ, sed potius mirandū est de Diocle & Mnesitheo alijsq pluribus Hippo. rectam & certam uiam experimentis sequi uolentibus melius & magis necessarium inuestigare debētibus, quia qualita tes aeris ut ex tali inuestigatione uenirent ad certum fi nem, quia ad finalem cognitionē quarundam dispositio num producibilium in quibusdam temporibus, cum pe ortus nil dixerint, de ipsis tamen si deus omnipotens hoc opus explere permiserit. quia cōmentationem libri apho. facimus. faciemus speciale opus.

Arthriticus dolor.

Strangurta qd.

Dyssinteria qd

Aphorismus. 17.

Quotidianæ uero cōstitutiones, boreales quidem et corpora constituunt fortiora, et bene mobilia, & bene colorata, & melius audientia faciunt, & uentres siccant & oculos mordent, & circa thoracem dolorem faciunt, & siquidem prius est dolendum, magis dolet. Austrinæ uero corpora dissoluunt. & humectāt, & capitis & auditus grauitates faciunt, & uertigines in oculis, & in corpore difficilē motum, & uētres humectāt.

The. Conditionū quotidianarum, aquilones corpora constipatiora, contentiora, mobiliora, coloratiora, q factūt auditum etiam adiuuant. Sed aluum siccāt, oculos mor dent, & si in pectore dolor aliquis pręest, acrius excitāt. Austri corpora dissoluunt, & humefaciunt, caput ag grauant auditum, obtunduot, uertigioes mouent ocu lis, & corporibus afferūt tarditatē, aluos etiā hūefaciunt.

Leo. Q uotidianæ autē constitutiones, aquilonię quidem corpora densant, contendunt, & bene mobilia, colora tiora, & melius audientia faciunt, et aluos exiccant, ocu los mordēt, & si pectus dolor aliquis obsederit, dolorem augent. Austrinę dissoluunt corpora, & humectant, au ditum obtundūt, capita aggrauant, & uertigines faci unt, oculis, atq corporibus difficilem motum pręstant & aluos humectant.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic continuatur ad pręcedentia. Postq Hip. in pręcedentibus, illo apho. austrinę uero. flatus borealis & austrinę cōstitutionis tetigit nocumēta post q etiam in apho. 15. & 16. cōparationes inter siccas cō stitutiones posuit & humidas, nuoc ponit cōparationes inter constitutionem frigidam & siccā borealē & cali dam & humidam austrinam, penes iuuamenta & noc u menta ex constitutione cootingentia. Et continet præ sens apho. duas partes principales. Primo tangit iuua menta & nocumenta ex boreali constitutione contingē tia. Secundo ex austrina. Secunda ibi (Austrinę uero.) Prima in duas. Primo tangit iuuamenta. Secundo nocu menta. Secunda ibi (Et uentres siccant.) Prima in qua tuor. Primo Hip. tangit iuuamenta constitutionis bo realis ex bonitate naturalis uirtutis & alijs simul. Secū do specialiter ex parte uirtutis animalis motiuę. Tertio ex parte bonitatis naturalis. Q uarto iuuamenta tāgit ex bonitate sensitiuę uirtutis exterioris. Secūda ibi (Et bene mobilia.) Tertia ibi (Et bene colorata.) Q uarta ibi (Et melius audiētia.) In prima particula primę par tis uult Hip. istam conclusionē. Constitutiones borea les quotidię apparentes tales certe faciūt corpora fortio ra. Propositio sic persuadetur. illę constitutiones faciūt corpora fortiora quę uigorant instrumenta uirtutū & corporum superfluitates consumunt. sed constitutio nes boreales sunt huiusmodi. ergo. maior est nota, et hoc quia uirtutes uegorantur suorum instrumētorum forti ficatione, & sic corpora informata uirtutibus. minor pa tebit ex cōmento & notandis. cōclusio uero sic in littera

explicatur. sed constitutiones boreales quotidie sup. apparentes certe simul statuunt, ordinent seu efficiunt corpora fortiora. In secunda particula Hip. facit quod est dictum, & uult hanc conclusionem. Constitutiones boreales &c̃. faciunt corpora bene mobilia. Hæc ꝓpositio sic persuadetur. illę constitutiones faciūt corpora bene mobilia quę confortant instrumenta motus & uniūe & fortificant calidum naturale sed cōstitutiones boreales sunt huiusmodi. ergo &c̃. maior est nota. et minor patebit ex dicendis. conclusio sic in littera dicitur supponendo litteram et constitutiones boreales sup. faciūt corpora bene mobilia. In tertia particula facit quod est habitum & uult talem cōclusionem Cōstitutiones boreales faciunt corpora bene colorata. Conclusio arguiť sic. illę constitutiones faciunt corpora bene colorata, quę cōfortant uirtutem digestiuam hepatis & membrorū aliorum. sed constitutiones boreales sunt huiusmodi. ergo. maior est nota, quia confortata digestiua hepatis & mēbrorum generatur multum de bono sanguine & bonis spiritibus, quibus propulsis ad membra exteriora & ad corporis totius ambitum apparet corpus bene coloratū. Minor propositio ostendetur in exponendo. Conclusio sic in littera ponitur. constitutiones boreales faciūt corpora bene colorata. In quarta particula facit quod est dictum. & uult conclusionem talem. Cōstitutiones boreales faciunt corpora esse audientia melius. Conclusio probatur sic. illę constitutiones quę clarificāt organum auditus expurgando seu consumendo superfluitates, q̄ uigorant etiam intrinsecum naturale calidū faciūt corpora audientia melius. sed boreales constitutiones sunt huiusmodi. ergo. huiusmodi sola cōclusio explicať ī littera sic. Hip. dicente et cōstōnes boreales faciūt supple corpora eē melius audiētia. In secūda pticula primę partis Hip. facit quod est dictū. Et cōtinet partes tres. Primo tāgit nocumentum ex parte expulsiuę uirtutis & maxie superfluitatum digestionis primę. Secundo tangit nocumentum ex parte lęsę operationis tactiuæ ex parte organorum usus. Tertio ex parte lęsę operationis tactiuę thoracis. Secūda ibi (Et oculos mordent.) Tertia ibi (Et circa thoracē &c̃.) In prima particula uult cōclusionem istam. Cōstitutiones boreales &c̃. siccant seu stypticāt uentres. Propositio probatur sic. illæ constitutiones siccant uentres quę siccant feces. sed constitutiones boreales sunt huiusmodi. ergo. maior & minor propositiones sunt notę satis. Conclusio sic in littera ponitur & cōstitutiones boreales siccant uentres. In secunda particula facit quod est dictum, dicens ꝙ constitutiones boreales mordent oculos. Probatur sic illę cōstitutiones mordent oculos quę sunt ualde frigidę & siccę, sed boreales sunt huiusmodi. ergo. Propositio apparebit ī dubio. minor est nota. conclusio sic ponitur. & constitutiones boreales mordent oculos. In tertia particula facit quod est dictum. Et potest diuidi pars in duas, secundum numerum duarum conclusionū intentarum. Secunda ibi. (Siquidem amplius doluerint.) In prima uult conclusionem hanc. Boreales constitutiones causant dolores circa thoracem seu pectus. Conclusio sic persuadeť. illę constitutiones causant &c̃. quę habent causare malam complexionem frigidam doloris causatiuā, quę etiā habent indisponere thoracem debitę dilationi, sed cōstitutiones boreales sunt huiusmodi. ergo. maior et minor patebunt satis. conclusio litteralis est hęc. & constitutiones boreales faciunt dolorem circa thoracem. In secunda uult conclusionem istam, Cōstitutiones boreales augent dolorem thoracis. Conclusio sic persuadeť. illę constitutiones augēt dolorem &c̃. quę intendūt causam doloris, aut nouam causam faciunt, sed boreales constitutiones sunt huiusmodi. ergo. maior est notissima. apparebit minor. cōclusio sic ponitur ꝙ si certe thorax doluerit per constitutionem borealem dolebit magis. In secunda parte principali facit quod est dictum. Et continet partes duas. Primo tangit nocumenta austrinarum constitutionum. Secundo unum iuuamentum. Secūda ibi (Et uentres humectant.) Prima potest diuidi in sex partes. Primo tangit nocumentum ex parte totius corporis secundo ex parte capitis. Tertio ex parte unius sensus exterioris. Quarto ex parte corruptę actionis oculorum. Quinto ex partę lęsionis uirtutis motiuę oculorum. Sexto ex parte lęsionis uirtutis motiuę totius corporis De quinta tamen & sexta parte fiet una conclusio. Secūda ibi (Et capitis grauitates) Tertia ibi (Et graues auditus.) Quarta ibi (Et uertigines.). Quinta ibi (Et in oculis.) Sexta ibi (Et in corpore melius est tamē facere unam partem.) In prima uult conclusionē hāc. Constitutiones austrinę debilitant & humectant corpora. Propositio sic persuadetur. ille constitutiones debilitant &c̃. quarum est laxare & humectare, sed austrinę constitutiones sunt huiusmodi. ergo. maior est nota. patebit etiam minor. conclusio sic in littera ponitur. constitutiones austrinę dissoluunt seu laxant & humectant corpora. In secunda particula facit ut est habitū, dicens constitutiones austrinæ grauant capita. Conclusio probatur sic. ille constitutiones grauant capita quæ replēt caput humiditatibus, quę humiditates dissoluūt calidum naturale, sed austrinę constitutiones sunt. huiusmodi. ergo. maior & minor patebunt. conclusio sic ponitur constitutiones austrinę faciunt supple grauitates capitis. In tertia particula facit quod est dictum & uult conclusionem hanc. Constitutiones austri grauant auditum. Conclusio probať sic. illę constitutiones grauant auditum quæ replent & obtundunt instrumentū auditus & debilitant calidū naturale. sed cōstitutiones austrinę sunt huiusmodi. ergo. maior est nota. minor patebit. conclusio taliter explicatur. & austrinę constitutiones faciunt auditus graues. In quarta particula facit quod est dictum, & uult hanc conclusionem. Austrinę constitutiones faciunt uertigines. Conclusio probať sic. illę constitutiones faciunt uertigines quę multiplicant uentositates & uapores ante oculos intrinsecus uolitantes. sed austrine cōstitutiones sunt huiusmodi. ergo maior & minor apparebunt. Conclusio sic in littera ponitur. & austrinę constitutiones faciūt uertigines. In quinta particula facit quod est dictum. & uult conclusionem istam. Constitutiones austrinæ faciunt oculos & corpus difficulter mobiles. Propositio probatur sic. illę constitutiones quę humectando & laxando indisponunt motus oculos & corpus faciunt &c̃. sed austrinæ sunt huiusmodi. ergo. maior & minor notę sunt. conclusio sic ponitur in textu. & constitutiones austrinę faciunt motum difficilem in oculis & in corpore. In sexta particula facit quod est dictum. & uult Hip. conclusionem istam. Austrinę constitutiones humectant uentres seu faciunt uentres fluxibiles. ꝓpositio arguiť sic, illę constitutiones quę habent humectare & multiplicare superfluitatem, quæ habent etiam humectare & laxare instrumenta expulsionum faciunt uentres fluxibiles. sed constitutiones austrinę sunt huiusmodi ergo. maior est nota, quia illis causis causatur fluxibilitas uētris, ut patet secundo huius cōmen. 2. minor nota est. cōclusio sic in littera ponitur. et constitutiones austrinę faciunt uentres fluxibiles. Primo ad intellectum apho. est notanda cōcordia quę colligitur secunda primi. doc. 2. cap. 10. de naturis uentorum. &. 5. theoricę. 1. cap. aeris autē propter uentos & colligi potest partim. 17. Continentis. ubi superius est allegatum. Secūdo est notanda utilitas est enim utilis quantum ad actum operatiuum, ac etiā q̄tum ad pronosticū, ut satis euidēs est ex notitia apho. Tertio est notāda ampliatio apho. non solum enim de constitutionibus his continet ueritatem aphor. immo etiā de alijs rebus non naturalibus, quę his constitutionibus proportionantur. non solum enim constitutiones effectiuę sunt effectuum in littera propositorum,

Auicē. Halya. Rasis Austrinam cō stōnum ꝓnosticus opatiuus, canon.

rum, imo & aliorũ, ut colligi potest secũda primi. vbi ꝓ cõcordia allegatũ est. Quarto notandũ notãter esse dictum quotidianas constitutiones, ad denotandum ꝙ si hæ constitutiones debent efficere ea quæ in littera posita sunt requiritur eas continuari & quotidianas esse, ut potentiores sint in producendo effectum, agens enim pluri tempore applicatum passo potentius est ad producendum effectum. Quinto ex præhabitis memorandum Hip. intelligere per constitutiones boreales constitutiones frigidas & siccas maxĩe causa speciali, quia flatu boreæ. Alia notanda explicabo in dubio.

Expositio Marsilij super Cõmen. Gal.

Cum frigidus ac siccus. Præsens cõmentum continet duas partes principales. Primo Gal. cõmẽtatur primam partẽ apho. Secundo secundam. Secunda ibi (Nosces autem.) Prima in duas Primo Gal. tangit iuuamenta boreę Secundo tangit nocumenta ipsum ad austrinũ aliqualiter comparando. Secũda ibi (Adsunt uerò et mala.) Prima in duas. Primo iuuamentorum generalẽ explicat causam. Secundo ad litteralem transit expositionem. Secunda ibi (Nam animę quidem.) De prima dicit, ꝙ necesse est corporum superfluitates desiccari, mẽbra confortari, animales & naturales actiones uigorari borea frigido & sicco. Ex qua parte prĩo cõcipit generalis causa iuuamentorum, quia consumptio superfluitatum per siccitatem boreæ maxime facta. Concipit etiã uigoratio & confortatio uirtutum, propter istam causam & propter unionem caloris à frigore factam. Nã animæ quidem. Nunc facit quod est dictum. Et diuiditur in duas. Primo facit hoc. Secundo explicat corpora, quibus hęc iuuamenta maxime contingunt Secũda ibi (Hæc igitur.) Prima in quatuor. Primo enim exponit hanc partem. Bene mobilia seu applicat ad prędicta. Secundo hanc partem. Bene colorata. Tertio hanc partẽ. Constituunt fortiora. Quarto hanc. Et melius audientia. De prima dicit ꝙ Hipp tetigit animalem operationem supple cõfortari dicendo corpora bene mobilia, cũ dixit etiam melius audientia, in qua parte sup. tetigit cõfortationem uirtutis animalis mouiuę per mobilia & sensitiuę per audientia. Naturę uero. Nunc facit ut est habitum dicens Hip tetigisse naturalem actionem confortari, cum diceret boni coloris, patet sententia ex prębabitis, cum bonus color consequatur bonum sanguinem & spiritus significantes bonam digestionẽ et sic bonam naturalem operationem. Cõmune autem. Nũc Gal. facit quod est dictum. dicens Hip. intendere cõfortationem utriusq; uirtutis naturalis et animalis, dum ante dixit corpora boream facere fortiora patet etiam pars cum fortitudo corporum includat fortitudinem omniũ uirtutum. Et clarum est. Nunc facit quod est dictum dicens, ꝙ Hip. per tactum auditũ intellexit quatuor sensus supple alios exteriores retro tacitos, qbus omnibus uidetur conferre boreas, propter causam supple in parte prima assignatam. Hęc igitur. Nunc explicat corpora quibus hęc iuuamenta contingunt, dicens primo boream maxime conferre corporibus humidis & sanis.

Propter partem notandum Gal. intelligere per corpora sana corpora robusta, de quibus locutus est Gal. primo huius. Cõmen. 15. Ventres hyeme & uere. in quibus corporibus reuocatio caloris facta à borea confert plurimum. in ægris autem corporibus, aut alijs calidum naturale debile habentibus plus nocet q̃ cõfert boreas.

Secundo pręmittendũ ꝙ hęc littera aliquantũ legi põt cum hac parte humidis. et est sensus ꝙ boreas cõfert corporibus aliquantulum humidis exiccãdo superfluitatẽ, quia multum humidis propter humiditatem multã ualde in calido suffocatis plus noceret infrigidando q̃ conferret humectando. potest etiam legi secundum ꝙ diuisi litteram et dicam. Ad sunt uerò & mala. Nũc Gal. facit quod est dictum, dicens secundo ꝙ boreas nocet parum, tamen nocet contemperatus ad austrum non. n. est in dubium alicui siccare uentres, mordere oculos, & dolorem facere, circa thoracem esse malum. Nosces autem. Nunc Gal. cõmentatur secundam partem. Et primo tangit nocumenta austri. Secundo tangit unum iuuamentum. Tertio ostendit apho. melius posse ordinari. Quarto tangit generalem modum nocumentorum. Prima in duas. Primo tãgit in generali effectus austri. Secundo magis in speciali. De prima dicit primo, ꝙ cõcipitur austrum dissoluere & humectare corpora & naturalibus & aĩalibus actionibus magis esse nociuum q̃ super noceat boreas, uel q̃ sup. cõferat auster. Non paruum. Nunc Gal. facit quod est dictum Et dicit secundo quasi interrogatiue, non ne grauitates capitis & auditus sunt quid manifestum, quasi dicat sic. uertigo etiam sine dubio est mala, quia uicina apoplię & epilię difficilis etiam motus oculorum & corporis non conferentes corpori mali sunt. cum ergo sup. hęc nocumenta contingant per austrum, patet austrum esse ualde nociuum. Solum autem. Nunc facit quod est dictum, dicens austrum non prodesse, nisi quia humectat uentres, facit autem quicquid facit sola humectatione & calore. Id autem quod. Nunc Gal. facit quod est dictum, dicens ꝙ esset bonum Hip. proposuisse austrum humectare uentres, & dicere talis austrini. s. venti humectãe corpora. deinde diceret alia dãs intelligere ꝙ quicquid facit auster facit sola humectatione & calore. Fiunt si quidẽ. Dicit ultimo se dicere omnes actiones corporis ex membris procedere substãtialibus. idest principalius grauari solitis & corrũpi nimia hũectatione.

Aphorismus. 18.

Secũdum horas quidẽ ueris & extremæ æstatis, pueri & eorum affines ætatibus, & bene degunt, & maxime sani sunt. Aestate & autumno usq; ad aliquid quidem senes. reliquo uero autũno & hyeme, medij ætate.

Per tempora anni, pueri et qui ætate his ꝓximi sunt, uere atq; prima æstate, optime degunt, & maxime ualent. Senes æstate & autũno aliquandiu. Reliquo autũni tẽpore. qui media sunt ætate, melius ualent. The.

Per tempora anni, uere quidem, & prima æstate pueri, & qui hos sequunt ætate, optime degunt, & sani sunt maxĩe. Æstate uero, et autũno, usq; ad aliquid senes. Reliquum, & hyeme, qui mediam ætatem habent. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic continuatur ad pręcedentem. Post q̃ Hippo. in pręcedenti apho. iuuamenta tetigit & nocumenta constitutionum borealium & austrinarum, nunc tangit habitudinem corporum ætatiue distincto eum ad tempora anni suas naturas obseruantia. Et continet pręsens apho. tres partes. Primo ponit habitudinẽ puerorum & sibi ætatiue affinium ad uer & partẽ æstatis. Secundo senum ad æstatem et partem autumni. Tertio iuuenum ad autumnũ & hyemẽ. Secũda ibi (Æstate uerò.) Tertia ibi (Reliquo uerò.) In prima Hippo. uult conclusionem istam. Pueri & eorum affines ætatibus bene uiuunt, & maxime sunt sani in uere & parte æstatis extremæ. Conclusio probatur sic. illa corpora melius se habent in uere & principio æstatis quæ sunt ætatiue meliora & temperatiora. sed corpora puerorum & sibi affinium sunt ætatiue meliora & temperatiora. igitur &c. maior est nota. quia cum uer sit tempus temperatum ac etiam principium æstatis, cum etiam principium ęstatis sit correctiuum superfluitatum, aliqualiter ueris corpora ætatiue meliora sunt & tẽperatiora. igitur melius se habebunt in uere q̃ in tempore simili & temperato. & si etiam corpora declinent ad aliqualem humiditatem corrigent ex principio æstatis. minor uero colligitur ex cõmen. Conclusio sic in littera ponitur. Pue-

Autumnus omni ætati nociuus.

ri & si affines ętatibus bene degunt.i.viuunt & maxime sunt sani, secundum tempora ueris & extremę æstatis. In secunda facit quod est dictum. & uult hanc conclusionem, Senes bene uiuunt & maxime sunt sani in æstate & aliqua parte autumni. Conclusio ꝓbatur sic. illa corpora bene uiuunt &c̄. quę iuuātur per æstatem & aliquam partem autumni, sed corpora senum sunt huiusmodi. igitur. minor patet in cōmen. conclusio sic in littera ponit. Senes certe supple bene degunt & maxie sunt sani in æstate & autumno usq; ad aliquam eius partem. In tertia facit quod est dictum & uult istam conclusionem. Medij ætatis uel inter pueros & senes & sibi affines bene se habēt in alijs partibus autumni & hyeme. Conclusio sic probatur. illi melius se habent reliquo autumno & hyeme &c̄. qui habent complexionem contrariam hyemi et autumno &c̄. corrigibilem per hyemem & reliquum autumni. sed medij ætatis uel sunt huiusmodi. maior satis nota est. minor tangitur in cōmento. conclusio ponitur in textu hoc modo medij ætate modo expositio supple bene degunt & sunt maxime sani hyeme.

Ad intellectum apho primo est notanda apho. concordia quę habetur. 17. Continentis. cap̄. de aere. secundo colligitur concordia secūda primi. doc. 2 cap̄. 4. in una diuisione. cuius principium omne tempus. Secūdo est notanda utilitas apho. est. n. utilis ad debite regendū corpora. ex isto comprehenditur propter quas res corpora distincta meliorentur. vt satis est euidens. Tertio est notanda ampliatio aphor. quamuis enim explicatus sit apho. de ętatibus respectu temporum anni, ampliari tamen potest (ut colligitur ex cōmento) ad complexiones naturales quę ꝓportionaliter ętatibus se habent ad tēpora anni Ampliatur etiam apho. sic, quia non solū ętates isto modo se habent ad tempora anni, immo etiam ad regiones, ut colligi potest ex cōmen. Quarto litteraliter notandum. Per tempora ueris Hip. intelligit totum uer maxime tamen partem mediā tanq̄ magis tēperatam. Quinto notandum. Per extrema ęstatis intelligit principium ęstatis, quod (ut est notum) appellaī unū extremum. Sexto notandum Hip. per pueros intelligit eos qui sunt ab infantia exclusiue usq; ad iuuentutē exclusiue Similiter per sibi affines secundum ętates intelligit infantes, ut infra intelligatur apho. secundum dicta Gal. pueri bene degunt & maxime sunt sani secundum tempora ueris. & affines horum ętatibus bene degūt & sani sunt, maxime secundo extrema ęstatis uel secūdum tempora extremę ęstatis. i. inchoantis ęstatis. Septimo notandū. Bene degere seu uiuere non est nisi bene operari, q corpora ordinata sunt in sua ętate. degunt. n. bene pueri & infantes, quia his temporibus suas operationes debite exercent. Octauo notandum. Corpora aliquo tempore maxime sana appellātur uel quia maxime conseruantur sana uel maxime meliorantur in sua sanitate. quibus duobus modis exponatur pars pueri enim conseruantur in uere, infantes uero ex æstatis principio meliorantur. Nono notandum: Hip. per æstatem intelligere totam æstatem in qua senes aliqualit pręseruātur & resumuntur. cum enim sint frigidi multiplicantes etiam superfluitates multas pręseruantur per caliditatē & siccitatem ęstatis. 10. notandum Hip. per aliquid autumni intelligit principium autumni, quod cōforme est ęstati pręcedēti satis, in quo propter dictas causas bene se habent senes. 11. notandum. Per reliquum autumnum Hip. intelligit medium & finē autumni: per hyemem uero intelligit hyemem totā. per medios uero &c̄. intelligit iuuenes. 12. notandum. Iuuenes se habere melius in autumno potest dupliciter intelligi. Vno modo q melius se habeant q̄ in alio tempore, quod puto falsum ut dicetur. Secundo q melius se habeant in autumno q̄ aliqua aliarum ætatum, cum iuuentue propter frigiditatem autumni, & sic similiter se habent hyeme. cū iuuentur per frigiditatem hyemis &c̄.

Rasis Auicē.

Corpm regēdo rū cañ.

Æstatis prīcipiū qd.

Puer quid.

Bñ degerē seu uiuere quid.

Expositio Marsilij sup Cōmē. Gal.

Non solum in ætatibus. Gal. cōmentando pręsentē apho. sic procedit. Primo. n. ponit unam ampliationem. Secundo tāgit causam uerificantem apho. Tertio infert partem apho. Quarto tāgit aliam ampliationem apho. Quinto tangit utilitatem huius partis, & extrema ęstatis. Sexto infert bonam ordinationem apho. verificando apho. Septimo iterato infert ampliationem primam. Secunda ibi (Naturis siquidem.) Tertia ibi (Quare puerorum ętas.) Quarta ibi (Et eadem ratione.) Quinta ibi (Adiunxit autem.) Sexta ibi (Magis autem exquisitus.) Septima ibi (Sic & naturarum.) De prima dicit, q si tu inuestiges & certum facias dictum Hippo. ipsum inuenies uerum non solum in ętatibus, sed in omnibus corporibus in cōplexione temperatis aut distemperatis.

Naturis siquidem &c̄. Nunc facit quod est dictum dicit, q optima tempora tēperata semper iuuant & confortant corpora & etiam naturales cōplexiones & etiā temperatas regiones, quasi dicat q temperate regiones maxime bonę sunt in optimo tempore anni, quia hęc tempora non mutant qualitates supple temperatorum corporum, immo potius cogunt ut custodiantur qualitates cōplexionales temperate, quia omne custodiendum custodiendum est suo simili, & econtra mutabilia mutantur per contraria. Quare puerorū ętas. Nunc facit quod est dictum dicens, q pueri & sibi affines ętate melius se habent in uere existentes inter alias ętates perfectiores in suis complexionibus qualitatiuis, quia hę ętates sunt meliores. s. puerorū & sibi affinium. Et eadem ratione. Nunc facit quod est dictum dicens, q secundū eā dem rationem considerandum est in omni regione temperata. s. ętates temperatas & corpora tēperata se habere. Adiunxit autem. Nunc facit quod est dictū dicēs, ueri adiūctum esse supple in littera principium ęstatis, intendens supple per principium ęstatis maiorari iuuamētum Magis autem exquisitus. Nūc facit quod est dictum dicens bonum tamen esset Hip. dicere sic. pueri optime se habent in uere. infantes in principio ęstatis. senes uero adiuuantur à caliditate ęstatis in frigiditate suę cōplexionis. ideo supple bene se habēt ęstate senes, similiter perfecti in iuuentute bene se habent in hyeme cholera rubea dominante iuuenibus contraria complexioni hyemis. Sic & naturarum. Nunc facit quod est dictū. Et continet hęc pars partes duas. Primo facit quod est dictum Secundo infert duas propositiones. vnam de uere & aliam de autumno. Secūda ibi (Illud pręterea.)

De prima dicit sic. q eodem modo intelligit de naturalibus cōplexionibus corporum supple respectu temporum, sicut est dictum de ętatibus, quia hyems est bona cholericis, temperatis uero regionibus, & supple complexionibus uer est bonū. ęstas uero bona est frigidis, hyēs uero calidis, & secundum eandem rationem intellige tēpora media. Illud pręterea. Nunc facit quod est dictum. & hęc in duas, secundum numerum duarum propositionum. Secunda ibi (Autumnus &c̄) In prima dicit perquirendum esse uer non omni ętati optimū sed pueris, ipsum tamen dixit Hippo. esse mediocre. Autūnus omni &c̄. Nunc facit quod est dictum ponens propositionem secundam. Et dicit autūnum esse nociuum omni ętati omni complexioni naturali & omni regioni minus tamen est nociuus calidis & humidis. s. corporibus secundum naturam, aut calidis & humidis. s. regionibus. Dubitatur utrum omne custodiendum sit suo simili conseruandum. Et sine formatione obiectorum dicā unum uerbum. Prima propositio. Omne conseruandum suo simili effectiue est conseruandum. Hęc propositio potest persuaderi sic. omne conseruandum est taliter conseruandum ut maneat tale &c̄. igitur omne cōseruandum suo simili effectiue est conseruandum. antecedens est notū per notitiā conseruationis, consequētia tenet, quia factiuum aliquid manere taliter potest denominari

Custodiēdū à si si custodit mutabile uero mutat à cōtrario.

Dubiū de custodiēdo a simili.

minari tale effectiue. Secunda propositio. Omne custodiendum inq̃tum custodiendum non aliunde sumpta sdicatione uel repugnantia per similia secundum denominationem actualia aut potentialia est conseruãdum. Propositio patet, quia taliter similia secundum denominationem non alio repugnante contrarium indicante custodiunt & non permutant. Tertia propositio. Nullũ corpus q̃tumlibet temperatũ etin gstate q̃tuncunq; tẽperata, sed omne membrum est penitus custodiendum. Propositio euidens est, quia quodlibet tale eget euentatione cordis. igitur. antecedens est notum. consequentia tenet, quia talis euentatio fit non solum ad conseruandũ, sed pręseruandum. Quarta propositio. Custodientia sunt custodienda similibus hoc est dissimilibus permutantibus. Propositio satis nota est. sic similiter concedẽdum est ꝙ aliqua corpora (ut temperata) conseruantur per similia, quia per minus dissimilia, immo similia secũdum denominationem. temperata enim corpora conseruantur per temperata secundum denominationem, quã uis aliquod istorũ tẽperatorũ alteret corpus tẽperatũ.

Aphorismus. 19.

AEgritudines quædam omnes in omnibus horis fiunt, quædam uero maxime secundum quædam earum fiunt, & exacuuntur.

The. Morbi omnes quidem temporibus omnibus accidunt, sed nonnulli certis quibusdam & oriuntur & irritãtur.

Leo. Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam uero magis in quibusdam ipsorum, & fiunt, & excitantur.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens aphor. sic continuatur ad pręcedentẽ. Postquam Hippo. in præcedenti aphor. pręmisit quandam comparationem ætatum ad tempora anni, in præsenti aphor. ponit comparationem generationis ægritudinũ ad tempora anni. Et continet partes duas. Primo tangit generalem comparationem. Secundo specialem magis. Secunda ibi (Maxime uero quædam.) In prima Hipp. uult conclusionem hanc. Omnes ægritudines aptæ sunt fieri in omnibus temporibus. Conclusio probatur sic. illi effectus in omnibus temporibus sunt possibiles quorum causæ in omnibus temporibus sunt possibiles. sed morborum omnium in omnibus tẽporibus causæ sunt possibiles. maior est nota, quia stante possibilitate causę, stabit & possibilitas effectus apparebit minor in littera. sic conclusio ponitur. certe omnes morbi in omnibus tẽporibus fieri possunt. In secunda facit quod est dictum & uult conclusionem talem. Aliquæ ægritudines maxime fieri possunt & acui in quibusdam temporibus. Conclusio probatur sic etiam illa maxime fieri possunt in quibusdam temporibus & acui, quorum causas maxime conuenit illis reperiri temporibus, sed quorundam morborum causas maxime quibusdam conuenit reperiri tẽporibus. ergo. maior est nota. minor etiam patebit. sic in littera conclusio explicatur. quędam ægritudines maxime fieri possunt & acui secundum aliqua temporum.

In tex. 41. Ægritudinũ fiẽda ꝑnosticus cañ Alber. Morbus dicit câm

Ad intellectum apho. primo est notanda cõcordia, quę quantum ad partem secundam aphor. habetur secunda primi. doct. secunda. primo cap. aer calidus totius uero apho. sententia habetur tertio pronosticorum in illa parte. Scito omnes ualitudines &c̃. & est in fine libri. Secundo est notanda utilitas. est enim præsens apho. utilis quantum ad actum pronosticum, ut est euidens. Tertio est notanda ampliatio. non solum enim de morbis apho. continet euidentiam, sed etiam de neutris dispositionibus & sanitatibus efficiendis aut conseruandis.

Quarto est notãdũ ex Alberto & est ampliatio apho. ꝙ per morbos intelligere possumus alia præter naturam ut causas & accidentia. Quinto est notandum aphor. non solum intelligi de temporibus immo regionibus, cõplexionibus naturalibus, ætatibus, & sexibus. In his enim omnibus omnes morbi contingere possunt quamuis in quibusdam maxime quidam. Sexto notandum quosdam morbos fieri in quibusdam temporibus maxime, uel propter proportionem qualitatiuam temporum ad morbos efficiendos, aut propter dispositionem occultam aliquo tempore potissimum apparentem. omnes autem morbi omnibus possunt aduenire temporibus non merito temporum tantum, sed causa morborum tunc tẽporis existentium. Vltimo notandum. Morbi acuunt in quibusdã tẽporibus. i. prius existẽtes intẽdunt, quia acuti fiunt & periculosi prima expositio teneatur &c̃.

Expositio Marsilij super Cõmen. Galeni.

Si ambientis aeris. Gal. commentando præsentem apho. sic procedit. Primo cõmentatur ipsum. Secundo eius tangit unam ampliationem. Secunda ibi (Non paruum autem.) Prima in tres. Primo tangit propositionẽ ad ueritatem apho. facientem Secundo infert ueritatem apho. quantum ad partem primam. Tertio quantum ad secundam. Secũda ibi (Nunc uerò.) Tertia ibi (Omnes quidem.) De prima dicit sic, ꝙ si solæ complexiones aeris essent causę morborum necesse esset omnes homines ægrotare ægritudine simili tempori. Nunc uerò. De secunda dicit ꝙ cũ ęgritudines fiant ex mala diæta exercitijs & similibus necesse est omnibus tẽporibus homines infirmari posse & sic patet ueritas propositionis primo apho. Omnes quidẽ. De tertia dicit sic. ꝙ corpus infirmari conuenit in unoquoque tempore simili supple morbo cum tempus sit causa augmentatiua morbi sibi similis. Non parum autem. De ultima dicit sic. ꝙ diuersitates naturalium complexionum sunt adiutrices sup. in faciendo morbos, quia complexiones frigidæ & humidæ non patiuntur æqualiter, idest æqualibus morbis cõplexionibus calidis & siccis. & sic similiter intelligendum est dr alijs supple complexionibus & simplicibus & compositis quædam ergo complexiones ad quosdam sunt inclinatæ morbos.

Aphorismus. 20.

Vere siquidem maniæ, & melancholiæ, et epilepsiæ, sanguinis fluxus, squinantes, coryzę, brãci, tusses, lepræ, lichenes, alphi, rubores ulcerosi plurimi, pustulæ, & arthericæ.

Vere enim atræ biles, furores comitiales, profusiones sanguinis, anginę, tusses, grauedines, raucedines, lepręs, impetigines, uitiligines, pustulæ ulcerosæ plurimæ, tubercula, articulorum dolores. The.

Vere & enim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia sanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tusses, & impetigines, & uitiligines, & pustulæ ulcerosæ plurimę, & tubercula, & articulorum dolores. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Presens aphor. 20. continuari potest ad precedentem sic. Postquam Hippo. in aphor. precedenti premisit morbos omnes omnibus posse euenire temporibus, aliquos tamen exacui secundum quedam temporum, nunc exequitur ostendendo in quibus temporibus maxime quidam morbi contingant. Et potest diuidi pars presens in quatuor partes. Primo tangit morbos seu accidentia cõtingentia uere. Secundo ęstate. Secundo autũno. Quarto hyeme. Secunda ibi aphor. 22. (Æstate uero quedam &c̃) Tertia ibi aphor. 23. (Autũno uero.) quarta ibi (In hyeme uero pleuretides.) Presens aphor. continet partes septem. Primo Hippo. tangit morbos seu accidentia contingentes in uere, qui sunt cerebri lęsiones. Secunda tangit accidens magis attributũ naribus. Tertio tangit accidens attributum gutturi. Quarto tangit

duo accidentia quorundam emunctoriorum cerebri. Quinto tangit accidens pulmonis & membrorum pectoralium. Sexto tangit quasdam cutis defędationes. Vltimo tangit iuncturarum lęsionem Secunda ibi(Et sanguinis fluxus.) Tertia ibi(Et squinantię)Quarta ibi (Et coryçe & brāchi.) Quinta ibi(Et tusses.) Sexta ibi (Et lepra.) Septima ibi(Et arthetic̨ę) In prima parte uult Hippo. conclusionem hanc. Manię melancholię & epilepsię fiunt uere. Conclusio probatur sic. illi morbi uel lęsiones fiunt uere, quarum causę reperiuntur in uere ex temporibus precedentibus & dissoluuntur & commouentur propter caliditatem ueris. sed maniæ melācholię &c̄. sunt huiusmodi. igit̄ &c̄. maior nota est. colligit̄ minor ex cōmento Cōclusio sic in littera ponit̄. certe manie melancholię & epilepsię fiūt in uere. In secunda fatit quod est dictū. & uult conclusionē hanc. In uere multiplicatur fluxus sanguinis. Cōclusio probat̄ sic. illo tēpore multiplicat̄ fluxus sanguinis, quo tēpore multiplicat̄ & dissoluit̄ sanguis, & quo tempore natura purgat super abūdantē humorē. sed in uere multiplicat̄, &c̄. ergo. maior est nota. quia talia sunt causa fluxus sanguinis. minor ex cōmen. colliget̄. cōclusio sic in littera ponit̄. & in uere multiplicat̄ supple fluxus sanguinis. In tertia facit quod dictū est dicens hanc cōclusionem. Squinantię multiplicant̄ in uere. Cōclusio probatur sic. illo tēpore, quo humores dissoluuntur fluxuri ad guttur & apti apparere guttur fieri pñt seu fiunt squinātes. sed hoc est in uere. ergo. maior nota est per causas squinantū. minor colligit̄ ex cōmē. cōclusio in littera est talis & supple in uere multiplicant̄ squinantię. In quarta facit quod est dictū & uult conclusionē hanc. Brāchi & coryçę multiplicant̄ in uere. Cōclusio arguitur sic. illo tēpore quo dissoluūtur humiditates cerebri fluxurę ad fauces & nares multiplicantur seu multiplicari possunt branchi & coryzę. sed hoc est in uere. maior nota est. apparebit minor. cōclusio hęc est. branchi & coryçę sup. multiplicātur in uere. In quinta facit quod est dictū & uult conclusionē hanc. Tusses multiplicātur in uere. cōclusio probatur sic. illo tēpore quo dissoluuntur humiditates cerebri & fluunt ad pectus & pulmonē multiplicantur tusses. sed hoc est in uere. ergo. maior est nota. minor apparebit. cōclusio in littera ponitur. et supple in uere multiplicātur tusses. In sexta facit quod est dictū cōcludendo implicite in uere multiplicari cutis defedationes &c̄. Conclusio probatur sic. illo tempore cutis defedationes multiplicantur quo tēpore natura expellit malos humores ab interioribus ad exteriora & à membris nobilibus ad membra ignobilia. sed hoc facit in uere. ergo. maior est nota, quia per talem expulsionem causanē hę defędationes. minor propositio tangitur in cōmen. cōclusio sic explicatur in tex. lepra, lichines, alphi, rubores ulcerosi plurimi & pustulę sup. multiplicantur in uere.

In septima fatit quod est dictū dicens ꝙ arthetic̨ę seu lęsiones iuncturarū multiplicantur in uere. Conclusio probatur sic. illo tempore quo rarificantur & dilatātur iuncturarū concauitates & dissoluuntur humores fluxuri ad iuncturas multiplicantur arthetic̨ę. sed hoc est in uere. maior est nota minor etiam apparebit. cōclusio sic explicatur in littera. & arthetic̨ę supple multiplican-
Hippo. tur in uere. Ad intellectū apho. est notanda concordia, que habetur tertio pronosticorū. cōmen. 40 & partim 17. Continentis ca. de aere allegato sepius habetur etiā
Halya. quinto theoric̨ę 1. ca. horum in singulis habetur quar-
Auicē. to. Secunda primi doc. 2. cap̄. illo. aer calidus. Secundo
Ægritudinū in uere pnosticus p̄ uisiuusq canon. est notanda utilitas est enim presens apho. utilis quantū ad actum pronosticum ac etiam quantum ad actum preuisiuum. euacuando enim corpora hos possumus preuidere morbos. Tertio notandum ad ampliationem non solum hos morbos uere contingere sed etiam alios euenientes, propter dissolutionem humorum in uere factam quia tamen isti sunt plures contingentes eosdem explicauit in littera Hip. Quarto etiam memorando Hip. hic loqui de uere suam tenente naturam. Quinto etiā notandū hos morbos in uere contingere de per accidēs, quia propter errores factos in alijs temporibus & non de per se à uere cū sit tēperatū. Literalia alia dicā i dubio.

Expositio Marsilij super Cō. Gal.

Et quomodo. Gal. cōmentando presentē apho. duo facit. Primo mouet quādā quæstionem. Secundo soluit. Secunda ibi(Manię quolibet.) In prima parte format̄ dubium hoc modo. Verum in uere fiāt dicti morbi. Quod non arguitur sic. uer est sanissimum & minime mortiferum ergo consequentia tenet, quia si in ipso fiant morbi sicut dicitur hic erit uer infirmius alijs temporibus cū supple plures morbi dicantur in ipso fieri. De ista consequentia duo facit Gal. Primo tangit consequentiā. Secūdo probationem. Dicit ergo Gal. sic ꝙ si sit taliter, sicut dicitur hic. s. de generatione infirmitatum in uere, quomodo intelligit Hip. hoc dictum superius, uer esse sanissimum & minime mortiferū, cum hic dicat ipsum alijs temporibus infirmius. Furores etenim. Nunc soluit dictam quæstionē. Et continet hęc pars partes duas. Primo tangit morbos temporibus magis appropriatos. Secundo tangit solutionem quæstionis. Secunda ibi(Sed hæc omnia.) Prima in quatuor. Primo tāgit morbos autumnales. Secundo hyemales. Tertio remittit nos ad sequentem pro notitia æstiuorum. Quarto tāgit morbos uernales. De prima dicit ꝙ maniæ melancholiæ epilepsiæ & squinantiæ sunt morbi autumnales. De secunda dicit, ꝙ brāchi, coryçæ, & tusses sunt morbi hyemales.

De tertia dicit Hip. tacturum postea morbos æstiuos & affinitatem ęstatis & ueris dicentem. in ęstate quędā borum scilicet morborum ueniunt. De quarta dicit ꝙ hi morbi plus nascuntur in uere q̄ in alijs temporibus, fluxus sanguinis leprę lichines alphi rubores plurimi ulcerosi pustulę & arthetic̨ę. Sed hęc omnia. Nunc facit quod est dictum, Et continet partes duas. Primo soluit ad quęstionem ostendendo uernales morbos esse salubres. Secundo de directo soluit ostendendo morbos nō per se à uere prouenire. secunda ibi(Si uerò aliquod corpus.) Prima in duas. Primo premittit hos morbos ueris esse salubres. Secundo infert generationem horum in uere. secūda ibi(Nā hoc ipso tpe.) De prima dicit sic ꝙ hē morbi uernales omnino sunt salubres. ideo confirmatur Hippo. dicere uerum dicendo uer esse sanius q̄ infirmius cum in uere interiora et exteriora corporum mundificent̄ & mali humores deriuent̄ seu pellant̄ de mēbris nobilibus & principalibus ad cutē. Nā hoc ipso tpe. De secunda dicit ꝙ quia expelluntur tales humores &c̄. supple ideo excoriatur cutis & generantur alphi lichines & pustulę, adhuc etiam aliter mundificato corpore per rubores ulcerosos pustulas & artheticas, quorum omniū est causa transitus humorum à membris nobilibus ad membra ignobilia sanguinis etiā fluxus sine dubio purgat abundantiam malorum humorum auferendo morbos nascituros ex tali materia mala. Si uerò aliquod corpus. Nunc facit quod est dictum & continet hęc pars partes tres. Primo premittit intentionem suam Secundo confirmat dictum suum per quoddā simile. Tertio confirmat per actionem calidi naturalis. Prima in duas secundum numerum duarum propositionum pro solutione facientium. De prima ditit sic. ꝙ si uer inueniat corpus ęqualiter & debite in suis humoribus temperatum ipsum custodit in illa perfectione & sui parte & cōplexione nihil inferendo mali Dicit secundo ꝙ autumnus ęstas & hyems econtra faciunt ex sui tamen parte corpore inuento mundificato sibi morbum generando similem ut ęstate rubeam choleram seu calidum morbum, hyeme uero phlegma & supple morbum frigidū autūno uero nigrā cholerā & supple morbū melicum. Dicit tertio uer idē in corpe facere quod exercitia in sa-

nis

nis corporibus in qbus exercitatis plenis phlegmate aut humore alio propter exercitiũ generantur epilepsię apo plexię, & aliquando in pulmone uenæ crepant, & quibusdam febres acute nascuntur. dum uero exercitia mũdificant interiora corporum humores expellunt ad exteriora, ideo pustulę in cute nascũtur & scabies. exercitia ergo in corporibus mundificatis generãt pustulas. in uere uero generantur hę, quia humores mali dissoluti propter caliditatem aeris circundantẽ corpus egrediuntur ad cutem ibi supra manentes. Nõ solum autem. Nũc facit quod est dictum dicens non solum exercitia ueri assimilanda fore in actione corporum sed etiã actiones naturalium cõplexionũ seu calorem naturalium sup. simi lantur ueri. nõ. n. semper sup calores naturales resoluũt à corporibus resolutione uocata occulta à medicis, imo sup. aliquando humores expelluntur ad cutem sensibiliter faciendo pustulas. cum tamen hę actiones mundificãt corpus pellendo sup. superfluitates à mẽbris nobilibus ad ignobilia exteriora, liberant corpora à futuris ęgritudinibus sup. malis et periculosis. Primo dubitaŕ. Vtrũ in uere seruante propriam naturam plures morbi contĩgant q̃ in non seruante propriam naturam. Respondendum q in seruante propriam naturam contingunt morbi de per accidens (ut est dictum) quorum quidã appropriantur ueri, propter tẽperatam caliditatem ueris extrahendo materiam causare illos morbos. ideo quia pro causatione istorũ plus operatur cõplexio ueris, ideo appellati sunt appropriati ueri. Secundo dicendum q in uere non seruante naturã propriã morbi cõtingere possunt merito cõplexionis ueris, utrum plures uel pauciores dubium est propter multiplicem fore mutationẽ ueris à naturali dispositione. Secundo dubitatur quomodo exercitium hoc efficiat cum resoluẽdo excuset à pharmacia, ut patet tertia primi. ca. de exercitio. Dicendum exercitium efficere ea que in parte posita sunt. Ad dubiũ ergo dicendũ q exercitia excusant &c̃. corpora nõ ualde repleta, ualde uero repleta nocentur ab exercitio propter dictas causas.

Dubiũ

Auicẽ. Exercitij effectus

Aphorismus. 21.

AEstate uero quædam horum, febres continuæ & causon, & tertianæ plurimæ, & uomitus & diharriæ: & oculorum et aurium dolores, oris ulcerationes, & pudendorum putredines, & desudationes:

The: Æstate nonnulli ex his, ac febres cõtinuę, & ardores, & tertianę plurimę, uomitiones etiam, alui profluuia, oculorum & aurium dolores, oris ulcera, genitalium putredines & sudamina.

Leo: Æstate autem nonnulli horum, et febres continuę et ardentes, & tertianę febres, & quartanę, & uomitus, & alui ꝓfluuia, & lippitudines oculorũ, & auriũ dolores, & oris ulcerationes, gentaliũ putredines, & sudamina.

Expositio Marsilij super apho.

Presens apho. sic cõtinuatur ad precedentẽ. Postquã Hip. in precedenti apho. ostendit morbos contingentes i uere, nunc ostendit morbos contingentes in ęstate. Et continet apho. duas partes. Primo tangit conuenientiam ęstatis ad uer in quosdam causando morbos. Secundo rãgit morbos ęstati magis proprios. Secũda ibi (Et febres continuę.) In parte prima Hip. uult hanc conclusionẽ. Quidam morborũ uernaliũ causantur ęstate. Conclusio probatur sic. in illo tempore causantur morbi uernales, quod tempus similatur ueri. sed ęstas est tempus, qđ similatur ueri. igitur. maior est nota. minor tangitur in principio cõmenti. cõclusio sic in littera dicitur. & quedam horum. s. nocumentorũ uernalium ęstate. s. fiunt.

In secunda parte Hip. facit quod est dictum. & uult cõclusionem istam. Febres continue causon &c̃. causantur ęstate. Propositio persuadetur sic, ille ęgritudines causãtur ęstate. quarũ causas cõuenit ęstate reperiri. sed causas istarum passionum conuenit æstate reperiri. igitur. maior est nota. colligitur minor uerificãdo apho. & partim sumitur in cõmento. cõclusio sic ponitur in littera. Febres continuæ causon plurimæ tertianæ uomitus fluxus humorales opthalmiæ dolores oculorum et aurium ulcerationes oris putredines uulnerum putredines pudẽdorum pustulæ etiam exasperantes cutem æstate cõtingunt. Primo ad intellectum apho. est notãda apho. cõcordia, quæ habetur quinto. Continẽtis. ubi supra. habetur secũdo quinto theoricæ 1 ca horum in singulis. & secunda primi. doct. 2. ca. 6. cuius initium. Aer calidus. illa parte. Æstiuæ ægritudines. Secundo est notanda utilitas. est enim utilis quantũ ad actu pronosticũ & preseruatiuum. scitis enim causis propter quas æstate hi morbi contingunt, corpora apta his morbis possumus ꝑseruare. Tertio est notanda ampliatio. non enim dicendum hos morbos solum contingere æstate, imo & alios recitatos secunda primi. alle. c. hos autem tanquam communiores hic explicatos. Quarto notandum Hip. hic intelligere de æstate non seruante propriam naturam, sed à propria natura mutata uersus humiditatem, ut patet per Gal. in cõmen. Quinto notandum. Æstatem i parte prima sumit pro principio æstatis, ut patet in principio cõmẽti, q quia simile fini ueris causat aliquos morbos consimiles ut lepram lichines alphos pustulas rubores ulcerosos plurimos trahendo materiam ad cutem nõ sic autem causat alias uernales passiones iam paucificatis materijs. Sexto notandum Febres continuas intelligit febres continuas de quacunq; materia sint absolute appellatas continuas, quæ non causantur æstate, quia cuiuscunque talis materiam cõtingit multiplicari æstate, sed quia materiam intra uenas existentẽ maxime æstate putrefieri conuenit. Septimo notandũ quãuis causon sit feb. continua, tamen quia est continua cum magno caumate seu calore propter materiã eius esse in uenis ꝓpinquis cordi, ut patet prima quarti. tra. 2. c. 32. siue hic materia sit cholerica siue phlegma salsum ideo nomine speciali dixit causon. Octauo notandũ quia dicit́ plurimæ tertianæ q per tertianas plurimas intelligere possumus tertianã purã & non purã & interpolatã & continuam ꝓportionalẽ, quæ causantur cholera maxime mobili ad putrefactionẽ æstate. uel causant́ tertianæ plurimæ, quia pluribus corporibus & pluries uenientes. Nono notandũ. q causant́ & uomitus maxime cholerici, choleris superiora petẽtibus. iõ dictũ est. quarta apho. apho. 4. purgare qdẽ æstate. 10. notandũ. q in æstate causant́ diarrhoeæ. i. fluxus humorales & maxime cholerici. nã multũ cholerica materia ad intestina deriuãte aut cholera grossiori exñte & inferiora petente. Itẽ causantur fluxus aliorũ humorũ æstate subtiliante mobilitante amplius humores. per diarrhias intelligendo etiã dysinterias cõsequẽtes acuitatẽ humorũ ex æstate factam & intestina excoriantẽ. 11. notandũ. q in ęstate causant́ opthalmiæ & maxime siccæ choleris a cerebro defluentibus ad oculorũ cõiunctiuas, maxime tamen i corporibus dispositis & malo regimine rectis. 12. etiã notandũ. In ęstate causant́ dolores oculorũ & auriũ, ꝓpter cõsimilẽ causam, aut etiã ꝓpter siccitatem æstatis oculorũ tunicã exteriorẽ exasperantem, unde in motu oculi quasi spina percipit́. 13. etiã notandũ. In æstate causant́ uulnerationes oris seu ulcerationes ꝓpter cholericã materiã ad labia defluẽtẽ uulnerantẽ seu ulcerãtẽ, aut ꝓpter nimiã siccitatẽ ęstatis labia nimiũ exiccantẽ, unde soluitur labij continuũ. 14 notandũ. In æstate maxime mutata natura ꝓpria uersus humiditatẽ putredines in uulneribus causant́ caliditate ebulliente & humiditate ebullibili concurrentibus. 15. notandum. In æstate causantur putredines pudendorom. Primo per putredines intelligendo multas & fœdas illarum partium superfluitates. Aut etiam intelligendo uarias pu-

Rasis Halya. Auicẽ. Æstiuarũ ęgritudinũ ꝓnostic us pręseruati uusque canon.

Æstas dupl'r

Feb. cõtinua quid

Causon quid Auicẽ. Tertiana plurima qd

Putredo pudẽdorũ qd

tredines, q̄a pustulas putridas, aut alias putredines quę
causantur in ęstate, maxime cum fuerit uersa in humi-
ditatem, licet enim pudenda sint neruea satis, quia tamē
satis sunt loca expulsionum, quia etiā fortiter confrican
tur & delitiose ad ipsa multę decurrunt superfluitates.
plures tamen ad pudenda mulieris, in prōptu est causa.

Vltimo notandum. In ęstate seruante propriam natu
ram uel non, causantur desudationes, quia quędam pu-
stulę deorsum à sudatione manentes. propulsa enim su- (Desudatio qd.)
doris materia ad cutem, & eius per poros cutis parte sub
tiliori propulsa, grossiori remanente cholerico fit pustu
latio aut quędam exasperatio cutis. hoc ergo appellatur
desudatio, quasi de sudatione uel de sudore factum uel
eius materia, uel deorsum remanens à sudore. ubi enim
sudans materia pulsa est sursum & exterius hic mansit
deorsum & interius.

Expositio Marsilij super Cō. Gal.

Æstate inquit. Gal. cōmentando etiam pręsentem
apho duo facit Primo uerificat apho. quantum ad par-
tem primam. Secundo quantum ad residuum. Secunda
ibi (Inquit enim alios.) De prima dicit hip testari quo-
sdam uernales morbos nasci ęstate intelligendo princi-
pium ęstatis nam sicut Hip. assimilauit principiū ęsta-
tis in complexione aeris fini ueris, ita hic similauit initi-
um ęstatis in gerēdis morbis fini ueris. Inquit enim ali
os. Nunc Gal. facit quod est dictum. Et continet pre-
sens pars partes duas. Primo facit quod est dictum prę-
mittendo morbos ęstati proprios. Secundo per causas ue
rificat partem Secunda ibi (Nam & uomitus.) De pri-
ma dicit Gal. Hip. dixisse tamen morbos quosdam ęsta
ti proprios, ut febres continuas causonem & tertianas &
morbos ceteros de rub. cholera fientes. Nam & uomi-
tus. Nunc facit quod est dictum. Et continet partes du
as. Primo facit quod est dictum. Secundo nostram aliā
supplendo translationem dubio satisfacit. Secunda ibi
(Quesierunt aliqui medicorum.) Prima in tot partes
diuiditur quot uerificat. De primo dicit uomitus esse
scilicet in ęstate cholera rub. natante & ebulliēte in ore
stomachi, quam multiplicari conuenit ęstate eius calidi
tate & sic. Et uentris profluuia. Dicit secundo causa-
ri diharrias choleris inferiora petentibus, ut in notatis
super apho dictum est. Lippitudines quoq;. Dicit ter
tio causari opthalmiam impletis capitibus & sup. deflu
xis humiditatibus ad oculos. Sic & auriū. Dicit quar
to Gal. alias passiones ultra istas narratas in apho. nasci
de replexione capitis pulsis superfluitatibus à capitibus
in membra, unde oris ulcerationes consequuntur de pul
sis superfluitatibus ad os, ut dictum est. Genitaliū ue-
ro. Dicit quinto q̄ putredines non nascunt sępe in uul-
neribus, nisi ęstas mutata in humiditates, aut carente
uentis aut in ipsa flante austro si ęstas fuerit aliquo mo-
do uentosa & non solum in uulneribus causabuntur pu
trefactiones, immo in omnibus membris hoc Hip. testā
te in tertia particula ępidimię, ęstate tamen mutata in
paruam humiditatem ex parua causa etiam putrefactio
nes causantur causa humiditatis & ca. Pro parte no-
tandum q̄ cum ad causandum putrefactionem caliditas
& hu. requirat, ut colligitur in cōmento presenti, ideo I
uulneribus quantum est per se merito qualitatum ęsta-
tis non causantur notabiles putrefactiones siccitate ęsti
ua ad hoc non inclinante, propter tamen dispositionē pas
sorum possibile est in æstate multas consequi passiones.

Sudamina. Nunc Gal. facit quod est dictum dicens.
scilicet desudationes nasci in æstate in cute exteriori ex
asperantes cutem exteriorem sicut uulnera, quarum cā
est nimius sudor cholericus modo exposito super apho.
vnde græci uocant abusiue has pustulas desudationes,
quæ quomodo dicantur desudationes uisum est super
aphorismos. Hoc omne Gal. non est sed credendum ali-
cubi Marsil. legisse & explanasse. Quæsierunt &c.

Nunc facit quod est dictum dicens quosdam quæsisse
medicos, quare putrefactiones fiāt secundū anū et pudē
da, cū tamē hęc mēbra nō sint humida, imo neruosa po
tius & dicūt cōtinuū defluxū humiditatū ad ista mem
bra esse causam huius putrefactionis, nō quia hęc mem
bra sint humida secundū naturam & maxime pudenda.

Aphorismus. 22.

**Autūno uero: & æstiuorum multa, & febres
quartanæ. & errantes, & splenes, & hydropes, et
phthisis, & ulcerationes, & stranguriæ, & liente
riæ, & ischiades, & squinātes, & anhelitus, & ilei,
& epilepsiæ, & maniæ, & melancholiæ.**

Autumno magna pars ęstiuorum, atq; etiam febres (The.)
quartanę, & erraticę, lienes, aquę intercutē, tabes, stil-
licidia urinę, leuitates intestinorum, coxendices, angi-
nę, anhelationes, uoluuli, comitiales, atrę biles, furores.

Auctūno uero, & plurimi, uel ęstiui morbi fiunt, & (Leo.)
febresq; quartanę, & erraticę, & lienes, aquę intercutem,
& tabes, & stillicidia urinę, & difficultates intestinorū,
& leuitates intestinorum, & coxendicum dolores, et an
ginę, & anhelationes (quas græci asthmata uocant) ilei
morbi comitiales, furores, atrę biles.

Expositio Marsilij super apho.

Intentio Hip. in apho pręsenti est tāgere morbos au-
tumno contingentes. Et diuiditur presens aphor. in duas
partes. Primo tangit q̄dam colligantiam autūni ad ęsta
tem. Secundo tangit morbos autumno appropriatos. Se
cunda ibi (Et febres quartanę.) In prima ait. Hip. con-
clusionem hanc. Multi morbi ęstiui causantur autūno,
quorū causas ex ęstate relictas autūno reperiri cōuenit.
sed multorū morborū materialiū ęstiuorū causas autū
no reperiri conuenit &c̄. ergo. maior est nota cuilibet.
minor in principio cōmenti. Conclusio sic in littera po-
nitur. multi ęstiui morbi fiunt autūno. In secūdo Hip.
facit quod est dictū intendens hanc multiplicē cōclusio
nem. Febres quartanę & errantes &c̄. quæ ponuntur in
parte causant autūno. Cōclusio probatur sic. illi morbi
causantur autūno, quorū adequatę causę reperiunt au
tumno. igitur. maior nota est cuilibet. minor declaratur
per processū cōmenti. Cōclusio sic in littera ponitur. Fe
bres quartanę etiam febres errantes & passiones splenū
& hydropes & phthisis & strāgurię & lienterię et ischia
des & squinantes & difficiles anhelitus & passiones ilio
cum & epilepsię manię melancholię causantur sup. au-
tumno. Primo ad intellectū apho. est notanda apho. cō
cordia quę habetur. 17. Cōtinentis. c. alle. superius: ha (Rasis)
betur. 2. 5. theoricę. alle. cap̄. 3. habetur secūda primi. (Halya.)
doct. 2 & 6. cap̄. prealleg. Secundo est notanda utili- (Auicē.)
tas apho. ualet. n. quantū ad actum pronosticū ac etiā p̄ (Autum)
seruatiuū. per ipsum enim scimus pronosticari, qui autū (nalium)
no sint morbi uenturi scimus etiā ex causa apho. pręsen (morbo)
tis corpora disposita his morbis preseruari. 3. notandū (rum p̄)
est ampliatio aphor. dicendo non solū autūno hos posse (nosti-)
cōtingere morbos, imo & alios, ut patet locis alle. hi ta- (cus p̄ser)
men quia cōtores & famosiores hic nominati sunt. non (uatiuus)
solū etiā a autūno hi pñt cōtingere morbi, imo etiā neu- (q̄ canō)
tralitates prone ad hos morbos. 4. notandū. Aphor. in-
telligi de autūno suā seruāte naturā, ut potest colligi ex
cōmen ac etiā per propriā autūni naturā, q̄uis etiā ueri
ficari possit I autūno à propria natura mutato uersus cō
trarias qualitates, ut facto frigidiori & sicciori. 5. notā
dum. Apho. in prima parte uerificari, maxime q̄tum ad
primā partē autūni, quia principiū autūni cō simile est
fini ęstatis, eo etiā quia materiæ ex æstate relictę maxi-
me cōseruant in autūni principio, nō sic autē in medio
& à fine ut apparebit. 6. notandū. Morbi ęstiui qui cā
ri pñt autūno pñt esse febres cōtinuę causon &c̄. ppter
cās assignatas & materias morborū autūni ex ęstate reli
ctas, q̄uis morbi ęstiui ppter dispōnes passorū ppter ē t
sordinatū regimē possit cōtigerē sic apho. dicere. 2. mō,

Ægritudines

Ægritudines quidem omnes. Septimo notandum. Febres quartanas fieri in autumno continuas & interpolatas propter materias quartanarum in autumno esse repletas. Primo enim propter conformitatem autumni frigidioris et siccioris materię multiplicantur melancholicę. Item etiam propter adultionem æstate factam relictis adustis materiebus febres generantur melãchonice seu quartanæ.

Quartanę materia. Auicē. Hypp.

Nec mirãdum quartanas generari hiamodis, cum materia quartanæ sit melancholica naturalis uel adusta, ut sumić prima quarti. capi. de quartana. & tertio pronosticorum. cõmen. 39. ad cõmen. principium. memorando semper materiam adustam facientem quartanam non totaliter adustam esse & incineratam, eo ꝙ cinis non est uehiculum putredinis. Causantur etiam interpolatæ uel continuæ, secundum contingentiã putrefacientis materię intra uenas uel extra uenas. in hoc enī continuæ separantur ab interpolatis prima quarti &c̄.

Febris errans quid

Octauo notandum. Hyp. per febres errantes intelligit febres non unum modum afflictionis obseruantes, uel quia nullius certi humoris obseruant periodum, uel qa secundum nullius temporis morbi ordinem affligendo procedunt. Exempli causa si nunc affligatur infirmus febre, & iterum in die tertia, deinde in quarta, deinde in quinta, & sic ulterius istę febres appellabuntur errãtes. scilicet ab inordinato humorum modo in affligendo, similiter si infirmus affligatur cõtinue de tertio in tertiũ anticipante aliquando paroxismo aliquando manente æqualiter, aliquando postponendo, & iterum anticipando hanc fe. errantem poterimus appellare, ac etiam mordinate. uagantem, ac etiam inconsistentem. Primus tamen modus cõmuniter intelligitur, quæ febres errantes causantur, propter diuersitatem materierum primo in subtilitate & grossitie, ac etiam in situ ac eius forma cõtingentem autumno, propter eius diuersitatem nunc ad calorem nunc ad frigus propter etiam debilitatem uirtutis non potentia ęquare humores, ad quas febres errãtes quartanæ plurimum consequuntur dicente Hypp. tertio pronosticorum textu commen. 29. Febribus inordinate uagantibus quartanæ futuræ sunt, eo ꝙ talis erratio febrium plurimum à materia grossa & diuersa depē det. cuius solutio subtili & grosso remanēte terreo quartanæ consequuntur & maxime autumno. Nono notãdum. Passiones splenum autumno contingunt, quia oppilationes aut apostemata & splenum durities, quæ omnia contingunt propter multæ melancholiæ in autumno abundantiam. qua delata ad splenem durities consequitur aut apostema. Spleni autem hæc pluries cõsequũtur tanquam receptaculo melanchonię. Ex cuius passione & colligantia plurium membrorum læsiones consequuntur. Primo stomachi pluri melãcholia, ut luto missa ad stomachum, ut percipiat infirmu a tēpore accessionis quasi rem adustam aut lutum. Ex passione etiã splenis consequuntur hydropes. hydropes inquam tympanites & ascites & hyposarca debilitata digestiua hepatis. aliquando diminute ut sanguinem gignat. aquosum faciendo hyposarcam. aliquãdo uero debilitata amplius ut faciat uentositatem tympaniticam. aliquando multum, ut faciat ascitem & aquositatem.

Hydropis cuiuslibet spēi cã.

Decimo notandum hic per essentiam & proprium hepatis nocumentum hydrops causari potest autumno debilitante sua inordinatione uirtutem hepatis digestiuam multiplicante etiam grossos humores, qui possunt oppilare hepar, ad quã oppilationem potest hydrops sequi. 11. notandũ. Phthisis causatur autumno, maxime in corporibus phthisi apparatis propter frigiditatem & siccitatem autũni ad uenarum fractiones disponentes, ut de frigiditate dictum est cõmen. 16. tertio huius Itē causatur autũno phthisia propter corruptos humores, quia adustos & putrefactos. quibus ad pulmonem transeuntibus pulmonia consequitur ulceratio & phthisis.

Strãguriæ cã

12. notandum In autũno stranguriæ consequuntur. nam propter inordinationem autumni nunc ad calidum nunc ad frigidum generantur sup. propter caliditatē acuti humores, qui inclusi propter frigiditatē corpori contingentē, propter acuitatem uesicarum faciunt strãguriam, in æstate uero humores calidi dissoluuntur & trahũtur ad exteriora.

Lienterię cã.

13 notandum. Autumno lienterię causantur. Primo propt ulcera in superficie stomachi interiori causata ꝑpter humores acutos in autumno relictos & genitos sua acuitate interiorem stomachi superficiem ulcerantes. ideo assumpto cibo, propter ulcera statim nocumento percepto quasi in quantitate consimili emittitur & qualitate, qđ dicitur lienteria 6. apho. cõmen. primo. Secundo modo causatur lienteria propter defectum contentiuæ uirtutis, ut patet ibidem tertio modo causatur lienteria in autumno uirtute stomachi & intestinorum ualde debilitata, propter autumni inordinationem multiplicatis etiã in autumno, propter inordinationem autumni humiditatibus contentiuam debilitantibus stomachi.

Sciades qd, & ancha

14 notandum. Autumno multiplicantur sciades, idest passiones seu dolores ancharum, per anchas alias intelligendo iuncturas. Primo causantur dolores sciarum, ꝑpter frigora autumni lædere partes illas neruosas & ossuosas, propter etiam malorũ humorum defluxum ad scias autumni tēpore claudente & in scijs constipante materias.

Squinantia duˣ.

15. notandum. Squinantiæ causantur autumno, propter autumno constipare (ut est dictum) materias intrinsecus ut defluant intrinsecus ad guttur. Squinantiæ tamen (ut tangitur in commen.) autumnales differunt à uernalibus quia autumnales plurimum sunt cholericæ, sup. etiam adustæ melancholicæ, primo ex æstate choleris relictis ad autumnum & constipatione autumni & compressione defluxis in guttur. Vernales autem sunt phlegmaticæ (secundum plurimum) propter enim hyemem in capitibus relicto phlegmate dissoluto per uer defluit in guttur faciendo squinantiam.

Asthma qd.

16. notandum difficultatem anhelitus causari autumno propter malos humores motos per compressionem transmissos ad pulmonem et uias anhelitus. propter etiam frigiditatem autumni hoc aliquando conuenit ut doleat pectus & nõ debite ualeat extendi, aliquando consequitur ęgritudo pulmonis appellata asthma, ut difficultetur anhelitus cum quodam sonitu gutturis & pectoralium propter præsentiam malæ materiæ oppilantis.

Iliũ dicitᵉ duˣ.

17. notandum Autumno causantur ilia idest passiones iliorum. per ilia tamen non solum intelligenda intestinum appellatum sed intestina gracilia. quæ passiones contingunt uel propter frigiditatem autumni plua gracilia debilitantem, quia graciliora sunt debiliora. uel causantur etiam dolores & apostemata & oppilationes plus compatientibus gracilioribus intestinis stomacho ideo humores calidi & subtiles multiplicati in æstate & in autumno reclusi defluentes ad intestina has inferunt passiones.

Epilepsię causa duˣ.

18. notandũ. In autumno causantur epilepsiæ in corporibus apparatis epilepsiis, & causantur propter colligantiam & proprium cerebri nocumentum. Primo per colligantiam missis malis fumis & uaporibus à materia mala existente in myrach aut stomacho. Causantur etiam epilepsiæ per proprium cerebri nocumentum retenta mala materia uentosa aut melancholia in cerebro nimium etiam & subito mota, propter subitum motum autumni nunc ad frigus, propter quam mutationem subitam sequuntur interpolatæ epilepsię, sicut etiam fit interpolata motio humorum, nunc ad intra nec ad extra propter quam motionem debilitata uirtute cerebri epilepsię citius causantur. Et merito dictum est epilepsias & phthises causari in corporibus apparatis propter has uehementes passiones magnam passorum requirere dispositionem, non sufficiente ad hoc aeris naturali dispositione.

Maniæ ac melãcholiæ causa

19. notandum manias causari autumno, propter humores cholericos ex æstate relictos corrumpi, & veri autumno qui in cerebro existentes faciunt ma-

niam. talis enim est materia & generatio maniæ, ut allegatum est prima tertij. Vltimo notandum causari autumno melias per essentiam & colligantiam multiplicatis melijs in cerebro & in mēbris cerebro colligatis ad ipsum malas materias deriuare potentibus.

Expositio Marsilij super Cōmen. Gal.

In autumno &c. Gal. cōmentando aphor. duo facit primo cōmentatur partem primam. Secūdo secundam.
Quartanæ causa. Secunda ibi (Nam & quartanas.) De prima dicit Hip. dixisse plures æstiuos morbos causari autūno, quia humores cholerici rubei dominantis in æstate remanent in corpore ueniente autumno, in quo post æstatem non ita purgantur humores, sicut in æstate purgantur post uer, autumno econtra æstati portante humores ab exterioribus ad interiora. Nam & quartanas. Nunc cōmentatur partem secundam aphor. Et continet tot partes quot passiones in aphō. positas cōmentatur. De prima dicit Gal. quosdam morbos causari autumno, ut quartanas causatas duobus modis ut de nigra cholera, quia uel per adustionem rubeæ choleræ uel de grosso sanguine siue fece sanguinis aut sup. de alio humore adusto, quia per cuiuslibet humoris adustionem potest generari melia, ut patet cap. de humoribus. Fiunt autem. De secunda dicit causari febres errantes propter cōplexiones autumni conturbantes corpora hominum. Et lienes. Itē contingunt passiones splenum, propter abundantiam choleræ nig. Et aqua inter cutem. Contingunt etiam hydropes, & propter passiones splenum. Et si qua dispositio. Contingit etiam phthisis in corporibus dispositis phthisi, propter frigiditatem & sic. & corruptos humo-
Strāguriæ uel lienteriæ causa. res. Fiunt quoque &c. Contingunt etiam stranguriæ propter subitas mutationes inordinatas nūc ad calidum nunc ad frigidum, ideo uesicæ patiuntur, propter acutos & corruptos humores, maxime calore autumni mutato subito in frigiditatem, ut claudantur humores intrinsecus & reuertantur ad uesicam soliti dissolui subito in æstate. Leuitates uerò. Causatur etiam lienteria, propter uulnera in superficie interiori stomachi & intestinorum, uel propter defectum cōtentiuæ uirtutis. Primo propter humores acutos & pungitiuos. Et secundo propter nimiam mutationem complexionis stomachi & intestinorum autumno contingentem. Coxendicum autem. Item causantur sciades propter corruptos humores & frigiditatem autumni. Anginæ uerò. Item causantur squinantiæ, propter cholericos humores descendētes in guttur, ideo choleriçæ semper sup. uel secundum plurimum differentes à squinantijs uernalibus phlegmaticis existentibus. Iam uero asthmata. Causantur difficultates anhelitus, propter motus humorū sup. ad pectus & frigiditatem autumni. Propter hæc eadem. Itē patitur corpus iliacam passionem propter apostemata, nam stomachus & intestina patiuntur maxime in tempore frigido & sicco eo quod humores subtiles se mouētes in æstate petentes autumno interiora scilicet propter frigiditatem recludentem fluentes ad intestina faciunt passionem iliacam. Morbi uero. Item fiunt epilepsiæ corporibus apparatis, propter nimium & subitum motum nunc ad calidum nunc ad frigidum, quo motu nihil est magis iuuans ad interpolandam epilepsiam. Furores uerò. Causantur uero maniæ, propter corruptionē seu adustionem humorum cholericorum. Sicuti melācholiæ. Vltimo causantur melancholiæ, propter abundare choleram nigram sup. naturalem uel genitam per adustionem choleræ rubeæ.

Aphorismus. 23.

Hyeme pleuretides, periphleumoniæ, coryzæ, branci, tusses, dolores pectorum, laterum & lumborū, dolor capitis, uertigines, & apoplexiæ.

The. Hyeme costales, pulmoniæ, grauedines, raucedines, tusses, dolores laterum, pectorum, lumborum, dolores capitis, uertigines, attoniti.

Leo. Hyeme uero morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tusses, dolores pectoris, & laterum, atque lumborum, capitis dolores, uertigines, & apoplexiæ.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens aphor. 24. sic continuatur ad precedentem. Postquam Hip. in precedenti apho. tetigit passiones autumno contingentes, nunc tangit passiones contingentes hyeme. Et uult conclusionem istam multiplices continentem passiones hyeme contingere in littera positas. Et probatur sic conclusio. illæ passiones contingunt hyeme, quarum causas adequatas hyeme contingit reperiri sed passionum quæ in littera ponuntur adæquatas causas hyeme reperiri contingit. igitur &c. maior est nota cuilibet per propositionem famosam dicentem positis causis sufficienter productiuis alicuius effectus, & ille effectus
Hiemalium ægritudinum prognosticus præseruatiuusque canon. poni poterit. minor colligitur uerificando apho. & ex dictis commenti conclusio sic in littera ponitur apostemata pleuræ & pulmonis coryçæ branchi tusses, dolores pectorum, dolores costarum, dolores lumborum, dolores capitis, uertigines, & apoplexiæ sup. fiunt in hyeme.

Ad intellectum apho. primo est notanda concordia quæ habetur in locis prealle. Secundo est notanda utilitas. est enim utilis præsens apho. quantum ad actum pronosticum ac etiam præseruatiuum. quantum ad pronosticum ut est euidens. quantum etiam ad actum præseruatiuum. scita enim apho. causa sufficienter corpora possumus præseruare his morbis in littera positis disposita.

Tertio est notanda ampliatio apho. dicendo non solum hos hyeme contingere morbos, immo & alios locis præhabitis comprehensibiles. hos tamen nominauit Hip. ut communiores & famosiores. Quarto litteraliter intelligendum aphor. hyeme seruante propriam naturam, quamuis etiam hyeme mutata à propria natura uersus consimiles qualitates possit apho. uerificari. sed mutata hyeme ad qualitates contrarias naturali denominationi non sic uerificat apho. ut facta sicca & calidda. Quinto notandum apho. intelligi posse quo ad principium medium & finem hyemis, maxime tamen ad mediū in quo hyems maxime suam tenet natura. Sexto notandum. Et est dictum commenti q in principio hyemis etiam quædam autumnalia cōtingere possunt. Primo propter finem autumni similari principio hyemis, ut patet secū-
Auicē. da primi. doc. secunda. cap. 6. satis ad principium. nam finis unius temporis assimilatur principio temporis subsequentis. Item etiam quia materias autūni hyeme euā reseruari contingit. & ideo quedam autumnalia contingere possunt hyeme, ut squināntes anhelitus ilei &c. qd' ideo tacuit Hip. quia ex præhabitis intellectum. Septimo notandum. Cum pleuresis sit duplex, uera et non uera, ut habitum est supertus. Et uera sit secundum plurimum cholerica, propter causam assignatam supertus ex
Auicē. Auicē. decima tertij tract. 4. cap. 1. ad principium. Et quædam phlegmatica seu de natura frigida raro. omnem enim hac hyeme fieri continget. Nam primo ueram & cholericam propter materiam cholericam ex autumno reseruatam & inclusam frigiditate hyemis cerebro, aut alijs partibus superioribus deinde expressam ad pleurā, aut propter includi hanc cholericam materiam pleuræ & prohiberi à resolutione frigiditate hyemis. Itē phleg-
Pleuresis du'. matica pleuresis causari potest merito hyemis multiplicantis phlegma, q incuneatum pleuræ phlegmaticā pleuresim operabitur, propter causas consimiles. non uera pleuresis quæ est apostema musculorum costarum, maxime exteriorum hyeme contingere poterit.

Octauo notandum periphleumoniam pluries hyeme contingere eo quod secundum plurimum est phlegmatica, ut colligitur decima tertij allega. tract. cap. de periphleumonia ad principium. hanc ergo propter conformi

tatem

tatem qualitatum hyemis hyeme multiplicari continget. Nono notandum branchos, quia defluxus humiditatum ad fauces & corriças, quia defluxus humiditatum ad loca narium appellata à sonitu corea, hyeme posse contingere. primo propter qualitates hyemis phlegmatibus multiplicatis, ac etiam eius frigiditate ad loca prædicta sufficienter expressis. Decimo notandum hyeme causari tusses humidas & siccas propter præassignatam causam.

Pectus quid

11. notandum ꝙ hyeme causantur dolores pectorum intelligendo per pectora partem thoracis anteriorē nerueā & ossuosam hyemis frigiditatē læsibilem, maxime corporibus stricta & macra pectora habentibus pertingente aere frigido per īspirationē ad pectoralia. Item etiam ab intrinseco alterante & cōprehenditur hic dolor maxime in inspiratione pectore facto extensiori. dolens autem est musculositas pectoris, aut etiam panniculi intrinseci, ut ad tactū non tamen dolor percipiatur. Item notādum causari dolores laterum, idest costarum sunt enim costæ in lateribus non ꝙ ossa quę sunt costę doleant, sed quia partes musculosæ circunstantes costis ac nerueæ aut etiam partes panniculosæ, intrinseeæ, prope costas exñtes. costæ tamen quia dolenti notiores dolere dicūtur.

Costa dolens quid

Lūbus quid

12. notandum. ꝙ per lumbos primo intelligere possumus carnes musculosas in directo reuum exñtes intelligēdo per hos etiam renes qui dolores primo causantur à mala complexione sine materia, quia à frigiditate hyemis, aut mala cōplexione, cum materia defluxa & retenta circa renes, & prohibita à resolutione propter frigiditatem hyemis loco, tamen lumborum exponit Gal. femorum per femora intelligendo partes aliqualiter pudibundis superiores ex directo pudibundis oppositas, ac etiam partes ītelligēdo laterales qui dolores causantur ꝓpter assignatas causas, aut etiā dolentibus intestinis & perceptis doloribus in partibus lateralibus, aut etiam dolente uesica subtensa femori. 13. notandum. Dolores etiam capitis causari ꝓpter fumos & uapores eleuatos ad caput (ut caminum totius) ibi retentos & cōstipatos frigiditate hyemis, ac etiam propter humores multiplicatos in hyeme, & ibidem his de causis retentos, qui ideo nominati sunt plures, quia contingere possunt per colligantiam & proprium cerebri nocumentū, quia etiam contingere possunt in toto capite uel in partibus eius. 14. notandum. Hyeme causantur uertigines, primo retentis uaporibus & uentositatibus circunuoluentibus spiritus uisibiles. Alia tamen littera habet stupores frigiditate & humiditate hyemis contingentes hebetantibus uirtutem sensitiuam, aut ex loco sensationem auferentibus. aut multiplicantibus phlegma huius effectiuum.

Epilepsis quid

15. notandum ꝙ per apoplexias habemus ītelligere epilepsias incubos & alias neruorum passiones ex frigiditate & humiditate sine materia uel cum materia cōtingentes propter materiā phlegmaticā hyeme multiplicatā, ideo cābiles &c.

Expositio Marsilij super Cō. Gal.

Hyemales morbos. Gal. cōmētādo præsentē apho. tria facit. Primo dubio satisfacit. Secundo morbos narrat hyemi appropriatos. Tertio uerificat apho. De prima dicit sic. Hyp. non narrasse recitando morbos hyemis morbos contingentes hyeme subsequente autumno autumnales s. sicut ante narrando autumnales miscuit & æstiuos, imo solum tetigit hic morbos nascentes hyeme, & sup. hyemi appropriatos quod dicit Gal. Hypp. dupliti de causa fecisse, ut hoc intelligatur tanquam simile superiori dicto, quia sup. sicut in autumno contingunt quædam æstiua ita in hyeme quædam autūnalia: uel forte hoc fecit Hyp. non opinans morbos autūnales fieri hyeme, quam causam secundam sic remouet Gal. quia ratio & experimentum testantur oppositum, quia initium hyemis similatur fini autūni in generādo morbos. Verum morbos hyemis. De secunda dicit ꝙ hi morbi sunt morbi appropriati hyemi pleuresis peripleumonia catharri branchi &c. De tertia sic dicit ꝙ pleuresis & periphleumonia causantur propter læsionem instrumentorum anhelitus nam si omnia membra possint defendi à frigiditate hyemis, tamen membra anhelitus seu instrumenta. & ideo quia defendi non possunt fiunt tusses dolores costarum. Similiter fiunt dolores capitis humoribus ascendentibus capita & replentibus ea. Item humores sup. ad inferiora descendentes faciunt dolores fæmorum & crurium. hi etiam ascendentes faciunt catharrum et in generali dicendo omnia membra neruosa patiuntur propter capitis passiones apoplexię uero contingunt ex replexione phlegmatica capitis.

Dubitatur sine argumentis, quomodo ex passione capituli omnia neruosa patiantur. Et breuiter supponendum est à cerebro & nucha oriri omnes neruos, ut colligitur prima tertij. 2. cap. Secundo supponendum est ꝙ patiente principio patiuntur & orta, cum operatio eorum dependeat ab ipso principio. Ex quibus patet cōclusio responsalis. ꝙ omnia neruosa patiuntur patiente capite quantum ad aliquam partium cerebrum uel nucham. hæc propositio ex prehabitis infertur euidenter.

Auicē.

Aphorismus. 24.

In ætatibus uero talia accidunt, pueris quidē & nouiter genitis. Vlcerationes oris, uomitus, tusses, faringes, timores, umbilici phlegmones: uigiliæ, aurium humiditates.

The.

Per ætates hæc accidunt, paruis & recens natis puerculis. Vlcera oris uomitus, insomniæ, pauores, inflammationes umbilici, humores aurium.

Leo.

In ætatibus autem talia contingunt, paruis, & nuper natis puerulis. Oris ulcera (quæ aphthę uocantur) uomitus, tusses, uigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. 25 in quo inchoatur secundus tractatus tertiæ particulæ continuatur sic ad prę cedētes. Postquam Hyp. in tractatu præcedenti tetigit morbos contingentes ratione temporum anni seruantium uel non seruantium naturas proprias, nunc exequitur tangendo morbos ætatiue contingentes. Et continet præsens tractatus quatuor capitula uel partes principaliter. In prima Hyp. tangit morbos magis cōtingentes in ætate pueritiæ & crementi. Secundo magis contingentes in ætate iuuentutis. Tertio magis contingentes in primo senio. Quarto plus in ætate decrepita. Secunda ibi aphor. 30. (Adolescentibus uero.) Tertia ibi (Vltra hāc ætatem.) Quarta ibi (Senioribus uero.) Pars prima continet duas partes. Primo Hip. facit quod est dictum. Secundo tāgit terminos ægritudinum puerorum, secundum plurimum apparētes. Secunda ibi apho. 29. (Plurimę uero) Prima in quatuor. Primo Hyp. tāgit morbos in ętatem infantię contingentes et antecedentium generationem. Secundo tangit morbos contingentes à productione dentium usque ad concussionem. Tertio tangit morbos cōtingentes in ętate concussionis usque ad pubescentiam. Quarto tangit morbos contingentes in pubescentia. Secunda ibi (Cum uero dentes producunt.) Tertia ibi (Senioribus uero.) Quarta ibi (Senioribus uero & ad iuuentutem.) Præsens aphor. continet duas partes Primo Hyppo. pręmittit in ętatibus accidere morbos. Secundo specificat hos morbos in ætate nouiter genitorū. Secunda ibi (Pueris quidem.) In prima parte intendit Hyppo. cōclusionem istam. In ętatibus fiunt tales morbi quales dicentur. Conclusio probatur sic. in ętatibus accident talium morborum causę. ergo & morbi accidere possunt. Conclusio est bona, antecedens colligitur ex dicendis. Conclusio sic in littera ponitur. tales morbi accident in ętatibus sup. quales dicentur. In secunda Hip. facit ꝙ est dictum. & uult conclusionem istam.

Morbi enumerati in parte contingunt paruis & genitis nouiter. Concluſio probatur ſic. illi morbi contingunt in tali ętate quorum cauſas contingit in tali ętate reperiri. ſed horum morborum contingit cauſas reperiri in tali ętate. ergo &c̄. maior eſt nota minor ſumitur ex commento. Concluſio ponitur in littera ſic. certe paruis ſiu pueris & genitis de nouo accidunt ulcerationes oris, uomitus, tuſſes, uigilię, item timores & apoſtemata umbilici & humiditates auriũ. Primo pro intellectu apho. eſt notanda concordia, quę habetur in ſumma tertia primi. cap̄ de ęgritudinibus infantium, quia tamen ſecundum diſtinctas partes apho. habetur in diſtinctis partibus capituli. ideo etiam partium apho concordias ſpeciales explicabo ibidem. Quantum ergo ad partem iſtam. oris ulcerationis colligitur dicto capitulo illa parte (Et eſt cum accidit alcola.) Quantum ad ſecundam colligitur ibi(Et eſt cum accidit infanti uomitus fortis Quantum ad tertiã ibi(Eſt autem cum accidit ei tuſſis.) Quantum uero ad quartam ibi(Eſt etiam cum infanti accidit ne dormiat) Quantum ad quintam ibi(Eſt & cum infanti accidunt ſomnia &c̄.) Quantum ad ſextam ibi(Eſt autẽ cum infanti accidit, & proprie cum umbilicus incidit̃.) Quantum uero ad ſeptimã ibi(Eſt etiam cum auribus)

Auicẽ.

Ægritudinũ ętatũ precedẽtiũ pnoſticus pſeruatiuus qз nanõ

Secundo eſt notanda utilitas apho. eſt. n. utilis quantũ ad actum pronoſticum & pręſeruatiuum. Primo pronoſticari ſcimus morbos tales debere aduenire ex notitia pſentis. apho. Scimus etiam ſcitis cauſis horum morborũ pręuidere ne hi morbi cõtingant diſponẽdo corpora ad oppoſitum. Tertio eſt notanda ampliatio apho. dicẽdo non ſolum in hac ętate hos morbos contingere poſſe, immo & alios illo capitulo numeratos. vbi poſita eſt cõcordia. iſtos tamen hic eſſe poſitos tanquam cõmuniores & principaliores. Quarto notandum non eſſe Hip. intentionem tales morbos contingere in ętatibus, quia ętates ſint quędam cauſę contingentes corporibus diſtincte à cõplexionibus naturalibus, ſicut de temporibus anni dictum eſt. ſed accidũt talia in ętatibus i. in corporibus taliter ętatiue diſpoſitis ut morbi conſequantur & fiant, q̃uis cauſę morborum ſint alię ab ętatibus ſecundum plurimũ. Quinto notandũ. In ętatibus accidunt tales, & tales morbi maxime cõplexione naturali cõformi ętati, ut tales morbi generẽtur, tunc. n. maior eſt diſpoſitio paſſi. Sexto propter iuuenes notandũ Per contingentiam in his ętatibus intelligit ueros morbos, & quęcunque preter naturã, dato ꝙ non ſint ueri morbi. potentia tamen nominari morbi, quia uertant ad ſe curam. patet hoc. nam tuſſis & uomitus non ſunt ueri morbi. phlegmon autem eſt uerus morbus. Septimo notãdum. Per ulcerationes oris non habemus ſolum intelligere ſolutas cõtinuitates cum ſanie ſiue ſine ſanie, ſed etiam puſtulas oris ulceratas, uel non quę appellant̃ alcola tertia primi. vbi eſt allegatũ. Contingunt autem hę ulcerationes quia pueri utuntur lacte, in quo ſunt partes acutę ſeroſę ut dicetur ſuper cõmento. vlceratiuę partium mollium quales ſunt partes intrinſecę oris pueri. Propter cõſimilem cauſam cõſequuntur puſtulę his partibus acutis pũgentibus partes oris. & propter puncuonẽ trahentibus materias ad loca dolentia, aut etiam propter humiditates acutas oris petere exitum, unde cõſequitur quędam puſtulatio. & de ore plus eſt dictum propter pelliculas oris intrinſecas eſſe ualde molles, & propter lac imediate attingere os, & ibi ſecundũ aliquas partes remanere inuiſcatũ pellicule oris, ideo lingua et os pueri apparẽt albę.

Vlceratio oris quid

Alcola quid

Vomitus puerorũ cã

Octauo notandum ꝙ etiam contingunt uomitus, propter nimiam guloſitatem in aſſumendo lac, unde ſtomachus grauatus irritatur ad expulſionẽ. Item propter debilitatem & mollitiẽ ſtomachorũ ex facili cauſa grauantur, & ad uomitũ diſponunt̃. Nono notandũ. Hęc corpora incurrunt ſingultũ propter materias quę inuiſcant̃ in ſtomachis eorum. tamen quia eis pl'ies uomitus contingebat, non ſic ſingultus, ideo de ſolis uomitibus fecit in littera mentionẽ. 10. notandũ. Tuſſes accidunt pueris quia cum habeant capita ualde humida. defluẽtibus humiditatibus ad pectoralia conſequuntur tuſſes, & nõ ſolum tuſſes, ſed difficultates anhelituũ, propter hoc defluxa phlegmata ac etiam ſonitus in anhelando. item phlegmones ut colligitur tertia primi. alle cap̄. 11. notãdũ. vigilię contingunt pueris per accidens & contra naturalem inclinationẽ eorum. quia. n. habent capita humida inclinati ſunt ad ualde dormiendum. verum aſſumentes multum lac, propter guloſitatem eorum corrupto lacte & ignitis & putrefactis quibuſdam partibus, cum aſcẽdit uapor malus ad caput per uiam exiccationis conſequtur uigilia. conſequuntur etiam timores propter ſomnia timoroſa quæ cauſata ſunt propter hunc fumũ malum.

Tuſſis puerorum cãt difficultate anhelitus.

Vigilię cã i puerum.

12. notandum. Cauſantur non ſolum phlegmones, immo aliquando & alia ap̄ata umbilici, maxime ut colligitur ex Auicẽ. alle cap̄. & Gal'. in cõmento. facta noui incisione umbilici, cum propter dolorem currant humores ad locum & detineantur qui ſoluerunt expelli, quia tamen contingit plus ſanguinẽ detineri, et currere, ideo plus phlegmones cauſantur umbilici. Vltimo notandũ ꝙ eis accidunt humiditates aurium. Nam quia habent capita humidiſſima natura expurgante ſuperfluitates p uiam aurium conſequuntur aurium humiditates. i. per aures defluxus humiditatum.

Phlegmonũ cauſa.

Expoſitio Marſilij ſuper Cõmen. Galeni.

Quę ad ætates. Gal'. cõmentando prælectũ aphor. ſic procedit. Primo pręmittit cõparationem determinationis de ętatibus determinationi de tẽporibus anni. Secundo apho. cõmentatur in ſpeciali. Secunda ibi(In puerulis igitur.) De prima dicit ꝙ Hip. plus inueſtigauit ętates q̃ tempora anni, diuidendo ętates per minimas eorũ particulas morbos tangẽdo ſpeciales ętatis cuiuſq;. Ex quo patet cõparatio harum determinationum. cauſa autem huius determinationis potuit eſſe iſta. nã quia particulares ętates erant in ſuis operationibus cõiter notiores q̃ tempora aliqua anni, ideo plus de ętatibus fecerat mentionẽ. recipiunt enim ętates adoleſcentiæ uel pueritię manifeſtas diuerſitates ſecundum particulares denominationes ſecundum etiam particulares & manifeſtas corporum diuerſitates, non ſic autem de unico aliquo tẽpore anni continet ueritatem. Præterea etiam ætas complexioni annectitur, à qua etiam ut naturali eſt ſumenda indicatio. Octauo terapeu. finali capitulo. anni uero tempora extrinſeca ſunt, ideo plus habuit Hyp. ętatum ſpeciales nominare particulas. In puerulis igit̃. Nũc facit quod eſt dictum. Et primo cõmẽtatur hanc partẽ. ulcerationes &c̄. Secundo hanc partem. vomitus. Tertio hanc partem. vigilię & timores. Quarto hãc partẽ. umbilici phlegmones. Quinto hanc. aurium humiditates. De prima dicit ulcerationes oris contingere pueris quia inſtrumenta puerorũ ut os &c̄. & labia mollia ſũt & tenera non ſuſtinentia propter ſuam teneritatẽ qualitates lactis. habet. n. lac partes acutas & aquoſas, unde non eſt mirandũ ſi cõtingant ulcerationes oris ſup. propter partes acutas ulcerantes. Primo notandũ hæc inſtrumenta(ut eſt tactum) eſſę partes oris, ut labia, gingiuę, lingua, ac etiam pelliculę interiores oris, maxime in parte inferiori propter ibi detineri lac. Secundo pręmittendum lac habere triplicem partem ſecundũ Auic. canon. 2. cap̄. de lacte. ſ. butyroſam caſealem, & aquoſam, in qua aquoſa quæ appellatur pl'ies aqua lactis aut aqua caſei eſt pars acuta ſolutiua, & pars aquoſa de natura aque exñs. Et iõ ſi uellemus poſſemus lacti quatuor aſſignare, partes, q̃uis duæ coniungãtur adinuicẽ. ſ. aquoſa & ſeroſa ſiue acuta. Ex quo apparet in practica, quare uolentes conſtringere uentrem coquunt ualde, lac, aut etiam ferrum igneum imponunt lacti uel lapillos ignitos hoc enim ue remoueantur partes aquoſe & ſeroſe, & remaneant partes caſeales terreſtiores quæ conſtrictiuę ſunt. Nec mirandum vſtionem hoc facere pluries enim

Gal'.

Vlcerationis i ore puerorũ cã

Lactis triplex. Auicẽ.

Aq lactis ul' caſei qd. practicus cañ ad uentrẽ ſtringendũ.

ut ex

vt experientia notat, plus facit ad stringendum terrestrificando quam faciat ad solutionem calefaciendo, faciendo exhalare partes subtiles calidas. hoc modo etiam per assationem reubarbarum aliquãtulum ustulatũ stringit uentrem. caseus etiam antiquus assatus idem efficit.

Reubarbarũ ustulatũ ad uentrẽ stringẽdum.

Tertio notandum q̃ quamuis aqua lactis propter partes acutas habeant hoc efficere (ut est dictum) nõ tamẽ actuali participat mordicatione, & ita intelligitur à canon. Secundo cap̃. de lacte. dũ uult in tali non esse mordicationem actualem, q̃uis non mordicando ualeat ulcerare, aut aliquo tempore manens causet ulcerationes. Vomitus &c̃. Nũc facit quod ẽ dictũ dicens uomitũ contingere pueris ꝑpter gulositatem .i. multam assumptionem lactis factam, propter gulositatem seu auiditatem lactis. Vigiliæ &c̃. Nunc Gal. facit quod est dictum di. vigiliam non uenire pueris naturalit̃, neq; secundum consuetudinem, cum semper sint ad dormiendum inclinati, eorum tamen stomachis sup. in digerendo deficientibus propter multum lac sumptum, propter suam gulositatem corrumpuntur cibaria, quorum fumo ascendente ad capita uigiliæ generantur & timores, quod confirmatur in perfectis ætate terribilia somniantibus, dum digrati sunt malo cibo, maxime habentibus os stomachi debile. Primo notandum q̃ uigiliæ superfluæ de quibus loquitur in præsenti non sunt naturales pueris, quia ex suo naturali ætatiuo decursu non contingunt pueris, immo potius oppositum, cũ sint in tali ætate ualde humidi, non etiam contingunt secundum cõsuetudinem propter consimilem causam. Secundo præmittendum, quia i littera ponitur hos dormire semper q̃ exponi debet semper .i. pluri tempore, quod patet p̃ aliam translationem dicentem. dormiunt .n. q̃ plus temporis, & propter hoc multam humiditatem (ut est dictum) ne etiam propter uigilias nimium resoluantur, cum habeant humidum cito resolubile, ut etiam per actionem calidi in humidum nutrimentale tempore somni fiat frequens & fortis restauratio. Tertio præmittendum q̃ i stomachis eorum corrumpuntur cibi corruptione, quæ est putrefactio seu quædam ignitio. lacte .n. non regulato à uirtute cõsequitur putrefactio &c̃ ideo fumus uel uapor eleuatus ad caput facit uigiliam exiccando (ut dictum est) prohibendo oppilonẽ uiarum spiritus sensibilis & motiui, ad quam cõsequitur somnus. hic etiam fumus per uiam adustionis genitus & putrefactionis opacus & niger habet inferre timorem comprehendi potest hic modus &c. 5. de accidenti & morbo. cap̃. 7. satis ad finem. q̃uis hic posset implicari dubiũ naturale satis magnum, quod omittatur in præsenti, quia secundum istã uiam oportet tenere obiectum aliud reale imprimere in potentiam sensitiuam interiorem, secundum cuius impressionẽ potentia sensitiua interior cõprehendat obiectum, dato q̃ obiectum imprimens non egerit in potentiam sensitiuam exteriorem.

Corpuscerĩ multũ uigilant.

Cibi facientes somnia terribilia sicut sunt caules & fabæ.

Quarto præmittendum q̃ cibi facientes somnia terribilia sunt, à quibus eleuantur fumi terrei & opaci, sicut caules &c̃. aut à quibus eleuantur multi fumi & uapores, ut sic dicã uolitantes, sicut sunt fabæ generantes uapores terreos generantes etiam uapores multos repletiuos capitum & obtusiuos uirtutum interiorum. ideo ut dicit Tullius in libro de diuinatione. Olim fuit prohibitum studentes comedere fabas. Quinto præmittendum q̃ non solumore stomachi existente debili consequuntur ex cibis mala somnia, sed etiam fundo exñte debili in quo potissimum uirtus digestiua. 13. tertij. cap̃. 1 quia tamen eleuantur fumi p̃ os stomachi tanq̃ per coerectorem fumorum. ideo est dictum consequi mala somnia si fuerint debiles in resoluẽdo & abijciendo fumos. Vmbilicorũ autem. Nunc facit quod est dictum dicens non esse mirabile phlegmones umbilicorum accidere propter propinquitatem incisionis umbilicorũ modo qui tactus est super apho. quã uero incidatur umbilicus, & quid habeat facere. 21. tertij. cap̃. de generatione embrionis. non q̃ Aui. faciat mẽtionem de incisione comprehendere poterimus. Verũ & aurium. Facit quod est dictum dicens Hip. dixisse de humiditatibus aurium & non narium aut palati humiditatibus contingentibus naturaliter maioribus secũdum ætatem. sed humiditates aurium contingentes infantibus sunt extra naturalem cursum contingentes, ut capita infantum a multo phlegmate mundentur. bene ergo dictum est humiditates aurium &c̃. quia tales humiditates huic ætati appropriantur, quia corpora infantum seu nascentium humidissima sunt, & cum cerebrũ ætate perfectorum sit humidum naturaliter erit infantum cerebrum humidissimum, cuius humores per aures expurgantur defluendo. Primo dubitatur. Quomodo humiditates aurium sint extra cursum naturæ.

Auicẽ.

Auicẽ.

Dubiũ

Pro isto dicendum q̃ superfluitates aurium in ætate infantiæ non sunt extra naturæ cursum. Patet propositio, cum hæc contingant in corpore quantumlibet temperato naturaliter. Et patet propositio ex hoc, quia hæ superfluitates contingunt natura quantumlibet naturalit̃ operante. igitur &c̃. Secundo dicendum has superfluitates in ætatibus perfectis & prouectioribus fore extra naturæ cursum. Propositio intellecta ad sensum secundi præmissi. 64. quæstionis sic persuadetur. hæ superfluitates contingunt corpore à propria natura mutato. igitur consequentia nota. antecedens colligitur ex præhabitis.

Secundum.

Secundo dubitatur. An solum abundans phlegma purgetur per aures. Respondendum q̃ non, cum non appareat superfluitas citrina & saporis amari cholerica, etiã per consequens superfluitate euacuata, quia tamẽ in cerebro plus abũdat phlegma. ideo dictũ est capita phlegmatis abundantia per defluxũ humiditatum aurium.

Aphorismus. 25.

Cum uero dentes producunt, gingiuarũ pruritus, febres, spasmi, diharriæ, et maxime quãdo producunt caninos dentes, & pinguissimis puerorum, & duros uentres habentibus.

The.

Paulo ætate progredientibus, cum dentire incipiũt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui fluores, maxime cum caninos edunt & ijs potissimum pueris qui corpulentissimi sunt, & aluos habent astrictas.

Leo.

In progressu uero, cum iam dentire incipiũt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia, et maxime cum caninos edũt dentes, & his præsertim pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic continuatur ad præcedentem. Postq̃ tetigit in præcedenti nocumenta in ætate infantiæ contingentia, nunc tangit nocumenta contingentia in ætate dentiũ plãtatiua. Et cõtinet duas partes. Primo Hip. facit quod est dictũ. Secundo tangit casus in quibus hæc nocumenta maxime in ætate hac contingunt. Secunda ibi (Et maxime quando producũt.) In prima uult hãc conclusionẽ. Pueris producentibus dentes accidunt pruritus gingiuarum, febres, spasmi, et diharriæ. Conclusio probatur sic. illis talia nocumenta cõtingunt quibus accidunt causæ nocumentorum. sed producentibus dentes accidunt nocumentorũ causæ. ergo &c̃. maior nota est, cũ posita causa ponatur effectus. minor sumitur ex cõmento. Conclusio sic in littera ponitur. cum pueri producunt dentes accidunt pruritus gingiuarũ, febres, spasmi, & diharriæ. In secunda parte facit quod est dictũ. Et continet tres partes secundum numerum trium casuum in quibus hæc nocumẽta contingunt. Secũda ibi (Et pinguissimis puerorum.) Tertia ibi (Et duros uentres.) In prima particula Hip vult conclusionem hãc. Hæc nocumenta contingunt maxime pueris producentibus dentes caninos. Conclusio probatur sic. illo tempore maxime hæc nocumenta contingunt, quo maxime do-

lent gingiuę puerorum, sed tempore productionis dentium caninorum maximę dolent & pruriunt gingiuę. ergo &c̄. maior & minor propositiones colligentur uerificando partem. Conclusio sic in littera ponitur. maxime supple contingunt hęc nocumenta, quando pueri producunt dētes caninos. In secūda particula facit quod dictū est dicēs ꝙ febres spasmi & diharrię cōtingūt maxime pīguissimis puerorū. Cōclusio ꝓbatur sic. illis corporibus maxime hęc nocumenta contingunt, in quibus abūdant maxime humores horum nocumentorum cātiui. sed pinguissimis puerorꝫ abūdāt humores etc̄. maior nota. minor sumitur ex commento. conclusio sic in littera ponit̄ pinguissimis puerorum contingunt sup. dicta nocumenta. In tertia particula Hip. facit quod dictū est. & uult conclusionem hanc. Hęc nocumenta contingūt maxime habentibus uentres duriter exprllētes feces & stypticos. conclusio probatur sic. illis maxime hęc nocumenta contingunt in quibus retinentur superfluitates. ergo. &c̄. maior nota. minor habetur ex cōmento. conclusio ponitur sic in littera. hęc nocumenta maxime cōtingunt habentibus uentres duros & stypticos. Pro intellectu apho primo est ponenda cōcordia quę habetur tertia primi. cap̄. 3 doc. 1. Et quantum ad partem primam habet̄ ibi (Et quandoq; in ipsius gingiuis fiat acuitas.) Quantum ad secundam illa parte (Accidunt & febres.) Quantum ad tertiā (Et est etiam cum eis accidit. & proprie cum est origo dentiū & spasmus.) Quantū ad quartam ibi (Et eis autem quę infantibus accidunt est uentris solutio.) Quantum ad sextam habetur concordia ut q̄tum ad quartam, quantum ad partes alias nō habetur ibi (In propria forma, q̄uis colligatur inde.)

Puerorū emittētiū dētes ęgritudinū pronosticus canon.

Secundo est notanda utilitas apho. Est. n. utilis q̄rum ad actum pronosticum ut patet, & etiam ad debite regēdum hęc corpora. scito. n. hæc nocumenta futura, hæc corpora regere possumus debite. Tertio est notādu ampliatio apho. dicendo ꝙ non solum in hac ętate hęc nocumenta contingunt, immo & in alia ubi posita est cōcordia colligenda. Quarto notandum ossa generari à caliditate quasi assante humidū grossum coagulatione cōpleta à frigido, ut habetur secundo colliget satis ad principium. ideo idem de dentibus conijcturādū genitis ex humiditate similata spermatibus inforaminibus contenta mandibularum. Quinto infertur ex isto in productione dētium prurire gingiuas caliditate acuta taliter assante humidū & melius, ut ex cōmento natura propellēte dentē ad gingiuā, & pforādo gingiuā, & ipsam pūgēdo cōtinue sicut facit spina infixa carni, siue quę infigit̄, q̄uis quasi sit differētia inter prurire gingiuarū ꝑpter dētes & punctionē spinę. Nam primo est differentia ut tangit Gal̄. quia spinę non causant dolorem ita acerbū. nā postq̄ fuerunt affixę non motę, ulterius non causant dolorem ulteriorem pungendo. sed dentes pungendo continue gingiuā usquequo debite emittantur, gingiuas semper dolere faciunt. Secundo est differentia, quia dolor gīgiuarum non est mere pungitiuus, imo pruritiuus. quibusdā etiā acutis partibus materię dentiū gīgiuas prurientibus, idcirco, pueri appetūt illo tp̄e fricationē gingiuarū, idcirco lenitētia & unctuosa cōpetunt in tali pruritu harū partiū sedando acuitatē. Sexto notādum est. Febres consequuntur ad talem pruritum gingiuarum. nā propter earum dolorem cōmouentur & agitant̄ humores & spiritus, ut aliquando solę cōsequātur ephimerę, aliquando pruritu exn̄te intensiori & corpore dispositiori febri humorali febres humorales causantur. Septimo notandum. Non solum ad pruritum gingiuarum consequuntur febres, immo & ap̄ata gingiuarū defluente materia ad locum do lentem. Item consequuntur spasmi, primo spasmi mandibularū ut os nequeat aperiri cōmotis materiebus ad mandibulas, propter dolorē replētibus neruosas partes mandibularū causantur & spasmi potius propter cōsimilem causam. Item causantur diharrię propter causam dictam, quia cōmotis humoribus et in fluxu positis, propter dolorem ac etiam propter debilitatem uirtutis digestiuę puerorū, unde fluxus consequuntur humoralis aut lienterici. Octauo notandum. Per dentes caninos habemus intelligere dentes duos existentes in directo oculorum qui dicuntur canini, quia in acuitate canū dentibus similati, quorum acuitatibus gīgiuę ualde punguntur & perforantur, ideo dolores siue pruritus consequuntur intensissimi, aut etiam secūdū Albertum quia multo tempore natura laborat in exprimendo hos dentes, propter ergo dolorem maxime contingentem hęc accidentia & nocumenta consequūtur maxime. Nono notandum hęc nocumenta contingere maxime pinguissimis puerorum eo ꝙ repleti sunt multis humoribus causatiuis (ut est dictum) multorum nocumentorum, aliter nō essent pinguissimi. Cōsimilit̄ hęc nocumenta contingunt duros uentres habentibus, propter retentionem superfluitatum etiam.

Prurit̄ gīgiuarū drīa à pūctione spinæ.

Dētes canini. Albertus.

Expositio Marsilij sup Cōmē. Gal̄.

Prurigines quidem. Gal̄ cōmentando præsentem apho. duo facit. Primo cōmentatur primam partem. Secundo secundam ibi (Quod autem dicitur.) Prima in duas. Primo pręmittit nocumēta quę cōsequunt̄. Secūdo uerificando exequitur. Secunda ibi (Liquet autem.)

De prima dicit non esse mirandū prurire gingiuas producentium dentes. febres etiam spasmi & diharrię contingunt infantibus dentes emittētibus, ut testatur Hip. in prima parte aphorismi. Liquet autem Nunc Gal̄. facit quod est dictum. Et continet duas partes. Primo tāgit causam pruritus gingiuarum. Secundo redit causam aliorum accidentium. Secunda ibi (Febricitant ergo.) Prima in duas. Primo facit quod est dictum similitudinem quādam inter pruritum gingiuarum ponens & pūctionem spinarum. Secūdo differentiam ponit. De prima parte dicit sic. ꝙ causa horum nocumentorum & immediate pruritus sup. est, quia dentes pforant carnes gingiuarum, sicut cum spinę pungunt carnē, cū infigūtur carni. De secunda dicit. ꝙ dentes tamen faciunt dolores acerbiores spinis, quia spinę cum primo penetrāt in carnem tantummodo faciunt dolores, sed dentes semper faciunt dolores usquequo ex toto emittantur sup. secundum ꝙ debet emitti. Febricitant ergo. Nunc Gal̄. facit quod est dictum dicens. ꝙ propter dolores infantes patiuntur feb. vigilia consequitur etiam spasmus ad dictos dolores seu feb. & etiam quia cibaria non bene digeruntur ab eis nondū exn̄te firma natura & forti in digerendo cibos, ideo necesse est subsequi diharriam, quia cibis non digestis nec in corporibus remanentibus diharria consequitur. Quod autem dicitur.

Nunc Gal̄ facit ut est habitum dicens hoc contingere maxime, quia spasmos febres etc̄. pueris pinguissimis et habentibus uentres stypticos plenos humoribus & propter constipationem non egredientibus, ideo incurrunt spasmum & alia genera dicta morborum. Primo dubitatur. Vtrum in quocunq; corpore circa natiuitatem dentium consequantur fe. Dicendum hoc non esse necessarium, sed maxime contingere posse in habentibus maximum pruritum, ut dolores & spiritus ualde inflāmabiles. Secundo dubitatur. Qui spasmi contingant pueris. Primo dicendum. ꝙ contingunt spasmi humidi seu de repletione ut colligitur secunda tertij. cap̄. de spasmo. & patet ex causa propter nimias humiditates lactis & coagulationem humiditatis in partibus nerueis ipsorum qui spasmus consequitur ad pruritum gingiuarum aut ad febres dissoluentes humiditates, & ideo non omnis spasmus sequens febrem est de inanitione, sed solum quando sequitur febrem multi temporis & ualde exsiccantem qui non fit subito sed paulatine. Secundo dicendum ꝙ potest sequi spasmus non proportionatus ad materiam, ut si sit gingiuarum tanta tristis sensatio, ut hic spasmus consequatur,

Dubiū

Spasmi puerorū cā. Auicē.

Aphorismus

Aphorismus. 26.

Senioribus uero factis, paristhmia, spondylis secundum collum intus impulsiones: asthmata, lithiases, lumbrici rotundi, ascarides, acrochordones, satyriasis, scrophulæ, & aliæ pustulæ.

The. Adultioribus iam, tonsillæ, uertebræ in occipitio siue luxatio in partem interiorem, anhelationes, calculi, lumbrici teretes, ascaridę, uerucę, satyrię, strumę, & reliquę abscessus, sed præcipue quę enumeraui.

Leo. Cum uero iam magis adoleuerint. Tonsillę, & uertebrę quę i occipitio ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos gręci asthmata uocant, calculi, lumbrici rotūdi. Ascarides, uerrucę, quas gręci acrochordōas uocāt satyrię, strumę, & alia tubercula, sed ꝑcipue añdicta.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic ad precedentem continuatur. Post ꝙ Hippo. in aphor. pręcedenti tetigit nocumenta cōtingentia in ætate dentium plantatiua, nunc tangit nocumenta contingentia in ætate concussionis nominata. Et uult Hip. conclusionem hanc ꝙ corporibus pręhabitis in ætate prouectioribus nocumenta contingāt in apho. dicta. Conclusio probatur sic illis corporibus, hęc nocumenta contingunt in quibus causę nocumentorum reperiuntur. sed corpora in ætate prouectiora sunt huiusmodi. ergo &c. maior est nota & minor probatur per commentum satis. conclusio sic in littera tangitur. his corporibus de quibus est dictum satis senioribus accidūt apta inter os & meri, ad quæ consequuntur spōdilium colli intrinsecę pulsiones Item consequuntur difficultates anhelitus seu asthmata. Item his corporibus multiplicātur lapides. Item etiam in eis fiunt lumbrici longi lati et cucurbutini. Item in eis fiunt uerucę. Item fiunt porri scrophulę & alię pustulę. Ad intellectum apho. solum tria generalia expediunt. Primo ponatur apho. concordia quę habetur tertia primi. vbi allegatum est ꝙtum ad primam partem & secundam apho. & etiam de uermibus, de quibus etiam dictum est. 16. tertij. Secūdo notanda utilitas apho est. n. utilis quantum ad actū ꝓnosticum (ut notū est) utilis est etiam quantū ad actum pręseruatiuum, scito. n. ꝙ hi morbi uenturi sunt corpora ab his poterimus pręseruare. Tertio est notāda amplatio apho. dicendum ꝙ non solum hi morbi in hac ętate contingere possunt, immo & alij plures quos gratia breuitatis tacuit.

Auicē. Ægritudinū cōtingentiū ętate ꝓuectiori ꝓnostici ꝑseruatiuiq; canon.

Expositio Marsilij super Cōmen. Galeni.

Primum quidem scripsit. Gal. cōmentando præsentem apho. duo facit Primo continuat ipsum ad pręcedētia eius ponendo intentionem. Secundo exequitur commentando & litteram exponendo. Secunda ibi (Verum tertiam ætatem.) De prima dicit Hip. nominauisse primo qualitates & sup. nocumenta infantibus & nascentibus contingentia, postea tetigit qualitates & nocumēta producentiū dentes Nunc uero tangit ętatem in qua dentium natiuitas completa est uicinam ætati pubescentiæ ꝗ ætate cōpleta anno. 12. uel. 13 ad plus dicturus est Hip. ætatem aliam, cui multa eorum nocumenta cōtingunt. Verum tertiam ætatem. Nunc facit quod ē dictum. Et primo exponit hanc partem peristhmiā spōdylium intus impulsiones. Secundo uerificat & exponit hanc partem. asthmata. Tertio hanc partem. lithiases Quarto hanc partem. lūbrici rotundi &c. Quinto exponit hanc partem acrochordones usq; ad finē apho.

Prima in duas secundum ꝙ prima continet duas partes. Primo facit quod est dictum. Secundo dubio satisfacit. Secunda ibi (Cur igitur Hip.) Prima in tres. Primo exponit hoc uocabulum peristhmia. Secundo quādam distinctionem peristhmiæ seu tumoris. Tertio exponit hanc partem spondylium. Secunda ibi (Hæ autem tonsillæ.) Tertia ibi (Et uertebrę.) De prima dicit Hipp. dixisse peristhmiam euenire prioribus, quod nomē importat tumorem in loco inter os & meri, quem locū nomināt græci isthmum, quod est dictū uia stricta posita inter duo pręcipitia, quā uiam latini nominant semitam græci tamen uidentur abusiue hoc nomen pręstitisse huic loco. Hę autem tonsillę. Nunc Gal. facit quod ē habitum dicens ꝙ iste tumor est aliquando in pelliculis intrinsecis stomachi & meri & gutturis & oris, aliquando est in musculis positis post has pelliculas. Et uertebrę. Dicit ꝙ ideo est necesse, ut spondyles colli patiant̄ impulsiones intrinsecas subinferente Hip. spondyliū secundum collum. Nam cum lacerti fiant tumidi necesse est spōdyles moueri uersus partem intrinsecam colli seu uersus proram, quam tamen non nominauit Hip. in littera. Cur igitur Hip. Nunc facit quod est dictū dicens ꝙ oportet nos inquirere quare Hippo. non dixit hęc accidentia fieri in pueris & nouiter nascentibus, à quorū cerebris humidis descendunt multę humiditates ad inferiora sup. potentes facere hęc nocumenta. Ad quod respondēs Gal. dicit ꝙ Hip. est opinatus. & patet ꝑ rationem ꝙ pueri nouiter nascentes moriuntur anteꝗ hęc loca tumeant, propter dignitatem horum locorum, quia neruorum & lacertorum non potentium sustinere hęc nocumenta. Item membra nouiter natorum sunt ita tenera ꝙ non patiuntur extensionē, immo propter tumorem rumpuntur potius. Iam uerò asthma. Nūc Gal. facit quod est dictum. Et primo facit hoc. Secunda satisfacit dubio. Secunda ibi (Quos humores.) De prima dicit sic Gal. ꝙ etiam hęc ætas patitur asthmata asthma uero est frequentia anhelitus quam patiuntur suffocati, propter necessitatem frequenter recipiendi aerem, quolibet enim animali nimio motu seu quasi suffocato totus anhelitus amittitur. vnde necesse est trahi multū de aere, cum uelit recuperare anhelitum. sed si asthma nō fiat propter has causas. sed propter stricturā uiarū anhelitus, quæ sunt in pulmone propter quam stricturam oportet ipsum fieri, erit tunc ex humoribus descendentibus à superioribus. Hæ autem fluxiones. De secunda dicit sic. ꝙ oportet istos humores maxime fluere à superioribus in genitis nouiter, quod non neglexit Hipp. sed quia tales pereunt anteꝗ hęc nocumenta incurrant. nam uix moriuntur dum transeunt à caliditate matricis in frigiditatem aeris, dū etiam patiuntur phlegmones umbilicorum, dū etiam produeunt dentes, & tanto magis morientur anteꝗ incurrant asthmata. Lapis uerò. Nunc facit quod est dictum dicens ꝙ lithiases sunt morbi huic ætati appropriati, propter gulositates huius ætatis, & ideo multi crudi humores adunati in tali ętate ingrossantur exñtes in uesica simul cū urina. & sic fiūt materia lapidis. nā calore eorum exñte multo coagulat̄ hęc materia & trāsmutatur in petram, hi etiam humores crudi quantitate multa remanēt in senioribus. nam quamuis non fiat, propter gulositatem, generantur tamen propter defectum digestiuę uirtutis, non conuertuntur tamen in lapidem deficiente caliditate naturali ad exiccandum materiam & transmutandum in lapidē.

Lumbrici uerò. Nunc Gal. facit quod est dictum, dicens ꝙ lumbrici rotundi ascarides & quędam animalia carentia semine nascuntur sup de putrefactione non sola, calore tamen augmentante putrefactionem. nos. n. intelligimus bene cibum corrumpi & putrefieri in stomachis & i intestinis puerorū, qui fiunt materia uermium, in nouiter tamen genitis non est caliditas tanta ut possit hos generare uermes. propter ergo materiā & calorem sunt appropriati huic ætati Lumbrici uero sunt uermes subtiles nascentes semper in inferioribus et grossis intestinis multi apparentes in animalibus non digerentibus bene. Ascarides uero sepius apparent multi & plus in infantibus geniti in intestinis superioribus. Est autem uermium genus tertium qui uermes dicuntur lati et cucurbitini cęteris uermibus longiores, quia plures

ibi inuicē continuantur, quos tamen in hoc loco quia rarissime nascuntur pueris Hippo. tacuit. Ob hāc igitur causam. Nunc Gal. facit quod est dictum, dicens acrochordones & sathiriasim esse morbos, quos uulgus appellat uerrucas & porros. Dicit ultimo ꝙ hęc nomina, scrophulę & pustulę, nō egēt expōne, quę oīa appellata sunt per ipsū pustulę, & fiunt ex humoribus pessimis et multis pulsis ab interioribus ad exteriora corporis, tamen scrophulę nascuntur in inguinibus, maxīe tñ in ascellis & gutturibus ꝑpter teneritudines carniū istarū.

Aphorismus. 27.

Senioribus uero, & ad iuuentutem accedentibus, & horum multa, & febres diuturnę magis & ex naribus sanguinis fluxus.

The. Adolescentibus iam, & pubescentibus, magna eorū pars accidit, atq; etiam febres diutinę potius, & sanguinis e naribus profusiones.

Leo. Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnę magis, & ex naribus profluuia sanguinis.

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. sic continuatur ad pręcedentē. Postꝗ̄ Hippo. in pręcedenti apho. tetigit nocumenta quę in ętate concussionis contingunt, nunc tangit nocumenta cōtingētia magis in ætate pubescentię. Et cōtinet tres partes secundum numerum trium inteutarum conclusionum. Secūda ibi (Et febres diuturnę.) Tertia ibi (Et ex naribus fluxus.) In prima uult Hip. istam conclusionem. Multa pręd ictorum nocumentorū accidunt istis corporibus factis senioribus & accedentibus ad iuuentutem. Conclusio probatur sic. illis corporibus accidūt multa pręd ictorum nocumentorum quę affinia sunt et similia in suis dispositionibus pręd ictis corporibus. sed corpora pubescentia sunt affinia pręd ictis corporibus in suis disposionibus. ergo &c̄. maior est nota. quia ꝑpter consimiles dispositiones corpora labuntur, cō similii ab agentibus patiuntur. patet minor. Conclusio sic in littera ponitur, sed multa horum nocumentorum accidūt senioribus accidētibus ad iuuentutē. In secunda Hip. facit quod est dictum, & uult istam conclusionem. Istis corporibus accidunt febres magis diuturnę. Conclusio probatur sic illis corporibus accidunt febres magis diuturnę in quibus reperiuntur humiditates grossiores, sed in istis corporibus inueniunṫ humiditates magis diuersę grossiores etiam. ergo &c̄. maior est nota quātum ad partem primam, eo ꝙ cum natura nō possit superare ita materiā diuersam, sicut uniformē consequitur materia existēte diuersa prolongatio morbi. Itē patet maior ꝗ̄tū ad partem aliam, quia materia grossior ineptior est resolutioni & superationi uirtutis propter ipsam plus resistere agenti. minor propositio probabiṫ ex cōmento & dubijs. Conclusio in littera ponitur. Et his corporibus accidunt febres magis diuturnę. In tertia Hippo. facit quod est dictum, & uult conclusionē istam. His corporibus accidunt fluxus sanguinis. Conclusio probaṫ sic. illis corporibus accidunt fluxus sanguinis, quorū caliditas acuta est, quę etiam corpora loquuntur multum, quę etiam corpora habentia caliditatem sic auctam non multum crescunt, sed horum corporum caliditas aucta est, & hęc corpora loquuntur multum et non crescunt. ergo &c̄. maior ꝗ̄tum ad partem primam nota est, eo ꝙ propter augmentum caloris agitato & subtiliato sanguine consequitur defluxus. Patet etiam quo ad partem secundam, eo ꝙ propter multam locutionē calefit caput, etiam sanguis ponitur in motu. vnde facilius sanguinis fluxus consequitur ꝗ̄tum ad partē tertiam. quia corpora habentia caliditatē auctam, quę non crescūt multum habent sanguinis abundantiam soliti nutrire corpus augmētare ipsum multum. iste ergo sanguis ręmanens non faciens augmentum fluit maxime ꝑ nares propter locutionem &c̄. minor colligitur ex cōmento. Conclusio sic in littera ponitur. sanguinis fluxus ex naribus sup. fiunt his corporibus. Primo ad intellectū aphor. pręsentis est ponenda apho. concordia, quę licet non habeatur tertia primi alleg. c in littera, colligi tamen potest propter affinitatem pręsentis ætatis ad pręcedentes, concordiā de fluxu sanguinis narium tertio pronosticorum potestis colligere. vbi uult fluxum maxime contingere in ætate minore. 35. annis. Secundo est notanda utilitas apho. est. n. vtilis ad actum pronosticum & pręseruatiuum. primo ad actum pronosticum, quia scimus pronosticari nocumenta &c̄. ꝗ̄tum ad actum pręseruatiuum, quia scitis causis propter quas hęc cōtingere possunt ipsam poterimus euitare, uel saltem remittere multum. Tertio notanda est ampliatio apho. dicendo ī hac ætate non solum dicta contingere nocumenta, immo & alia quę inuestigari possunt per notitiam cōplexionis et dispositionis huius ætatis. Quarto notandū. Hęc corpora improprie appellantur seniora, cum enim comparatiuum suum positiuū pręsupponit si hęc corpora nō sunt constituta in ætate senij non sunt etiam seniora, cum etiam distent satis notabiliter à iuuentute debent dici absolute ad iuuentutem accidētia, appellata sunt tamen seniora cum plus appropinquent senectuti & iuuētuti ꝗ̄ prius. Quinto notandum multa istorum nocumentorum merito contingunt his corporibus, quia cum hæc corpora multas superfluitates multiplicent, multas etiā indigestiones multa poterunt ex dictis nocumenta contingere, & quare dixerit multa & non omnia dicam suo loco. Sexto notandum. His corporibus accidunt febres magis diuturnę, quia propter caliditatem acutiorem & quę magis exiccat humiditates sunt grossiores & terrestriores magis prolongatiuę febrium. Item etiam humores maioris diuersitatis generātur in his corporibus, propter inordinationes & propter maiorem impotentiā caloris ad debite regulandum humores. Septimo notādum ꝗ̄uis sanguis sit magis aereus in ætate pręcedente quia tamen in hac ætate calidior acutior & cholericior, & ꝑpter causas assignatas in ratione, ideo plus fluxum sanguinis narium in hac ætate reperiri contingit. Vltimo notandū ꝙ hęc nocumēta fiūt in hac ætate maxime corporibus dispositis, corporibus autem debite regulatis & temperatis non contingunt hęc nocumenta. nam maxima particula generationis ægritudinum est passiui corporis pręparatio. primo de differentijs febrium.

Gal.

Ca. 14. Ægritudinū pubescētium pronosticus pręseruatiuusq; canon.

Cap. 4

Expositio Marsilij sup Cōmē. Gal.

Incipiunt quidem. Gal. cōmentādo pręsentē apho. tria facit. Primo cōmentatur primam partem. Secundo secundam. Tertio tertiam. Secunda ibi (Laborāt autē) Tertia ibi (Sanguinis uerò.) De prima dicit sic. ꝙ pueris. 12. annorum siue. 14. iam pubescētibus sup. diuersimode & in temporibus diuersis secundum diuersitatē complexionum naturalium, quia calidiores pubescunt citius alijs, his accidunt multa dictorum in alijs ætatibus pręcedentibus propter similitudinem ambarū ætatum. Laborant autem. Nunc Gal. facit quod est dictum dicens ꝙ ipsi patiuntur febres longiores ꝑpter calorem suum, & quia mutantur subito in diuersas qualitates propter eorum diuersas humectationes & propter fortitudines uirutum eorum. Sanguinis uerò. Nunc Gal. facit quod est dictum. dicens istis accidere sanguinis fluxus, quia calor eorum augetur. Secundo quia in hac ętate loquuntur multum, Tertio quia non crescunt multum, & ideo tāto amplius augetur sanguis ꝗ̄to supple minus augentur. Dubitatur utrum ueruce porri &c̄. generentur in ætate alia. Respondetur ꝙ sic, quia tamen hęc ætas multiplicat multas materias caliditate etiam existente forti ad pellendum exterius, ideo hęc sunt ualde huic ætati appropriata.

Dubiū

Aphorismus

Aphoriſmus. 28.

Plurimæ uero pueris paſſiones terminãtur, hæ quidem in.xl.diebus hæ uero in ſeptem menſibus, hæ uero in ſeptem annis, hæ uero ad iuuentutem accedunt. Quæcunq; uero permanẽt pueris, & nõ ſoluũtur circa iuuẽtutẽ, aut fœminis circa mẽſtruorũ eruptiões, ueteraſcere cõſueuerũt.

The. Plurimi uero affectus puerilis ętatis iudicantur, aut intra quadrageſimum diem, aut intra ſeptimum menſem, aut intra ſeptimũ annũ, aut cum ad pubertatẽ itur. Qui autẽ ꝑdurarint nec ſolui potuerĩt pubeſenti, aut fœminę cũ menſtrua erumpunt, ĳs cõſeneſcerẽ aſſolẽt.

Leo. Plurimę autem paſſiones puerulis iudicantur, nonnullę quidem in quadraginta diebus, nonnullę in ſeptẽ menſius, nonnullę uero in annis ſeptẽ, quædam uero iã ad pubẽ antecedentibus. Quę uero permãſerint, nec ĩ pubertate finierint, puerulis, aut fœminis cũ menſtrua erumpunt, conſeneſcere conſueuerunt.

Expoſitio Marſilĳ ſuper apho.

Pręſens apho.28.continuaĩ ad pręcedentẽ ſic. Poſt ꝙ Hippo. in pręcedenti apho. cõparationem quandam poſuit ętatis prouectioris ad ętates pręcedentes, & poſuit feb. ętatis prouectioris magis diuturnas, nunc tangit cõmunes terminationes morborum puerorum, & maxime chronicorum. Et continet pręſens apho. duas partes. Primo explicat terminationes morborum quę non inueterantur. Secundo infert morbos aliquos inueterari maſculis & femellis. Secunda ibi (Quęcũq; permanẽt) Prima in duas. Primo Hip. pręmittit in generali morbos puerorum terminari. Secundo ſpecificat terminos morborum. Secunda ibi (Hę quidem in.40.) In prima uult Hip. cõcluſionem hanc. Plurimę paſſiones puerorum aliquo determinato termino remouentur. Concluſio ꝓbatur ſic. ſupra plures paſſiones natura eſt potens, ut non deueniant ad alias, ſeu ſaltẽ perſeuerẽt uſq; ad finem uitę. ergo &c̃. antecedens patet ad experientiam, & etiam propter limitationẽ materierum. cõſequẽtia nota ſatis. cõſequens uero in littera ponitur, ſic Hip. dicente plurimę paſſiones puerorum terminantur modo expoſito. In ſecunda facit quod eſt dictum. Et continet quatuor partes, ſecundum numerum quatuor terminationũ. Secunda ibi (Hę uero in.7.menſibus.) Tertia ibi (Hę uerò in.7.annis.) Quarta ibi (Hę uerò ad iuuentutem.) In prima particula Hip. uult concluſionem hanc. Aliquę ęgritudines puerorum terminãtur in diebus.40. Concluſio probatur ſic. dies.40. eſt prima dies morborũ chronicorum ergo aliqua &c̃ antecedens ponitur in cõmento. conſequentia tenet, quia poſſibile eſt materiam taliter diſponi in puero, ut ſibi hec creticatio correſpondeat. huius rationis cõſequens in littera ponitur dicendo, certe he ęgritudines, quia aliquæ terminãtur in.40. diebus. In ſecunda particula facit quod eſt dictum. & uult cõcluſionem hanc. Hę ęgritudines puerorum terminantur in ſeptem mẽſibus. Concluſio perſuadetur ſic. aliquę ægritudines puerorum terminabiles ſunt per mẽſes & non per annum ſolum nec per dies, igitur aliquę terminantur in ſeptem menſibus. antecedens ſatis eſt notum. conſequentia tenet, quia terminatio earum maxime debet eſſe in menſe critico qualis eſt, 7. huius conſequentię conſequens ponitur in littera. Hę ægritudines terminantur pueris in ſeptem menſibus. Item tertia particula Hipp. facit quod eſt dictum intendens hanc concluſionem. Aliquę ægritudines puerorũ terminantur in annis ſeptem. Concluſio perſuadeĩ ſic. Aliquę tales ęgritudines terminabiles ſunt ꝑ annos non apte protelari ad iuuentutem. ergo maxime terminãtur in anno.7. antecedens eſt notũ. cõſequentia tenet, quia aliqua criticatio attribuitur anno.7. huius conſequentię cõſequens ſic in littera ponitur. Hę ægritudines puerorum terminantur in ſeptem annis. In quarta particula Hip. facit quod eſt dictum, uolens concluſionem hãc. Aliquę ægritudines puerorum extenduntur uſq; ad iuuentutem. concluſio probatur ſic. aliquę tales ſunt cum defectu uirtutis & tãta indiſpoſitione, ut ualeãt ad hãc ætatem extendi. igitur apparebit antecedẽs. nota eſt cõſequentia. Concluſio ſic in littera ponitur. Hę paſſiones puerorum extenduntur ad iuuentutem. In ſecunda parte principali facit quod eſt dictum, & uult concluſionẽ hanc. Ægritudines quę non ſunt curatę in iuuentute in maſculis aut fœminis circa mẽſtruationes ſoluerunt inueterari. Quę concluſio probatur ſic. illę ægritudines ſoluerunt inueterari quę nõ ſunt remotę agente exiſtẽte fortiori ad remouendũ, ſed ægritudines ſunt huiuſmodi ergo &c̃. maior eſt nota. & apparebit minor. concluſio ſic in littera ponitur. omnes ægritudines non curatæ circa iuuentutem aut mulieribus circa eruptiones menſtruorũ conſueuerunt inueterari. Ad intellectũ apho. eſt primo notanda concordia, quę habetur.19. Continentis cap̃. de ſignificatione mortis abſq; criſi. Secundo eſt notanda utilitas apho. eſt.n. pręſens apho. utilis q̃tum ad actum pronoſticum ut notum eſt. Tertio eſt notanda ampliatio apho. dicendo ꝙ nõ ſolum in his terminis prędictę paſſiones puerorum terminantur, immo & altarum ætatum, quia tamen per ætatum mutationes quoſdam morbos terminari contingit, & quia dictę mutationes maxĩe fieri pñt incipiendo à pueritia &c̃. ideo de pueritia fecit mentionem. Quarto notandũ notanter eſſe dictum plurimę, ad denotãdum ꝙ etiam alię ægritudines chronicę uel acutę alĳs poſſunt terminari terminis, hi tamen termini ſunt cõmuniores. Vel dixit & melius plurimę ad denotandũ ꝙ hic loquitur ſolũ de chronicis. Quinto notandum. Per terminari intelligimus uel intelligere poſſumus critice terminari uel non critice. Sexto notandum. Per paſſiones intelligit Hip. morbos maxime complexionales per criſim terminabiles, aut accidentia conſequentia morbos. Septimo notãdum. Notanter inceptum eſſe à quadraginta diebus, ꝓpter eos eſſe primum terminum chronicorũ morborũ.

Raſis Ægritudinũ puerorũ ꝓnoſticus canon:

Paſſio quid.

Expoſitio Marſilĳ ſuper Cõmen. Galeni.

Si uerbum diutinę. Gal. commentando pręſentem apho. duo facit. Primo tãgit diuerſitatem ſcripturę cũ intellectu huius partis plurimę. Secundo exequitur uerificando apho. Secunda ibi (Ex diebus autem.) De prima dicit Gal. ꝙ in alĳs libris inuenitur ſcriptum in hoc apho. qualiter pueri in uita permaneant, ſi tamen addidiſſet huic parti plurimę diuturnę melius eſſet, cõſuetudo tamen ſuorum uerborum cum dicat abſolute morbos alios uelle intelligi diuturnos, quia in locis multis uolens dicere de morbis acutis ponit hanc determinationem acutos. diuturnos uero ponit abſolute. uel dicendum partem eſſe incomplete poſitam. ſuppleamus ergo ipſam ſic. plurimæ ægritudines diuturnæ terminantur pueris. Ex diebus autem. Nunc Gal. facit quod eſt dictum dicens primo quadrageſimam diem eſſe principiũ morbi diuturni, & finem acutorum morborum mutatorum in diuturnos. Dicit ſecunda ꝙ omnes paſſiones tranſeuntes hunc terminum procedunt per ſeptẽnariũ non ſolum dierum ſed menſium & annorum, dicit etiã ꝙ per tranſeuntes ſeptẽnarium computandę ſunt per 14. quartuſdecimus.n. finis eſt ſecundi ſeptẽnarĳ. Vltimo dicit ꝙ maxime contingunt mutationes harũ paſſionum pueris pubeſcentibus & mulieribus peruentis ad menſtruationem. paſſiones autem quę his temporibus non finiuntur neceſſe eſt inueterari.

Principiũ morbi diuturni ẽ finis acuti.

Aphoriſmus. 29.

Adoleſcentibus uero, ſanguinis ſputa phthiſis, febres acutæ, epilepſiæ, & aliæ ægritudines, & maxime prædictæ.

The. Iuuenibus, sanguinis screationes, tabes, febres acutæ comitiales, et reliq morbi, sed pręcipue quę enumeraui.

Leo. Adolescẽtibus autẽ, sanguinis spuitiões, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, et alij, sed pręcipue antedicti.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens aphor. continuatur ad præcedentẽ sic. Post φ Hip. in præcedenti apho. tetigit terminos cõmunes morborum chronicorum puerorũ, ut in alia ætate mutabilium, nunc tangit passiones contingẽtes iuuenibus. Et uult Hippo. conclusionem hanc. Sanguis sputa &c̃. contingunt iuuenibus. Conclusio probatur sic. ille passiones contingunt iuuenibus, quarum causæ in ætate iuuentutis poterunt reperiri, sed harum passionum causæ in ætate iuuentutis poterunt reperiri. ergo &c̃. maior ẽ nota. colligitur minor ex cõmento. Conclusio sic in littera ponitur, sputa sanguinis, phthisis, fe. acutę, epilẽ, & alij morbi, & maxime prędicti contingunt adolescentibus. Primo ad intellectum apho. notãda est apho. cõcordia, quę colligi potest ex cap̃. de ætatibus. prima primi. vbi ponitur fluxum sanguinis accidere iuuenibus, eorum etiam feb. esse cholericas. Secundo est notanda utilitas Est. n. vtilis q̃tum ad actum pronosticũ (ut est euidens.) Tertio est notanda ampliatio apho. dicendo φ non solum hę passiones contingunt iuuenibus, immo & alię passiones, has tamen explicuit ut cõmuniores.

Ægritudinũ accidẽtiũ iuuenibus pronosticus canon.

Quarto notandũ q̃uis adolere uel adolescere proprie tribuatẽ ætati pręcedenti iuuentutem, quia in illa fit cremẽtũ & non in ista, quia tamen iuuenes sunt in esse perfecto crementi dici possunt adolescentes. vel dicunẽ adolere in perfectione. s. sensuũ interiorum. Quinto notãdum. Sputa sanguinis non contingunt in hac ętate propter debilitatem uirtutum, sed propter sanguinis cõmotionem & uehementiã motuũ corporeorum. sic phthisis contingit in hac ętate consequens sputũ sanguinis putrefactum. Item in hac ętate fiũt feb. acutę, eo φ in hac ętate multiplicantur humores cholerici morbos acutos efficientes. Sexto notandum etiam (ut sumitur ex cõmento) φ in hac ętate non fiunt epilepsię, nisi de per accidens & propter inordinationem diętarũ cõplexionem iuuenum non apta epilepsię, propter caliditatẽ & siccitatem iuuenũ &c̃. Septimo notandũ. Per ęgritudines alias Hip. intelligit morbos materiales aut immateriales potentes contingere in hac ętate propter inordinationem diętarum, maxime tamen intelligit morbos calidos propter caliditatem iuuenũ igneam esse & acutã, ut colligitur prima huius cõmen. 14. qui crescunt. Octauo notandum. Maxime hę ęgritudines contingunt in hac ętate propter causas habitas in commento siue contingant de per se siue per accidens.

Adoleẽ uł adolescere qd & adolescens.

Expositio Marsilij super Cõmen. Gal.

Cum primas ętates. Gal. cõmentãdo pręsentẽ apho. sic procedit. Primo tangit quendam defectũ Hip. & defectus excusationem. Secundo cõmentatur apho. Tertio tãgit bonũ ordinẽ quẽ debuit seruare Hip. in apho. Secunda ibi (Verum hanc ętatem.) Tertia ibi (Quare melius fueras.) Prima in duas secundum duplicẽ defectum, quem tangit Gal. in parte. Secunda ibi (At uerò non sat plene.) De prima dicit sic in sententia Gal. φ Hip. multum subtiliter locutus est ab ętate prima usq; ad pubescentiam. & dicit Gal. se ignorare quare tacuerit ętatẽ inter pubescentiam & perfectam iuuentutem existentem. Ad quod respondet idem Gal. dicens φ forte putauit Hipp. nos intelligere per ętatem anteriorẽ: et sequentem, quia ętatem iuuentutis quales morbi essent futuri in hac ętate intermedia. nam hęc ętas sicut media inter illas duas ętatum cõmixtas habet infirmitates, & hũt masculi maxime fluxũ sanguinis narũ, sicut est dictum in pubescentibus, et finitur hic fluxus incipiens à pubescentia in iuuentute. ob hoc ergo tacuit Hippo. hanc ętatem ponens post pubescẽtes adolescentes seu iuuenes, quos dicit pati sputa sanguinis, phthisim, fe. acutas epilepsias & alias ægritudines, & bene uidetur adiũxisse, maxime uero prędictas, supple propter causam assignatam. At uerò non sat plene. Nunc Gal. facit qd̃ est dictum dicens φ Hippo. neglexit hic determinare de febribus acutis contingentibus non minus pubescentibus q̃ adolescentibus. esset ergo bonum si diceret maxime acuti morbi. s. febres tertianę & causon ueniunt his ut morbi proprij quibus cholera rubea dominatur. Verum hanc ætatem. Gal. facit quod est dictum. Et primo pręmittit qualiter, quia accidentaliter sputũ sanguinis & phthisis contingant his corporibus, ponendo etiã causas fluxus. Secũdo infert causas phthisis. Tertio epilepsię. De prima dicit sic. φ phthisis & fluxus sanguinis non approprientur huic ætati accidentaliter contingentes eidem. Est. n. dictum superius, quia in secundo φ senes minus ægrotant iuuenibus. cum iuuenes patiãtur multa. vna littera habet propter teneritatem, alia littera propter temeritatem. utraq; littera saluari potest. propter enim teneritatem rumpuntur, unde de facili à causa exteriori, propter etiam temeritatẽ multa faciunt iuuenes, propter quę uenę crepanẽ. non ergo contingunt ista propter defectum uirtutum eorum incurrunt ergo fluxum sanguinis. s. propter fracturam uenę, aut ꝑpter percussiones & saltus aut quaslibet alias res taliter, ut rũpant occurrentes, uel propter nimiam uociferationẽ uel propter nimiam frigiditatem, uel propter iacere ad terrã sine culcitra uel lecto uel stramine, uel propter nimiam comestionẽ supple uel potum. Ad sputũ. Facit quod est dictum & dicit sic φ propter fluxum sanguinis sup. contingentem propter fracturam uenę pectoris uel pulmonis cadunt in phthisim. phthisis ergo non uenit naturaliter iuuenibus, sed consequitur accidẽtaliter. Morbi autem comitiales. Facit quod est dictum dicens epilepsias non uenire naturaliter iuuenibus, immo est mirandum qualiter dixerit Hip epilẽsias uenire iuuenibus, cum alio loco dixerit hunc morbum esse ꝓprium infantium & mutari hunc morbum secundũ mutationẽ ætatis. cõtingunt tamen epilepsię adolescẽtibus ꝑpter inordinationem diętę, & quia continue fatigantur, nunc famendo, nunc uigilando, nunc nimium calorem sustinendo uel frigus. calore ergo extraneato incurrunt melãm q̃uis hoc sit rarum, secundum hanc rationem alij multi morbi contingunt iuuenibus. Quare melius fuerit.

Contradictio tollitur ab Hip.

Facit quod est dictum dicens φ esset bonum si Hippo. dixisset sic in loco isto. omnes morbi quos nos recordamur dixisse contingere alijs ætatibus possunt contingere adolescentibus & proprie causon & tertiana. Circa cõmentum dubitatur quid intelligat p ætatum mediã inter iuuentutem perfectam & pubescentiam. Dicendum φ per ętatem pubescentię intelligit ætatem mittẽdi pubem siue lanuginem. per ætatẽ uero perfecte iuuẽtutis intelligit ætatem quę est in. 30. vel. 35. anno. per ætatem uero appropinquantem iuuentuti quã Aui. ca. de ætatibus appellat ætatẽ fortitudinis intelligit hic Gal. ætatem dictis ætatibus intermediam &c̃.

Dubiũ

Auicẽ.

Aphorismus. 30.

The. Vltra uero hanc ætatẽ, asthmata, pleuritides, peripleumonia, litargiæ, phrenitis, causon diarrhϾæ diuturnæ, choleræ, dyssinteriæ, lienteriæ, hæmorrhoydes.

Leo. Qui hanc excesserunt ætatem, ijs anhelationes, costales, pulmonię, obliuiarij, deliria, ardores, bilares, alui fluores longi difficultates intestinorum, leuitates intestinorum, mariscæ.

Vltra hanc ætatem, asthma, idest creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflãmationes, letargi, phrenetides, ardores, diuturna profluuia, cholere, difficultates intestinorũ, leuitates intestinorũ, hęmorrhoydes.

Expositio

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. 31. continuatur ad pręcedentem. Post ꝙ Hippo. in pręcedenti apho. tetigit morbos contingentes in ętate iuuentutis nunc tangit morbos contingētes in ętate senectutis prima. Et uult conclusionem istam. Asthmata & morbi qui sequuntur fiunt in ętate iuuentutis. Cōclusio probat̃ sic. in ętate fiunt asthmata &c̃. in qua multiplicantur uel repertiuntur causę horū morborum. sed in ętate iuuentutis multiplicantur uel reperiuntur causę horum morborum. ergo etc̃. maior nota. minor colligitur ex cōmen. conclusio sic in littera ponitur ꝙ ultra ętatem iuuentutis, quia sup. in ętate primi senij fiunt asthmata, pleureses periphleumonię, litargię phrenesis, causon, diarrhicæ longę, item cholerici fluxus, itē dysinterię & lienterię et hęmorrhoydes. Prīo pro intellectu apho. est notanda concordia, quę colligitẽ ex diuersis locis particularibus. in quibus ponuntur causę istorum morborum. Secundo est notanda utilitas. ē enim vtilis ad pronosticandum ut est euidens ac etiā ad pręuidendum, ne hęc contingant nocumenta debite corpora regendo. Tertio ampliatur non solum hęc nocumenta contingere in hac ętate, sed etiam alia ut experiētia notat. de his tamen ut notioribus est facta mentio.

Ægritudinū senū ꝓnosticus ꝑ uisiuus que canon.

Expositio Marsilij sup Cōmē. Gal.

Iuuenum ętas. Gal. cōmentando pręsentem aphor. sic procedit. Primo notificat nobis iuuentutem & senectutem per tempus in quo comprehēdūtur. Secūdo supplendo apho. tangit quosdam morbos in senio contingētes. Tertio cōmētatur apho. Quarto nos ad alia loca remittit. Secunda ibi (Nam quę iuuenibus.) Tertia ibi (Asthmasi uerò.) Quarta ibi (A me quidem.) De prima dicit ꝙ iuuentus terminatur in quinto septēnario, quia in anno. 35. vnde dicebat Hip. in lib. pronosticorū ꝙ superfluus sanguis fit existentibus ante. 35. annum, cui ętati iuuentutis succedūt duo septēnarij, sup. in quibus est prima senectus in qua ętate laboratur multum & assuescit corpus omnibus passionibus, ut famt &c̃. hę tamen passiones plus nocent senectuti ꝙ̃ iuuentuti, quia iuuenes sunt fortiores & perfectiores naturaliter.

Nam quę iuuenibus. Nunc facit quod est dictū & dicit ꝙ hi alij, quia senes sunt cholicę & nigre cōplexionis unde incurrunt maniā eorum cōplexione & natura similata autumno, qui succedens ęstati inuenit corpora plena cholͣa succensa & genita in ęstate. assimilatur ergo autumnus frigidus existens huic ętati frigidę. similiter in hac ętate corpora inueniuntur plena cholͣa succensa in iuuentute. & dicit Gal. esse mirandum quare non ascripserit Hip. melicā passionē huic ętati in quibusdā tamen libris inuenit Gal. hāc infirmitatē attribui huic ętati. & dicit Gal. se nescire quis succedens Hippo. hoc ascripserit credens hoc ab Hip. negligent' prętermissum.

Dicit ultimo quo ad hanc partem Gal. ꝙ multi moriūtur phthisici in hac ętate. spuentes. n. sanguinem in iuuentute in phthisim deueniunt in hac ętate & moriuntur. sputum tamen sanguinis prius cessat in eis non existente tanta sanguinis ꝙ̃titate ꝙ̃ta in iuuentibus. Asthmasi uerò. Nunc facit quod est dictum. Et primo commentatur hāc partem, asthmata, pleuretides, periphleumonię, et phrenesis, et causon. Secundo hanc partē. diarrhicæ diuturnę. Tertio hanc partem. litargię. Quarto hanc partem. lienterię. Quinto hanc partem. hęmorrhoydes. De primo dicit ꝙ asthmata, pleuresis, & periphleumonię plus eueniunt huic ętati ꝙ̃ iuuentuti corporibus huius ętatis existentibus debilioribus. sed Hippo. omisit morbos adolescentum breuiter tangens alios morbos, nam phrenesis contingens ex aꝑatibus sanguineis panniculorum cerebri siue diaphragmatis, causones etiam geniti ex cholͣa rubea putrefacta intra uenas, & euacuatio rubeę cholͣę uomitu uł secessu, & dysinterię nō minus contingunt iuuenibus ꝙ̃ huic ętati omnium causis existentibus rubeis choleris. Diuturniora. Nunc Gal. facit quod est dictum dicens ꝙ lōgiores diarrhicę causantur in hac ętate ꝙ̃ in iuuentute, quia corpora in hac ętate minus egent nutrimento ꝙ̃ in ętatibus pręcedentibus in his etiam non fit tanta dissolutio nec etiam tantum habent calorem ut prius, etiam uirtus contentiua defectior est in senioribus. Causatur ergo diarrhia uel propter minorationem uirtutis nutritiuę in trāsmutando nutrimentum corpori, uel propter cholerę rubeę acuitatem intestina pungētis quę omnia in hac ętate reperiuntur primo primum ut est notum, ac etiam secundum ex iuuētute reseruata cholera, ac etiam adusta materia, ideo necessario fit longa diarrhia. Febres quidem. Nunc Gal. facit quod est dictum dicens ꝙ litargia cum febre est ex humoribus phlegmaticis adunatis ĩ cerebro & dominantibus in hac ętate, in qua propter frigiditatē minus generantur feb. quia tamen eorum corpora non sunt ita frigida ut seniorum aliquo modo sunt generatiua feb. Leuitates uerò. Nunc facit quod est dictum dicēs ꝙ causa liēterię est materia frigida phlegmatica aut mutata cōplexio, supple inconueniens contentiuę uirtuti stomachi uel intestinorum aut defectus cōtentiuę uirtutis uel uulnera in superficie interiori stomachi uel alterius. Sanguinis uerò. Nunc facit quod est dictū dicens ꝙ hęmorrhoydes appropriantur huic ętati, quarū causa est nigra cholͣa descendens in uenas posteriores in quibus abundat. A me quidem. Nūc Gal. facit quod est dictum. dicens ꝙ omnes morbos uel accidentia tactos per Hipp. attineri huic ętati ipse secundum posse suū exposuit. uolens tamen hoc inuestigare profundius legat libros Gal. quorum querendo numerum & utilitatem legat librum singularem & solum quem de ordine legendi libros composuit Gal. Primo notandum circa apho. & cōmentum. Litargia potest sumi dupliciter. Vno modo pro aꝑate phlegmatico facto in meatibus substantię cerebri, cum raro phlegma transeat ad substantiam cerebri medullarem propter eius uiscositatem, raro etiam ad cerebri panniculos, propter phlegmatis grossitudinem ut uiscositatē, ad quod aꝑa sequit obliuio, phlegmatis humiditate memoratiuam obtundente. Sumitur aliquando litargia pro tali accidente, quia obliuione. hęc colliguntur prima tertij. c. de litargia. Ad propositum hic sumitur litargia modo primo, ut patet per Gal. in cōmento. Secundo notandum. Litargia aliquādo est cum febre, & aliquando non secundum cōtingētiam putrefactionis phlegmatis & communicationē caliditatis pręter naturam cordi. De causone autē & phrenesi dicendum, ut dictum est de pleuresi. Similiter dicendum de cholͥco fluxu. Et maxime contingunt ista senibus malo regimine utentibus, & his passionibus naturaliter appropriatis. Tertio notandum. Hęmorrhoydes multipliciter capiūt diuersitatem. Primo ratione denominationis & formę. Quędam. n. appellantur uerucales in forma similatę uerucis ex materia puriori causatę & melͥca. Quędam appellātur morales, quasi moris in colore & figura similes, causatę ex sanguine melācholico, ideo adest rubedo obscura. Quędam appellant̃ uesicales tumentes ad modum uesicarum, quarum materia aliqualiter est permixta phlegmati. Secundo capiunt diuersitatem ratione deuolutionis assimilantis ad ussiuam potentiam. nam quędam appellantur cecę seu surde à quibus nihil emanat. quędam autem fluentes. Ad propositum quomodolibet distinguantur senibus hæmorrhoydes accidere possunt, ꝑpter eos ualde multiplicare materiam melͥcam. Quarto nota, ꝙ hęmorrhoydes aliquando sumuntur pro quinq; uenis circa extremitatem recti intestini existentibus, quarum tumoribus & repletionibus dictę causantur hęmorrhoydes.

Diarrhicæ cā & ꝑpter qd lōr' et.

Lienterię et Litargię causa.

Litargia 2r.

Hęmorrhoydes triplices.

Hęmorrhoydes sup.

Aphorismus. 31.

Senioribus, dispnoæ, catarrhi cū tussi, stranguriæ, dysurię, articulorū dolores, nephritides, uer

tigines, apoplexiæ, cachexiæ, pruritus totius corporis, melãcholiæ uigiliæ, uẽtris, oculorũ & narium humiditates, oculorum hebetudo, glaucosis grauitas auditus.

Th. Maioribus natu, difficultates spirandi, destillationes, tusses, stillicidia urinę, difficultates urinę, articulorum dolores, renum dolores, uertigines, attoniti, mali habitus, asperdines totius corporis, insomnię, alui, oculorũ, et auriũ hũiditates, hebetudies oclo᷑, grauitates auriũ

Leo. Senibus, spirãdi difficultates, destillationes cum tusse, urinę stillicidia, urinę difficultates, articulo᷑ dolores, renũ passiones, uertigines, apoplexię, mali habitus, pruritus totius corpis, uigilię, alui, oculo᷑, et nariũ hũiditates, uisus obtusus, glaucedines, auditus graues.

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. 32. & ultimus continuatur ad pręcedentem sic. Postq̃ Hip. in pręcedenti apho. passiones tetigit primis senibus contingentes, nunc tangit illas quæ ultimo eueniunt senibus & enumerando illas &c̃. procedit. Primo tangit unam passionem pectoris. Secundo tangit passionem pectoris aliunde pęcedentem. Tertio tangit passiones uesicę. Quarto tangit accidens quoddam iũcturarum. Quinto tangit passiones renum. Sexto tangit quasdam passiones capitis Septimo tangit quãdam dispositionem totius corporis. Octauo iterato tangit quasdam capitis passiones. Nono tangit quoddam accidens uentris. Decimo tangit oculorum & narium passiones Vndecimo tangit accidens auditus. Secunda ibi (Catarrhi cum tussi.) Tertia ibi (Stranguriæ.) Quarta ibi (Articulorum dolores.) Quinta ibi (Nefresis.) Sexta ibi (Vertigines.) Septima ibi (Cachexię.) Octaua ibi (Mesię.) Nona ibi (Ventris humiditates.) 10 ibi (Oculorum & narium.) 11. ibi (Grauitas auditus.) De tota parte Hip. intelligit unam totalem conclusionẽ. Oẽs morbi hi conueniunt in ætate seniorum. Conclusio probatur sic. in illa ætate reperiuntur hi morbi, quia causæ morborum reperiuntur cum debilitate uirtutis. sed in hac ætate reperiuntur causę horum morborum cum debilitate uirtutis. ergo &c̃. maior est nota. minor colligitur in cõmento. cõclusio sic in littera ponitur. dysnię cõtingũt senioribus & catharri cum tussi & stranguriæ et dysurię & dolores articulorum & nephreses, & uertigines seu stupores. secundum aliam litteram cachexiæ, & totius corporis pruritus, melię, uigilię, fluxus uẽtris humectatio oculorum & narium, hebetudo uisus glaucosis oculorum, et grauis auditus. Ad intellectũ apho. ex locis particularibus concordia colligatur ut ex tertio canonis pro parte maiori. de pruritu uero concordia sumitur septima quarto. cap̃. de scabie & pruritu. Secundo est notanda utilitas. Est.n. utilis q̃tum ad actum ꝓnosticum nos pronosticari docens, quales adueniente senio morbi succedunt, ex quo pręuisi reddamur, ne dicti morbi contingant. Tertio notandum ad ampliationẽ non solum hos senioribus posse contingere, immo morbos & alios nõ recitatos gratia breuitatis. hos tamẽ ideo explicauit, quia communiores & magis manifestos.

Ægritudinũ seniori bus accidẽtiũ ꝓnosticus canon.

Quarto notandũ ꝙ & si seniores intelligantur iuuenibus in ætate prouectiores siue sint senes primi siue secũdi, de secundis tamẽ ut debilioribus & frigidioribus maxime intelligitur apho. Quinto notandum ꝙ reperiũtur hęc nomina, dysnia & asthma quę duo importãt difficultatẽ anhelandi exñte dysnia cũ difficultate et inordinatiõe anhelitus, exñte ẽt dysnia sine sonitu pectoris imo uoce exñte submissa, ut raucorum uel leprosorũ. in asthmate autem est sonitus gattorum anhelantiũ. unde uersus. Dysnia se celat canit asthma malũq; reuelat. Asthma uero et dysnia diuidi possunt in multos modos. Est.n. aliqua difficultas anhelitus respectu inspirationis seu tractus aeris ad se nõ exñte difficultate saltem respectu huius in expirando, & taliter patiens appellatur anhelosus. Est secũdo cõtraria difficultas anhelitus, quia respectu expirationis & sic patiens appellatur suffiginosus. Est tertia difficultas in qua taliter difficultatur anhelitus, ut infirmus recte stare cogatur, quæ difficultas appellatur arthopnœa ab orthos quod est rectum. quia ut est dictum, rectus stare cogitur. hanc orthopnœæ expositionem sume quarto regiminis acutorũ com. 29. circa finẽ illius partis. quicun. ꝑ phlegminãtia &c̃. ideo dicit uersus. Expirat, late trahit ad se cum difficultate, Omnis anhelosus econtra suffiginosus Orthopnœa quoque morbo uexatur utroq;. Ad propositum totum applicando omnes hę difficultates anhelituũ senioribus cõtingere possunt intellectę per dyspnœas. contingunt autem propter debilitatem membrorum anhelitus & ꝓpter materias multas phlegmaticas ad pulmonẽ, & eius cãnales defluxas.

Disnia et asma q̃tũ differunt.

Asthmatis et dysniæ modus 3x. Hippo. Gal.

Sexto notandum. Licet catharrus sumatur multipliciter, hic tamen sumitur pro defluxu humiditatum à capite ad pectoralia contingere in his propter frigiditatem capitum eorum & uirtutum imbecillitatem, q̃tum uero fiunt his humiditatibus stimulantibus uirtutem pectoris ad expellendum et etiam sine tussi contingere possunt secundum quietudinem materiæ & uirtutis hebetudinem. Septimo notãdum. Sumpta stranguria pro impotentia debite expellendi urinam, et dissuria pro impotentia retinendi, hæc duo senioribus contingere possunt. Primo stranguris propter debilitatẽ expulsiuę uirtutis aut oppil'onẽ circa collũ uesicę cõtingẽtẽ ex grossis & phlegmaticis humoribus oppilantibus. Dissuria uero, propter debilitatem cõtentiuę à nimia accidentali humiditate contingente. non est ergo inconueniens has contrarias passiones distinctas temporibus ipsarum caussis occurrentibus contingere.

Strãguria. Dissuria.

Octauo notãdum. Dolores articulorum contingunt istis propter debilitatem uirtutum & frigiditatem illarum partium & descensum humiditatum ad iũcturas tanquam ad partes latiores & debiliores. unde cum non possint resolui hi humores dolorem causant, uel propter malam complexionem eorum uel replendo & extendendo soluendo cõtinuũ. Nono notãdum. Per phrenesim habemus intelligere dolorem renum contingentẽ, ꝓpter humores grossos descendentes in renes, qui dictis causis dolores faciunt renum. similiter contingunt lithiases. i. lapides renum caliditate renum lapidante hos humores.

Phrenitis qd, et lithiases.

10. notandum. Vertigines causantur in senioribus ꝓpter debilitatem cerebri eorum uapores eleuatos ad cerebrum uirtute impotente ad hos resoluendos. Item causantur stupores, quia remissiones uel ablationes sensationum tactualium propter frigiditatem accidentalem sensum tactus obtundere. Item causantur apoplię, propter nimias phlegmaticas humiditates cerebro abundantes, per apoplias intelligẽdo epilepsias & paraleses. 11. notandum ut dicitur. 14. tertij trac. 2. & trac. 4 ꝙ cachexia non est aliud q̃ dispositio corporis. qua color mutatur corporis ad azurum uel citrinum cum inflammatione palpebrarum seu manuũ uel pedum uel totius corporis consequens maliciam digestionis, & pręsentiam multarum humiditatum hincinde per corpus dispersarum, & est dicta cachexis à chacõ, quod est malũ & exia dispõ q̃si mala dispõ corporis pręuia ad hydropisim, ut tãgitur ibidẽ. hoc autẽ conuenit senioribus propter frigiditatẽ & uirtutis digestiuę debilitatẽ.

Apoplexis qd, & eius causa. Cap. 2 Cap. 3 Cachexia qd, & eius causa.

12. notandum. Differentia est inter pruritum & scabiem, quia scabies est cum pustulis, pruritus autem sine, ut colligitur. 7. quarti. cap̃. de scabie & pruritu. q̃uis etiam aliam tangat differentiam, hic autem pruritus contingit senioribus ꝓpter materias salsas appellatas bauracchies drinicas & serosas, quę per uiam siccitatis & adustionis genitæ sunt, & propter impotentiam uirtutũ senum ad euacuãdum has materias & propter earum grossitudinem. scabies tamen etiam senibus contingere potest intellecta ꝑ pruritum.

Auicẽ.

pruritũ. Ex isto īferre possumus, quare pīguedo seniorũ est citrina, cũ.n. multiplicēt partes adultas ut est dictũ ipsis cōmixtus cũ partibus phlegmaticis albis & aereis color causaē medius inter açurũ & adustũ opacũ citrinus nominatus. 13. notandũ ꝙ melīæ causanē quia passiones melācholicæ cũ timore quodā cāne in senioribus ꝑpter hāc ętatē fo͞r cōformē multiplicationi melię. Itē causanē uigiliæ ꝑpter nimia senũ siccitates, q̃uis p accidēs & ꝑpter multiplicationē multarũ humiditatũ circa caput aliquotiēs incurrāt subet. 14. notandũ. In hac ætate fiũt fluxus uētris ꝑpter debilitatem uirtutis cōtentiuæ uel multiplicatis multis humiditatibus accidētalibus, q̄bus defluxis ad uētrē causanē uētris humiditates, intelligēdo p uētris humiditates fluxũ humoralē et lıēteriā seu cibalē, ꝑpter debilitatē digestiuæ et cōtentiuæ cōtingentē. 15. notandũ. Istis cōtingũt hebetudines oculorũ & auriũ. i. uisus & auditus et aliorũ sēsuũ. Primo ꝑpter paucitatē spirituũ & caloris naturalis ut instrumētorũ. Secūdo ꝑpter multas accidentales humiditates hebetātes has potētias sensitiuas. 16. notādum Glaucosis cōuenit istis quæ nō est aliud q̃ quædā albedo oculorũ, trahēs eā ad quādā obscuritatē contingens ꝑpter paucitatē & siccitatē albuginei humoris, ac etiā ꝑpter defluxũ humiditatũ aquosarũ p neruos obticos ad oculos defluētiũ. Itē cōuenit istis grauitas auditus, q͞a diminutio uel ablatio ꝑpter cās assignatas ī uisu.

Fluxus uētris cā in senibus.

Hebetudo uisus in senibus.

Glaucosis q͞d.

Expositio Marsilij sup. Cō. Gal.

Senes à senioribus. Gal. cōmentādo pręsentē apho. duo facit. Primo tangit quorundam expositionem circa hanc partem. senioribus. Secundo exequitur particulari uerificando apho. Secunda ibi (Hi uero sepissime.) De prima dicit sic, ꝙ quidam sequentes Hippo. cōmentādo sup. ipsum differentiam faciunt inter senes & seniores dicentes Hip. intellexisse per seniores decrepitos, per senes uero eos qui sequuntur iuuenes immediate sup. & præcedunt seniores. quæ expositio quamuis sit uera, tamen non opinatur Hip. differentiam ponere hic inter senes intelligens omnes qui sequuntur iuuenes in quibus finem imponit, dans intelligere se omnes ætates tetigisse.

Hi uerò sepissime. Nunc facie quod est dictũ. Et primo Gal. cōmentatur hanc partem. dyspnoeæ. Secundo hanc partem catharri cum tussi. Tertio hanc partē. nefresis & lithiases. Quarto hanc partem. dolores articulorum. Quinto hanc partem. uertigines Sexto hāc partem. apoplexiæ. Septimo hanc partē. pruritus totius corporis. Octauo hanc partem. uigilię. Nono hanc partem. humiditas narium & oculorum. Decimo hanc partem. hebetudo oculorum & grauitas auditus. Vltimo hanc partem glaucosis. De prima dicit morbos huius etatis esse disnias. i. defectiones et inordinationes anhelitus ex debilitate instrumenti anhelitus procedentes. Quoniam partes. Nunc facit quod est dictum dicens, catharros cum tussi causari propter frigiditates cerebro dominantes phlegmatis abundantia, quod multum existens et grossum his corporibus dominans & maxime cerebro, & supple propter frigiditatem cerebri & humiditatem descendens in pulmonem facit disniam & cum tussi catharrum. nam cum tale phlegma facit defluxũ, qui sup. est catharrus ad quem consequitur tussis (ut est dictũ.)

Ad hæc cum uires. De tertia dicit sic, ꝙ si tale phlegma descendit in renes facit nefresim ad sensum datum et lithiasim, quia lapidem renum (ut est positum.) Articulorum autem dolores. Nunc facit quod est dictum dicens dolores articulorum seu iuncturarum causari ꝑpter humores descendentes in iuncturas ut dixi, aut ꝑpter frigiditatē instrumento motus uoluntarij quia musculorum, quæ frigiditas hanc ætatem comitatur.

Vertiginis cā

Vertigines &c̄. Nunc facit quod est dictum dicēs, uertigines causari ex fumosis uentositatibus in substātia cerebri existentibus & commouentibus seu agitantibus cerebri substantiam & sup, substantiam cerebri spirituosam. & aliquando causatur uertigo ex fumositatibus pessimorum humorum ascendentibus caput cum qua supple sunt pessima accidentia & quæ prona est ad apoplexiam uel mortem. De apoplexia Nunc facit quod est dictum dicens ꝙ apoplexiæ appropriātur huic ætati, quia cerebra horum plena sunt humiditate phlegmatica, quæ sup. replendo facit apoplexiam. & ideo si in his uulnera innascuntur, propter sanguinis paucitatem, & sup. phlegmatis abundantiam nunquam sanātur, cũ uulnerum sanatio sup. fiat à uirtute calido naturali mediante. Vehementius. Nunc facit quod est dictum dicens hanc ætatem semper habere pruritum, quia materia pruritus propter cutis constipationem & frigiditatē non expellit, sed sup. intra manens seu inter duas cutes pruritum causat. Pluresque ipsorum. Nunc facit quod dictum est dicens uigilias his contingere senibus. senes enim uigilant, quamuis nō omnes duabus ex causis aut corporum siccitate aut tristitia illata à senectute. quas uigilias quia patiuntur sani remanent, prout conuenit his & est causa, quia propter uigilias superfluentes humiditates consumuntur. nam dicit Gal. se ostendisse in libro complexionum, senũ corpora naturaliter esse sicca, licet multi phlegmatici humores adunentur in his, & ideo estimantur hi senes frigidi naturaliter & humidi, quibus humoribus adunatis & sup. non expulsis fit multis somnus, expulsis autem uigiliæ consequuntur.

vigiliarũ senis cā 2ᵉ.

Humiditates. Nunc facit quod est dictum dicens malum esse humiditatem oculorum & narium procedere ex humoribus sup. phlegmaticis circa cerebrum abundantibus. quibus descendentibus in uentres humectantur seu fluunt uentres. Hebetes autem. Nunc facit q͞d est dictum dicens hebetudinem oculorum & grauitatē auditus esse ex defectu uirtutis uisiuæ & audituæ & sup. ex alijs causa dicta superius. Glaucedines. Nunc facit quod est dictum dicens, glaucosim prouenire ex ultima siccitate in instrumento uisus quantum sup. ad humorem albugineum sup. tamen cum grossitie spirituũ ac etiam humorum. Multa circa hanc glaucosim tangi possunt. multa etiam de his qui uident longe & non prope & econtra quæ quia non sunt de presenti proposito impresentiarum omittatur.

Incipit expositio domini Iacobi de Furliuio super quarta particula aphorismorum Hippocratis

Aphorismus. 1.



Regnātes si cōuenit purgare, à quarto mēse usq; ad septimũ, minus uero has. Minora uero et seniora uereri oportet

Mulierē utero gerentē purgabis medicamēto, si materia turget, quarto mense, & ad septimum usque, sed eas minus. A recentiore autem & auctiore cauebis. The.

Vtero gerētes sunt medicādę, si materia turget q̃rto mēse, & usq; ad septimũ sed has minus. Iuniora autē, et seniora, uereri oportet. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste apho. tres continet conclusiones. Secunda est ibi (Minus uero has.) tertia ibi (Minora uero.)

Prima cōclusio apho. est ista. Si p̄gnātes expedit purgare, maxime purgādę sũt à. 4. mēse usq; ad. 7 mēsem. Probaē conclusio sic. hoc tēpore ex purgatione minus ur̄ p̄gnās īcurrere aborsus piculũ q̃ alijs tpibus & minus īcurrit foetus & mr̄ ex purgatione nocumētũ hoc tpe q̃ alijs tpibus. ergo cōclusio uera patet cōsequētia & assumptũ circa litterā deduceē. Prīo nota penes auctores repiri illa noīa, grauida, enixa, puerpera, p̄gnās, & sunt quasi synonyma, licet grauida proprie in posterioribus mensibus sit intelligenda in quibus fętus pondere mulier grauaē. Enixa diciē q̃si ad extra fętũ eijcere uel quādo eiecit, & sic̄ puerpera. In ꝑposito poniē specialiter canon de pregnātibus & maxime debilibus existentibus, sed de oībus pregnantibus uerificatur apho.

Grauida q͞d, & Enixa & puerpa et pręgnans.

Secundo nota. Per purgari in proposito debere intelligi euacuare cum pharmacia .f. exnluendo & eligendo euacuante. Alius enim modus euacuandi pregnantibus potest conuenire ut leniendo tam in primis q̃ in postremis mensibus. Et per phlebotomiam in primis potissime cōuenit, ut colligi potest quinto huius cōmento. 30 & in illo eodem ca. de modis euacuationū ad finem capituli. Tertio nota notanter dictum esse. si conuenit. ut per hoc daretur intelligi q non nisi magna necessitate cogente sunt pregnantes euacuandæ. Exponatur igitur p̃gnantes purgare si conuenit .i. si magna necessitas hoc i dicauerit. Quæ quidem necessitas in sex potissime casibus imminet. Primus casus est ut in commento colligitur ubi materia fuerit furiosa. Secundus casus est ubi materia fuerit ualde præfocatiua. Tertius casus est ubi iuxta principale membrum sit contenta materia parata fluere ad ipsum, unde timeamus de morte matris & fœtus. Quartus ubi materia peccans sit digesta, sed uirtus pregnantis expulsiua debilis, quare nō potest per se sine auxilio hanc materiam expellere. Quintus ubi materia foret uenenosa. Sextus ubi contineatur in membro cuius operatio est ualde necessaria uitæ.

Purgādarū p̃gnātiū necessitas cōsistit in sex casibus.

Quarto nota. Per pharmaciam euacuantem eligendo & exnluendo fit magna uirtutis debilitatio et maxime si sit debilis, sicut est uirtus pregnantis & adhuc fœtus cui cōmunicatur impressio pharmaci, fit etiam fortis et magna humorum et materierum agitatio & commotio, & adhuc circa partes uentris & iterum in musculis uentris in expulsionibus se fortiter constringentibus & laborantibus. vnde patet ex pharmacia tam matri q̃ fœtui magnum inferre nocumentum, quare non nisi magna imminente necessitate. ut in casibus iam dictis est pregnans euacuāda modo iam dicto. Et ex hoc sequitur nullam pregnātis purgationē fieri regulariter cum medicina simpliciter electiua, sed quamlibet coactam uel irregularem. nullam enim euacuationem eligimus nisi forti indicatione opposituum indicante ut patet, licet minus irregulariter & cū minori indicatione ad oppositum fiat euacuatio in mensibus intermediis q̃ in mensibus ex parte extremorum se tenentibus ut infra patebit. et ex his colligitur ueritas conclusionis. Quinto nota. Ly à. & ly usque positi in apho. possunt teneri aut inclusiue, aut exclusiue, aut unum inclusiue & aliud exclusiue. Sensus primi est q quatuor sunt menses in quibus possunt pregnantes purgari, scilicet quartus quintus sextus & septimus. Sensus secundus est ille quod precise duo sunt mēses, scilicet mediantes, inter quartum & septimum, scilicet quintus & sextus. Sensus tertij est ille q tres sunt menses &c̃. puta quartus quintus & sextus, ly usque exclusiue retento. Quis istorū sensuum sit uerior uidebitur in quęstiōe.

Secunda conclusio principalis apho. est hæc. Pregnātes minus purgandæ sunt non pregnantibus. Probatur sic. debiliores sunt pregnantes non pregnantibus & etiam ex purgatione maiora possunt incurrere nocumenta. igitur &c̃. consequentia & assumptum circa litterā declarabitur. Primo nota. Ly minus tripliciter exponitur. Primo minus, idest minus frequenter uel rarius. Secundo minus quia debiliori pharmaco. Tertio minus quia minori euacuatione. Quę omnia patent intelligenti. quod est intelligendum ubi alia fuerint paria, ut naturalis complexio, ætas, consuetudo, repl'o, & sic de alijs. ubi enim hæc paritas non fuerit stabit in casibus pluribus pregnantem non pregnante magis esse euacuandā omnibus modis dictis.

Tertia conclusio est hæc. Purgationes in pregnantibus in temporibus antecedentibus et consequentibus iā dicta tempora oportet uereri et timere. Probatur sic. his tēporibus incurrit pregnās magis periculū aborsus. igitur &c̃. patet cōsequentia. & assumptū circa litterā declarabitur. Primo nota. Per minora & seniora intelligere possumus uaria tēpora, secundū uariū modū tenēdi ly à. & ly usq;. Si .n. exclusiue teneantur, per minora debet intelligi tēpus añ s quartū, & per seniora tēpus cō sequens septimū. Si autē inclusiue tunc per minora intelligantur quatuor primi mēses, & per seniora tres sequētes sextū mensem, & sic de alijs ut supra. Secundo nota ut colligitur in cōmen. & .21. tertij trac. 2. cap̄. de conseruatione fœtus & cautela ab aborsu. Alligatio fœtus ad matricē similatur alligationi fructus ad arborē. In principio .n. fructus ad arborē debiliter alligatur, propter humidū illud cōnectens fructū ad arborē non esse debite glutinosum et uiscosum aquosum, quia à facili cā agitante uel uento uel simili cadit huiusmodi fructus et separatur ab arbore. In fine etiā maturationis fructus ē huiusmodi alligatio debilis, tum propter illud humidum esse consumptū & territrificatū ualde, quare facillime separatur, tum etiā propter fructus grauitatē ipsum ligamentum debilitantē. Tēpore autem intermedio quo fructus & si sua q̃titate sit perfectus, nondū tamen maturus existit resoluta est aquosa & superflua humiditas ab ipso ligamento & facta est humiditas tenax & glutinosa nec adhuc territrificata ē terre restrificatione reddente ipsam frangibilē, quare tunc tenacissime & fortiter fructus est arbori connexus. vnde experimento patet in primis mensibus multos fructus abortiuos cadere ex arboribus, & similiter in postremis. in tēpore .n. medio cum manu de difficili separantur. igitur &c̃. Ita etiam imaginandū est de cōnexione fœtus ad matricē, quare difficilior est alijs paribus aborsus in mensibus illis, & per cōsequens securius & cum minori timore possūt pharmaciā tolerare. Ex quibus patet prima causa uerificans aphn. Patet secundo fortius alligari in quinto et sexto q̃ in quarto & septimo. Patet tertio in his temporibus ualde periculosum esse aborsum Tum propter illud, quia non fit nisi cum magna uiolētia. Tum etiam, quia fit magna sanguinis effusio. Vnde cōtra adulteras proclamat Conciliator differentia. 49. & tu uide ibi, dicit. Et iam sibi precaueant seu ę adulterantes meretriculæ, in quo mensium pariant aborsum, multæ namq; hic sunt iam extinctę. Patet quarto q differenter se habet pregnans ad phlebotomiā & pharmaciā phlebotomiam enim in primis mensibus facilius tolerat, ut infra. 5. huius apho. & com. nono & difficilius in medijs & postremis. & econtra se habet pharmacia, q̃a ipsam in primis difficilius tolerat, facilius autem in intermedijs. Et similis sententia huic totali apho. colligitē. 21. tertij. trac. 2. ca. de cōseruatione fœtus & cautela ab aborsu. & aliqualiter quarto Almā. ca. de regimine pregnantis. licet non explicet de pharmacia specialiter. & allegatur pñs apho. 7. colliget. c. de modis euacuādi. licet pñtis aphor. sententiā non penitus approbet. Et est utilis in actu practico & curatiuo & ꝓnostico ut patet. Et ampliatē nō solum ad purgatiōes p pharmacias fiēdas, sed etiā ad quascunq; cās fortiter agitantes & cōmouentes & aborsum prouocantes, ut saltus casus percussio exercitium &c.

Auicē.

Practicus ꝓuisiuus ꝓ. cañ. de mulieribus adulteris cupiētibus abortum

Phlebotomia et pharmacia contrario mō se hñt i p̃gnātibus.

Purgādarū p̃gnātiū & à q̃cūq; cā agitāda rū practicus ꝓnosticus canon.

Auicē. Almāsor. Auer.

Aphorismus. 2.

In pharmacijs, talia ducere ex corpore qualia sponte uenientia sunt, utilia. Quæ uero contraria uenientia, quiescere.

In medicamētorū usu, si talia ducunt ex corpore, qualia uel sponte exeant, utile est, si cōtra, cohibenda sunt. The.

In medicationibus, talia educere è corpore, qualia & sponte prodeuntia, utilia, quæ uero contrario modo prodeunt, cohibere oportet. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet cōclusiones. 2. ē ibi (Quę uō.)

Prima conclusio est ista. Ad medicum cum pharmacia purgantem pertinet tales à corpore euacuare humores quales si à natura euacuarentur essent utiliter euāti. Probatur sic, quia medico tales eūante materias eūo

confert ægrotanti,& bene ipsam tolerat ægrotans igitur &c. patet consequentia & assumptū probatur,quia euacuatur tunc tale & tantū quale & quantū euacuari oportet,ut circa litterā declarabitur. igit &c. Primo nota. Per pharmacias,medicinas,euacuātes siue exoluēdo siue eligendo uel aliter intelligere debemus. Secūdo nota. Per talia nō solū qualitates speciales intelligere debemus,sed etiā generales ad tanta se extendentes. Tertio nota. Licet sponte multipliciter sumat,in proposito tamen sumit ut idē est quod natura naturaliter nō synthomatice operante. Quarto nota. Operationū à natura prouenientiū quædā est simpliciter naturalis,ad quā s.natura inclinatur,nulla.s.re præter naturā ad huiusmodi operationē irritante,sicut est nutricatio & digestio &c. Quædā simpliciter synthomatice quā accidētes præter naturā,quia causa s præternaturali ipsam ad hoc irritante, ut q sine ordine debito promoueat uirtus ad operandū,sicut in multis,ꝑuenit symptomatibus. Quędam est quodāmodo inter has media.s.& si proueniat à natura stimulata &c. non tamen ad hanc operationē irritata & taliter quin debito ordine producat hanc operationē & cum modica læsione,sicut expulsio prædigestæ materiæ. Ad propositū per sponte euacuata etiam intelligit euacuata tertio modo. Alia.n.dicuntur uel simpliciter naturaliter uel simpliciter synthomatice euacuata.

Sponte quō dicatur Naturæ operatio 3x.

Ex quo patet primo, quare dixit consequenter esse utilia.synthomatice.n.euacuata non sunt huiusmodi. Patet secundo non omnem euacuationem à natura prouenientem utilem esse. Patet tertio non semper medicum in euacuando naturam debere imitari naturaliter operantem. Quinto nota utilitatem & conuenientiā euacuationis potissime comprehendi ex circunstantijs, de quibus supra dictum est.s.quantitate,qualitate, tempore,loco,conferentia,& tolerantia,quæ omnia per qualitatem dedit intelligere. ad hoc.n.ut euacuaretur quale oportet requiruntur omnes circunstantię, ut bene declarabimus tertio techni. & tu ibi uide.

Secunda conclusio. Ad medicū operantē pertinet quiescere.i.quietare uel ab euacuando desistere ea quæ sūt contraria modo his quæ dicta sunt euacuantia. Probatur sic.talia euacuando euacuare qualia non oporteret euacuari.igitur &c cōsequentia tenet. quia euacuatio qualis non oportet non confert aut non fert bene assumptū patet ex quo sunt contraria his quæ euacuantur isto modo dictum alia conclusione. Nota q littera potest dupliciter exponi. Primo modo quiescere.i. quietare materias,quia euacuationē illarū prohibere usq; eueniunt.s. euacuantur contrario modo primis, quia inanitiorū. & iste sensus est uerus. Secundo modo.s.quiescere ab euacuando,ut dictum est. uterq; sensus est bonus. Primū dubium. Vtrum medicus debeat in euacuando semper imitari naturam. Et uidetur q non,quia non licet medico euacuare euacuante natura ut ibi(Quorū crisis fit & quorum facta est.) Equarta primi. Si natura nō mouet moue tu hora motus eius.ergo non imitatur. Respondetur medicū debere imitari naturā ad hunc sensū, q taliter debet euacuare aut ab euacuatione desistere, qualiter est naturę conforme & proportionatū. Ex quo sequitur primo q aliquando natura euacuante & medico cum ea ipse imitatur naturā. Sequitur secundo q aliquando natura euacuante et medico non etiam imitatur naturā. Tertio sequitur q medico euacuante & natura non etiam imitatur naturā. Secundū dubiū. An liceat medico imitari naturam synthomatice euacuantē. Videtur q non per Hip.in littera. & Gal. in commen. 2.

Quiescer duplicitur

Prima dictō. Euacuatio synthomatica est duplex.s.secundū quid & simpliciter. Simpliciter in synthomatica fit plus in uuatiui q nocitiui euacuatio. Secundū qd econtra s.plus nocitiui q iuuatiui, sicut frequenter in materia furiosa uirtute uincente. Secunda dictō duplex est imitatio.s.regularis & coacta.

Euatio synthomatica est duplex

Prima conclusio. Nunquā regulariter medicus debet imitari naturam synthomatice euacuantem.

Secunda cōclusio. Aliquando coacte medicus debet imitari naturā synthomatice operantē. Patent istæ conclusiones intelligenti Et ex hoc etiā patet ad illud dubium. Vtrum omnis euacuatio synthomatica sit prohibenda à medico. Dicitur.n.primo q licet aliqua simpliciter synthomatica sit à medico cohibenda, non tamen quælibet. Prima pars patet dum euacuatur plus laudabile cum casu uirtutis. Secūda pars patet in dysinteria mortali,qua euacuatur res uenenosa. Tenendū secundo q non omnis euacuatio secundum quid synthomatica est cohibenda sed aliqua augenda aliqua diminuēda, & aliqua naturæ dimittenda.

Medicū natura imitari.

Aphorismus. 3.

Si qualia oportet purgari,purgentur,& confert:& bene ferunt. Contraria uero grauiter.

Si quale purgari oportet, tale purgatur, prodest,& facile fertur. Si contra difficulter. The.

Si qualia oportet purgari,purgentur,confert, & leuiter ferunt. Contraria uero grauiter. Leo.

Expositio Iacobi.

Hic apho. quia fuit prima pars secūdi apho. primę particulæ, ibiq; satis declaratus fuit non eget pro nunc alia expositione. immo quēadmodum innuit etiam Gal. in paucis libris reperitur ascriptus, ne contra morem suū fecisse uideatur Hip. in eiusdem.s.rei repetitione.

Aphorismus. 4.

Purgare quidem æstate superiora,hyeme uero inferiora.

Æstate potius supra, hyeme infra ducendum medicamentis est. The.

Medicari æstate superiores magis, hyeme uero inferiores. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Hyeme uero).

Prima conclusio apho. est ista. Plurimum conuenit in æstate purgare superiora. Probatur sic. In æstate maxime multiplicatur materia per superiora educibilis igitur &c. patet consequentia & assumptum arguitur, qa in æstate maxime abundat humor cholericus leuis ad superiora faciliter mobilis igitur &c.

Secunda conclusio. Tēpore hyemis maxime purganda sunt inferiora Probatur sic. tēpore hyemis maxime abundat humor per inferiora educibilis. igitur &c. Patet cōsequentia. & assumptum probatur, quia phlegma existens graue est inferiora petens. Similis sentētia colligitur de mente Mesue de cōsolatione medicinarū. intētione prima secunda ca. ad finem.inquit iterū Hip. &c. & tertia primi. doct. 5. ca illo. Hip. quidem uisum est et 4.ca.s.de uomitu. Et æstas quidem est tempus d gestiuum. Primo nota. Per purgationē intelligit euacuationem factā cum pharmaco qualitercunq; euacuante, ut supra dictum est. Secundo nota. Per æstatem intelligit tempus sex mensium includens ueram æstatem & finem ueris & principium autumni. Similiter per hyemem tempus sex mensium includens ueram hyemem & finem autumni & principium ueris, ut colligitur in commento. ueris enim principium similatur hyemi. finis uero æstati. & autumni principium & finis econtra ut supra prima huius commen. 12. in fine illius, scilicet uentres hyeme & uere. & secunda primi. doct. secunda ca 6. Tertio nota. Ly superiora & inferiora multipliciter pōt exponi. Primo superiora.i. p superiora educere. Secūdo supiora.i. su piores hūores, qa leuiores p supiora

Mesue Auicē.

Purgatio qd. Æstas quid. Hyems quid.

Auicē.

potentes educi. Tertio superiora, idest partes superiores euacuare, in quibus uidetur magis humor cholericus abundare. Prima & secunda expositio est tenenda. Con similiter per omnia de ly inferiora est dicendū. Quarto nota. Ad ueritatem apho. requiri aliquas cōditiones. Prima est, ut tempora seruent suas naturas. Secunda ut ponantur ex parte dispositionum corporis & regionum omnia paria quantum est possibile. His enim stantibus cum in tempore æstatis magis abundet humor cholericus q̃ in tempore hyemis, & econtra tempore hyemis humor phlegmaticus, patet ueritas apho. cholericus enī magis uomitu & phlegmaticus magis secessu eūantur.

Aphorismus. 5.

Sub cane et ante canē, molestæ sūt purgatiōes

The. Sub cane, & ante canem, medicamentorum usus difficilis est.

Leo. Sub cane, et ante canem, difficiles sunt medicationes.

Expositio Iacobi.

Purgationū molestarum exñtiū practicus cañ

Conclusio aphor. est ista. Purgationes sunt molestæ sub cane & ante canem. Probatur sic. illo tempore uirtutes sunt debiliores & resolutæ & corpora sunt inflammationi parata & resistit aeris caliditas euacuationi fiendæ cum pharmaco. igitur &c̄. patet consequentia, & assumptum colligitur in cōmen. & habetur similis sententia quarta primi capitulo quinto dum inquit. Et scito q̄ tempus dum ascendit maior canis &c̄. & à Mesue de consolatione medicinarum intentione prima, capitulo secundo & est utilis in actu practico & ampliatur ut patet. Primo nota. Per canem in proposito intelligere debemus tempus caniculare, & est tempus in quo quędam stella meridionalis canis appellata ab astrologis in matutinis apparet & solis ortum antecedit, & hoc est recte in medio æstatis. Incipit autem caniculare tempus. 10. die Iulij uel circa, & durat usque ad. 20. Augusti, ita q̄ in summa est quadraginta dierum, scilicet. 20. ultimorum Iulij & uiginti primorum Augusti, ut habetur à Gal. secundo alimentorum. cap̄. secundo. Et appellatur hoc tēpus hora à quo etiam fructus horarij appellati sunt. uel igitur ante hoc tempus, scilicet parum et sub tempore, quia durante canicula uel sub, idest parū post purgationes sunt molestæ. Secundo nota. Per purgationes intelligit euacuationes factas cum pharmaco exoluendo euacuante. de lenitiuis aut compressiuis non omnino haberet ueritatem. Tertio nota. Huiusmodi pharmaciæ sunt tunc molestæ propter multa. Primo propter uirtutis debilitatem. cum enim in his temporibus sint corpora debilitata multum per uiam resolutionis, superueniente debilitate ex pharmaco exoluente fortius multo debilitantur. Secundo quia illo tempore spiritus & humores ualde inflammabiles sunt. tum etiā quia pharmacum corpus inflammat. tum quia calidum est & siccum secundum plurimum. tum etiam quia agitando & commouendo supercalefacit ipsum. patet etiā tempus multū molestare. frequenter enim ex leui pharmaco hoc tempore perducitur corpus ad febrem. Tertia causa, quia aer exterior ualde calidus trahit humores corporis à centro ad circumferentiam, pharmacum uero à circunferentia ad centrum, scilicet ad uentrem. causatur igitur magna resistentia in hoc motu, ad quā sequitur magna humorum inflammatio, & spirituum resolutio, & consequenter corporis debilitas & q̄ aer calidus contra operetur taliter declarat Commen. in commen. de balneo Istæ tres causæ à Gal. in commen. implicite tactæ explicantur à Mesue optime in prædicto loco. Ex quibus sequitur primo causa uerificans aphor.

Canis duplex. Canicularū tēporum principiū & finis. Purgatio q̄d.

Sequitur secundo nunquam hoc tempore esse regulariter pharmacandum, sed solum coacte, sicut frequenter contingit. Sed propter dictum commenti dubitatur, utrum balneum impediat operationem pharmaci. Arguitur q̄ non, quia balneum uias aperit & duritiem materierum, & materias subtiliat & ad motum disponit. igitur &c̄. patet consequentia. & assumptum similiter. Oppositum uult Gal. in commen. Primo nota. balneum esse duplex, scilicet calidum de quo est sermo, scilicet de calido actu tantum, & de calido in potentia. exempla patent. Secundo nota. q̄ balneum approximari potest, aut ante pharmaci exhibitionem, aut post pharmaci exhibitionem, aut dum est actualiter pharmacum in operari. Primo modo secundum plurimum præparat ad operationem pharmaci. Secundo ablatam pharmaci operationem complet. Tertio diuertit & impedit, & sic intelligit Commentator in commento. Et per hoc patet solutio ad argumenta.

Dubiū

Balneum calidū dupliciter

Aphorismus. 6.

Graciles, & facile uomentes, purgare superius, timentem hyemem.

Macilentos ad uomitum faciles, purgandos supra curabis, cauendo hyemem. The.

Graciles, & facile uomentes, purgare superius, cauentes hyemem. Leo.

Expositio Iacobi.

Prima conclusio est hęc. Corpora gracilia & uomitum faciliter tolerantia sunt per uomitum potissime in ęstate purganda. Probatur conclusio sic. in talibus maxime abundat humor cholericus per uomitum faciliter educibilis igitur &c̄. patet consequentia. & assumptū satis notum fiet circa litteram. Secunda conclusio. In tali euacuatione debemus timere hyemem. Probatur sic. In tempore hyemis humores omnes sunt in corpore latentes constipati & euacuationi inepti. igitur &c̄. patet consequentia. & assumptum satis patet. Similis sententia colligitur in quarta primi. ca. quarto. Et est apho. utilis &c̄. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Graciles sunt duplices. Quidam secundum totam habitudinem scilicet tam carniformium q̄ spermaticorum. Quidam per solam priuationem carnositatis habentes uenas latas & spermatica grossa primi secundum plurimū sunt melancholici. secundi autem cholerici. In proposito de secundis est sermo. Secundo nota. Per facile uomentes intelligendum esse illos qui ex facili causa incurrunt uomitum, nec etiam ex uomitu notabilia subeunt nocumenta, ut habentes pectus latum cum magna latitudine stomachi & uirtutem expulsiuam stomachi fortem & ad hoc assueti. Tertio nota. Tempora maxime apta ad hanc euacuationem fiendam sunt finis ueris, autumni principium & ęstas, eo q̄ istis temporibus potissime multiplicatur cholera et subtilis reperitur. est etiam tūc maxime in motu unde faciliter tunc per uomitum ad extra expellitur. Econtra in hyeme cum sint humores congelati & uię expulsionis angustę difficiliter & cum labore fit huiusmodi expulsio, quare ad hanc fiendam euacuationem oportet timere hyemem. Et ex hoc patet causa uerificans apho. Patet secunda in hoc apho. tangi quatuor circūstantias cōsiderādas in euacuatione fienda per uomitū. s. habitudinē gracilitatis & eius oppositi & ex cōsequenti cōplexionē naturalē quę per hoc datur intelligi aptitudo ad euacuationem, dum dicitur facile &c. & tēpus dum dicitur timentes hyemē. Ex quibus alia dantur intelligi contenta in solitis carminibus. Hęc sunt pensanda medico purgare uolenti. Ars ętas uirtus regio cōplexio forma. Mos & symptoma replexio tempus & usus &c. Vltimo nota. non esse intentionē Hippo. hęc corpora esse magis per uomitum q̄ per fluxum uentris euacuanda, sed q̄ inter cętera corpora euacuanda per uomitū maxime sunt ista & inter cętera tēpora, in quibus hęc corpora sunt euacuāda potissime est ęstas & minime tēpus hyemis. Primū dubiū. Sic se hñtes

Auicē. Graciles duplices.

Vomēs facile q̄

hñtes

habentes pectus macrum & gracile ad uomitum, ficut habentes uētrem tenuem ad fecessum. sed habentes uētrem macrum male tolerant pharmacias euacuātes per fecessum, ut fupra fecundo huius aphor. & cōmen. 35. igitur &c̄. Confirmatur tales difficulter tolerant fluxus uētris. sed difficilius tolerāt uomitum q̃ fecessum. igitur &c̄. Secundum dubium. Dispositi ad fluxū nō funt nisi raro & cum timore purgandi & cum cautela euacuandi per fecessum. igitur per idem ad uomitum dispositi non funt, nisi raro & cum timore per uomitum purgandi. igitur &c̄. consequentia uidetur nota. & assumptum colligitur quarta primi. ca. 3. & 4. Tertiū dubium. Videtur ꝙ in æstate fit difficilius uomitum ꝑuocare q̃ in hyeme. nam in æstate humores funt per corpus dispersi & mouentur à centro ad circunferentiam ut fupra. in hyeme uero funt accentrati, & locis expulsionis per uomitum uel fecessum directi uel propinqui. sed facilius est hos fic propinquos ad loca expulsionis dirigere q̃ dispersos. igitur &c̄. Ad primum istorum dicitur. ꝙ isti non funt habentes pectus gracile. f. strictum sed latum licet habeant ipsum non carnosum, & tunc illa similitudo negatur. uel conceditur. ꝙ isti non æque bene alijs paribus tolerant uomitum, ficut habētes pectus debite carnosum & musculosum. & negatur similitudo, ut dictum est. quia materia quæ per uomitum euacuatur nō transit ꝑ pectus, fed bene illa quæ per uentrē euacuatur uentrem atringit &c. Pro confirmatione dicitur concedendo ꝙ isti difficilius tolerant uomitum q̃ fecessum absolute, cum quo tamē stat ꝙ facilius tolerāt uomitum corporibus phlegmaticis aut pinguibus, quibus in proposito cōparantur. Ad fecundū conceditur totum. ꝙ ficut dispositi ad fluxum non funt nisi raro cū pharmacia exoluente euacuandi, ita dispositi ad uomitū de quibus est fermo cum forti uomitiuo non funt euacuandi ut est elleborus & conditū & similia, fed cum leui. & fic illi cum leui fecessiuo. Ad tertium dicitur ꝙ plus promouet facilitatem uomitus humorum fubtilitas & mobilitas cum appertione uiarum in humoribus dispersis q̃ propinquitas & directio ad locum expulsionis in humoribus congelatis uijs constrictis existentibus. uel aliter ꝙ hi humores non funt fic dispersi nisi tēpore ualde calido in quo etiam cauendum est uomitum prouocare quantum est possibile.

Auicē.

Vomitiua fortia quæ fint. Practicus canō. Ad uomitū cauendū tēpore calido.

Aphorismus. 7.

Difficile uero uomentes & medie carnosos, inferius, timentus æstatem.

The. Qui autem ad euomendum difficiles funt, & corpore mediocriter constant, infra purgabis, cauēdo æstatē.

Leo. Vomentes uero difficulter, & mediocriter bene carnosos, per inferiora, cauentes æstatem.

Expositio Iacobi.

Prima conclusio. Difficile uomentes & medio modo carnosi funt per inferiora euacuandi. Probatur. in talibus abundāt materię maxime per inferius expellibiles. igitur &c̄ patet consequentia. & assumptum declarabitur circa litteram. Secunda cōclusio. In tali euacuatione oportet timere æstatem. Probatur. circūstantię attēdendę in euacuatione talium corporū oppositę funt circunstantijs attendendis in euacuatione corporum, de quibus dicebatur in pręcedenti apho. sed in talibus oportet timere hyemē. igitur in his æstatem, patet cōsequentia. & assumptum declarabitur in cōmento. Similis fententia huic colligitur quarta primi. 4. ca. ad medium ca. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per difficile uomentes intelligendos esse illos qui non nisi à forti causa uomitum incurrunt & uomitum incurrentes exinde fubeunt magna nocumenta. Quæ quidem difficultas ex multis causis, ꝑuenire potest, ut quarta primi. 11 cap. scilicet pectoris angustia. colli longitudine. facilitate fracturæ uenæ. pinguedine. inconsuetudine. & materiæ ineptitudine. ut in quibus dominātur humores grossi uiscosi & graues, & de his in proposito maxime intelligitur. Nota tamen ꝙ licet in talibus non sit regulariter fic, ficut in fupradictis uomitus prouocandus, quandoque tamen propter diuersionē aut fupernatāte phlegmate conceditur, ut in præferuatione à fciatica uel podagra uel consimili. Secundo nota. Illa pars medie carnosos. potest dupliciter exponi. Primo ꝙ inter cætera corpora carnosiora funt fanguinea alijs paribus, minus uero cholerica & melancholica, medie uero phlegmatica, idest ꝙ per medie carnosos phlegmaticos intelligit. & erit fensus. ꝙ medie carnosi phlegmatici difficile uomentes funt per inferius euacuandi. Aliter dixit quidam medie carnosos, quia nec extremaliter pingues nec extremaliter macri funt, nisi fortissima necessitate imminente cum pharmacia euacuandi ideo dixit medie carnosos & difficile uomentes si essent extremaliter pingues uel macri non forent per fecessum euacuandi. & fic patet intellectus uterque probabilis. primus tamen uidetur magis esse de mente Cōmentatoris. Tertio nota. Licet ꝑ euacuationem inferiua potissime intelligi debeat euacuatio per fecessum, posset tamen ad euacuationem per urinam ampliari cum contingat materiam phlegmaticam per urinam educi, ut colligi potest ca. de phlegmatica. prima quarti. & fecunda aphor. commento. 55. Quarto nota. Timentes æstatem, quia in æstate nō fic in corporibus fuperfluit phlegma, quare caueamus qualiter in æstate phlegma euacuamus. Alij timentes æstatem, idest euacuatione æstati appropriatam, scilicet uomitum. Prima expositio est fanior. Ex quibus omnibus. patet fentētia apho. quia in talibus corporibus abūdat humor minime uomitu educibilis. & cum hoc talia corpora ponuntur ad uomitum inepta, licet etiam fint medie carnosa, funt tamen multum pinguia penes unam expositionem. igitur &c̄.

Auicē. Vomēa difficile quid Vomitus difficilis cā.

Eūo inferius 3ª.

Auicē. Hippo.

Aphorismus. 8.

Phthisicos uero metuentes ad fuperiores pharmacias.

Tabidos caue unquam ad fupernas ducas eūationes. The.

Tabidos uero cauentes, ad fuperiores purgationes. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Medicus non debet euacuare phthisicos cum pharmacijs uomitiuis. Probatur fic. quia per huiusmodi pharmacias incurrunt grande nocumentum & mortis periculum. igitur &c̄. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis fententia colligitur quarta primi. fecundo capitulo fatia ad principium. Et est utilis aphor. Et ampliatur ut patet. Primo nota ꝙ hic terminus phthisis multipliciter fumitur. Primo pro quacunque corporis prętnaturali consumptione à quacunq; causa notabili prouenienrte. Secundo pro totius consumptione consequente malam complexionem cordis aut principium. Tertio fumitur ut tangitur ibidem pro totius consumptione consequente paulatinam consumptionem spiritus propter accidentia animę, ut fecunda primi, doct. 2. cap. 14. de his quę proueniunt ex motu animalium, dum inquit. Diminutio uero & phthisis naturę nunquam fequitur, nisi illud quod paulatim euenit. Vltimo pro totius consūptione cōfequente ulcus pulmonis, ut quinto huius. cōmento nono phthisis fit maxime in ętatibus à. 18. anno usque ad. 35. Et similiter fumitur hic intelligendo per taliter phthisicos non folum illos qui funt actu phthisici, fed etiam illos qui ad hoc præparati, funt puta habentes collum longum gracile & pectus angustum, & fic de alijs, ut quarto tertij. Secundo

Auicē.

Phthisis 4ʳ.

Auicē.

Hippo.

nota. ꝙ in talibus timenda est pharmacia uomitiua, quia uel actu sunt phthisici, uel sunt dispositi ad hoc ut phthisici fiant. Si actu sunt phthisici, sequitur duplex nocumentum. Primum est augmentum ulcerationis pulmonis ex motu, & hoc est ualde malum. Secundum est agitatio fortis, & cōmotio saniei in pulmone cōtente, qua superagitata fumi eius cordi cōmunicantur & uehemētius affligunt, uel forte ipsa sanies. versus cor subito propulsa uelocius interficit ægrotantem. Ad quod concurrit ꝙ huiusmodi phthisici febriētes fiunt, quare ex pharmaco uomitiuo superioribus agitatis augetur febris, & per consequens &c̄. Si autē illud corpus non fuerit actu phthisicum, sed tantum pectus eius sit angustum & uenæ graciles & paratæ scissuræ facta forti cōmotione ex uomitu timendum est ne in pulmone uel pectore aliquę uenæ crepentur, quare &c̄. Tertio nota. Non solum phthisicos non esse pharmacia uomitiua purgandos, sed nec etiam successiua, quia tamen plus nocet uomitus. de ipso specialiter protulit apho. Quarto nota. hoc totū regulariter intelligendum esse coacte, tamen licet ut si in stomacho furiosa materia cōtineretē repens ad os stomachi, licet et ipsam uomitu educere. patet. Cōtra. materia saniosa in phthisicis continetur in superioribus. ergo ipsa est per superiora purganda.

Dubiū Dicitur concedendo sed non per uomitū sed per sputū, & sic de alijs &c̄.

Aphorismus. 9.

Melancholicos uero inferius uehementius eadem ratione contraria apponentes.

The. Atrabilarios plenius īfra, eadēq; rōne cōtraria afferts.

Leo. Melancholicos plenius inferiores, eadem ratione contraria apponentes.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Melancholici sunt per inferius alijs uehementius purgandi. Probatur sic. humor euacuandus in melancholico est maxime grauis & difficilis expulsione. igitur conclusio uera patet consequentia, quia sicut humor ualde leuis ex leuitate sua purgandus est per superiora, ita grauis per inferiora. & hoc notauit cum dixit eadem ratione supple qua cholerici erāt per superiora purgandi apponentes contrarium. i. cōtrariam causam. concludit melancolicos esse per inferiora euacuandos. Et colligitur idem quarta primi. cap̄. 4. &

Auicē. est utilis Et ampliatur ut præcedens. Primo nota. Per

Meli-- melancolicos intelligi posse melancholicā passionē pa

cus qd. tientes, in quibus humor melāch olicus abundat per euacuationem purgandus, & sic proprie sumitur hic. siue talia corpora sana ægra uel neutra fuerint, quibus huiusmodi euacuatio competat pro cura aut pro præseruatione. Secundo nota. hos per inferius. i. per secessum esse purgandos, humor enim melicus est humor grauissimus unde per inferiora purgandus est. Tertio nota. uehementius. i. cum uehementiori medicina. & hoc quia sit fortior in soluendo à natura sua, uel quia in maiori dosi exhibeatur propter humorem melicum euacuationi esse multum ineptum. Nota tamen hanc medicinā melicorum purgatiuam possumus in uehementia comparare, aut alijs medicinis per secessum euacuare debentibus, aut debentibus euacuare per uomitum. & primo modo intelligitur ut sit sensus, ꝙ oportet melicos uehementius. i. uehementiori solutione soluere alijs corporibus in quibus est uenter soluendus, quod uerum est sumpta indicatione à materia educenda, sumpta enim à uirtute uel alio potest oppositum contingere, ut patet.

Quarto nota. hoc totum uerum esse ubi materia melancholica contineatur in locis distantibus à locis expulsionum, ut scilicet in splene, ubi enim contineretur in intestino recto facile educi posset, ipsa etiam redundante ad os stomachi sicut in quartana frequenter contingit ipsam esse per uomitum expellendam. Contra. melācholici sunt per superius purgandi, quia melancholia multum abundat in ore stomachi. igitur &c̄. assumptū arguitur, quia profluit ad os stomachi uirtute diuina. prima primi. capitulo de humoribus. Item quia in quartana cōpetit uomitus. prima quarti capitulo de cura quartanæ. Pro primo dicitur ꝙ melancholia naturaliter ꝓ Auicē. fluens ad os stomachi non est per uomitum euacuanda, quia ualde modica existens secūdum partem resoluitur insensibiliter & secundum partem ad inferiora descendens cum egestionibus, aut melius per secessum q̄ per uomitum expelleretur. De quartana autem dici potest ꝙ prouocatur uomitus in principio paroxismi ad minorandum materiam instantis paroxismi, ubi tamē intenderemus quartanæ materiam eradicare potius per inferius q̄ superius purgaremus. Vel dicitur ꝙ non sit hoc ad euacuandum materiam quartanæ propriam, sed etiā materias cōmunes circa stomachum multiplicatas quas quia citius euacuantur per uomitum q̄ euacuaremus ꝑ secessum euacuamus uomitu & non secessu, unde nunquam tales cum pharmacia exoluente habente longam in stomacho contrahere moram euacuamus, sed cum leui prouocatione, ut patet &c̄. Circa commentum no- Dubia

num primo dubitatur. An melācholia est omnibus alijs de me-

humoribus nequior. Videtur ꝙ non, cum non sit nequi lancho

or cholera eruginosa quæ est uenenosa. Secundum du liæ na-

bium. Quomodo melancholia sola portat corruptionem tura

aliorum humorum. Tertium dubium. Quomodo est fex aliorum humorum. Quartum dubium. Eadem medicina est choleræ & melancholiæ euacuatiua, & similiter phlegmatis & melancholiæ. non ergo alia cholericis alia melancholicis necessario competunt medicamēta. Confirmatur, quia similibus ut temperatis nutriuntur cholerici & melancholici, ut pane bene fermentato. igitur &c̄. Ad primum istorum dicitur primo ꝙ melācholia excedit alios humores istis tribus denominationibus scilicet esse uiolentiorem, nequiorem, & glutinosiorem, licet cholera eruginosa sit mala, non tamen est nequior uiolentior & glutinosior. Ideo placet mihi aliter dicatur ꝙ ipsa est nequior, quia inobedientior euacuationi propter terrestreitatem & glutinositatem. & sic etiam metaphorice dicitur uiolentior, sicut nolens superiori debite parere dicitur metaphorice uiolentus. Aliter dicitur ꝙ aliorum quorumlibet humorum comparatione melancholia est nequior alijs paribus, ut cōparata melia naturalis cholerę naturali, ꝑternaturali ꝑ ternaturalis, ut cholerę eruginosæ comparata melancholia pessima per adustionem genita, & tunc ipsa est nequior. Ad secundum dicitur ꝙ ipsa sola portat corruptionē aliorum humorum &c̄. quia alterius cuiuslibet humoris corruptione generatur melancholia, non autem cholera uel phlegma, ut patet. Ad tertium per idem patet ꝙ ipsa est fex aliorum, quia grauior & subsistens alijs, & quia alijs adustis ipsa remanet, sicut cinis et fex aliorū.

Ad quartum dicitur quæ alia euacuantia debētur cholericis inquantum huiusmodi, & alia melancholicis inquantum huiusmodi. Et licet idem medicamē esset choleræ & melancholiæ euacuatiuum, non tamen competeret cholerico ut sic, sed inquantum in melancholico esset abundantia choleræ, & in cholerico melācholiæ. ubi autem tantum alterum illorum esset euacuandum proculdubio nulli istorum competeret huiusmodi medicamen. si autem conueniat idem cibus cholerico & melancholico, non tamen adæquate præseruatiua melācholici & cholerici sunt eadem &c̄.

Aphorismus. 10.

Medicari in ualde acutis, si expedit, eadē die. Differre enim in talibus malum est.

In ualde acutis die prima uacuandum est, si materia turget. Supersedere enim in eiusmodi malo est. The.

Medicari in ualde acutis si materia turget, eadem die. Tardare enim in talibus malum est. Leo.

Expositio

Expositio Iacobi.

Istius apho sententiæ concordantiæ notandæ, & dubia circa ipsum sufficienter colligi possunt sup. 22 apho. primæ particulæ. Digesta medicari & moueri & c. 24. scilicet in acutis ægritudinibus &c.

Aphorismus. 11.

Quibuscunque torsiones: & circa umbilicum dolores, & lumbos, & dolor non solutus sit neque pharmacijs, neque aliter, in ydropē siccā pficitur.

The. Quibus tormina circa umbilicum fatigant, & labor, atque lumborum dolor infestat, nec medicamento, aut ullo alio modo solui cruciatus potest, ijs in aquam intercutem siccam decumbitur.

Leo. Quibus tormina, & circa umbilicum labores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter soluitur. In aquam intercutem siccam firmatur.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Quibuscunque corporibus sunt tortiones circa umbilicum & lumbos qui dolores non soluuntur pharmacia neque alio medicamine perficitur illorum dispositio. i. conuertitur in hydropem siccā. Probatur sic. talibus dolorbus & tortionibus non solutis &c. significatur malam adesse cōplexionē siccę hydropisis causatiuam. igitur conclusio uera. cōsequentia nota, quia posita causa alicuius effectus probabiliter ponitur effectus & sequitur. & assumptum circa litteram declarabitur in cōmen. Similis sententia colligitur à Serap. 4. breuiarij. 5. cap. & 24. tertij. trac. 4. c. de hydropisi. Est utilis hic aphor. in actu practico ut patet. & adhuc inoperatiuo, quia scitur ex alterantibus esse approximandum q malam cōplexionem rectificet. Et ampliatur ad omnes ætates sexus & cōplexiones. Primo nota. Hoc nomen tortio secundū uarios intellectus sumitur. Quandoque enim principaliter importat dolorem uē tris appellando uel connotando propter illum dolorē torquere corpus, & quasi in una rectitudine uel figura non posse permanere unde torquetur quasi quærens figuram secundū quam minus doleat. & sic tortura est actio corrupta uirtutis sensitiuæ. Quandoque autem penes alios principaliter importat motum tātum contortionis & cō notando dolorem ad quem huiusmodi sequitur contortio, & sic contortio illa est malus motus. Quandoque uero importat dolorem tortuose secundum intestinorum reuolutiones incedentem, & sic iterum est actio corrupta siue etiam corrupta sensatio. unde patet tortionem sic esse doloris speciem. Secundo nota Per dolores circa umbilicum &c. intelligit dolores intestinales ex opposito umbilici uel in rectitudine umbilici perceptos contingentes à uentositate grossa intestina replente & extendente, licet etiam propter dolorem in musculis uentris in directo umbilici existentibus possit dolor ibi causari, ut patet. Tertio nota. Per lumbos intelligi posse illa hypocundria renes & musculos circa renes cōmuniter existētes. Quarto nota. In cura istorum dolorum cū sine uentosi à uentositate grossa ex grossis humoribus eleuata procedendum esse cum pharmacijs soluentibus humores illos. Item cum medicinis uentositatem spargentibus, ut carui, cimino, & rutha, et huiusmodi. Item tertio cum uētosis sine scarificatione & calefactorijs exterius appositis. Dolorem igitur non solui pharmacijs nec aliter, est ipsum non remoueri per solutiuam potionem nec etiam per carminatiua & resolutiua uentositatum, nec adhuc per calefactoria exterius approximata; si enim dolor perseuerat his approximatis, non soluitur pharmacia nec aliter. & non est intelligendum dolores nullo modo remoueri, sed non ita remoueri quin iterato redeant. Quinto nota. Per hydropisim ut colligitur. 14. tertij. cap. de hydropisi. Hydrops est ægritudo materialis, cuius causa est materia exuberans frigida ingrediens membra, & crescunt per eam membra omnia manifesta aut loca uacua in quibus fiunt regimē nutrimenti & humores, & sup. consequens hepatis nocumentū. Cuius sic ponuntur tres species scilicet hyposarca in qua propter mitigationem hepatis transmittitur membris sanguis crudus, quis membra ipsum perfecte non assimilant, sed remanet sic coagulatus & non assimilatus mēbris, quare dicitur carnosa hydrops, siue hyposarca ab hypos quod est sub, & sarchos caro. uidetur enim caro multa sub membris latere. Secunda uero species dicitur asclites siue aquosa, sed magis proprie dicitur asclites ab asclos secundū græcos quod est uter. uidetur enim uter siue uēter aqua plenus. Tertia uero species dicitur tympanites siue uentosa quam in proposito hydropem siccā uocat Hip. Ad propositum igitur per hydropem siccam intelligere debemus hydropem tympanitem, licet improprie appelletur hydrops, ut in cōmen. uidebitur, Et dixit notanter perficitur, quia non solum præparatur corpus ut cadat, sed actu perfecte fit hydropicum. Secundo nota. huiusmodi dolores quandoque esse extēsiuos quandoque pungitiuos, quandoque uero corrosiuos sed alios, quandoque etiam esse mobiles aliquo modo de loco ad locum & quandoque non. Ad propositum de extensiuis & de loco ad locum mobilibus potissime est sermo in proposito, tales enim secundū plurimum sunt uentosi. Ex quo potest colligi causa uerificans apho. existente enim huiusmodi dolore pharmacijs non soluto significatur in intestinis esse cōplexionem forte malam uentositatis generatiuam, qua perseuerante et non remota pharmacijs probabile est tādem ab ipsa, propter uicinitatem hepatis lædi & uentositatem intantum multiplicari, ut extra intestina tendens tandem par porositates egrediēs repleat uacuitatem totam inter intestina & syphac existentem, quare tumescet uenter & corpus tympanitem patietur & fiet tympaniticum. & hoc in pluribus habet intelligi esse uerum. Et hæc de aphor.

Eorū q cōuersunt in hydrope fa cticus canon. Tortio aut contortio dupl. Vmbilici dolor qd. Lūbus quid Medici ne uētositatem spargētes. Hydrops quid Hydrops

Aphorismus. 12.

Quibus uentris lienterici hyeme, superius medicari, malum.

The. Quorum alui leuitate intestinorum infestantur hyberno tempore, eos supra purgare malum est.

Leo. Quorum alui intestinorum leuitate laborant hyberno tempore, supra purgari, malum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Corpora habentia uentres lientericos non sunt hyeme per superius purgāda uel euacuanda. Probatur conclusio sic. materię horū non sunt per uomitum educendæ, sed per uentrem. igitur &c. patet consequētia. & assumptum similiter cum sint phlegmaticæ ut tangitur in commento. Item habetur quarta primi cap 4. & est utilis apho. & ampliatur ut patet.

Primo nota. ut supra super illo apho. 14 secundę particulæ. In uentris fluxibus. Triplex est fluxus In proposito antē est sermo de cibali qui dicitur lienteria, licet etiam ad omnem fluxum possit ampliari ubi esset intentio euacuandi sine indicatione forti ad oppositū & non principaliter diuertēdi. Secūdo nota. lienteriā à tribus posse fieri. A cā primitiua ut à cibo lubrico aut corporali. & istæ in genere sunt tres s. debilitas cōtentiuę cū fortitudine expulsiuę, ulcera uel qualiscunque intestinorū & stomachi mordicatio, & phlegma inuiscatū in intestinis & ea reddens lubrica, & de hoc est potissime sermo.

Et nota quid est lienteria. Gal. in cōmento an accidēs & an ęgritudo &c. Tertio nota. in apho. triplicia poni indicantia non esse per superius euacuandū. Primū est dispō materię, quę phlegmatica est. Secūdū est locus ad quē materia declinat. Tertiū est tēpus anni. Ex quibus patet ueritas aphor. Ex quo patet etiam hic medicari, id est solui &c. malum esse ut dictum est.

Auicē. Lienterię causa 3.

Iaco. s. apho.

Aphorismus. 13.

Ad helleboros his qui non facile sursum purgantur, ante bibitionem oportet præhumectare corpora, plurimo nutrimento, & requie.

The. Qui nō de facili supra, ueratro purganē, eorū corpora ante potionē, humectādā sunt cibo pleniore qeteque.

Leo. Ad heleboros qui non facile supra purgātur, eorum corpora añ potionē pluri cibo, atq; qete humectāda sūt.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est hæc. Corpora non faciliter purgationem per superius scilicet per uomitum tolerantia cum elleboro tamen purganda sunt ante purgationem plurimo nutrimento & requie prehumectanda. Probatur sic per talem prehumectationē talia corpora ab ellebori nocumento preseruantur, & cum hoc ab elleboro facilius & melius purgantur. igitur conclusio uera. patet cōsequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idē habetur quarta primi. cap̄. 4. & cap̄. 5. ibi (Cum autem corpus siccum euacuare etc̄.) Et est utilis in actu practico. Et ampliatur ad omnes euacuationes fiendas cum pharmaco uomitiuo excessiue forti ut est esula &c̄. immo per quācunq; regionem euacuetur. Primo nota. Elleborus est duplex. s. albus & niger. Albus dicitur secundum platearium, quia albos purgat humores. Niger uero econtra. Cui pro parte concordat Auer. 5. colliget. & Serap̄. cap̄. de elleboro. in suo de simplicibus, ꝓ parte uero discordat Mesue capitulo de elleboro. Et uterq; calidus & siccus est in tertio gradu. Et colligitē ab Auic. 2. canō. & est uenenosus hominibus, licet magis albus. Secundum etiam Mesue niger est usq; ad hodierna tēpora incolumis medicina si debite administretur, & purgat cholerā grossam phlegmati permixtā et phlegma & melancholiā, & euacuat a locis remotis, ut à iuncturis & à cute, & totum corpus mundificat, unde ponitur medicina solēnis contra lepram scabiem impetiginē & omnibus his. Elleborus uero albus est nigro magis periculosus & est uenenosus. unde & prefocationem inducit, propter fortem agitationem & cōmotionem, quam circa caput & spiritualia inducit, & fortasse etiam spasmum faciendo, intantum q̄ secundū Serap̄. fossor eius incurrit obscuritatem uisus & capitis dolorem, nisi ante potauerit uinū forte purum & comederit allium, et est uenenum cani, ut colligitur ibi. Et pro nouo habeatis modum interficiendi columbos cum eo à Serap̄. & . 2. canon. mures occidendi. & quarto canon. fen. 6. Ad propositum, quia plures sunt ellebori notanter dixit elleboros intantum enim fortes erant & robustę uirtutis, ut non nigrum solum sed album etiam elleborum tolerarent, tum etiam quia tempore Hip. incolumes medicinę non erant bene notę. Secundo nota. Corpus posse non facile tolerare uomitum cum elleboro &c̄. propter multas causas superius allegatas quarta primi capitulo secūdo quę sunt pectoris angustia, colli longitudo, dispositio ad fracturam uenę, pinguedo nimia, inconsuetudo, & etiam humorum grauitas. Et de nullo istorum est sermo in proposito. Primis enim tribus nullo modo competit uomitus cum elleboro, quia non nisi coacte. Pinguibus autem non competit humectatio ut patet. Incūsuetis etiam non cōpetit uomere incipere cum elleboro, Vltimis autem conuenit, sed non humectatio iam dicta. Alia igitur est causa preter dictas. s. siccitas corporis & cholericitas, licet enim talia corpora uomitum absolute tolerent faciliter, non tamen cum elleboro, cum ipse sit ꝓuocatiuus spasmi, ad quem talia corpora promptissima sunt. Corpora igitur non faciliter tolerantia uomitum cum elleboro ab Hip. hic tacta sunt. corpora quelibet facile &c̄. ab elleboro tamē paratissima sunt ad arefactionem, exiccationem, spasmum & febrem perduci. & de his intelligit quę sunt corpora siccę cōplexionis. Tertio nota ut colligitur in quinto huius. Corpora esse nutrienda nutrimento plurimo. i. nutrimento plurimum restauratiuo & restaurante multum. & hoc per dies plures ante. Cum enim hęc corpora sint sicca, nisi taliter reperientur humectata exiccationem ab elleboro prouenientem tolerare non possent. Et debent huiusmodi cibaria esse unctuosa, ut etiam corpus ad uomitum habilitetur, quatenus elleborus minori tempore retineatur in corpore. Dicit & similiē uti requie multa quę est actualiter corpus humectans, ut in cōmento huius uidetur.

Vomitiuarū purgationum practicus cañ.

Esulaē pharmacum uomitiuū forte.

Elleborus dux.

Ellebori cōplexio & ꝓprietas ac alitia.

Elleborus ē uenenū ꝓ canibus colūbis et muribus.

Vomitus difficilis ꝑ elleborū cāę.

Ex quo patet causa uerificans aphor. corpore enim sic humectato melius resistit impressioni, & melius perficitur euacuatio. Circa dicta cōmenti et apho. cadunt quędam dubia. Primum dubium. Nō uidetur corpus plurimo nutrimento humectandū, quia per talē humectationem ingrossantur humores & causantur in corpore oppilationes, uel saltem sic esse est possibile. ex his autem redditur euacuatio magis laboriosa. igitur &c̄. Secundum dubium. An quādo datur elleborus aut alia medicina uomitiua debeat exhiberi medicina cibo existēte in stomacho uel stō uacuo. Et q̄ debeat esse cibus in stomacho uideī uelle Aui. secundo canō. cap̄. de elleboro. Quod tamen non apparet, quia cibus impedit operationem pharmaci. igitur &c̄. Tertium dubium. Quomodo quies accidentaliter humectat, cum accidētaliter exiccet. tertia primi. doc. secunda capitulo primo de exercitio. ad finem frequenter allegato. Quartū dubiū. Videtur q̄ omnis cibus siue medicinalis siue cibus absolute actu aliī humectat, quia quilibet restaurat humidum deperditū mēbro. igitur &c̄. Itē quilibet calefacit reponendo subiectum calm̄. igiē qlibet denominādus est hūectare reponēdo subiectū humidum. patet consequentia. & assumptum colligitur tertia primi. doc. secūda capitulo de eo quod comeditur & bibitur. ubi ponit lactucam inquantū nutrit calefacere. Ad primum istorum dicitur q̄ per talem humectationem non sic humores ingrossantur, quin sequatur iuuamentum eius ut patet. & dicitur q̄ illa non erit nutricatio oppilatiua, non enim dicitur nutriri corpus plurimo nutrimento, quia multo in quanto, sed quia nutrimento plurimum nutriēte, quia plurimum conuertitur in substātiam nostri corporis. Ad secundum dicitur q̄ dando elleborum uel simile aut intendit medicus subitam & uelocem operationem & exitum ellebori à corpore & refractionem eius impressionis & obtusionem, & sic debet dari cibo existente in stomacho, citius enim insurgit uomitus, uel cōfidentes de uirtute quęrimus attractionem à membris remotis & magnam corporis mundificationem, & tunc debemus exhibere stomacho uacuo. & ad primam intētionem se retulit Auic. secundo canon. locis pręallega.

Dubia.

Medici intētio dādo elleborū.

Ad secundum uadit argumentum. & nota hic modos exhibendi positos à Mesue & Auic. locis pręallegatis.

Ellebori dādi modus.

Ad tertium dicitur q̄ quies accidentaliter humectat, quia est causa ut calidum minus agat in humidum, quare non sic exiccatur corpus, sicut motu nimio, tamen quies potest accidentaliter exiccare, ut probat argumentū, nec repugnat ab eodē prouenire duos oppositos effectus per accidens ut patet. Ad quartum dicitur ut alias. Dupliciter dicitur aliquid humectare calefacere uel infrigidare &c̄. Primo quantitatiue, et sic omne illud quod auget substantiam humectat quantitatiue, Secundo qualitatiue, & sic ponens in membris maiorem gradum humiditatis &c̄. humectat. Ad propositum cibus siccus humectat quantitatiue substantifice, sed tamē qualitatiue exiccat, sed sic non facit cibus absolute.

Humectare calefacere uel ifrigidare dupl̄r.

Aphorismus. 14.

Cum biberit quis helleborū, ad motiones quidem corpus magis oportet ducere, ad somnos uero & immobilitates minus. Declarat autē nauigatio, quoniam motus corpora turbat.

Cum

The. Cumquis ueratrum biberit, ad corporis motiones ma gis ad somnos quietesque minus ducito. Motione corpus turbari, indicio est nauigatio.

Leo. Cum biberit quis helleborũ, ad motiones quidẽ corporum ducet̃ magis, ad somnos uero, atq; quietẽ minus. indicat autem nauigatio turbari motione corpus.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. tres habet conclusiones. Secunda ibi (Ad somnos.) Tertia ibi (Declat.)

Prima conclusio. Cum corpus aliquod sumpsit elleborum, aut supple aliam medicinam euacuatiuam corpus istud est localiter mouendũ. Probatur sic. per motum corporis localem magis acceleratur & perficit̃ purgatio. igitur &c̃. patet consequentia. & assumptum patet, quia motus agitat & cõmouet humores q̃bus sic cõmotis uirtus plꝰ cõtra ipsos expellẽdos irritat̃. igit̃ &c̃.

Secunda conclusio. Sequitur ꝙ huiusmodi corpus est minus ad somnum & quietem reducendum. Probatur sic. per somnum impeditur operatio pharmaci. igit̃ &c̃. patet consequentia. & assumptum probatur, quia somnus fortes retinet euacuationes. secunda primi. doc. 2. Auicẽ. cap̃. 13. de his quę proueniunt ex somno & uigilia. Et idem patet de quiete, cum somnus sit similis quieti. ca. p̃alle. Poteśt etiã ꝓbari p causam sumptã ex opposito.

Tertia conclusio ponitur. Causa antecedens ad antecedentes motus corporis incitat euacuationem. Probatur, quia causat in corpore perturbationem. igitur &c̃. patet consequentia. & assumptum exemplariter declaratur de nauigatione quę corpora multum perturbat.

Medici intẽtio p assumptum pharmacũ uel elleboꝝ. Primo nota. Assumpto helleboro uel alio pharmaco, duplex medico potest insurgere intẽtio. Prima est pharmacũ à uirtute & calore actuari, ut uirtus eius ad humorem euacuandum debite dirigatur. Secunda intẽtio est, ut ipso sic ad actum reducto cito materias ad extra ducat, & minori tempore sua nocumenta in corpore imprimat. Ad propositum cum dicitur corpus esse mouendum, intelligitur postq̃ ipsum pharmacum fuerit debite ad actum reductum, ita ut iam euacuare incipiat. Ante. n. competit somnus & quies. Et causa huiusmodi est, quia cum pharmacum debeat humores à circunferentia ad centrum ducere, & per somnum fiat motus & declinatio materierum ad intra, econtra uero per uigiliam, melius igitur somno superueniente poterit pharmacũ materias ad uentrem attrahere. Secundo etiam, quia calore interius unito & melius intrinsecus uigorato, melius corrigentur & impedient̃ malę impressiones à pharmaco fiendę, cum sit natura aliqualiter uenenosum. melius etiam separabitur materia nocitiua à iuuatiuo euacuanda, unde uirtus melius poterit iuuatiuum retinere & per consequens effrenitatẽ pharmaci prohibere. Tertio etiam, quia cum uirtus simul concurrat cum pharmacho ad mouendum humores ad uentrem, melius in isto casu mouere poterit, quare ex consequenti pharmaci operatio melius perficietur. Postq̃ uero humores ad uentrem perducti fuerint & pharmacum euacuare inceperit uel expulsiuam aliqualiter stimulare, tunc cõpetit motus, ex motu. n. agitantur humores & pharmacum circa partes uentris contentum quare molestant naturã, propter quod magis irritatur ad ipsos expellendos &c̃. Intelligenda est igitur sic conclusio. cum quis biberit elleborum, & supple ad actum euacuandi iam reductus fuerit &c̃. Nota tamen ꝙ quandoq; in uomitiuo exhibito intentio est solum eius eductio, sicut cum prouocatur uomitus cum syrupo acetoso uel cum aqua calida, ut ubi intendimus solum stomachi ab aliqua leui materia mundificationem & non agitationem in toto, & tũc proculdubio non cõpeteret quies & somnus, sed potius motus, sed de hoc uidebit in quęstione. Secundo nota.

Motio quid. Per motiones quoscunq; motus locales intelligendos nõ fortes, ut uirtutem prosternant & calorem, & humores ad exteriora trahant, sed debiles ita ut materiam solum agitent uirtutem irritando ad expellendum. Tertio nota, quia dicit ad somnos minus, ly minus potest dupliciter exponi. Primo minus. i. rarius, pauciores. n. sunt casus in quibus debet corpus quiescere &c̃. quia hoc non est nisi in quo uirtus est debilis ualde, aut etiam pharmacũ effrenitaret. Secundo minus. i. minori tempore. Prima expositio est melior. Quarto nota. Nauigatio perturbat corpora, quia in nauigatione fit magna humorum cõmotio, maxime in non consuetis & per mare nauigantibus, ad quam sequitur irritatio naturę, & maxime stomachi, cuius uirtus ĩ parte superiori sensitiua multa nigei multa percipiens nocumenta. Similis sententia colligitur. 4. primi. cap̃. 5. & à Mesue in suo de consolatione medicinarum intentione tertia. cap̃. 3. & 4. canon. vbi pręsentem allegat apho. Et est utilis in actu practico, & ampliatur ut pręcedens &c̃.

Purgationes accipientiũ mouẽdorũ practicus canon.

Aphorismus. 15.

Cũ uolueris magis ducere helleborũ, moue corpus. Cũ uero statuere, fac somnũ, & noli mouere.

The. Cum libuerit ut ueratrũ amplius ducat, corpus moueto. Contra cum sistendum censueris, somnum molitor, nec quicquam moueto.

Leo. Cũ uolueris magis ducere helleborum moue corpus, Cũ uero sistere, somnum facito, & non moueto.

Expositio Iacobi.

Iste apho. expositus est sufficienter p notata in pręcedenti, & inferius tangentur plura ad hoc pertinentia.

Aphorismus. 16.

Helleborus periculosus est sanas carnes habẽtibus, Spasmum enim facit.

The. Veratrum periculosum h̃s est, q corpore integro sũt. Facit enim conuulsionem.

Leo. Carnes sanas habentibus helleborus periculosus. Facit enim conuulsionem.

Expositio Iacobi.

Iste apho. expositus est per illa quę notata sunt supra super. 37. apho. secundę particulę. illo. s. sana habẽtes corpora. hic non habes declarare, nisi quomodo elleborus spasmum facit. & ibi uide tu &c̃.

Aphorismus. 17.

Nõ febricitãtibus existentibus, si fiat fastidiũ, et cordis morsus et tenebrositas oclorũ et os amaricatum, sursum pharmacia indigere significat.

The. Siquis non febriẽs inediã exigit, & cordis dolore, aut caliginosa uertigine infestat̃, a oris amaritudinẽ sentit purgatione se egere parte superiore significat.

Leo. Siquis febrẽ nõ habens abstineat à cibo & cordis morsum, seu uertiginẽ patitur, & oris amaritudinem sentit purgatione indigere per superiora significat.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho est ista. Corporibus non febricitantibus, si insit fastidium & cordis morsus & os amaricatum & tenebrositates oculorum significat huiusmodi corpora indigere pharmacia p superius euacuante. Probatur sic. huiusmodi signa significant in talibus corporibus humores abundare superfluos cholericos ad superiora tendentes. igitur conclusio uera patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia sumitur quarta primi. cap̃. 3. & secunda quaeti de signis motus materiei ad superiora, & est utilis, & ampliatur ut patet. Auicẽ. Primo nota Hippo. dixisse non febricitantibus propter alterum duorum. s. aut quia non magis audaces esse debemus in euacuando febricitantes per uomitum q̃ non aliis paribus, unde & minus regularis est euacuatio, eo ꝙ pharmacum & maxime uomi-

tiuum exoluendo euacuans corpus uehementer calefacit & exiccat, aut ut propter hoc daret intelligi, quod non solum actu ægrotantes in quibus huiusmodi appareant signa sunt euacuandi, sed etiam non actu sed parati. Secundo nota reperiri istos terminos, uomitus, subuersio, morsura, fastidium & abominatio, per quos quid intelligendum supra intelligenti declaratum est prima huius apho. 2. & 13. tertij. Per fastidium igitur intelligimus dispositionem stomachi, per quam homo odit & refugit cibum, unde est actio appetitiua ablata contingens maxime propter humores malos et potissime cholericos circa os stomachi infuscatos aut contentos. Tertio nota ut in cōmento tangitur, antiqui os stomachi cor siue præcordium uocauerunt, ut 4. accidenti. ca. 7. & tertio canō. fen. 13. cap. 1. propter multa. Primo quia sicut cor est acutissimi sensus, ita & os stomachi. & sicut propter læsionem cordis fit syncopis, ita etiā propter læsionē oris stomachi. Similiter quia oris stomachi ad cor maxima existit colligantia, ut colligitur in locis alleg. Per cor igitur in proposito os stomachi intelligi debet. Vnde & morsus cordis intelligi debet mordicatio oris stomachi contingens à materia mordicatiua ibi cōtenta et in eo mordicationem faciente. Quarto nota. Per tenebrositatem intelligas actionē uisiuā diminutā, propter fumos ad cerebrum à stomacho ascendentes & uisiuo se spiritui cōmiscentes. Hæc igitur omnia simul concurrentia significant corpus egere uomitu. Per os autem amaricatum intelligere saporem amarū inficientē linguā uel os.

Pastidium qd. — Auicē. Gal. Stōchi os intelligit p cor. — Tenebrositas qd.

Aphorismus. 18.

Supra diaphragma dolores, sursū pharmacia indigere significant, quicunque uero inferius, significant inferius.

The. Dolores qui supra præcordia infestant, purgationem supra, qui infra, infra requirunt.

Leo. Supra præcordia dolores, purgatione indigere per superiora significant. Quicunque uero inferiora molestant, per inferiora.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. satis patet. Idem dicit Aui. 1. quarti. ca. 3. & quando & qualiter euacuare oportet. Et est utilis in actu curatiuo. Et ampliatur ad omnia corpora quibus hi dolores contingunt. Primo nota. quod per dolores intelligit dolores causatos ab humoribus, & maxime acutis ad differentiā doloris uentosi qui per se non curatur per uomitum aut per secessum. Secundo nota cum dicit indigere nō debemus intelligere necessitatem in omnibus, sed in pluribus.

Dolorū supra uel sub diafragma te curatiuus canon.

Aphorismus 19.

Quicunque in pharmacijs non sitiunt cum purgantur, non quiescant donec sitiant.

The. Qui in medicamentorum potione non sitiunt cum purgantur, ij non desinunt prius quam sitiant.

Leo. Qui in medicamentis purgati, non sitiunt, non quiescunt priusquam sitiant.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quicunque pharmacia purgantur & per purgationē ad sitim non perducūtur. nō debēt quiescere donec perducantur ad sitim. Probatur sic tales non debēt quiescere nisi purgatione completa, sed non nisi ipsis ad sitim perductis est perfecta purgatio. igitur consequentia patet. & assumptum in littera declarabitur. Idem colligitur à Mesue de consolatione intentione quarta. 6. cap. s. de signis post purgationem, & quarta primi cap. 4. s. de regulis cōmunibus solutioni uentris & uomitiui. & 6. cap. de superfluitate medicinę uentrem soluentis & de hora constringendi eā. Et est utilis in actu practico ad cognoscendum sufficientē euacuationem. Et ampliatur (ut patet) ad omnia corpora per pharmacias eligentes perfecte purganda cū circūstantijs tamen inferius explicandis. Primo nota. Per pharmacias intelligendas esse attrahendo euacuantes, siue per uomitum siue per secessum siue utroque modo, licet de successiuis maxime uerificetur apho. Secūdo nota. Non solum per sitim super purgationis cōplementū significari posse, sed etiam per conferentiam & tolerantiam ut supra, & etiam per somnū. quarto primi. ca. 4. & leuitatem iocunditatem & quietem, ut Mesue alleg. ea. Quia tamē signum sumptū à siti magis apparet ambiguum, & maior potest in eo error contingere. hoc specialiter uoluit hic Hipp. nobis notificare. Tertio nota. Sitim causari ex consumptione humidi roridi oris stomachi, quēadmodum fames ex consumptione humidi substantifici. Propter quod sitis est appetitus frigidi & humidi, fames calidi & sicci. Secundo de anima. t. c. 28. Causatur autem quandoque ab intra à causa materiali, & tunc sitis est naturalis. quandoque uero à re penitus præter naturam, ut à febre. & quandoque à re non naturali sicut motu exercitio pharmacia debite exhibita. In proposito uero sitis est non naturalis. Quarto nota. Pharmacia producente & attrahente humores ad stomacum impediūt ne pharmacum in os stomachi imprimat, quare nec tunc roridum humidū eius notabiliter resoluitur uel exiccatur; & ex consequenti non fit sitis operatione pharmaci. Cōpleta autē euacuatione impressio ab eadē relicta non habens impedimentū ex parte tā dictorū humorū os stomachi fortius exiccat, quare & tunc insurgit sitis, & per consequens superuētio sitis est signū humores illos tā euacuatos esse. Ad quod etiā concurrit quod donec humores attracti sunt in stomacho, nisi ualde cholerici fuerint os stomachi remanet actu hūectatū, quare non insurgit sitis. Et hoc patet causa uerificans apho. Quinto nota. Non quiescant &c. quia. s. localiter moueantur, ut pharmacū melius operetur, & hoc non placet. Secundo nō quiescant. i. ab euacuatione, quia. s. euacuationē non sistant cū his quę habent pharmaciā frangere. uel si non sufficeret adhuc non quiescant, quia adhuc se cū pharmaco euacuant, et in summa non quiescāt qui in una uel in pluribus euacuationibus ad sitim non perducuntur & consequenter patet corpore taliter ad sitim producto debet quiescere ad intellectum datum.

Mesue. — Auicē. — Estatio nis suffi cientis cognoscendæ præcognitus cā. — Auicē. Mesue. — Sitiscā. Famis causa. Aristo.

Aphorismus. 20.

Non febricitantibus existentibus si fiat strophus, uel genuum grauitas, & lumborum dolor deorsum pharmacia indigere significat.

The. Si tormina acciderint non febricitanti, et genuum grauitas, & lumborum dolor, purgatione infra opus esse significatur.

Leo. Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, et lumborum dolor, purgari inferius oportere significatur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Strophus & grauitas genuū & dolorum lumborum factus in corporibus non febricitantibus significat huiusmodi corpora indigere pharmacia per inferius euacuante. Probatur sic. huiusmodi accidentia significāt in corporibus huiusmodi materias frigidas & graues superabundare per inferius consequēter educibiles. igitur conclusio uera. patet cōsequentia, & assumptum uidetur in litera. Similis sententia colligitur quarta primi. cap. 3. & aliqualiter à Rasi. 4. Almā. cap. de pronosticatione signorum morborum antequā augmentetur. & est utilis et ampliatur ut patet. Primo nota. notanter dictum esse non febricitantibus, aut ut simus minus audaces in euacuādo febricitantes, aut ut intelligeremus non solum actu ægrotantes esse euacuandos, sed etiam paratos ægrotare, uel forte ut tangit. Con

Auicē. Rasis.

stantinus,

Costã. stantinus, quia sint peccato materię poterunt fieri huiusmodi dolores causa febris, uel tolum us ut prius etne lius ad primam expositionẽ redire, quia non semper febrientes & si huiusmodi dolores materiales perpessi fuerint erũt euacuandi. Secundo nota. Per strophunt intelligendum esse intestinorum dolorem materialem tantum, quia pendentem à materia grossa uentosa per intestina tortuose mota aut phlegmatica cruda uel etiã mordicatiua uel cholerica. Per genuum autem grauitatem intelligenda est lassitudo iuncturarũ genuũ & etiã aliorum, sed quia in illa lassitas potissime manifestatur, cũ sit iunctura lassa habens pondus sustinere, ideo eã præcipue tetigit. Prouenit etiam huiusmodi lassitas à materia phlegmatica ad iũcturas illas fluente & illas relaxante, quare ad motum inepte fiunt. Per genuũ autẽ grauitatem intelligere debemus grauitatem in genibus perceptam, propter materiã in genuũ iuncturis cõtentam uel ibidẽ grauitatem. Per dolorem autem lomborũ intelligi debet dolor circa renes uel prope carnes illas musculosas circa renes existẽtes secundum plurimũ à materia consimili. Qualiter autem discernantur istę causæ debet prius cognosci signis. Tertio nota. si ue materia per pharmacũ euacuanda fuerit subtilis siue grossa grauis uel leuis, ipsa tamen declinante ad inferiora est magis per inferius q̃ per superius, nisi sit aliquid actualiť ꝑhibens euacuanda, quoniã uñcunq; repit natura &c̃.

Strophus qd.

Genuũ grauitas qd.

Lũbo-rũ dolor.

Ex h colligitur causa uerificans apho. quoniam huiusmodi accidentia uel prouenitunt à materia phlegmatica grossa frigida uel uentosa aut cholerica subtili mordicatiua, sed qualitercũq; sit ipsa ad iferiora declinãte, quod cõprehenditur per signa iã dicta, est magis per inferiora euacuanda. igitur &c̃. patet cõsequẽtia 4. nota. per pharmaciã intelligi posse non solũ secessiuã, sed etiã urinę prouocatiuam, potissime tamen de secessiua in propasito intellm est. Quinto nota. notanter dictum esse significat, non autem dictum est corpus fic esse euacuãdum, quia & si sumpta indicatione à situ & loco, ad quam declinat materia sit taliter euacuandũ, non tamẽ absolute indicandũ est ipsum sic euacuari debere, ut ubi sint alię indicationes fortius oppositum indicantes.

Pharmacia duplex

Aphorismus. 21.

Egestiones nigræ, uel quasi sanguis, sponte uenientes, & cum feb. & sine feb. pessimæ, & q̃ tuncunq; fuerint colores plures, magis malum. Cum pharmaco uero melius, & quanto plures fuerint colores, non malum.

The. Deiectiones nigrę, modo sanguinis atri, sponte uenientes, siue cum febri, siue sine febri, pessimę sunt, & quo plures sunt praui colores, eo peius. Sed si ex medicamẽto tales egeruntur, melius est, & quo plures non praui colores sunt, eo melius.

Leo. Deiectiones nigrę, qualis est sanguis niger, sponte uenientes, siue cũ febre, siue sine febre, pessimę, & quãto color es magis praui fuerint plures, peius. Cũ medicamẽto ueronmelius, & quanto colores plures non praui.

Expositio Iacobi.

Iste apho. quatuor habet conclusiones. Secunda est ibi. (Et q̃tuncunque.) Tertia ibi (Cum pharmacijs.) Quarta ibi (Et q̃tocunq;.)

Prima conclusio apho. est ista. Egestiones nigrę quasi sanguis sponte. i. à natura euenientes, siue corpus febriens fuerit siue non sunt pessimę. Probatur. per huiusmodi egestiones significatur naturalibus mẽbris uehemens incendium uel uehemens adustio uel uehemens caloris naturalis mortificatio, quorũ utrunq; est pessimum & mortificatiuum. Primo nota egestionem sumi tripliciter. Primo pro qualibet sensibili superfluitatum expulsione per quancunq; regionẽ fuerit. Secundo pro superfluitate primę digestionis, Tertio pro quali bet superfluitate uel materia per uiam primę digestionis expulsionibus deputata expulsa, qualiter dicimus egestionem aliquam esse sanguineam, chilosam uel humorosam, taliter sumitur in proposito. Secundo nota. Nigrę scilicet sicut sanguis grossus niger & fecalis existẽs sicut est sanguis hęmorrhoydalis & non nigræ propter aliam causam accidentaliter tingentẽ, ut cibũ pharmacum etc̃. Tertio nota. Hmõi egõnes q̃ñq; esse pseuerãtes q̃ñq; nõ. In ꝓposito sermo est de pseuerãtibus, ubi enim non perseuerarent nõ esset uera cõclusio. Quarto nota. Huiusmodi egestiones apparere posse in principio uel augmẽto, & uniuersaliter anteq̃ signa digestionis appareant, & sic intelligitur in proposito. De apparentibus autem post signa digestionis est aliter sentiendum. Quinto nota. Huiusmodi nigrę egestiones possunt à multis causis contingere Primo propter apertionem apostematum interiorum, ut dubelati in hepate in quibus huiusmodi materię collectę fuerint, & prius q̃ ad saniem terminata sint erupta sunt uel saniata sunt sanie nigra mala, quę per inferiora expulsa causat egestiones nigras. Secundo propter apertionẽ oppilationis hepatis, sanguine enim oppillationẽ causante coagulať & denigratur. Tertio propter debilitatem attractiuę splenis in attrahendo humorem melãcholicũ, & ab ipso hepate sanguinem depurando, quia sanguini cõmixtus remanet, & frequenter ipsa natura per inferiora expellit, quare apparent egestiones nigrę. Quarto propter hepatis contentiuam & discretiuam debilem in sequestrando humorẽ melancholicum à sanguine, quare eius plurimum cum egestionibus cõmiscetur. Quinto propter sanguinis & humorum adustionem in hepate uel uenis quare ad substantiã grossam nigram feculentam conuertuntur et extra à natura per inferius expelluntur & nũquam sunt sine febre. Sexto propter frigiditatem congelantem aut caloris naturalis extinctionẽ uel mortificationem, calore enim extincto sanguis & humores multũ spiritibus depauperantur, per quorum participationẽ redduntur humores rari clari & peruij. ipsis igitur spiritibus priuati fiunt opaci & ad obscuritatem & nigredinem tendentes consequenter his per inferiora expulsis fiunt nigrę egestiones, sicut sanguis coagulatus niger, à quo totus spiritus expulsus est, unde propter hoc partes nostri corporis frigore multum patientes liuescunt. Ad propositum de egestionibus nigris ultimis duobus modis intelligitur conclusio apho. Ex quibus patet eius ueritas, huiusmodi enim egestionibus apparentibus perseuerantibus anteq̃ signa digestionis manifestentur significatur in interioribus uehemẽs adustio aut spirituũ exhalatio, & materierum adustarum uel congelatarum dominium in interioribus in quibus non dominať natura, nec ipsas critice, sed synthomatice expellit, sed hoc est pessimum. igitur. Ex quo patet notabiliter dictum esse cũ feb. & sine feb. si enim fuerit cũ feb. significať fœdiũ. si sine febre. significať mortificatio caloris.

Egestio nigra.

Egõnis nigrę causæ cupla.

Secunda conclusio. Huiusmodi egestiones q̃to sunt plurium colorum sunt tanto deteriores. Probatur sic. tanto significat materiam malignam ampliorem & magis etherogeneam & minus à uirtute uincibilem uel superabilem igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Per plures colores intelligi posse plures colores nigros, gradualiter tamen adinuicẽ, sed magis & minus differẽtes, ut si una pars egestionis esset intense nigra & altera remissius & sic de alijs Secundo intelligi potest per plures, scilicet specifice differentes, quia. s. egestionum aliq̃ partes sunt albę et alię nigrę et alię citrinę &c̃. sic tamẽ q̃ parte nigra in egõnibus dominante nigrę dominanẽ, hęc secundo modo intelligitur. Secundo nota hoc esse intelligendum ipsis perseuerantibus & signis digestionis non preparantibus, ut supra. Tertio nota has posse uenire simul aut successione plurium colorum, in ꝓ

Egõ plurũ colorũ quę.

Egõ triplicitur

posito intelligitur simul. Quarto nota huiusmodi egestiones plurium colorum apparere posse uel pares in quantitate puris nigris, & sic non intelligitur coclusio. ex pluralitate enim illa significatur minor adustio. Secudo apparere possunt sic quod in his quae sunt pluriu coloru pars nigra tata sit & tam intense nigra sicut in egestionibus pure nigris. & sic intelligitur conclusio, & uera est quod cum talibus his circunstantijs apparentibus significatur plures esse materias uirtute infestantes, sed hoc alijs paribus est deterius. Vnde patet has egestiones malas esse per uiam signi. ex parte enim humoris adusti alia sut paria, & cum hoc in illa que est plurium coloru, est excessus in alijs membris, ideo &c.

Tertia conclusio. Egestiones nigrę non sponte, sed ui pharmacię euacuate sunt minus malę quam sponte egredientes. Probatur sic. per tales significat minor malitia materię que euacuatur. igitur. assumptum arguitur, quia per eas significatur materiam hanc euacuandam non tantam habere malitiam, ut per eam uirtus stimuletur ad ipsam synthomatice expellendam. igitur &c. patet consequentia, & assumptum declarabitur. Primo nota. Egestiones posse esse nigras à primitiua causa, ut pharmaco cassia uel cibo. Secundo intrinsece & pro se. & sic intelligitur in proposito. Et dicuntur meliores, quia minus male abusiue. Secundo nota. Egestiones ui pharmaci quandoque euacuari pręcedetibus signis digestionis, quandoque non pręcedentibus. In proposito intelligitur non pręcedentibus, ipsis enim pręcedentibus in euacuatis significaretur uirtutem magis perfecte & copletę dominari materiae, propterea pharmaci non eguit auxilio. Ex quibus colligitur causa uerificans aphor. his enim talibus apparentibus ui pharmaci significatur (ut in pluribus) materiam non fuisse sic malignam, ut uirtute ad synthomatice expellendum irritaret, econtra autem ipsis sponte euacuatis.

Ego ni gra duplicater

Quarta conclusio. Quanto uarietas egestionum ui pharmaci euacuatarum est maior tato est minus malu. Probatur sic. tanto significat magis purgationis complementum patet consequentia & assumptum declarabitur statim. Primo nota quod huiusmodi egestiones uariorum colorum ui pharmaci euacuari possunt dupliciter. Primo simul, & sic non est ad propositum. Secundo successiue, & sic maius complementum purgationis significant, sed de hoc uidebitur in quęstione plus. Similis sententia huic colligitur. 14. tertij. trac. 4. & secundo. Continentis. cap. 3. scilicet de egestione, &. 10. Almã. de egestione. Et est utilis aphorismus in actu practico. Et ampliatur ut in notatis dictum est.

Egonu uarior colorũ practicus cañ

Aphorismus. 22.

AEgritudinibus quibuscũque incipientibus, si fel nigrum, aut sursum, aut deorsum exierit, mortale.

The. In quocunque morbo incipiẽte, si atra bilis, uel supra, uel infra exierit, letale est.

Leo. Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis, uel supra, uel infra exierit, letale.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. In cuiuscunque morbi principio euacuatum fuerit fel nigrum sursum uel deorsum illud est signum mortale. Probatur sic. huiusmodi euacuatio significat in corpore abundare materiã pessimã à natura non superabilem. igitur conclusio uera. patet consequentia, & assumptum circa litteram declarabit.

Cõcordantis & utilitas apho. huius habetur sicut pręcedentis, & similiter ampliatio. Primo nota. Per ægritudines quascunque intelligere debemus ægritudines à cholera pendentes siue acutę siue chronicę fuerint, de omnibus enim uerificatur apho. ut patet. licet de acutis sit maxime uerificabilis. Secundo nota notanter dicitũ esse incipientibus, quia s. in principio uniuersali existentibus ad denotandum huiusmodi fel nigrum emitti signis digestionis non apparentibus. apparentibus enim signis digestionis est aliter dicendum, ut in pręcedenti apho. Tertio nota. ille terminus fel. ab auctoribus equiuoce sumitur. Primo pro chisti fellis choleram superfluã continente, propter necessitates & utilitates notas. Secundo sumitur pro cholera in chisti contenta. Quandoque enim potest ille terminus fel. poni cũ additione illius termini nigrum, & importat mediam adustam per adustionem s. ex cholera rubea generatã, & taliter sumit hic.

Fel triplicit.

Quarto nota quatuor esse loca manifesta, per quę maxime contingit fel nigrum exire. s. per secessum, per uias urinę, per uomitum, & per sputum. Et de his omnibus uerus est apho. ut patebit. Deterius tamen signum est hoc per superius quam per inferius, quia si egreditur per superius, aut per sputum aut per uomitũ. si primũ, sic significatur adustio uehemens in spiritualibus. si secundum significatur illam materiã ad superiora repere, quod est peius per uiã signi & per uiam causę ut patet. Quinto nota. Ad ueritatẽ apho. oportet huiusmodi signum esse perseuerans. hoc enim perseuerante significatur uehemens adustio in spiritualibus uel naturalibus membris, sed hoc ẽ signũ mortale maxime signis digestionis nõ appãrẽtibus, iõ &c. Ex quo colligit ueritas apho. Similiter intelligitur hanc euacuationem esse malã per uiam signi ut patet. Et causę, quia huiusmodi euacuatio potest esse causa lęsionis membrorum mortificationis quibus prefatus humor obuiat. hic etiam humor existens malus per uiã signi est malus per uiã cãę ut esse potest.

Fel nigrũ ex pelli quadrupl.

Aphorismus. 23.

Quibuscunque ex ægritudinibus acutis, aut multi tẽporis, aut abortibus, aut aliter extenuatis, si fel nigrum exierit, aut qualis sanguis niger, sequenti die morientur.

The. Quicũque ex morbis acutis, aut diuturnis, aut uulneribus, aut alio quouis modo extenuati, atrã bilem sanguini atro similẽ emiserint, postridie moriuntur.

Leo. Quibuscunque ex morbis acutis, aut diuturnis, uel ex uulneribus, siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue uti sanguis niger de subter exierit, postridie moriuntur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est hęc. Quibuscunque corporis extenuatis ex ægritudinibus acutis uel chronicis uel abortibus, uel qualitercunque exierit fel nigrum aut humor niger sicut sanguis, huiusmodi corpora sequenti die critico moriuntur. Probatur, quia in talibus corporibus est superabundantia corruptę & pessimę materię, & cum hoc uirtus est ualde debilis ex terminis conclusionis. igitur conclusio uera patet consequentia & assumptũ patere potest ex dictis in pręcedenti apho. Similis sententia colligitur. 16. tertij cap. de fluxu uentris omniũ modorum. &. 17. Continentis. cap. de egestione. Et est utilis in actu practico. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Ly quibuscunque potest exponi. i. corporibus, & est sensus uerus in conclusione positus. Secundo quibuscũque ægritudinibus &c. prima expositio teneatur. Secundo nota. Per ægritudines acutas intelligendas esse tam ueacutas absolute, siue peracutas, siue perperacutas. et ægritudines multi temporis chronicas, quę. s. ad 40. diem & ulterius terminantur. Tertio nota. Per extenuata non debemus solũ intelligere corpora in humido mẽbrali quãtitatiue notabiliter minorata, sed per extenuata debemus uniuersaliter intelligere corpora ualde debilia de omnibus nãque uerificatur conclusio. Explicauit tamen extenuata, cum corporis imbecillitas potissime per eius extenuationem manifestetur, & uult quod qualitercũque sint debilia sequatur hoc. Quarto nota. Per abor-

Extenuator cor porũ quibus exierit fel nigrũ ut humor niger sicut sanguis praecipuus canon.

Abor sus qd.

sum

Mulier magis debilitatur abortus quam partus naturalis.

sum intelligere debemus exitus præter naturā exitū uirtu-
tem partientis multum debilitantem, debilitatur.n. ma-
gis apud aborsum mulier q̃ apud partum naturalē. 21
tertij. tracta. 2 cap̄. de aborsu. Et dolores quidē accidē-
tes apud aborsum uehementiores sunt doloribus accidē-
tibus apud partum, quoniam illa est res non naturalis.
Causa autem quare in prægnantibus aborsum patienti
bus specialem fecit mentionem est. Primo quia ut plurī
mum contingit illas ex aborsu multum debilitari. Secū
do quia in eis contingit malas & prauas materias & pu-
trescētes retineri, quibus putrescentibus uel adustis &
corpore debilitato per aborsum &c̄. Ex quibus patet
causa uerificans apho. huiusmodi.n. materię scilicet per
seuerantes significant incendium uehemens & rebellio
nem maximā materię ad uirtutem, qua cōiūcta magnę
uirtutis prostrationi proculdubio de proximo debet seq
mors. Quinto nota per sequentem diem quidā intelli-
gunt ut uerba sonant, quidam sequentem criticū, quidā
largius tempus satis breue, de quo patet &c̄.

Aphorismus. 24.

Dyssinteria, si à felle nigro incepit, mortale.

The. Difficultas intestinorū, si ab atra bile īcepit, letalis ē.

Leo. Difficultas itestinorū, si ab atra bile incepit, letalis ē.

Expositio Iacobi.

Dyssinteria à colera assimilatur cancro durę uel tarde sanabile.

Conclusio est ista. Dyssinteria incipiens à cholera ni
gra est signū mortale. Probatur sic huiusmodi dyssin-
teria significat intestinorū periculosum & irremouibi-
le nocumentum, igitur conclusio uera. patet consequen
tia. & assumptum arguitur, quia significat ulcerosum
ulcus in intestinis profundatum. igitur. Similis senten
tia colligitur. 16. tertij. 2. cap̄. s. de fluxu uētris omniū
modorū. et secundo uirtutum naturalium. ca. 9. et. 16.
Continentis. cap̄. 3. s. de egestione. Et est utilis in actu
practico. Et ampleatur ut patet. Primo nota. In propo
sito sumi dyssinteriā ut distinguitur contra lienteriam
& diarrhœam, ut alias supra. Est autem dyssinteria à
di grece, quod latine diuisionē, enteron uero intestinū
importat latine. Vnde dyssinteriam quasi diuisionē, scis
sionem, seu excoriationē intestinorum appellat. ut sex-
to ethymologiarū. Isido. cap̄. de nominibus ægritudi-
num chronicarum. Secundo. Huiusmodi dyssinteriā
quandoq; prouenire posse à causa extrinseca uel primi-
tiua, quandoq; uero intrinseca & corporali. Exemplum
primi, sicut forte solutiuū cibus salsus amarus uel exco
riatiuus, & sic de alijs. Si uero contingat ab intra, uel ē
proprium intestinorum nocumentū, uel propter mate-
riam ab alio mēbro aliunde transmissam. Primo modo
dicitur intestinalis. Secundo modo hepatica dicitur, &
quandoq; splenetica, & sic secundum uarietatem mem-
brorū transmittentiū. Ad propositū dyssinteriā intelli-
gimus per propriū intestinorū nocumentū causatam, li
cet non omnis dyssinteria sit cum proprio nocumento
intestinorum. quandoq; tamen causa nocumenti est in
alijs mēbris, & ibi ægritudinem contrahit. quādoq; ue
ro est in intestinis fixa, & taliter in proposito est intelli-
gendum. Tertio nota. Huiusmodi dyssinterię quę à cā
contingens est corporali, materia est quandoq; cholera
rubea, quandoq; phlegma salsum, quandoq; melancho-
lia adusta. Et hęc potest esse genita per adustionē uel ex
melancholia naturali adusta. Ad propositū hic per fel ni
grum intelligit melancholiam per adustionem generatā
siue ex cholera siue ex melancholia naturali. Quarto
nota. Difficultas curę uel impossibilitas huius dyssin-
terię ex multis causis prouenit. Primo ex dispōne mē-
bri ipsi, quia. s. neruosum uel panniculosum exangue et
intrinsecū, unde minime possunt apponi medicamina,
& apposita non permanent propter necessitatē frequen
tissime ascellationis. Secundo ex dispositione materię à
qua pendet ægritudo in qua est uestigium fortis adustio
nis, sicut calor ex cineribus, & grossities, & fixio, & ad

Auicē. Gal. Rasis.

Dyssinterię à colera nigra practicus casū.

Dyssinteria qd Isidor.

Dyssinterię cā est 2a.

Dyssinterię ab atra bile curatio difficilis uel īpossibilis ē à cā triplici.

herentia, & malitia complexionis mēbri corruptiua &
mordicatiua. Tertio quia ista uidentur significare inte
stina iam cācerata esse. Vnde Auicē allega. cap̄. signi-
ficat cancrū putrefactū. Ex his colligitur causa uerifi
cans apho. Patet secundo. q̃ licet cholera rubea sit pe-
netrātior, quia tamen a natura facilius uincitur, est dys
sinteria ab ea proueniens corrigibilior. Et ex hoc ul-
terius patet q̃ priusquā huiusmodi cholera nigra causet
dyssinteriam, oportet ipsam in intestinis longā moram
contraxisse, cum ōis actio eius tarda sit oportet in lōgo
tempore imprimat, & in hoc toto tempore intestinorū
cōplexionem, in quibus figitur corrumpat & mortifi-
cet, & potest hoc conferre ad ueritatē apho. Vnde & si-
gnanter dixit si à cholera nigra inceperit, quoniā opor-
tuit in intestinis longo tēpore occurrisse.

Aphorismus. 25.

Sāguis sursum quidem, qualiscunq;, malum, deorsum uero si niger exierit, bonum.

Sanguis supra emissus, qualiscunq; est, malus est in-
fra autem bonus est. legitur in cod. gręco i Gal. & exē
plari Iacobi. The.

Sanguis quidem supra qualiscūq; fuerit, malus, infra
autem bonus est infra autem bonū nigra excrementa. Leo.

Expositio Iacobi

Hic aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi
(Deorsum.)

Prima conclusio apho. Qualiscunq; est sanguis flu-
xus sursum ipse est malū signū. Probat sic quia qua-
liscunq; fuerit talis sanguis, mala est regio, per quā eua
cuatur, significat etiam in superioribus lęsionē. igitur
conclusio uera. patet consequentiā & assumptū circa lit
teram declarabitur. Primo nota Sanguis sumitur du-
pliciter. Primo pro massa et pro sanguine alijs tribus hu
moribus contra disticto. Secundo modo hic maxime su
mitur, licet utroq; modo possit sumi. Secūdo nota. Hu
iusmodi sanguinē quandoq; esse bonum & laudabilem
quandoq; uero malignum. Et iterum quandoq; est ue-
nalis quandoq; arterialis quandoq; est multus quandoq;
modicus quandoq; calidus quandoq; frigidus. Et iterum
quandoq; egreditur ex pectore, quandoq; ex pulmone,
quandoq; ex hepate resudante tamē ex gibbo ad pectus
quandoq; ex cāna, quandoq; ex capite, quādoq; ex ore.

Sāguis dupl'r.

Loci indicia unde sanguis excernitur.

Et hæc omnia per signa propria distinguuntur. San-
guis enim à pulmone spumosus & cū tussi. Ex pectore
non spumosus. Ex stomacho cum uomitu. Ex canna cū
rascatione. Ex capite cum attractione à superioribus.
Ex ore cum saliua & sputo. De omnibus hic est sermo
quę colligi possunt decima tertij. tractatu. 3. cap̄. de spu
to sanguinis. Tertio nota. Per sanguinem sursum eua
cuatū intelligere debemus sanguinem euacuatum per
os & non aliter, quia exeunte per nares aliter esset dicē
dum. Quarto nota hoc posse malum esse per uiam si-
gni, & quandoq; per uiam causę, & quādoq; utroq; mo
do. Exemplum primi, ut sanguine malo expulso. Exem
plum secundi, sicut sanguis superfluus in quanto, lau-
dabilis tamen in quali. Exemplum tertij, sicut sanguis
arterialis euacuatus. Ex quo patet cā uerificās aphor.
nā per os euacuatum significat solutionē in partibus su
perioribus, per quas non debet euacuatio naturalit' fie-
ri. ad hoc enim non sunt à natura deputata, ut malā ma
teriam &c̄. hoc autem est malū. ideo. Quinto nota.
Hoc ut in pluribus uerum esse. In pluribus enim san-
guis potest esse signum & causa bona. s. eius euacua-
tio, quamuis sit signum malū prauā in spiritualibus
significando contineri materiam, absolute tamē est ma
gis denominādum signum bonum q̃ malū. Vnde non
est uera conclusio nisi ut in pluribus et maxime compa
rato huiusmodi fluxu sursum ad deorsum, de quo in se
quenti conclusione fiet mentio.

Auicē.

Secunda conclusio. Sanguis.s. niger exiens deorsum est bonum. Probatur. quia significat uirtutem potentem in expellendo superfluum & corporis mundificatione. igitur conclusio uera. patet consequētia et assumptum declarabitur. Primo nota. Sanguinem deorsum multipliciter posse egredi.s. per fluxū uentris, per urinam, per menstruorū eruptionē, & per hemorrhoydarum apertionem, quę sunt uenę quędam circa anum situatę faciliter sanguinem totius recipientes. Ad propositum licet de menstruali possit uerificari, in proposito solum de hemorrhoydali intelligit Hippo. Secundo nota. Huiusmodi fluxum esse bonum signum & bona cā. Primo significando uirtutem fortem in superfluo sanguine fecali expellendo. Bona causa pro quanto est causa mundificationis corporis ab huiusmodi superfluis, ad quam mundificationem sequitur depuratio & clarificatio, sicut extracta fece de uino. vnde nō ex qualibet agitatione fit uinum turbulentū postq̄ separata fuerit fex ab eo, non separata uero fit. & ita de sanguine dicendū.

Săguinē egredi deorsum. 4r.

Auic. Ex hoc patet causa uerificans secundā partē apho. Similis sententiā, licet nō formaliter habetur tertio canō. fen. 4. tractatu tertio. ca. de sputo sanguinis. & hoc quātum ad primam conclusionem. quantū uero ad secūdā. 17 tertij. cap̄. de fluxu hæmorrhoydali. Et est utilis. Et ampliatur, ut ex dictis patet.

Aphorismus. 26.

Nigrę egestiones, si à dyssinteria habito, ut intestinorum carnes egerantur, mortale.

The. Si ex difficultate intestinorum laboranti, carunculę exeunt, letale est.

Leo. A difficultate intestinorum habito, si ueluti carunculæ exeant, letale est.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho, est ista. Si corpore existente habito, id est occupato à dyssinteria egerantur uelut carnes intestinorum, illud est signum mortale. Probatur sic. talis egestio significat in intestinis irreparabile nocumentum. igitur conclusio uera. patet consequētia, & assumptum statim declarabitur. Similis sententia colligitur. 3. fen. 16. ca 2 s. de fluxu uentris omnium modorū. Et ē utilis in actu practico, ut patet. Et ampliatur ad omnem dyssinteriā à qualibet causa ꝓuenientē. Primo notat Habito dyssinteria, idest patiente dyssinteriam, uel habito. i. oppresso ualde ad denotandum dyssenteriā fortē esse. Et est cōmunis modus loquendi antiquorū, & maxime Hippo. vt infra si à febre habito & à squinante habito &c̄, Secundo nota In intestinis tres sensibiles partes distinguuntur. ex quibus intestinorum substātia integratur, saltē secundum medicinalē considerationem.

Auicē. Egōnū in dyssinteria ut carniū Intestinoꝝ practicus cañ

Intestinoꝝ distinctio I partē triplicem.

Prima est intestinorum quędā pinguedo uel unctuositas intrinsecę superficiei adherens in intestina à natura ibi finaliter situata. Primo ut intestinorum superficies per eam redderetur lubrica, propter quod materiæ per intestinorum concauitatē exterius expulsæ facilius labantur. Secundo ut per huiusmodi pinguedinis pręsentiam defendatur intestinorū panniculosa substantia à materiebus acutis uel pungitiuis uel exasperatiuis, uel qualitercunq̄ potentibus lędere intestina. & appellatur quandoq̄ illa à quibusdā mucositas intestinorū, licet illa mucositas sit magis proprie materia phlegmatica.

Secunda pars pellicularis sicut pellicula quędā tenuis, & est duplex interior, & exterior, gratia eiusdē finis & aliorum finium reperta alibi describendorum. Tertia uero est pars. s. profunda medians inter interiorē pelliculam & exteriorem hæc quia carni multū similis est, ideo carnis nomine nuncupatur. Et per harū partiū distinctionem in tres species dyssinterię distinguūtur. Prima in qua materia acuta ulceratiua nondū intestinorum attigit substantiam, sed solum pinguedinē concauitati intestinorum adherentē separat quare exterius egredi.

Dyssinteriæ species tres.

Secunda qua humor interiorem intestinorū pelliculam soluit, quare cum egestionibus egreditur cū aliquali sanguine cōmixta, nondū tamen profunda pars notabiliter ulceratur. Tertia species in qua materia ulcerans ad ꝓfunda penetrat notabiliter partē grossam soluendo & separando, quia cū egestionibus egrediuntur frusta, quę sunt sicut carnes intestinorum, & de hac in proposito ē sermo. Hanc uero secundū plurimū antecedunt species alię notabili tēpore, cū causa ulcerans prius attingat exteriores q̄ interiores, & prius superficiales q̄ profundas partes. Et dixi notanter secundum plurimū, quia cā ibi imprimens posset esse ita fortis q̄ saltē non prius apparenter discerneretur. Tertio nota. Huiusmodi dyssinteriam mortalē & pessimā esse per uiā signi et cāę. Causę quidē, quia est causa maximę debilitatis & prostrationis uirtutis. Signi uero pro quanto significat magnā deperditionē partiū substātialiū intestinorum quæ nō restaurari possunt propter multa. Primo propter intestina exanguia esse & medicinam non appont & appositam non permanere et continue materias ulcerātes cōcurrere ideo & hoc maxime uerum si tunc in intestinis gracilibus hoc fiat. Sed dices. Quomodo discernam secundam speciē à tertia. Dicitur q̄ lauando egestiones & petias colando. & hoc de apho.

Aphorismus. 27.

Quibuscunque in febribus sanguinis fluit multitudo undecunque, in resumptionibus uentres his humectantur.

The. Quibus per febres sanguis alicunde large exierit, his in recreatione alui humidę redduntur.

Leo. Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo, q̄cunq̄ ex parte cum reficiuntur, alui his humectantur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quibuscunq̄ corporibus febricitantibus sanguinis fluit multitudo undecunq̄ effluat his corporibus se cibo resumentibus uentres eius humectātur. Probatur sic. in huiusmodi corporibus debilitatur uirtus digestiua & contentiua stomachi & hepatis attractiua. igitur ipsis resumentibus siue cibo se reficientibus debent uentres humectari. patet consequentia et assumptum circa litterā declarabitur. Similis sententia colligitur. 2. canon. fen. 5. ca. de fluxu sanguinis narium. & hoc uirtualiter. Est utilis in actu practico et pronostico. docemur. n. uiso magno fluxu sanguinis naturam hepar & stomachum cōfortare, & cibis facile mutabilibus corpora diętare. Et ampliatur ad quecunque corpora sana ægra & neutra, licet specialiter de febrientibus protolerit apho. Primo nota. notanter in aphor. positum esse ly febrientibus, eo quod in febrientibus potissime aduenit fluxus sanguinis tum quia est frequens crisis se. tū quia in fe. fit maxime sanguis ebulliens. & hoc est causa fluxus licet de omnibus corporibus (ut tactum est) possit uerificari apho immo nec solū in fluxu sanguinis, sed qualibet alia superflua euacuatione potest hoc contingere. Secundo nota sanguinem fluentē dupliciter posse dici multū. Primo absolute, ut. 10. aut 20. libræ dicerentor extrema multitudo aut etiam. 25. tertio canon. quinta. ca. de fluxu san. narium Secundo in cōparatione ad uirtutis tolerantiam, & sic intelligit I proposito, aut sanguinē illum multū effluentem dicamus cuius fluxum non tolerat uirtus, nisi cum notabili nocumento & prostratione. Tertio nota. notanter dictum est undecunq̄, ut tam per superiora q̄ per inferiora fluxum cōprehēderet sanguinis. Quarto nota. Per resumptiones intelligere possumus ciborū resumptiuorum assumptiones, ut sit sensus. in resumptionibus uentres humectantur. i. corporibus istis cibaria resumentia uel resumptiua sumentibus. Secundo per resumptiones

Auicē. Practicus pronosticus ca non in magno sanguinis narium fluxu.

Auicē. Săguis fluēs multitudo duplex.

Resumptio 2r. Gal.

nes intelligere possumus conualescentiam corpor. ut sit
sensus.in resumptionibus.i.conualescentibus, eo ꝙ cor
poribus conualescentibus debetur resumptio, ut habet
Text. tertio techni.co.n. ꝙ conualescentes cōmuniter consue
206. uerunt magis sic resumere, hic conualescentes resum-
ptiones nominauit, etiam quia tūc remotus est calor fe-
brilis melior est appetitus. Quinto nota. Ad euacua-
tionem sanguinis multi ad sensum datū sequitur hepa-
tis infrigidatio, & per consequens attractiuę eius debi-
litatio siue debilitas, quare per meseraicas minus de chi-
lo attrahitur, unde remanent feces humidiores & liqui-
diores, et consequenter uenter humidior. Similiter mul
to euacuato sanguine uirtus digestiua stomachi debili-
tatur, tū quia infrigidatur totum corpus, & cōsequenter
stomachus. tum quia stomachus in digerendo maximū
recipit iuuamentū ab hepate, quod ponitur infrigida-
tum. hac autem debilitata remanent plures partes aquo
sę huiusmodi egestionē reddentes humidam. similiter
etiam quia infrigidato stomacho & hepate debilitatur sto
machi contentiua, quare non debito tempore in stoma-
cho continetur cibus, & per consequens &c. Ex qui-
bus patet primo causa uerificans aphor. Secundo pa-
tet quare talia ante resumptionē nō contingunt. hoc.n.
ideo est, uel quia tunc ualde parua q̃titas cibi sumebatur
uigente febre. vel quia calor subtilis egōnes ualde exic
cabat. igitur &c. posset etiam cibi esse tanta paruitas &
exiccatio febris ita uehemens quod plus uentris stypti-
citatem moueret q̃ dictę causę lubricitatem. Contra,
quia ex sanguinis multa euacuatione totū corpus exic-
catur. igitur & uenter. Item quia mēbra inaniunt igitur,
fortiter attrahunt. Patet solutio intelligenti.

Aphorismus. 28.

Quibuscunq; felleæ egestiones sunt, surdita-
te superueniente quiescunt, & quibuscūq; surdi
tas, felleis egestionibus superuenientibus quiescūt.

The. Quibus deiectiones biliosę exeunt, surditate super-
ueniente finiuntur, & quibus surditas præcesserit, desi
nit si deiectiones sequuntur biliosæ.

Leo. Quibus biliose deiectiones, superueniēte surditate,
cessant, & quibus surditas, superuenientibus biliosis de
iectionibus, cessat.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi
(Et quibus.)

Prima conclusio apho. est ista. Quibuscunq; corpo
ribus adsunt felleæ egestiones uel phlegmatice his cor-
poribus surditate superueniente quiescunt. Probatur sic.
materię cholericę surditate superueniente ad partē aliā
diuertuntur, igitur tunc quiescūt cholericę egestiones.
patet consequentia & assumptum, quia ad partes supe-
riores terminantur uel mouentur. igitur ab inferiori-
bus diuertuntur. consequentia uidetur nota & assum-
ptum intelligenti. Primo nota, tam de phlegmaticis q̃
de sanguineis posset esse uerus aphor. in cholericis tamē
magis proponit apho. quia illę frequētius fluxum cau
sant, tum etiā quia leuiores & magis aptę sursum moue
Surdi- ri & facilius causant surditatē aliis membris. Secundo
tas 3r. nota per surditatem intelligi posse notabilem auditus di
minutionem, aut totalem eius ablationem, potest etiam
Surdita ampliari ad corruptionem. Hęc autem surditas dupliciter
tis cau- prouenire potest, aut à causa primitiua & extrinseca,
sa 2x. ut percussione &c. aut à causa corporali & de hac in p
posito est sermo. primo, quia etiam potest esse in mate-
rialis, ut mala conplexio organi, aut materialis, & de ta
Auicē. li hic est sermo. Colligitur hæc diuisio quarta tertij. ca.
de nocumentis auditus. Tertio nota. Surditate hac su
perueniente signum esse ut in pluribus ꝙ materia quæ
ad intestina declinabat repit ad partem superiorem, qua
re corpulenta materia uel uapores organo auditus com
municantur & causant surditatem, sed materia taliter
ad superiora fluente & ab inferioribus diuersa cessat flu
xus uentris et fellei egestiones. igitur. Ex quo patet pri
mo causa uerificans apho. Secundo patet surditatē nō
esse causam, sed esse signum cessationis fluxus fellei. Et
patet conclusio, quia dixit superueniente. ipsa.n. super
ueniente non esset hoc necessarium, nec etiam signum
materiam diuerti. Ex quibus colligi potest apho. non
esse uniuersaliter uerum posset.n. materia esse tanta ꝙ
sufficeret utrunq; facere. Quarto nota. quiescunt.i.
ex toto cessant, et hoc non. vel quiescunt.i. aliquo modo
sedantur uel auferuntur uel emittūtur, & hoc est uerū.

Secunda conclusio. Quibuscunq; inest surditas ista
remouetur felleis egestionibus his superuenientibus. hęc
conclusio potest probari ut pręcedens conclusio. Pri- Surdi-
mo nota. Surditatem duplicē esse. quędam est fixa et mā tas du-
siua, & de tali hic non est sermo. quędam uero nō sed fa plex.
cilter remouibilis, & de tali uerum est. Secundo no-
ta. Non solum per uentris fluxum sedari huiusmodi sur
ditatem, immo etiam per sudorem urinæ prouocationē
& sic de aliis Fluxum tamen uentris tanq̃ euacuationē
tetigit frequentius contingentem quēadmodum non so
lum surditas, sed & alia praua accidentia frequenter per
uentris fluxum remouētur, ut sunt capitis dolor & ocu
lorum. Et similis sententia huic colligi potest quarta
tertij. cap. de nocumento auditus. & primo canticorū.
cantic. 459. Et est utilis. Et ampliatur ut patet ex dictis.

Patet etiam surditatem superuenientē egestionibus
felleis esse solum signum, sed fluxus econtra superue-
niens est signum & causa. Primū dubium. Nam par- Dubia
ua materia sufficit surditatē facere, non tamen remouet
fluxus, igitur non uidetur surditatē superuenientē esse
signum. Secundum dubium. Quia potest surditatis cā
esse uentositas aut materia phlegmatica superueniens
sed hoc posito nō uidetur propter hoc quare curetur flu
xus. Tertium dubium. Quis est modus quo materia
causans surditatem possit expelli per fluxum, & non ap
paret. Ad primū dicitur ꝙ licet materia quę est causa
surditatis coniuncta sit pauca, ipsa tamen quę est causa
antecedens est uel potest esse multa, ideo superueniente
surditate significat materias ad partes superiores repere
cuius ista pars fuit causa coniuncta surditatis, & per cō
sequens &c. et similiter ecōtra. nā causa antecedēte flu
ente ad inferiora causa coniuncta surditatis remanens à
uirtute facile resoluitur & uincitur, & per consequēs etc.
q̃uis etiam causa coniuncta possit ad inferiora expelli.

Ad secundum dicitur illud argumentū ueritatem pro
bare.s. ꝙ apho. non semper sed ut in pluribus est uerus.
uel dicitur apho. intelligendum esse, ubi causa à qua de
pendēt huiusmodi dispositiones fuerit utrobiq; similis.
vel dicitur non esse intellectum Hip. per ly quiescunt ꝙ
omnino remoueantur, sed aptę sunt remoueri, ita ꝙ stā
te surditate aptum est remoueri fluxum uentris & ecō
uerso, licet non semper remoueatur. Ad tertium dicitur
ꝙ materia quę est causa antecedens & coniuncta surdi-
tatis potest à natura pelli ad uenas colli, ex quibus pelli
potest ad uenam magnam exñtem circa dorsum à qua
postea pellitur ad hepar, & sic consequenter ad meserai
cas & uentrem inferiorem.

Aphorismus. 29.

Quibuscunq; in febribus sextanis existenti-
bus rigores fiunt, discriti sunt.

Quibuscunque febricitantibus die sexto rigores ac- The.
cidunt, iis difficulter iudicatur.

Quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile Leo.
iudicium sequitur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quibuscunq; corporibus,
quorum febres sunt sextane fiunt rigores. hi rigores

malã crisim significant. Probatur sic. hi rigores signi-
ficãt futurã recidiuã aut morbi longitudinẽ. igitur con
clusio uera. patet consequentia. & assumptũ circa litte
ram declarabitur. Similis sententia colligitur secunda
Auicẽ. quarti. ca. de numero dierum criticorũ trac. 2. Et est uti
Corpo lis in actu practico. Et ampliatur, ut patet. Primo no-
rũ labo ta q licet apho. sit uerus siue contineat ueritatem tã in
rãtiũ fe aliis morbis à feb. per crisim terminabilibus q̃ in fe-
bribus bribus, de feb. tamen specialiter protulit aphoe. quia
sextãis se. maxime acutæ sunt plures per crisim terminabiles.
practi ipsarum etiam materia est quæ ꝓprie rigorem facit, cũ
cusq; sit calida & acuta sęua prouocans accidentia & cogens
canon. uirtutem ad citam & ucloce morbi terminationẽ. Se-
Febria cundo nota. Per se. sextanas intelligi posse primo febres
dupl'r. de sexto in sextum diem periodice redeuntes. de quibus
Auicẽ. prima quarti Auicẽ. speciale facit ca. et quintanas uel ẽt
continuas istis ꝓportionales, & de talibus in ꝓposito nõ
est sermo. Secundo p sextanas intelligere possumus. se.
in sexto die à principio morbi exñtes, ut sit sensus qui-
buscunq; in febribus sextanis i. in sexto die ab ægritudi
nis principio exñtibus, & sic intelligitur in proposito.

Tertio nota q auctores cõmuniter utuntur istis termi
nis, typus, horripilatio, horror. cõfractio, fractio, frigus
rigor, tremor. Est autem typus genus ad hęc omnia ac-
cidentia antecedentia principia paroxismorum. vnde &
de omnibus prędicatur, quia tã horripilatio q̃ rigoe no
Typus minantur typi. Typos. n. græce, latine similitudo foe-
quid ma, formale, uestigium, exemplar, figura &c̃. quia igiẽ
Horri- hęc accidentia sunt significantia nobis febrem, hic et ty
pilatio pi nomine appellantue. Per horripilationẽ autem intel-
quid. ligunt. vt prima quarti. ca. de rigore. diuersitatem in fri
Auicẽ. gore & punctionem in cute, quæ dispositio sic est intel-
ligenda q in qualibet horripilatione percipiuntur duo.
scilicet diuersitas in frigore et puncto in cute materia. n.
calida subtilis & acuta & uaporosa per musculos & la-
certos ad cutem sparsa sui acuitate punctionẽ facit ad q̃
sequitur caloris ad interiora retractio. hic est q subsequi
tur infrigidatio quædam uel frigus. Et dicitur diuersi-
tas in frigore, uel quia secundum diuersitatem in dilatio
ne huius uaporis contingit diuersimode & non unifor-
miter partes infrigidari. Et huic concordat dictũ Auic.
cap̃. de causis putredinis dum dixit. Quod autem fit ex
mordicatione caloris dignum est ut proportionetur hor
ripilationi. secunda primi. ca. de causis motuũ non natu
Auicẽ. ralium. Et ex hoc patet primo quare in horripilatione
Aristo. fit pilorum erectio, ut 4. problema. problema. 41. Se-
cundo quare fit quidam motus cutis tremulus. Potest
etiam in prędicta descriptione exponi disiunctiue ly &
erit in sensu q horripilatio est dispositio i qua corpus in
uenit diuersitatẽ in frigore uel punctionẽ in cute Cre-
do primam esse meliorem. Horror autẽ est remissa hor
Horror ripilatio, & dicitur fractio & confractio. Frigus autem
qd, & describitur sic. est dispositio, in qua sentit corpus in mẽ-
frigus bris suis & dorso et lacertis suis frigus purũ, quia non ca
fractio lidum aut punctioni cõmissum. Vnde materia causans
& con- frigus est frigida non pungitiua ut phlegmatica uel me-
fractio lancholica. Tremor autẽ patet quid sit. est aũt rigor cõ
tremor cussiuus mẽbrorum motus quo inuoluntarie mouenẽ
rigor. mẽbra ad excutiendum rem pręter naturam in eis ma-
lam dispositionẽ imprimentẽ. vnde & tam materia ue-
hementer suo frigore nocens subito sparsa per mẽbra q̃
etiam calida pũgitiua causat rigorẽ, sicut etiam ab ex-
trinseco causaretur rigor si quis aqua uehementer frigi
da balnearetur, aut etiam feruente. de tali igitur rigore
est sermo in proposito, cuius causa est iam dicta. s. subi-
ta delatio materię acutę calidę mordicatiuę. s. multũ no
centis super mẽbra. Ex quibus patet rigorem secundũ
plurimũ à materia calida fieri. Secundo in quo differt ri-
gor ab aliis. est. n. rigor concussiuus motus, horripilatio
sensatio corrupta, licet tamen tam rigorẽ q̃ horripilatio
nem q̃ frigus possumus appellare sensationes & dicere
q sensationẽ principaliter importare alia. Quarto no
ta. Huiusmodi rigorem esse triplicẽ. Quidã pręcedens
uel antecedens, qui fit in principiis uel parum ante prin Rigor
cipium paroxismorum, de quo infra apho. 62. Quibus tripl'r.
cunq; rigores fiunt. Alter est subsequens & est qui fit in Hippo,
fine paroxismi interpolate aut exacerbationis in conti-
nuis proportionalibus. de quo infra apho. 58. A causo-
ne habito. & prima. 4. ca. de causonide. Alter est inci- Auicẽ.
dens uel intercidens qui in medio feb. cadens, scilicet
dum est paroxismus uel exacerbatio. de quo infra
aphor. 46. Si rigor inciderit fe. non deficiente. & pri-
ma quarti. ca. de rigore. et de rigore est q significat mor
tem & est ille quem sequitur debilitas uirtutis & casus
caloris in animali & siccitas. Ad propositum in apho. est
sermo de rigore tertio modo. secundo modo. n. non est si
gnum pronosticũ malę crisis, ut patet. Quinto nota.
Huiusmodi rigor incidens quandoq; euenit pręcedenti
bus signis digestionis & est signũ bonum ut patet. quan
doq; uero non præcedentibus & de tali est sermo in pro
posito. vt patet p Cõm. in cõmento. Et quandoq; signi
ficat rigor & oppilatio sanitatem in fe. inseparabilibus,
quoniam significat q materia expellit ex uenis & egre
ditur. Verum quando non est cum digestione & in ho-
ra critica & non sequitur eum leuitas, est significatio q
expulsio quantitatis nõ est, quoniam uirtus est uincẽs,
immo quoniam materia multa expellitur propter mul-
titudinem suam prima quarti. ca. de horripilatione & ri
gore. Ex quibus patet primo causa uerificans apho. ri Auicẽ.
gore. n. incidente die 6. non pręcedentibus signis dige-
gestionis significatur, aut motus nouæ materiæ nouam
causantis ægritudinẽ, aut motus criticus præexistentis
paroxismi futurus. Primum autem malũ est, ut patet.
Secundum similiter, cum nunq̃ fit bona crisis ante di-
gestionem, aut ante digestionis signa eueniens si in die
nõ critica, ut prima huius. cõmẽ. 19. uel. 20. eo quoeũ
crisis fit &c̃. significat. n. potius ui morbi q̃ ui naturæ
fieri. Ex quo ulterius patet per diem. 6 in ꝓposito in- Hippo.
telligendum esse non solum uere. 6. sed etiam quãcunq;
non criticam, ut octauam. Patet etiam tertio quid per
discritam. i. bona crisi diuisa uel separata.

Aphorismus. 30.

Quibuscunque exacerbationes fiunt, si qua
hora febris acceperit, in crastinum eadem hora
incipiunt, discrita.

Quibus accessiones ueniunt, si febris quacunque ho The.
ra dimiserit, eadẽ altero die repetit hi difficulẽ iudicaẽ.

Quibuscunq; accessiones fiunt, quacũq; hora febris Leo.
dimiserit, si eadẽ cras occupauerit, iudiciũ hñt difficile.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quibuscunq; corporibus
febricitantibus fiũt exacerbationes & paroxismi æqua
liter inuadẽtes, siue inuasiones inchoãtes. hi morbi sunt
discriti. Conclusio persuadetur sic. in quibuslibet tali-
bus materia à qua dependent morbi tarde & difficulter Auicẽ.
digeritur. igitur conclusio uera. patet consequentia & Aegri-
assumptum circa litteram declarabitur. Similis senten tudinũ
tia colligitur prima quarti. 4. ca. s. de cognitione horaẽ cũ exa
fe. vbi inquit. & seruans horam unam est longi spatii. cerbati
& præterea colligitur prima huius commento. 12. Est one ꝓ-
apho. vtilis in actu pronostico & operatiuo ut patet. Et nosti-
ampliatue ad omnes ægritudines cũ exacerbationibus cus opa
& paroxismis procedentibus cum cõditionibus inferius tiuusq;
dicendis. Primo nota. Exacerbationes proprie conti- canon.
nuis proportionalibus attribui, sicut econuerso paroxis
mi uere interpolatis vtrasq; igitur istarum tangit Hip.
tetigit continuas proportionales, dum dixit. exacerba-
tiones. reliquas uero dum dixit paroxismi. Secundo no
ta. Si qua hora &c̃. si quota hora incipit &c̃. præcedens
paroxismus uel exacebatio in die pręcedenti, eandẽ ho-
ram

ram sequens in sequenti. ỽ.g primus paroxismus phlegmatice inuasit fortem hora secunda. sequens uero in sequenti die etiam hora diei secunda incipit. Tertio nota. hic duplicem reperiri litteram. Vna habet incipit et patet. Altera dimiserit, et tunc littera est sic exponenda. si qua hora feb. inchoans dimiserit, quo ad sui uehementiam & fuerit continua proportionalis, & tunc sequere ut prius. Vel aliter. quibuscunque fiunt exacerbationes, sup. si feb. sit cōtinua & nulla hora dimittit ægrotātem. Vel fiunt paroxismi, puta si fuerit uere interpolata uel aliqua hora dimiserit ægrotantem. Quarto nota. Per crastinum intelligere non diem immediate sequentem, sed diem succedentis paroxismi uel exacerbationis Quinto nota. Paroxismorum uel exacerbationum quidam procedunt anticipando, quidam postponendo, & quidam equaliter inuadendo, & quidam inordinate inuadendo, ut colligi potest prima quarti. capitulo alleg. & primo de crisi tertio capitulo & supra. 12. commento primæ huius Hæc autem diuersitas inuasionis paroxismorum insequitur uarietatem dispositionis materiæ in quantitate & qualitate & modo substantiæ, & sic de alijs. Materia in malitia continue augmentata citius facit sequentem paroxismum, minorate autem tardius alijs paribus. Et similiter in quantitate maiorata, et econtra minorata. Subtiliori etiam existente & grossiori consequitur etiam uirtutis dispositionem in fortitudine & debilitate. Et consequitur etiam proportionem uirtutis ad materiam. Item consequitur dispositionem membrorum in sensibilitate & obtusione sensus. Ex quo patet quare contingit alicuius feb. paroxismos continue anticipando, alicuius autem ęqualiter inuadendo procedere. hoc enim reduci potest in causas dictas. Sexto nota. Ad ueritatem aphor. requiruntur plures conditiones, cum quibus hunc Hippo. intellexit aphor. Prima q̄ huiusmodi æqualis inuasio sit perseuerans. nisi enim perseueraret non uidetur q̄ per ipsam significare possemus. Secunda conditio q̄ huius inuasionis æqualitas sit cum signis cruditatis. Si enim appareret cum signis digestionis, ut in æstate non euidenter posset hoc concludi. Tertia q̄ sit cum remissione accidentium & uirtutis constantia. nisi enim accidētia essent remissa, sed fortia posset uirtus in pauco uel breui succumbere tempore, quibus stantibus si appareat feb. cuius paroxismi uel exacerbationes ægrotantem, æqualiter inuadant, ad intellectum datum significat materiam indigestibilem esse uel saltem duram ad digerendum, ut uirtus in longo tempore in eam nullam notabilem impressionem faciat, quare semper in ea permanet cruditas cum eadem habitudine ad uirtutem, propter quod uniformiter lædit & inuadit. Ex hoc autem arguitur longitudo ægritudinis cum circunstantijs dictis. igitur &c̄. & sic patet causa uerificans apho. Econtra si materia difformiter affligit, & hoc non stāte difformitate ex parte partium materiæ quæ stat sub forma causæ antecedentis. Si enim difformiter affligit alijs paribus, hoc est propter uariabilem & non fixam esse materiæ dispositionem sed hoc ægritudinem abbreuiat & illam causam intellexit. Commen. in commento. Ex dictis tamen colligitur difformitatem inuasionis non sufficienter arguere morbi breuitatem, nisi ponatur hoc non contingere propter materiæ etherogeneitatem, ut in febribus contingit inordinate uagantibus, tunc enim potius longitudini q̄ breuitati morbi uidetur proportionari. Et si bene notas istam soluere poteris quæstionem. qua quæritur. Verum æqualis paroxismorum inuasio uel exacerbationum longitudinem ægritudinis significet. Dicendum enim q̄ sic cum circonstantijs dictis, ut patet.

Inuasionis uariantia causę. Auicē.

Aphorismus. 31.

Laboriosis in febribus, circa articulos & circà maxillas maximè apostases fiunt.

Qui per febres lassantur, ijs in articulos & maxillas potissimum abscessus decumbunt. The.

Lassitudinem habentibus in febribus, in articulos et circa maxillas potissimum abscessus fiunt. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. In feb. laboriosis superabundant materiæ aptæ causare apostemata, & cum hoc articuli & maxillę possunt has materias maxime recipere. igitur. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur secunda quarti capitulo de signis crisis cum exiture. Et est utilis in actu practico & pronostico & operatiuo, ut patet. Et ampliatur similiter. Primo nota. Duplex est labor. Primo absolute dictus qui non est aliud q̄ impotentia membrorum ad debitas motiones ex motu nimio uel exercitio. Alter est labor ab intra eueniens, qui spōtaneus dicitur à causa corporali puta materiali proueniens, quem supra habuisti esse triplicem scilicet ulcerosum intensiuum, uel extensiuum & apostemosum. Secunda huius. commento quinto illius scilicet labores spontanei. & Gal. secundo de regimine sanitatis. & tertia primi. capitulo de lassitudine consequente exercitium. Ad propositum potest sumi utroque modo. Est igitur sensus. laboriosis in feb. i. labori iam dicto coniūctis. Secundo nota. Laborem spontaneum siue ab intra contingentem esse triplicem. Quidam antecedēs febres Quidam sequens. Quidam simul cum febre eueniens. Differunt autem. Primus.n. nuntiat futuram ęgritudinem, ut supra secunda apho. 5. labores spontanei. & tertia primi doc. 5 capitulo primo scilicet de succurrendo accidentibus. Alius uero significat crisim permutationis, ut in sequentibus patebit aphor. Tertius uero significat humorum collectionem ad iuncturas fluentium, ut in sequentibus apparebit. Ad propositum de quolibet istorum potest esse sermo. Tertio nota. Per articulos iuncturas partium membrorum, per maxillas uero carnes quasdam spongiosas iuxta mandibulas existentes ad recipiendum superfluitates cerebri deputatas esse intelligendum. maxillę igitur tunc dicuntur recipere, quia carnes circa ipsas existentes recipiunt.

Feb. laboriosarū et super abūdantiū materierū apparētū practicua pronosticusq; canon. Labor dr dup. Hippo. Gal. Auicē. Hippo. Auicē.

Articulus qd, & maxilla.

Quarto nota. Non solum de maxillis sed etiam de quibusdam aliorum membrorum emunctorijs esse hoc intelligendum. Potissime tamen in maxillis apparet, eo q̄ in feb. humoralibus materia multum ad cerebrum eleuatur, quare uirtute non potente conuenienter ad extra euacuare cogitur ad maxillas expellere. Quinto nota. Ex multis causis membrum paratum esse, ut superfluitates recipiat, ex quibus fiant apostemata, ut colligi potest secunda primi doctrina secunda capitulo 18. scilicet de causis apostematum. Vna sumitur ex parte complexionis membri. membra enim fortia ad debilis semper expellunt. prima primi. capitulo de membris. Secunda ex parte compositionis, ut concauitas & latitudo, licet etiam quandoque angustia fit huiusmodi causa. Tertia ex parte raritatis sicut laxitas membri. Quarta ex parte situs, ut sit inferior, & si plures causę sunt istę sufficiant. Ad propositum maxillę igitur p̄ hęc omnia recipiunt superfluitates à cerebro uel horum plura. Primo sunt enim debilia. Secundo sunt laxa rara & spongiosa. Viæ etiam illi ad illas superfluitates deferendas sunt laeę, cum sint ad recipiendas superfluitates deputatę finaliter. Sunt etiam deorsum respectu cerebri situatę, ad quod concurrit q̄ ex motu faciliter inflammātur, quare fit ad eas attractio. Dolet etiam facile, quia etiā dolor attrahit reuma. 3. techni. Ex his colligitur cā uerificās apho hoc mō. In fe. laboriosis aut reperit labor absolute cōsequēs exercitiū et istę istā

Cāę qd mēbra supfluitates suscipiēt. Auicē.

T. 163

mat, & iuncturas disponit ad materierum attractionē. aut est labor spuntaneus significans superabundare materias in corpore, quas si natura non ex toto uicerit & insensibiliter resoluat uel extra manifeste expellat, oportet illas à uirtute expelli ad membra debiliora & aptiora ad recipiendum, talia uero sunt iuncturæ & cerebri emunctoria, & etiam aliorum membrorum ut dictum est, Ex quo patet maxime huiusmodi apostemata fieri, si nō fiat manifesta & magna euacuatio aut materia sit ita pauca q̄ à uirtute uicta penitus insensibilitˀ resoluatˀ.

Aphorismus. 32.

Quibuscunque resurgētibus ex morbis, si aliquid doluerit, ibi apostases fiunt.

The. Quibus conualescentibus à qua uis ægritudine, pars aliqua corporis labore uexatˀ, ijs eā in partem abscedit.

Leo. Quibuscunque resurgentibus ex morbis, si quid laborauit, hic fiunt abscessus.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quibuscunque corporibus ex morbis resurgētibus aliqua scilicet pars doluerit, ibi, idest in illa parte fit apostema. Probatur sic. in talibus corporibus semper abundat materia apostematis causatiua. & cum hæc pars dolens est eius attractiua & receptiua. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assū Auicē. ptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur secunda quarti. cap. de signis crisis cum exitura. Et est utilis. Et ampliatur ut præcedens. Primo nota. Per conualescentiam hic intelligi ex morbis materiali- Cōualescētia quid bus, & maxime febribus. Secundo nota. Huiusmodi conualescentia est duplex. uera & perfecta. Secunda nō uera. & est illa in qua relicta est ex ægritudine materia apta causare recidiuā & de hac est sermo in proposito.

Ex quo colligitur hoc modo causa uerificans aphor. in talibus enim est materia apta facere apostemata, et apta fluere ad locum apostemandum, & cum hoc pars dolēs est apta illam materiam recipere, tum quia dolet & dolor attrahit reuma, tum etiam quia inflammatur, tum etiam quia debilitatur. ideo.

Aphorismus. 33.

Si uero & prius doluerit aliquid ante ægritudinem, illic confirmatur ægritudo.

The. Quin & si prius q̄ ægrotassent, parte aliqua sui corporis perdoluerint, eodem morbus decumbit.

Leo. Sed & si ante morbum, aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Si aliqua pars doluerit ante Auicē. feb. siue in febribus laboriosis in ista parte confirmatur apostema. Probatur sic quia est receptiua apostematis. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptū circa litteram declarabitur. Idem habetur secunda tertij, cap. de signis crisis cum exitura. Et est utilis. Et ampliatur ut præcedens. Primo nota. Licet sit uerum de dolore principaliter sequente morbum, de quolibet tamen & per similē causam uerificari potest, ut ex dictis patet. Secundo nota. Ante ægritudinem, id est febrem licet in propinquo tempore. Secundo ante ægritudinem idest partem apostemandam, quælibet est bona. Tertio nota ut in commento dicebatur. Ad ueritatē aphor. requiruntur conditiones aliquæ. Prima q̄ hic morbus sit suspectus ad apostemationem. Secunda q̄ comprehendatur ex signis imperfectæ crisis. Tertia q̄ non præcedat magna & notabilis euacuatio, ut fluxus uentris uel urinæ. Quarto nota. Confirmatur, idest fit ægritudo confirmata & facta, quia semper apostema est fluens & sic à materia pendens. Vel aliter. confirmatur quia complertur & integratur quia alteratur. & causa est, quia cum in hac feb. sit materia permutanda. & hoc uerum est cum membrum dolens sit q̄ ad id potissime est materia permutanda. quare &c.

Aphorismus. 34.

Si à febre habito, tumore non existente in faucibus, suffocatio repente superuenerit, mortale.

Si à febre detento, nullo tumore faucium, strangulatio subito accidit, letale est. The.

Si à febre habito, tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit, letale. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista, suffocatio repente superueniens habito à febre nō existēte tumore in faucibus, mortale est. Probatur sic. huiusmodi suffocatio significat pessimam speciem squinantiæ. igitur conclusio uera. patet consequentia & assumptum colligitur. ubi ponit cō cordantias. Similis sententia colligitur tertio pronosticorum. & nona tertij. cap. de signis suffocationum. & Te. 17 quarto cano. sen secunda capitulo de signis sumptis ex Aui. radice linguæ gutturis & meri, ut ad litteram inquit. Suffo- Et ad ultimum quando accidunt in feb. forti præfocatio cati fe- nes prius, tunc accidit mors, quia cor eget causa uehe- brientis menti caloris anhelitu plurimo, sed eius uia est oppila pnost. ta quamobrem inflammatur cor & superuenit malitia canon. complexionis eius, quare non tolerat uitam. Et est utilis in actu pronostico. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per habitum à febre intelligi posse indifferenter omnem febrientem. Secundo intelligere possumus ualde oppressum à febribus, quia fortiter febrientem, ut colligitur à commen. Secundo nota. Per præfocationem, ut Aui. nona tertij. intelligi debet prohibitio transitus anheli- Præfotus ad pulmonem & cor. Et hoc fieri potest à causa pri- catio qd mitiua & extrinseca ut laqueo, & rebus uenenosis in- & eius terius assumptis, ut iusquiamo & fungis & proprie an- cā dup. dachocha, ut Cōciliator, & de tali in proposito est ser Suffomo. quandoque tamen prouenit à causa intrinseca & catiōis corporali, & de tali in proposito. est sermo, quandoq̄ driæ. tamen prouenit à causa intrinseca. Tertio nota. Eueniēs à causa intrinseca multis modis euenire potest. Primo propter prohibitum esse motum pectoris uoluntarium, sicut in forti contingit apoplexia, Secundo propter debilitatem & pigritiam uirtutis mouentis pectus & dilatantis & constringentis epiglotim. Tertio proptē multam pulmonis repletionem, ut in peripleumonia contingit. Quarto propter repletionem spatij uel concauitatis mediæ inter pulmonem & pectus & mediastinum, quare non potest pulmo dilatari ad aerem recipiē dum. Vltimo propter oppilationem in gutture contingentem in epigloti uel extremitate tracheæ ab apostemate oppilante, propter quod prohibetur attractio aeris ab intra, & de tali in proposito est sermo. Differt autē hæc suffocatio ab hac causa proueniens à suffocatione ab alijs causis contingente. Primo ab apoplexia, quia in prima fit ablatio sensus & motus. in hac autem non, immo mouetur adhuc pectus & attrahit. Differt à secunda, quia illa fit paulatine & non subito, & ista fit satis subito. Differt autem à tertia similiter propter idem. & similiter de quarta, licet istæ sint differentes. Colligitur hæc diuisio nona tertij. alleg. capitulo. Ad propositum igitur de suffocatione ab ultima causa prouueniente est in proposito sermo. huiusmodi autem causa est apostema, quod ab auctoribus squinantia dicitur. Ex his patet q̄ squinantia est equiuocum quandoque enim capitur pro suffocatione ex apostemate Squinā circa guttur contingente, quandoque uero pro ipso tia qd. apate

Squinā apostemate. Ultimo nota, huius apostematis uel squi- tiæ spēs nantiæ plures ponuntur species. Quandoq; enim dittin

Gal. guit penes materiā, quare dicimus aliquā sāguinea etc.

Te. 18 Quandoque penes partem principalem apostematis, &

19. 20 sic ponuntur ei quatuor species, Quarto interiorum. 3

&. 21. cap &. 3. pronostico. Prima est dum apostema est in musculis epiglotidis exterioribus ad interiora, & in hac apparet rubor & tumor in parte anteriori gutturis uel thoracis & ista non impedit notabiliter deglutionem, licet notabiliter anhelitum ubi fuerit materia exuberās. Secunda est cum fit apostema in musculis uel lacertis ad colli posteriora tendentibus. s. gutturis, in qua percipiē rubor & inflāmatio & tumor in ore, & illa impedit notabilius deglutionē et similiter anhelitum. Tertia fit in musculis intrinsecis meri, & ista non apparet ad sensum & fortiter impedit deglutionem & parum anhelitum, quia non nisi pro quanto meri comprimit epiglot. Ultima est quæ fit in lacertis intrinsecis epiglotis, & ista est suffocatio pessima, & nullo modo apparet ad sensum & totaliter secundum plurimum aufert anhelitum & non deglutionem, & de ista est sermo in proposito quæ propter suffocationem facit & non apparet tumor in collo.

Ex quo tanquam ex fundamento patet causa uerificans apho. existente enim febre forti homo uehementer indiget attractionem aeris frigidi per anhelitum. Cum igitur sit impeditus trāsitus propter apostema, patet subito mortem esse secuturam. Et nota φ possumus imaginari quintam in spatio medio, & illam tetigit Gal. 4.

Gal. interiorum. capitulo tertio. igitur.

Aphorismus. 35.

Si à febre habito, collum cōuertatur, ut uix possit deglutire, tumore non existente, mortale.

The. Si febricitanti collum peruertitur, ut uix deuorare possit, sine ullo tumore, mortiferum est.

Leo. Si à febre habito, collum peruertitur, et uix potest deuorare, sine ullo tumore, letale est.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Conuersio colli cum impedimento deglutionis in fortiter febricitante contingens non apparente tumore circa collum uel alibi est signum mortale. Probatur. per hoc significatur apostema meri profundum & difficile uel eius siccitas incorribilis. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptū circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur ut in præcedenti apho. Et est utilis. Et ampliatur, ut patet.

Thadeus. Primo nota secundum Thadæum hic poni signum & significatum & conditionem declarantem cōsequentiā signi ad significatum. Signum contorsio colli &c. Significatum mors Conditio est cum dicit tumore non existēte & uix deglutire &c. et hoc secundum Thadeum. Aliter totum hoc contorsio colli cum impotentia deglutiendi, etiam est signum significās ly mortale. Secundo nota. Per habitum à feb. ut supra. Tertio nota. Quādoque contorsioni colli coniungitur impedimētum deglutiendi tantum, quandoq; simul impedimentum anhelandi. Et iterum huiusmodi impedimētum quandoque est ablatio quandoq; diminutio. hic specialiter est sermo de impedimento deglutiendi, cum supra de anhelitu facta

Colli s pedimē tum qd & eius causa. fuerit mentio. Quarto nota. Impedimentum in deglutione quandoque est à causa materiali sicut ab apostemate quandoque uero à siccitate superflua quare non potest meri contrahi & extendi secūdum operationis deglutionis exigentiā. Et iterum à causa materiali uel contenta in musculis exterioribus meri, & tunc secundum plurimum apparet tumor. uel in interioribus, & tunc non apparet tumor ex hoc. & sic nec ex impedimento contingente ex siccitate nec ex apostemate intrinseco apparet tumor. Propter quod notanter dictum est tumore non apparente, quia per hoc denotatur alterum iam dictorum. Quinto nota. Contorsionem colli siue conuersionem a multis causis posse prouenire Primo à primitiua, ut casu percussione. Secundo intrinseca & ista potest esse uenenositas spondiles ad extra propellens aut intus, ut. 22. tertij. cap. de gibbositate. Et præter hoc multæ aliæ. Principalis tamen de qua in proposito intelligitur est apostema meri. apostemate enim meri graui & magno existente cum meri spōdilibus colli alligatur apostema, ad interiora trahit meri, & per cōsequens spōdile cui adheret meri, quare torquetur collum a rectitudine, quia exterius apparet concauitas quædā, interius autem gibbositas contractis enim neruis colli ex apostemate uel ex siccitate nimia, quia exiccatis & corrugatis fiet colli contorsio. φ si apostema fuerit in laterali meri trahit latus spondilis illius lateris. & si utranq; comprehendit partem trahit collum ad inferiora quare gibbosatur ad interiora. Ex quo patet huiusmodi contorsionē esse signum magni & grauis apostematis in meri, similiter in siccitate cōtrahente meri corrugatur ad interiora meri, quare trahit ligamenta quibus alligatur spondilibus, & per consequens fit colli conuersio. Ex quibus patet hanc contorsionem cum circūstantijs dictis significare magnum & graue apostema in meri, aut siccitatem substantiam meri corrugantem & contrahentem. Quare patet ueritas apho Patet etiā prædictā cōtorsionē malā esse per uiam signi per uiā causæ, ut patet.

Cōtorsiōis cā dup.

Aphorismus. 36.

Febricitanti si ceperint sudores, boni sunt terriani, quintani, septeni, & qui nono die, &. 11. & 14. &. 17. &. 20. 21. &. 24. &. 27. &. 30. &. 31. & 34. &. 37. Isti enim sudores ægritudines iudicāt. Qui uero ita non fiunt dolorem significant, & longitudinem ægritudinis: & conuersionem.

Sudores febricitanti si statim inceperunt bono sunt & tertio die & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & uicesimo, & uicesimoquarto, & uicesimoseptimo, & tricesimo, & tricesimoquarto. His enim sudoribus morbi iudicantur. Qui autem non ita ueniunt, laborem significant, & longitudinem morbi, & recidiuam. The.

Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & septimodecimo, & uigesimo, & uigesimoseptimo, & trigesimoquarto. Hi enī sudores iudicāt morbos. Qui uero non ita fiunt, laborem significāt, & morbi longitudinem, & recidiuam. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones Secunda est ibi (Qui uero.)

Prima conclusio apho. Sudores per impares contingentes & in criticis radicalibus euenientes febricitantibus sunt boni. Probatur sic sudores indicant, idest terminant ægritudinem laudabili termino. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptum colligitur ē littera. Primo nota. Sudor est aquositas sanguinis cui pus cholericum est admixtum. Secundo canon. Dicqua re cum sanguine transit aquositas Et quare cholericum pus. Et ex hoc concludo φ ex qualibet materia secundā speciem possunt ægritudines terminari sudore. Secundo nota ut secunda quarti. Quinque modis per sudorē significamus scilicet quantitate, qualitate modo substātiæ, tempore, & loco. Quantitate si multus uel modicus. Qualitate uisibili rāgibili, gustabili, odorabili etc. Sed modo substantiæ si grossus uel subtilis. Loco, à toto uel à parte. Tempore, quia tertianis uel quartanis. Itē φ ante digestionē uel post, & sic de alijs in ꝓposito ex tēpore. Tertio nota. Sudores fieri posse à cā primitiua uel corporali. In ꝓposito facit sermonē de corporali, 4.

Sudor quid.

Sudoris signatio et ꝓnosticū

nota. Non solum hoc in feb. sed in alijs multis, potissime autem de febribus intelligitur, quia frequentius sudore terminantur. Ex quo patet non in omnibus feb. hoc esse uerum sed maxime sudore terminabilibus, non enim in hectica, ut patet. Quinto nota. Per sudores tertianos sudores in tertio die à principio ægritudinis contingentes Et similiter per quartanos, & sic de alijs ceperint. i. ęgrotāti superuenerint. Sexto nota. Hos sudores significare uel indicare. i. esse signum conuenientis indicij crisis ęgritudinis per sudorem terminandæ. Septimo nota. Pro ueritate apho. φ ad hoc ut bene pficiatur euacuatio critica multū operatur habilitas materię ad euacuationem in tali die, & econtra euacuationem impedit ineptitudo materię ad euacuationem. Cum quo pręmittendum φ materię cholericę sunt dispositissimę ad euacuationem per sudorē, & φ earum motus naturalis est de tertio in tertio. Ex quo patet sudores tertianos quintanos &c. esse bonos quia tales sunt euacuationes materierum quę aptissimę sunt ut per sudorem euacuentur, & cum hoc earū motus est in diebus talibus. igitur conclusio uera patet consequentia & assumptum intelligēti Colligitur hęc causa ex dictis Commen. in commen. hoc argumentum maxime tenet de acutis absolute & peracutis aliter, quia in .24. est bonus, licet sit in paribus cum secundum plurimum materia aliquo modo phlegmatice natura participet, nec à cholera sic acuta augeatur stimulatio. igitur sic φ uirtus tunc alijs paribus est debilis & materia inobedientior, quare non potest tunc complere crisim quę à augesimo ultra fit. Ex quibus patet primo pręter dies numeratos supra illo apho. Septimam quarta manifestat &c. Alię sunt criticę quę sunt tales & per intercidentiam & per accommodationem ipsius materiei naturali motu ad hoc multum cōmoditatis conferente, & hoc uerum est ut in pluribus & per comparationem ad alios motus cęteris paribus. Patet ulterius sudores non solū esse signū sed cām bonę crisis, q̄re &c.

Secunda conclusio. Alij sudores ab istis nō sunt boni. Probatur sic. huiusmodi sudores significāt dolores aut longitudinem aut recidiuam ęgritudinis igitur conclusio uera patet consequentia. & assumptum declarabitur in littera. Ex quo sequitur sudorem tertię & quintę esse sudore quartę laudabiliorem. Ex quo sequitur aliquam crisim cęteris paribus laudabiliorem esse in critica per accōmodationem q̄ in critica indicatiua, ut sudores in casu nostro. Primo nota. Per sudores non ita existentes intelligi possunt sudores non existentes in die critica. Et hoc licet placeat alijs, mihi non placet. Secundo aliter existentes q̄ dicti, ut statim patebit. Secūdo nota. Huiusmodi sudores non esse laudabiles respectu aliorum dictorum, quia tales qui proueniunt à materia cholerica uel ad naturam cholerę tendente, uel alia. Si primū nō est motus illius tempore quo ipsa erat apta naturaliter moueri igitur oportet esse ut symptomatis, & per consequens significat dolorem. Si autem fuerit alia materia, quia phlegmatica, cum illę utplurimum sint ineptę per sudorem euacuabuntur, & sunt ęgritudinum chronicarum causatiuę, igitur patet hanc ęgritudinem futuram esse longam aut cum recidiua sicut plurium chronicarum. Ex quo patet causa uerificans aphor. Sed dices quid de .14. et .20. quia in illis etiam non uidetur motus naturalis cholerę. Dicitur φ .14. magnam partem capit de .13. & similiter de alijs, ut in computatione supra

Auicē. declaratū est. Similis sententia colligitur secunda quarti capitulo de diebus sudoris, Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Ratio dicti quam uidetur innuere Gal. in commen, est illa, quia crisis est uehemens & uelox motus morbi. igitur illa die magis debet aduenire crisis in qua est uehemens et uelox &c. Sed in terminabilibus per sudorem hoc est magis in tertia uel quinta, cum etiā sint utplurimum materię de tertio in tertium mobiles, igit. Et hoc sensit Auicē, secunda quarti alleg. capitulo dum inquit. Sudor in ęgritudinibus acutis plurimū fit in tertio & quinto, minoratur in quarto, immo parum contingit φ istę ęgritudines crisim faciant in quarto nisi raro. ante igitur occupatis satis uirtus fi. 13. die pręparat materiam, & ad loca expulsionis dirigit, & in .14. cum iuuamēto cęlestis influxus sub forma sudoris expellit, sed in tertia non expellit per superius dicta.

Aphorismus. 37.

Frigidi sudores, cum febre acuta quidem facti, mortem significant. Cum molliori uero febre, longitudinem ægritudinis significant.

Sudores frigidi, si cum febre acuta accidunt, mortem significant. Si cum mitiore, longitudinem morbi. The.

Frigidi sudores, cum acuta quidem febre mortem, Cum mitiori autem, longitudinem morbi significant. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Cum molliori.)

Prima conclusio aphor. est ista. Frigidi sudores in febre acuta contingentes significant mortem. Probatur. huiusmodi sudores significant caloris extinctionem uel dispositionem extinctioni propinquam, uel saltem calorem naturalem materię morbi succumbere. igitur conclusio uera patet consequentia, & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Per sudores frigidos intelligere debemus sudores ad tactum medici aut alterius recte iudicantis frigidos apparentes, & non tales merito causa primitiuę infrigidantis ut esset infrigidatio cum aqua uel flabellatione qua sudor statim infrigidatur, sed à corporali causa & merito dispositionis ęgrę uel ęgritudinem consequentis. Secundo nota. Notanter dictum esse in feb. acuta, ut quidem per hoc denotetur maior extraneitas uel rebellio maior materię ad digestionem uel resolutionem. Tertio nota. Hoc totum intelligendum esse his perseuerantibus signis scilicet frigiditate sudoris & acuitate febris. Si enim causa non perseueraret, aut etiā non perseueraret febris nō oportet aphor. uerificari. Quarto nota. Non solum huiusmodi sudores esse signum, sed etiam esse causam mortis, sicut diaphoreticus dictus significans impotentiam uirtutis in continendo humiditatem quare calor pręter naturam simul & naturalis sub sudoris forma humiditates expellit. Quinto nota. Sudorem egredi posse frigidum propter plura in ęgritudine acuta. Primo quia materia quę sub forma sudoris expellitur est ualde uenenosa, quia frigidi plus resoluitur spiritus q̄ spiritus possit in eam calefactionem efficere, & sic egreditur frigidus. Secūdo quia materia est ualde multa & calor debilis, quare non sufficit ipsam calefacere. Tertio qa & si corpus acute febriat, multo tamen ex acuta feb. spiritu paucificato non potest materiam illam debite calefacere, aut quia mēbra exteriora & spiritu & calore priuata infrigidata sunt, quare & infrigidatur sudor per membra illa penetrans, & sic apparet frigidus, posset etiam poni φ esset feb. acuta ratione accidentium plus pendens ab occulta mala qualitate materię q̄ à manifesto calore, & posset accidere sudor frigidus sicut frequenter contingit in pestilentialibus. Ex his collige causam uerificantem apho.

Sudor frigidus quid

Sudoris frigidi causa triplex

Secunda conclusio. Sudor frigidus cum feb. molliori significat longitudinem ęgritudinis. Patet, quia significat materiam frigidam uel multam uel utrunque & tarde digestibilem. igitur. consequentia & assumptum circa litteram declarabuntur. Primo nota. Per feb. molliorem scilicet remotiorem pendentem à materia non acuta sicut esset phlegmatica aut quartana aut aliqua talium. Secundo nota. Sudorē hunc esse frigidum, qa calor naturalis nō pōt materiā istā notabiliter calefacere, quod

quod cõtingere põt, aut qa materia est ualde grossa cale fa-ctioni resistẽs sicut phlegma uitreũ. aut qa ualde mul ta aut ,ppter debilitatẽ caloris aut propter oĩa aut ,ppter plura illorum simul concurrentia. Tertio nota. Ad ue ritatem apho. oportet uirtutis adesse constantiam si enĩ uirtus esset ualde debilis posset in breui succumbere. stante igitur uirtute forti significat uel materiam ualde grossam, aut multam esse, aut utrunque intantum ut ca lor materię non multum dominetur uel minime. quo po sito stante constantia uirtutis necessario morbus erit lõ gus siue salubris siue mortalis fuerit. Si enĩ salubris, uir tus tarde materiam uincet et digeret. si mortalis ecõtra.

Gal. Hippo. Auicẽ. Rasis Rabi. Dubia

Similis sententia colligitur tertio de crisi. capitulo ulti mo in lib. meo. & primo pronosticorum capitulo de su-dore. & secunda quarti capitulo de signis ex parte sudo-ris. &. 17. &. 18. Continentis de cognitione temporũ. &. 10. apho Rabi Moysi. apho. 17. &c. Primum du-bium. Impossibile est in fe. acuta frigidum apparere su-dorem igitur. patet consequentia, & assumptum proba tur. Primo, quia sudor apparens in ęgritudine acuta est secundum magnam partem decisus à materia faciente feb. quæ calida est & acuta. igitur &c. Confirmatur, quia materia sudoris sub forma sudoris ad extra non ex pellitur, nisi quia calor subtiliatur. sed non subtiliatur à calore nisi quia calefit. igitur non apparet frigida. Se-cundum dubium. Sudor calidus & frigidus sunt contra-ria signa igitur contrario modo significare dñtur, sed su dor calidus non significat salutem necessario neque sem per, sed aliquando malum & mortem, ut secunda quar-ti. alleg. capitulo. Ad primum dicitur concedendo secun dum plurimum decisam esse materiam sudoris à causa antecedente uel coniuncta feb. q illa est calida, non ta-men sequitur sudorẽ egredi calidum propter causas cir-ca apho. tactas. Ad confirmationẽ dicitur q sudor ex-pellitur ad extra non solum, quia subtiliatur, sed proptẽ multas alias causas in apho sequentibus declarandas. di citur etiam q stat aliquid subtiliari ad mentem medico-rum, quamuis non calefiat in naturalibus ut aqua ex terra generata sicut stat aliquid calefieri, quãuis in sub stantia sua continue ingrossetur. Ad secundum princi-pale dicitur negando semper contraria signa contraria significare uel significare contraria significata, immo quandoque significant secundum speciem similia sicut urina alba & nigra ut patet.

Aphorismus. 38.

Et ubi in cor pe sudor, ibi ægritudinẽ narrat.

The. Et qua parte cor pis sudor ẽ, ibi morbũ eẽ significaẽ.

Leo. Q ua parte corporis sudor est, ibi significat morbũ.

Expositio Iacobi.

Conclusio est ista. V bi in corpore apparet sudor, illic narrat ægritudinem. Probatur sic. ibi significat mate-riam ægritudinis causatiuam. igitur. patet consequen-tia. & assumptum circa litteram declarabitur.

Auicẽ. Rasis. Sudoris in corpore appa-rẽtis practi-cus pro nosti-cusque canon.

Similis sententia colligitur secunda quarti capitulo de modis si-gnificationis sudoris. &. 17. Continentis capitulo secũ do scilicet de sudore. Et est utilis in actu practico & pro nostico & demonstratiuo, & cum hoc operatiuo, ut pa-tebit. Et amplatur ad omnia corpora in quibus apparet sudor, huiusmodi cum circunstantijs infra dicẽdis. Pri mo nota. Ly ubi potest exponi, idest in qua parte corpo ris, et hic sensus est uerus. Melius tamẽ est dicere in quo loco corporis, quia scilicet in toto uel in parte, quia eui-dentius sic exponendo significatur per sudorem in toto apparentem, quãuis etiam ly parte adhuc ampliaretur, quia ex apho. sequitur q si in qualibet parte apparet su dor in qualibet est ægritudo & sic in toto. Secundo no ta. Non solum hoc esse uerum de sudore, sed etiã de qua libet superfluitate ultra naturalem cursum expulsa si-ue urina siue egestiones siue sit sputũ siue aliud. Ter-tio nota. V bi apparet multitudo sudoris cum dicẽdis cir cunstantijs in corpore probabiliter arguitur super pec-cato humoris non solum in quantitate sed in qualitate, huiusmodi enim humor necessario attinet phlegmati choleræ uel melancholiæ, sed non multiplicatur aliquis istorum nisi propter excessum alicuius istorum à tẽpe-ramento. & hoc secundum plurimum. igitur &c. unde patet ueritas apho. Q uarto nota. Huiusmodi sudor po test apparere in actu ægro conualescente & in neutro de cidente. in primo demonstrat in secundo rememoratur. in tertio pronosticatur, & ideo ly narrat exponendus est, idest notificat uel representat scilicet præsentem præ teritam uel futuram. Et tu de hoc faciliter exemplifica re potes. Q uinto nota. Ad ueritatem apho. requiritur primo hoc signum perseuerans esse, quia non solum se-mel sed pluries apparere. Secundo requiritur hoc non à causa primitiua pẽdere sicut motu uel calore aeris &c. His stantibus uerus est apho. ut in pluribus. Posset enĩ apho. restringi hoc modo q Hip. uelit in corpore ægrotã te ægritudine materiali notificare nobis partem princi-paliter patientem, & est illa in qua magis manifestatur sudor, & esset etiam intellectus bonus.

Dubia.

Contra. Primo existente fe. materiali in toto sudat determinata pars an te ut frons, & tamen ibi non est ægritudo principaliter ut patet. igitur &c. Secundo, quia apostema intrinsecũ potest per sudorem in toto apparentem critice termina-ri. Ad primum dicitur intelligendo ubi uirtus possit materiam expellere totam sudoralem. V el aliter q si cir ca partem istam pluries & perseueranter apparet sudor arguitur ægritudo circa partem istam, licet non exclu-datur ab alijs. Ad secundum dicitur q ille non erit su-dor perseueranter & pluries apparens, uel dicitur q ille sudor uniuersalis non deciditur à causa coniuncta apo-stematia, sed ab antecedente quæ erat in toto dispersa ap ta causare ægritudinem, & sic narrabit ęgritudinem ad sensum datum.

Aphorismus. 39.

Et ubi in corpore calidum uel frigidum, ibi ægritudo regnat.

The. Et qua parte corporis frigor aut calor ẽ, ibi morbus ẽ.

Leo. Et qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. In quacunq; parte corporis apparet caliditas aut frigiditas à temperie recedens natu rali in illa est ægritudo. Probatur sic, quia in qualibet tali est sensibilis recessus corporis uel partis à naturali temperamento. igitur.

Auicẽ.

Idem secunda primi. doct. tertia capitulo de signis complexionũ. Et est utilis. Et amplia-tur ut præcedens. Primo nota. Ad ueritatẽ apho. opor tere caliditatem hanc aut frigiditatem esse perseueran-tem, & non à causa primitiua pendentem. hoc enim po sito significatur in membro mala complexio materialis uel immaterialis calida uel frigida ut patet. Cõtra. Pri mo in principio paroxismi extrema sont frigida, in qui-bus tamen non est ægritudo. Dicitur q non est perse-uerans. V el q ibi est ægritudo. frigida tunc. Credo ta-men q iste apho. sit ad notificandum nobis in corpore particulam principaliter patientem, sicut si for. febrici-tet percipio omnia membra æqualia in calore, circa hy-pocundrium tamen dextrum uel sinistrum percipio ca-liditatem uehementem, aut etiam spiritualia. Secun-do. Q uia huiusmodi caliditas apparens est ægritudo, igitur non signum ęgritudinis. Negatur consequentia ut bene declaratur secundo techni.

Gal.

Aphorismus. 40.

Et ubi in toto corpore mutationes, & si cor-pus aut infrigidatur, aut statim calidum fit, aut calor alter ex altero fit, significant longitudi-nem ægritudinis.

The. Vbi in toto corpore mutatio fit, & modo corpus frigescit, modo calefcit, aut colorem alium ab alio recipit, longitudo morbi significatur.

Leo. Et ubi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, uel rursus calefiat, uel color alter ex altero fiat, longitudinem morbi significat.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. In toto corpore subito factis mutationibus a calido in frigidum, significatur longitudo ægritudinis. Probatur sic. huiusmodi mutationes significãt multam & diuersam esse ægritudinis materiã. igitur conclusio uera. consequentia & antecedens declarabuntur. Similis sententia colligitur. 4. cañ. fen. 2. capitulo de signis diuersorum generum, &. 16. Continentis capitulo. 2 &. 18. Et est utilis. Et ampliatur.

Auicē. Rasis. Vbi qd Mutatio dux. Primo nota. Vbi id est quando in corpore toto ægrotãte. & dicitur toto, quia non sufficienter esset euidens in determinata quacunq; particula. Secundo nota. Notanter dictum esse statim, si enim mutatio esset paulatina non esset mala sed repentina magis terret uirtutem & ꝓsternit, significat etiam uirtutem minus insultibus materierum posse resistere, ideo. Tertio nota. Ad ueritatem apho requiri ꝙ uirtus sit satis fortis & ꝙ ista perseuerent. Stante enim debilitate posset cito mors sequi. Similiter his non perseuerantibus non habet euidentiam, his enim stantibus si appareant huiusmodi mutationes uel morbus erit salubris uel mortalis. si mortalis cũ uirtus ponatur fortis absolute, licet nõ respectu morbi nõ nisi in tempore longo succumberet, & ꝑ cõsequẽs &c̃. Si salubris morbus etiam erit longus. Primo, quia materia est multa. Secũdo, quia difformis. Difformitas enĩ causa est longitudinis. Primo, quia auget multitudinẽ materiæ, cuilibet enim materiæ correspondet sua mineta. Secundo, quia multum prosternit & debilitat uirtutem multum resoluendo calorem. Tertio quia hac materia sic difformiter existente, non potest calor materiæ digerendæ uel resoluendæ æque bene uel æque diu occurrere uel applicari, ipso enim applicato materiæ calidæ insurgit materia frigida, & econtra, quare diuertitur à digestione & resolutione, quod non cõtingit materia existente homogenea, sed hoc est intelligendum cum circũstantijs explicatis super illa quæstione qua quæritur quæ feb. sit prolixior, unde quia materiæ hæ diuersæ non simul & æqualiter inuadunt ægrũ, sed una prius & alia post, & tũc febris de phlegmate cholera permixta est ꝓlixior ꝙ quæ de phlegmate solum. si uero simul inuadũt oppositum contingit.

Aphorismus. 41.

Sudor multus ex somno, sine aliqua manifesta causa factus, significat quoniam corpus plurimo cibo utitur. Si uero cibum non accipienti hoc fiat, significat quoniã indiget euacuatione,

The. Si per somnum sudoris copia sine causa manifesta euenit, usus cibi plenioris significatur. Sed si nõ per cibum id accidit, inanitione corpus egere significatur.

Leo. Sudor multus ex somno factus absque causa manifesta, corpus uti pluri cibo significat. Si uero cibum non accipienti hoc accidat, scire oportet ꝙ euãtione indiget.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Si uero.)

Prima conclusio. Sudor multus ex somno proueniẽs & non à causa manifesta significat corpus uti plurimo nutrimento uel significare potest. Probatur sic. nimius cibus assumptus secundum plurimum est causa sudoris in somno. igitur. consequentia tenet, quia semper effectus appropriatis potest super cãm ipsius significare. & assumptum circa litterã declarabitur. Primo nota notanter dictum esse multus, paucus enim sudor non sic euidenter illud ostenderet uel argueret, unde de multo mentionem fecit. Secundo nota non solum sudorem in somno contingentem hoc significare posse, sed etiam in uigilia, sed non protulit apho. quia in uigilia frequẽtius ab alijs causis contingit impediri. Tertio nota sudorem in somno magis multiplicari ꝙ in uigilia propter multa. Primo quia in somno magis multiplicatur materia sudoris eo ꝙ aliæ fere omnes superfluitates retinentur. Secundo quia in uigilia plurimæ materiæ insensibiliter expelluntur quare ante in somno in corpore repleto manifeste & sub forma sudoris ægrediuntur secundum magnam partem enim somni calor est in membris interioribus fortis, & in exterioribus debilis. Tertio quia tempore somni nutrimentum ad membra copiosius transmittitur quare materias sudorales in porositatibus contentas ad extra natura expellit. propter quod secũda primi doct. secunda capitulo. 13. scilicet de his quæ proueniũt ex somno & uigilijs. Sudor namque quẽ efficit somnus est secundum modum exuberandi materiam & non resolutionis subtilis contingit. Quarto nota. sudorem ꝓuenire quandoque à causa extrinseca manifesta sicut labor calor aeris copertura pannorum &c̃. quandoque etiam à causa intrinseca & ignota nobis magis & non sic manifesta, & de tali in proposito est sermo. ideo dixit sine manifesta causa. A causa autem quæ potest dici manifesta contingit propter multas causas allegatas secunda quarti capitulo de causis multitudinis sudoris de diuersitate dispositionum in sudando scilicet repletio multa, aꝑtio pororum multa, uirtutis fortitudo, defectus uirtutis à digestione, ut patet. Quinto nota cibum multipliciter posse esse causam huius sudoris. Primo quia ab ipso eleuantur uapores multi humidi qui ad cutim peruenientes condensantur et ad formam sudoris perducuntur. Secundo quia calidius existens materias humorales in corpore existentes euaporare facit, sicut cibaria calida sudare faciunt. Tertio quia in multam humoralem materiam transmutatur quæ est causa sudoris. Primo quia cum ea coniungitur multa aquositas apta per sudorem expelli. Secundo quod in poris continetur exterius propellendo. Ad propositum principaliter primo & ultimo modo. Ex his patet causa uerificans apho.

Sudor cur copiosior in somno ꝙ in uigilia. — Auicē. — Auicē.

Secunda conclusio. Sudor multus ex somno contingens in corpore non sumente multum de cibo significat corpus egere euacuatione. Probatur sic. huiusmodi sudor significat in corpore plurimam superfluam abundare humoralem materiam indigentem euacuatione. igitẽ conclusio uera. patet consequentia & assumptum declarabitur statim. Primo nota. Per talem sudorem non existente uirtutis imbecillitate, nec etiam corpus sit nimis rarum in poris si fiat multus sudor &c̃. cum talis non proueniat à multitudine materiæ quæ nouiter ex nutrimento multiplicatur, sequitur ꝙ prouenit a materiæ multitudine quæ prius fuit reposita, & per consequens corpus euacuatione indiget. Similis sentẽtia colligitur. 17. Continentis capitulo de sudore. & secunda primi. doc secunda capitulo. 13. de his quæ proueniunt ex somno & uigilia. ubi ad litteram inquit. Qui autem in somno multum sudat nullam habens causam nutrimento plenus existit quod tolerare nequit. & secunda quarti. caꝑ. de diuersitate dispositionum in sudãdo. ubi præsens allegatur aphor. Contra sententiam aphor. arguitur. Primo stat corpus uti plurimo nutrimento, quãuis in eo non multiplicetur sudor, igitur huiusmodi sudor non est &c̃. patet consequentia. & assumptum probatur, quia tempore hyemis hoc contingit. Secundo, Possibile est corpus ampliori uti cibo & habere caliditatẽ fortẽ illas superfluitates insensibilit resoluẽtẽ uel

Rasis. Auicē. Dubia.

uirtutẽ

uirtutem expulsiuam fortem per alias regiones expellere, quo in esse posito, patet apho. non esse uerum. Tertio contra secundam conclusionem. Materia humoralis superflua in corpore, in quo ex somno multus fit sudor iam p sudorẽ euacuaẽ. igitur tale corpus nõ eget euõne consequentia uidetur nota cum antecedẽte. Ad primũ dicitur negando cõsequentiã, licet enim in quolibet corpore pluri utente nutrimento nõ fit sudor &c̃. propter impedientes causas, illis tamen deductis aptus est fieri et significare sicut dictum est. Ad secundũ per idem soluitur, quia non uult Hip q omne corpus utens ampliori cibo sudet, sed omne sudans cum determinatis circunstantijs significatur uti &c̃. Ad tertiũ dicitur q licet secundum partem illa materia euacuetur, nõ tamen cõuenienter, quia tunc non perseuerat sudor, sed euacuatur subtilius remanente grossiore.

Aphorismus. 42.

Sudor multus frigidus uel calidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus uero minorem ægritudinem significat.

The. Sudor multus modo frigidus mõ calidus assidue fluens, frigidus magis, calidus minus, morbum significat.

Leo. Sudor multus calidus, uel frigidus superfluens, frigidus magis, calidus minus significat morbum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Sudor frigidus in quocunq; tempore & ægritudinis tẽpore contingat, significat maiorem ægritudinem q̃ calidus. & econtra calidus minorem. Probatur sic. per sudorẽ frigidum significatur materiam ægritudinis à uirtute minus superabilem esse, & econtra per calidum. igitur. cõsequentia patet. et assumptum patet super illo. frigidi sudores. s. 37. aphor. per ea quæ dicta sunt. Concordia & utilitas & ampliatio sumanẽ in hoc apho. sicut in illo. Primo nota signãter dictum esse superfluens ad denotandum hoc uerum esse siue in principio siue in augmento siue in declinatione. similiter siue in die critica siue non critica. Secundo nota. Sudor frigidus significat aut maximam caloris impotentiam, ita ut in materia non possit notabiliter impressionem facere, aut uehementia rebellionis materiæ, aut multitudine, frigiditate, aut grossitie sua, aut omnibus aut pluribus istorum simul, quodcunq; illorum contingat patet deteriorem esse sudorem frigidũ, cum calidus non significet aliquod illorum. Tertio nota Ad ueritatem apho. requirunẽ aliquæ conditiones. Prima q ęgritudines sint salubres. Secunda q huiusmodi sudores cõparentur adinuicem cum aliorum paritate, puta in ęgritudine siue specie ęgritudinis & fortitudine uirtutis, & sic de alijs, ut acuta acute, & chronica ad chronicã. His enim seruatis patet apho. esse uerum. sudor. n. frigidus in chronica salubri maiorem & deteriorem significat ęgritudinem q̃ calidus in simili Consimiliter in ęgritudine acuta, tamẽ in mortali ęque malã significant ęgritudinem, si alia. n. non forent paria ut sudor calidus in peracuta, deterius signum esse potest & maioris ęgritudinis q̃ frigidus in lenta ut patet, licet dici possit q semp sudor frigidus merito suę proprietatis deterius portẽdat q̃ calidus, licet propter aliquod aliud contingere possit oppositum, quia semper ex frigiditate comprehẽdimus impotentiam uirtutis contra materiam simpliciter aut ut nunc, ex caliditate autem non sic.

Aphorismus. 43.

Febres quæcunque non deficientes, tertia die sunt fortiores, periculosæ. Quæcunque uero sic defecerint, significant quoniam nõ periculosæ.

The. Febres quęcunq; non intermittentes, die tertia uehementiores, reddantur, magis periculosę existunt Sed si quouis modo intermittunt, securitatẽ inesse significaẽ.

Leo. Febres quęcunque non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, magis periculosę. Quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho est ista. Quęcunq; non deficientes feb. in diebus tribus periculosiores sunt & magis molestę in tribus diebus non deficientibus. Et est sensus q cõtinuę sunt magis molestę interpolatis. Probatur sic. huiusmodi febres uirtutem magis debilitant & prauiora (secundum plurimum) inferunt accidentia & nocumenta. igitur. conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota, ut prima quarti. Febrium quędam continuę & quędam interpolatę Et iterum continuarum quædam sunt conclusę, & quędam continuę proportionales Ad propositum licet apho. ampliari possit ad conclusas continuis proportionalibus comparatas, tamen in proposito est sermo de continuis proportionalibus comparans uere interpolatis. Secundo nota. Per tres dies intelligendum esse non solum uere tres, sed quoscunq; alios dies paroxismorum uel exacerbationum siue fuerint duo siue. 3. siue. 4. & sic de alijs. Tertio nota Continuę feb. differunt ab interpolatis in multis. Primo in situ siue loco putredinis materię febrem facientis, quia secundum plurimum faciens interpolatam putrescit extra uenas, continuam uero intra, & dico notanter utplurimum, ut alias declaratum fuit. Secundo quia continuę affligunt sine interpolatione, interpolatę uero nõ. Tertio quia secundũ plurimum materia faciẽs febrẽ cõtinuã putrescit in loco uel in membro nobiliori, & habet ad cor directiorem aspectum, econtra uero interpolata. Quarto nota cõtinuas conclusas quasi consimiliter se habere ad continuas proportionales, sicut continuę proportionales ad interpolatas. Primo differunt ratione situs, quia conclusa est de materia putrescente in loco propinquiori cordi. Secundo quia accidẽtium fortiorum, & quia earum afflictio est uniformis quasi econtra uero in continuis proportionalibus. Ex quibus patet q continuę proportionales sunt molestiores & periculosiores interpolatis. Secundo q conclusę sunt periculosiores cõtinuis proportionalibus & sic patet causa uerificans apho. Quinto nota ad ueritatem apho. oportere q alia sint paria in quantitate & qualitate materię & fortitudine & debilitate uirtutis, & sic de alijs. alias enim contingere potest oppositum.

Febriũ cõtinuarum ꝓnostĩcus operatiuus q̃ canõ Auicẽ. Ex his sequitur secunda conclusio. Feb. interpolatę ostendunt se esse minus periculosas, quia materia est extra uasa & cordi minus directa in loco minus nobili putrescens, & habet tempus quietis, in quo uirtus à resolutione aliqualiter eleuatur, cuius oppositum contingit in continua. Similis sententia colligiẽ prima quarti. tract. secundo capitulo primo. & deteriores quidem feb. sunt inseparabiles, quarum putredo est intra uenas. Et est utilis in actu pronostico & operatiuo. Et ampliaẽ ut patet.

Aphorismus. 44.

Quibuscunque febres longæ, his dolores & pustulæ fiunt in articulis.

The. Quos febres longę exercent, ijs uel abscessus in articulo, uel labores decumbunt.

Leo. Quibus febres longę, his tubercula, uel labores in articulis fiunt.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho est ista. Quibuscunq; corporibus insunt feb. longæ his sunt pustulę & dolores in articulis. Probatur sic in talibus multiplicatur materia quam expellit ad articulos quod nõ sufficit uirtus ad extra per crisim perfectam expellere, & cum articuli sint membra ad has recipiẽdas materias parata. igiẽ. Idẽ secũda quarti cap̃. de signis crisis cũ exitura. & cap̃. de signis crisis cum permutatione Et est utilis. Et ampliatur etiã. Primo nota. Feb. lõgas intelligẽdas esse chronicas materia- Auicẽ. Febris longa

les à materia multa & groſſa & multum frigida pendē-tes. Secundo nota. per articulos emūctoria intelligi poſſe. poteſt enim inſenſibiliter tota materia morbi conſumi. Tertio nota. apho. nō ſemper ſed ut in pluribus uerum eſſe. & pōt intelligi fiunt. i. apta ſunt fieri. Quarto nota. huiuſmodi puſtulas & dolores potiſſime per criſim permutationis fieri, uirtute enim ex longa ægritudine debilitata, materia etiam groſſitie frigiditate multitudine difficultet expellibili cum non perfecte ſupra materiam dominetur uirtus illam non expellit, unde nō poteſt criſim perfectam efficere. efficit igitur imperfectam non exterius materiam expellens, ſed à membro nobili & forti ad ignobile, & debilius permutando, ut tangitur in commento, & eſt cauſa uerificans apho.

Articulus

Aphoriſmus. 45.

Quibuſcunque ex febribus reſurgētibus, aut puſtulæ, aut dolores fiunt in articulis, hi amplioribus cibis utuntur.

The. Quibus aut abſceſſus in articulos, aut dolores decūbunt ex febribus longis, ij cibo pleniore utuntur.

Leo. Quibus tubercula, uel in articulis labores fiūt, hi pluribus utuntur cibis.

Expoſitio Iacobi.

Concluſio apho. eſt iſta. Quibuſcunque corporibus & febribus reſurgentibus adueniunt puſtulæ aut dolores in articulis iſti utūtur ampliori cibo q̃ oporret. Probatur ſic. uſus cibi amplioris q̃ oportet in corporibus tā dictis eſt frequēter cauſa puſtularum aut dolorum iam dictorum igitur concluſio uera patet conſequentia, qa effectus arguit cām, & aſſumptum circa litteram declarabitur. Idem 8. Continentis capitulo de regimine cōualeſcentis. & eſt expreſſius. 22. 3 tract. 2. cap̄. 1 ſ de doloribus iuncturarū inquit. Et habentes ægritudines chronicas & conualeſcentes, & qui non reguntur cum rectificatione ſup. dolorem incurrunt iuncturarū, ideo & illud quoniam eorum uirtus debilitatur digeſtione non bona. Et eſt utilis Et amplatus ut præcedentes pluries fuerunt ampliati. Primo nota. Conualeſcentes de quibus intelligitur per reſurgentes ex feb. ſunt duplices .ſ. ueri, & non ueri. quis ſit uterq; alias declaratum eſt. Dicunt n. quidam in propoſito de non uere cōualeſcentibus intelligendū eſſe apho. Ego uero dico q̄ etiam de uere cōualeſcentibus euidens eſt apho. Si. n. aliquod corpus fuerit non uere conualeſcens ſemper uel utplurimū in eo remanent materiæ reliquæ aptæ ad articulos aut emunctoria permutari. ſi talia cōtingunt non concluditur euidenter hoc eſſe propter cibum nimium præaſſumptum, & per conſequens &c̄. De uere autem cōualeſcētibus maiorem haber euidentiam. ſi. n. in talibus contigat cum non eueniat à materia relicta probabile eſt q̄ à ſuperfluitate nouiter multiplicata quæ non eſſet niſi ꝓpter nimium cibum aut quodcunq; aliter indigeſtibile, ideo &c̄. Secundo nota. In conualeſcentibus ex febribus propter reſolutionem preexiſtentē uirtus digeſtiua debilitata eſt paucificato calore, unde ſumpta magna q̄titate cibi in eis male digeritur, ſed ſecundum magnam partem eius ſub forma ſuperfluitates crudæ phlegmaticæ retinentur, q̄ quia uirtus debilis non poteſt uniuerſali & completa expulſione ad extra expellere, & propt̄ earum groſſitiē & propter eius debilitatem cogitur de membris fortioribus ad mēbra debiliora permutare, & per conſequens ad iuncturas quæ ſunt mēbra maxime diſpoſita ratione ſitus concauitatis & debilitatis cōplexionis, ut ſecunda primi capitulo de cauſis apoſtematū &. 22. 3. tract. 2. capitulo primo. Et ex hoc patet cauſa uerificans apho. Tertio nota. Licet ita ſit non oportet q̄ ſemper in huiuſmodi corporibus nimia quantitate cibi utentibus ſuperueniāt puſtulæ &c̄. poſſunt enim huiuſmodi ſuperfluitates quandoque per fluxum uentris aut per uomitum aut ſudorem expelli ſecundum diſpoſitionem uirtutis & materiæ in fortitudine & debilitate obedientis & inobedientia.

Cōualeſcens dupl'r.

Auicē.

Aphoriſmus. 46.

Si rigor inciderit, febre non deficiente, iam debili exiſtente uirtute, mortale.

The. Si rigor accidit, per febrem non intermittētem, ægro iam debili, letale eſt.

Leo. Si rigor incidat, febre nō deficiente, egro iam debili, letale eſt.

Expoſitio Iacobi.

Cōcluſio aphor. eſt iſta. Si rigor corpori febricitanti ſuperuenerit non deficiente feb. uirtute iam exiſtente debili eſt ſignum mortale. Probatur ſic. huiuſmodi rigor ſignificat ultimum uirtutis caſum. igitur concluſio uera. patet conſequentia. & aſſumptum circa litteram declarabitur. Similis ſententia colligitur. 16. Continētis ca. 1. & prima quarti. tract. 2. ca. de rigore & horripilatione. & de rigore eſt qui ſignificat mortem. & eſt ille quem ſequitur debilitas uirtutis & caſus caloris innati & ſiccitas. & ſecunda quarti tract. ſecundo capitulo de ſignis ſumptis ex rigore. Et eſt utilis in actu pronoſtico ut patet. Et ampliatur ad quæcunq; corpora in quibus huiuſmodi rigor euenit. Primo nota. Per rigorem non ſolum intelligendum eſſe rigorem proprie dictum diſtinctum contra horripilationem & frigus &c̄. ſed ut ad hæc omnia extenditur quamuis principaliter de rigore tanquam de euidentiori ſigno explicetur in apho. Secundo nota, rigorem eſſe triplicem, ut notatum fuit ſupra apho. 29. quibus in feb. ſextanis, ſcilicet antecedentem ſubſequentem & intercidentem, in propoſito autē de intercidente eſt ſermo, propterea dixit incidentem.

Raſis. Auicē. Rigoris ſuperuenientis ſe. in deficiēti pronoſticus canon. Rigor dupl'r. Rigor tripl'r.

Tertio nota. hic poſſe reperiri duplicem litteram, ut Commen. in commen. Prima inciderit & eſt ſenſus dictus. Secunda inciderint, ſcilicet rigores & ſignificatur per hoc rigorem non ſolum ſemel ſed pluries contigiſſe. & iſta uidetur euidentior expoſitio ut ſenſit Commē. in cōmen. licet dici poſſit ſi rigor inciderit, ſcilicet pluries.

Quarto nota. Per febrem non deficientem intelligere debemus febrem non obſtante rigore in ſuo uigore continue permanente, ſic, ſcilicet q̄ nec eradicetur nec diminuatur. Quinto nota. Per uirtutem debilem in propoſito intelligendum eſſe non ſolum abſolute, ſed etiam in cōparatione ad morbum, licet etiam dici poſſet de debilitate abſolute, & ita eſt ſermo in ꝓpoſito q̄ iſta ſit ualde magna debilitas. Ex hoc enim rigore arguitur ipſam eſſe debilem reſpectu morbi. Sexto nota. hunc rigorem contingere poſſe propter plures cauſas. Prima eſt motus concuſſiuus membrorum ad expellendum materias nocentes, quem ſi non ſequatur purgatio ſignificat uirtutem ab eius actione in materia deficere, & hoc eſt ſignum mortale, aut ſequitur euacuatio ad quam qa adhuc ſequitur debilitas maior conſtante feb. in uigore ſuo adhuc ſequitur mors &c̄. Secunda cauſa eſſe poteſt defectus uirtutis membrorum contentiuæ non potentis continere membra in naturali ſitu, quare tremunt ſicut exemplificatur q̄ folia arborum ante caſum tremunt, & hoc ut patet eſt ſignum mortale. Tertia propter motum materiæ nouæ ad cauſandum ęgritudinem, & iterum patet hoc eſſe mortale. ſi enim uirtus cum unico morbo proſternabatur, à fortiori cum reliquo. Quarto cauſa poteſt eſſe retractio ſpiritus ad cor propter reſolutionem in ſpiritualibus contingentem, & eſt diſpoſitio ſecundum plurimum antecedens ſincopim, et hoc iterum proculdubio eſt ſignum mortale permanente feb. Ex quo patet cauſa uerificans apho.

Rigoris cā 4'.

Aphoriſmus. 47.

Excreationes ſi in febribus nō deficientibus, liuidæ, uel ſanguineæ, et fœtidæ, & felleæ ſint, omnes

nes malæ ſunt. Egeſtæ uero bene, bonæ ſunt, & ſecundum ſeceſſum: & ſecundum urinas. Si uero nõ aliquid utiliũ egrediatur p hęc loca, malũ.

The. Excreationes in febribus nõ interpellatis, liuidę, aut cruentę, aut fetidæ, aut biliosę, oẽs ſunt malę, ſed ſi bñ excernuntur, ſalutares ſunt. Deiectiones etiam, & urinę, iuuant quę cõmode exeunt. At ſi nihil cõmode per ea loca excernitur, malũ eſt.

Leo. Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ cruentæ. fœtidæ, omnes malæ, & biliosæ. Et ſi bene exeunt, ſiue per aluũ excretionem, ſiue per urinas, bonę. Si uero non aliquid eorum quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum.

Expoſitio Iacobi.

Iſte apho. 3 habet concluſiones. Secũda eſt ibi (Egeſte uero.) Tertia ibi (Si uero.)

Prima concluſio apho. eſt iſta. Excreationes liuidæ aut ſanguineę fellex aut fetidæ in febribus continuis apparentibus, ſunt malę, Probatur ſic. omnes tales ſignificant mortificationem aut magnam incenſionem in ſpiritualibus aut aliam periculoſam lęſionem. igitur concluſio uera. patet conſequentia. & aſſumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Per excreationes intelligere debemus ſputa cum raſcatione uel tuſſi eiecta, per quę maxime ſignificare poſſumus ſemper diſpoſitionem ſpiritualium, puta pectoris, pulmonis, gutturis & diaphragmatis. Secundo nota. Non ſolum in fe. nõ deficientibus .i. continuis hoc habere ueritatẽ, ſed etiã in feb. interpolata, quia tamen hoc frequentius contingit in continuis de ipſis potius ſpecialem fecit mentionẽ dans alias feb. per has intelligere. Tertio nota. Per excreationes liuidas intelligere debemus illas quę opacę ſunt & coloris fuſci, qualis eſt color carnis contuſę, quia tendentis ad nigredinem. Contingunt autem aut ꝓpter mixtionem melãcholię cum alio humore et maxime cũ phlegmatico. Aut propter humorem melãcholicum per regionem iſtam expulſum. Aut propter fortem aduſtionẽ opacantem humores & ipſos ad nigredinẽ uel liuiditatẽ trahentem, ut alias declaratum eſt. Aut propter extinctionẽ aut mortificationem ſpiritus & caloris in ſpiritualibus mẽbris, quia humores ſpiritu priuati ad eius colorem declinant, ſicut & alias declaratum eſt. Ad propoſitum de oĩbus poteſt eſſe ſermo, quia tamen raro contingit humorem melãcholicũ per ſuperiora taliter expelli minime etiam abundat in ſpiritualibus, niſi per aduſtionem fuerit incineratus de ipſo in propoſito non intelligit. tales de quibus eſt in propoſito ſermo potiſſime ſignificabunt aduſtionem uel mortificationem &c. Quarto nota. Per ſanguineas debemus intelligere puras ſanguineas ſignificantes apertionem uenæ in pectore uel pulmone non autem mixtas ſicut in pleureſi. tales enim non ſunt neceſſario malę, ut patet. per fętidas ſignificatur ulcus putridum aut magna putrefactio in ſpiritualibus. per felleas ſcilicet citrinas magnum incendium ſiue incenſio. Ex quo patet cauſa uerificans concluſionem aphor.

Excreatio qd. — Excreatio liuida quid. — Excreatio ſanguinea quid.

Sexto nota. Huiuſmodi apparere poſſe uel pręcedentibus ſignis digẽſtionis uel nõ pręcedentibus. In ꝓpoſito autem eſt ſermo cum apparuerint non pręcedentibus ſignis egeſtionis.

Secunda concluſio. Omnes ſuperfluitates ſiue per urinam ſiue per ſeceſſum bene egeſtę ſunt bonę. Probatᷣ ſic. per quaslibet tales ſignificatur dominium uirtutis ſupra materiam. igitur concluſio uera. patet conſequentia. & aſſumptum declarabitᷣ ſtatim. Primo nota. Per bene egeſtas cum ſignis digeſtionis precedentibus, aut poſſumus intelligere egeſtas cũ circunſtantijs requiſitis ad bonam & laudabilem euacuationem. huiuſmodi ſunt quantitas qualitas tempus locus conferentia. Secũdo nota. Iſtę ſunt bonę per uiam ſigni & cauſę, quia ſiunt dominĩ naturę ſignũ &c. & etiam per uiã cauſæ quia ſunt cauſę mundificationis corporis.

Tertia concluſio. Quęlibet ſuperfluitas per hęc loca inutiliter egrediens mala. Probatur ſic. quęlibet talis ſignificat uirtutem indebite regulare materiam nec eidẽ ſufficienter dominari nec conferre. igitur. patet cõſequẽtia. & aſſumptum ex quid nominis ſuperfluitatis inutiliter euacuare. Primo nota. Per ſuperfluitates euacuatas inutiliter .ſ. non pręcedentibus ſignis digeſtionis uel euacuatas non cum circunſtantijs requiſitis ad debitam euacuationem ſupra numeratis. Similis ſententia colligitur. 16. Continentis cap̃. 1. & ſecundo quarti. cap̃. de iudicijs euacuationum. Et eſt utilis. Et ampliatur ut patet. & poteſt colligi ſupra prima huius cõmento. 12. ſcilicet paroxiſmos & conſiſtentias. Secundo nota. etiã in ultima concluſione reperiri duplicẽ litteram, ut tãgit Cõmen. in cõmen. ſi uero aliquid utiliũ egrediatur mali .i. eorum quę non euacuanda ſed retinenda ſunt, ſicut dũ in ſputo expuantur annuli pulmonis.

Superfluitas inutilr eũata quid. Raſis Auicẽ.

Aphoriſmus. 48.

In non deficientibus febribus, ſique quidẽ extra frigida fuerint, quæ uero interius ardeant, & ſitim habeant, mortale.

The. In febribus nõ interpellatis, ſi partes exteriores inalgeſcunt, interiores uruntur & ſitiunt, letale eſt.

Leo. In febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidę, interiores uruntur, et ſitim hẽant, letale eſt.

Expoſitio Iacobi.

Concluſio apho. eſt iſta. Frigiditas extremorum mẽbrorum in feb. non deficientibus & cõtinuis cum ſiti et ardore membrorum interiorum eſt ſignũ mortale. Probatur ſic. huiuſmodi frigiditas cum his circũſtantijs apparens ſignificat uehemẽs apoſtema in interioribus. igitur concluſio uera. patet conſequentia. et aſſumptum circa litteram declarabitur. Similis ſententia colligitᷣ. ſecunda. 4. cap̃. de ſignis ſumptis ex parte extremitatũ. & ſecundo pronoſticorum. tex. cõ. quarti. & in cõmento. & . 7. aphoriſmo ꝗ. apho. et cõmento. 1. etiã. 16. Cõtinentis. cap̃. 1. & . 17. ultra principiũ ſanis. &: 10. Almã. cap̃. de ſignis malis. Et eſt utilis in actu pronoſtico. Et ampliatur ut patet. Primo nota notanter dictum eẽ in feb. non deficientibus. cũ .n. hoc accidẽs intrinſecum inſequatur ap̃a faciens continuam de interpolatis non uerificabile eſt, tum etiam quia huiuſmodi frigiditas exterior debet eſſe perſeuerans quę in interpolatis non perſeuerat cum ardore intrinſecorum. Secundo nota. Per exteriora potiſſime intelligẽda ſunt extrema ſcilicet pedes manus facies uel caput. Per interiora uero uentrem & ſpiritualia, & circa adiacentes partes. colligitur ſecunda quarti. alleg. cap̃. & ſecundo pronoſticorũ. alle. cap̃.

Auicẽ. Hippo. Raſis Almã. Fridita tis extremorum in fe. non dficiẽ. ꝓnoſt. canon. Auicẽ. Gal.

Tertio nota in talibus eſt ſitis fortis calore enim intrinſecus uehementi exiccatur & conſumitur totale mẽbrorum humidum, ad cuius conſumptionem ſequitur ſitis.

Quarto nota. Per ardere interiora, intelligere debemus ipſa uehemẽs incendium pati & cauma. Ex quo cõprehenditur has febres eſſe acutas. chronicis .n. licet contingat eſſe frigiditatem exterius & interius calorem, nõ tamen eſt interius cauma ſiue incendium ex quo ſe acutas comprehendat. Et debet ſemper ſupponi huiuſmodi ſigna eſſe perſeuerantia. Quinto nota. Stãte calore intrinſeco multipliciter cõtingit extrema infrigidari. Primo quidem à cauſa primitiua & extrinſeca, ſicut timore & occurſu rei exteriora infrigidantis, et talis cauſa in propoſito eſt excludenda. Quandoqꝫ uero à cauſa intrinſeca & corporali, & hoc poteſt eſſe multipľr, ut colligi poteſt ex dictis doctorum. Prima oppilatio in uenis & arterijs ad exteriora tendentibus, quare ſanguis & ſpiritus ad interiora recluditur & non tranſit ad exteriora, & ſi cum hoc ponatur in interioribus eſſe putredinem

uerificabitur ut dictum est. Secunda causa potest esse materia naturaliter ualde frigida intrinsecus putrescens a qua eleuatur uapor, quia a causa ipsum uehementer ea lesaciente remotus ad pristinam grossitiem in frigiditatem se reducit. & hoc in membris exterioribus, quia ex tra apparet frigus, intus uero calor. Tertia causa potest esse materia cholerica grossa putrescens a qua quasi nullus uel paucus eleuatur uapor qui resoluitur, quare interiora calet & exteriora frigent uel non calent notabiliter. Et utrę causę colliguntur prima quarti. trac. secundo capitulo de lipparia. & tu pro istis clarius reprehendendis recurre ad Conciliatorem differentia. 92. Quarta causa potest esse materia multa frigida obsidens & subcludens calorem interius, sicut in feb. contingit chronicis, ut phlegmatica frequenter in principio. Quinta propter syncopim. Sexta propter apostema acutum & dolorosum existens in mẽbris interioribus, ad quod retrahitur totus spiritus & calor naturalis propter dolorem attrahentem, & quia etiam apostema attrahit sanguinem & spiritum, sicut uentosa, & hoc proprie intelligit Hip. In proposito non est sermo cum dicitur de tali frigiditate quę fit in ęgritudinibus chronicis, quia non est in illis ardor &c. nec de illa quę fit a cholera, quia non percipitur magna frigiditas, sicut intelligitur, nec propter oppilationem. Ex his colligitur causa uerificans apho.

Auicē. Cōcil.

Aphorismus. 49.

In non deficiētibus uero febribus, si labium, aut oculus, aut superciliū, aut nasus distorqueatur, aut non uideat, aut nō audiat, iā debili existēte corpore, quodcūque horū fiat, prope mors est.

The. In febre non interpellata, si labrum, aut oculus, aut supercilium, aut nasus peruertitur, si uisus, si auditus defecerit, ęgro iam debili, quicquid ex his accidit, mors in propinquo est.

Leo. In febre non intermittente, si labrum, uel oculus uel nasus, uel supercilium peruertatur, uel non uideat, uel non audiat, tam debili existente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima est.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphọ. est ista. Contorsio labij oculi supercilij uel nasi ablatio uisus uel auditus in feb. continuis eueniens uirtute existente debili significat mortis propiquitatem. Probatur sic. per quodlibet istorum significatur uehemens cerebri apostema aut congelatio aut uehemens exitura uel generatur uehementissimum intrinsecum nocumentum igitur conclusio uera. patet cōsequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur. 16. Continentis ca. primo. & secunda quarti de signis sumptis ex parte nasi & oculorum. Et est utilis in pronostico. Et ampliatur ut patet. Primo nota notanter dictum esse in non deficientibus &c. raro. n. uel nunq̃ merito interpolatæ feb. uel eius causa apta sunt accidentia illa sequi. Secundo nota. In proposito maxime Hip. mentionem fecisse de membris faciei. Primo quia per illa maxime significatur super dispositionem uel læsionem cerebri propter colligantiam & propinquitatem. Secundo quia maxime morbus est & maxime nobis manifestatur, unde omnis diuersitas in talibus magis q̃ in alijs manifestatur. Tertio nota. Per talem contorsionem duo intelligere possumus. Primo motum illum contractionis, & sic est actio læsa, quia corrupta. Secūdo intelligere possumus ipsam dispositionem, qua sic formaliter contortum est, & sic est ægritudo cōpositionalis, quia in figura ut patet. Quarto nota. Huiusmodi accidentia euenire possunt aut a causa primitiua, & de tali non est sermo. Aut corporali, & hoc iterū dupliciter. Vel quia per proprietatem in istis membris, ut tortura labij propter ęgritudinem propriam labio nō aliunde cōmunicatū, ut apostema, spasmus mollificatio,

Rasis Auicē. Cōtorsionis mēbro rum ꝓ positi-cus cañ

Cōtorsionis si gnatio dupl.

Tortura ęgl labri causæ.

Aut per ęgritudinem impropriam labio aliunde cōmunicatam, ut propter cōmunitatem a cerebro, & de tali nunc est sermo. Quinto nota. labij, nasi, uel oculorū contorsio, aut superciliorum contingere potest multipliciter. Primo propter magnum nocumentum a materia praua uel uenenosa, quia contrahitur cerebrum & contorquetur, & ad eius contorsionem & aliæ partes faciei secum alligantiam habentes. Alia causa etiam potest esse apostema ut frenesis quod existens acutū exiccat partes illas exiccatione ad quam sequitur contorsio & contractio partium iam dictarum. Ex illo colligitur causa uerificans apho. stante. n. febre continua & uirtute debili contorsio labij &c. non per proprietatem eueniens significat uehemens apostema uel incendiū in cerebro, quare contrahitur & consequenter contorquentur partes iam dictę, & illis immensa siccitas cōmunicatur, quare corrugantur, & per consequens &c. Non uidere autem & non audire significant tantam læsionem in cerebro, ut iam oculis uisiuus spiritus & auribus auditiuus sublatus sit. sed hæc omnia uidentur significare mortis uicinitatem, ideo. Ex quibus patet hunc spasmum posse esse de inanitione, & non proportionatū ad materiam.

Aphorismus. 50.

Vbi in febre nō deficiente, dispnœa superuenerit, & desipientia, mortale.

The. Quibus in febre non interpellata, difficultas spirandi cum delirio accidit, letale est.

Leo. Vbi in febre non intermittente, difficultas spirandi & delirium acciderit, letale.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista dispnœa & desipientia supeeuenientes feb. non deficiēte est mortale. Probatur sic huiusmodi accidentia significant cerebri & spiritualiū uehemens nocumentum. igitur. patet consequentia & assūptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur secunda quarti de signis sumptis ab anhelitū. & 10. Alman. ca. de signis malis. Et est utilis. Et ampliat ut præcedēs. Primo nota. Dispnœa. i. difficultas anhelitus. Desipientia. i. alienatio quæ ambo debent intelligi fortia & perseuerantia. Secundo nota. Huiusmodi accidentia apparere possunt ut dependent ab ipsa feb uel ab eorum alijs nocumentis proprijs, uel propter apostema cerebri, uel in lacertis pectoris contentum. Exemplū primi, si febris sua uehementia desiccando cerebrum causet alienationem, exiccando uero musculos pectoris causet difficultatem anhelitus, aut uehementer incendendo hoc faciat. Exemplum secundi, si propter apā existens i lacertis pectoris aut pelliculis costarum fiat difficultas anhelitus, & propter fumos aliquos cerebrum petentes fiat desipientia. Ad propositum utroq; modo uerificari potest, dum tamen sint ista duo fortia et perseuerātia cū acuta feb. ut dictum est. Ex quibus patet causa uerificans apho. nam accidentia illa probant uehemens nocumentum in cerebro & spiritualibus, ideo & etiam dispnœa est causa maximi nocumēti spiritualium debitum refrigerium prohibendo. Et nota hic de eo quod tangit in cōmen. f. de anhelitu alienantis, quare est magnus & rarus, Virtus. n. fortibus phantasticis cogitationibus intenta distrahitur ab anhelitu, quare non redit ad faciendum anhelitum nisi necessitate uehementer augmentata, sed tunc uirtute forti fit anhelitus ualde magnus, ideo. Et idem contingit scholaribus amore dominarum ardenter recalescentibus. emittunt enim suspiria & longo tēpore anhelitū cōtinēt ad cogitationes uehemētes.

Auicē. Almā. Disnœa & quid desipiē tia.

Suspirij causæ.

Aphorismus. 51.

In febribus apostema nō solutum ad primas crises, longitudinem ægritudinis significat.

The. Per febres, abscessus nisi primis soluatur iudicationibus,

bus, morbi longitudinem indicat.

Leo. In febribus abscessus qui ad primas iudicationes nõ soluuntur longitudinem morbi significant.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Apostema in feb. eueniens non solutum ad primas crises significat longitudinem ægritudinis. Probatur, quia significat materiam multã inobedientem, uel uirtutem non esse complete dominan- Auicé. tem. igitur. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem secunda quarti colligi potest particulariter, ubi tangit signa ex parte apostematum, & cap. de signis significantibus crisim longã aliqualiter, & est utilis & ampliatur ut patet. Primo no- Crisis prio qd ta. Primas crises. i. primas dies criticas secundum quosdam usque ad. 40. & secũdum quosdam usque ad. 20. Secundo nota. Ipsum non solui, quia rumpi & non terminari ad bonam sanitatem & hoc significat materiæ exuberantiam, uel nec rumpi neque sanari, & hoc significat materię cruditatem uel indigestibilitatem, utercque sensus bonus est. Ex quo patet causa uerificans apho. Patet etiam non solum significare longitudinem apostematis, sed & feb. consequentis apostema.

Aphorismus. 52.

Quibuscunque in febribus, aut in aliȷs ægritudinibus uoluntarie oculi lachrymantur, nihil inconueniens. Quibuscunque uero non secundum uoluntatem, inconueniens.

The. Quibus in febribus, aut in aliȷs morbis, oculi uolun tate illachrymant, nullum est malum. Sed quibus nolẽtibus periculosius est.

Leo. Quicunque in febribus, uel in aliȷs morbis, sponte illachrymant, nihil absurdum. Qui uero non sponte, absurdius.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Quibuscunque.)

Prima conclusio apho. est ista. In quibuscunque feb. aut aliȷs ægritudinibus oculi uoluntarie lachrymantur huiusmodi lachrymari uel lachrymę non sunt inconueniens uel malum signum. Probatur sic. per hoc non potest significare grande aut notabile nocumentum. igitẽ. patet consequentia et assumptum, quia in qualibet ęgritudine sine lęsione graui pñt oculi uoluntarie lachrymari. Primo nota. Per uoluntariam lachrymationem hic intelligere debemus lachrymationem tanque originalem causam consequentem passionem appetitus sensitiui qui large uoluntas appellatur, sicut etiam lachrymatio ex tristitia uel compassione ex damno proprio uel alterius cum fletu. in talibus. n. fortibus accidentibus a se fortiter agitato aut compresso cerebro contingit effundi lachrymas, sicut etiam in risu forti cerebri motu concussiuo exĩte. Secundo nota. Nõ esse intellectũ Hip. huiusmodi lachrymationẽ nullo modo inconuenientem esse ad istã quę penitus est pendens à causa corporali.

Secunda conclusio. Lachrymatio oculorum in ægritudinibus non sequens uoluntatem est inconueniens. i. malum signum. Probatur sic. huiusmodi lachrymatio significat cerebri apa ant forte ipsius nocumẽtum, hoc autem est signum malum. Primo nota. Per lachrymationem non uoluntariam intelligendam esse lachrymationem non consequentem passionem appetitus sensitiui, ut tristitiam, timorem, uel aliquid huiusmodi. Se- Lachrimationis suo lũtariæ cã multiplex. cundo nota. Huiusmodi in uolũtaria lachrymatio à pluribus causis potest prouenire. Primo à causa extrinseca ut festuca uel remordicante oculo occurrẽte. talibus. n. oculo nocumentum inferentibus sensibile contrahitur oculos & musculi et adhuc cerebrum quare exterius exprimuntur lachrymę, & de tali lachrymatione non est sermo in proposito. Secũdo potest prouenire à causa corporali, & hoc dupliciter. Primo propter proprietatẽ & p proprium oculi nocumentum, & istę causę sunt multipliciter collectę tertia tertiȷ. trac. 2. cap. de lachrymis, Auicẽ. ut ęgritudo uel apa oculi, sicut opthalmia debilitas oculi quare recipit facile superfluitates, & dolor, inflãmatio, diminutio carnis lachrymalis propter fistulam in lachrymali uel simile eum. n. ista caro fit spõgiosa rara habens conterminare & aggregare lachrymabilem materiam si cõtingat illam carnem auferri uel diminui nõ retinebitur, sed sicut generatur lachryma ita effluet, & de nulla tali lachrymatione est in proposito sermo. Secundo contingere potest hoc propter cõmunicationem à cerebro, et iterum hoc potest esse dupliciter. Primo ex dispositione cerebri naturali, ut si cerebrum esset à natura creatum ualde humidum, ita ut in eo continue superabundaret lachrymalis humiditas quę continue ad oculum effusa causaret accidens dictum. Alia autẽ consequi potest nocumentum cerebri pręter naturam, et de tali in proposito est sermo. Erit igitur sensus conclusionis. quicunque in uoluntarie lachrymatur nec à causa primitiua nec à corporali nec per proprietatem nec per cõmunitatem naturalem &c. Secundo nota. Huiusmodi lachrimatio consequens accidentale nocumentum cerebri potest cõsequi cerebri repletionem superfluã, humiditatem cerebri nimiam, aut motum materierum criticum superius ad cerebrum sicut in crisi fienda per fluxum sanguinis narium aut defectum contentiuę ex defectu caloris innati, aut nocumentum maximum, ratione cuius fortiter concutitur & agitatur cerebrum. Ad propositum licet de omnibus uerificari possit aliquo modo maxime tamen uerificaẽ in duobus ultimis casibus. hos autem casus per signa manifesta discernere possumus, ut patet discurrendo signa resolutionis & humectationis cerebri, & signa futurę crisis, quę si bona esse debuerit signa digestionis pręcedunt. si non, nõ. Ex his patet causa uerificans apho. & similis sententia colligiẽ tertia tertiȷ. trac. 2. ca. de lachrymis. ubi inquit. Et cur- Auicẽ. sus quidem lachrymarum quę fit in fe. & in ægritudini- Almã. bus acutis & est sine causa, est propter nocumentum et apa cerebri secunda quarti. ca. de signis sumptis ex oculis. &. 4. Alman. ca. de signis malis.

Aphorismus. 53.

Quibus in dentibus in febribus limositates fiunt, fortiores & diuturniores fiunt febres.

Quibus lentore dentes opplentur, ȷs febres incidunt uehementes. The.

Quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, his fortes fiunt febres. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Lymositates circa dentes in fe. existentes significant longitudinem & fortitudinẽ fe. Probatur sic. huiusmodi lymositates significant forti- Auicẽ. tudinem caloris febrilis & materię grossitiem & indigestibilitatem. igitur. patet consequentia. & assumptũ circa litteram declarabitur. Idem secunda quarti. ca. de signis sumptis ex parte dentium. Et est utilis. Et ampliaẽ ut patet. Primo nota. Per lymositates quasdam sorditres dentibus adherentes, quę quandoque ita sunt indurate ut lapidosę uel gipseę uideantur, quandoque non. In proposito autem sermo est de conuersis ad lapidosas. Secũdo nota. Huiusmodi lapidositatis uel sorditiei causa materialis est humor phlegmaticus grossus uel melicus uel cõmixtus, quo uapores aquosi grossi eleuantur, quia ad dentes prouenientes & eis adherentes per actionem caloris, resoluto subtili & grosso remanente in substantiã uelut lapideam transmutantur. Ex quo patet efficiens esse calidum forte tale grossum phlegma resoluens. Ex quo patet causa uerificans apho. Tertio nota. Non solum in febricitantibus sed etiam sanis aliquando huius-

Lymo sitas dẽtium.

Lymo sitatis causa.

modi lymositas multiplicatur. verum in illis nõ nisi longo tempore, in febribus uero in modico vnde oportet in apho. supplereq; merito feb. huiusmodi lymositas ĩ corporibus his multiplicetur.

Aphorismus. 54

Quibus plerunque tusses siccæ & modice prouocatæ in febribus urẽtibus nõ ualde sitiẽtes sũt.

The. Quibus tusses aridę, leuiter irritantur per ardores, hi non admodum siti afficiuntur.

Leo. Quibus plurimũ siccę tusses, leuiter irritantes, in febribus ardentibus fiunt, non multũ siti intestantur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista Secundum plurimum homines intense febrientes in quibus modice tusses siccę prouocantur, non fiunt ualde sitientes. Probatur sic ꝑ huiusmodi tusses humectantur pulmo & guttur & consequenter meri. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. (Hippo.) Idem. 6. epidimiarum. & prima quarti. trac. 2. ca. 42. de signis causonidis. (Auicẽ.) Et est utilis. Et ampliatur, quia licet causetur sitis merito inflammationis pulmonis, posset tamẽ causari per aliam dispositionem oris stomachi cõmunicatã uel per siccitatem complexionalem siue humidum roridum euaporare facientem. Ideo dixit plerunq;, quia nõ necessario contingit ita, causa talia exiccãte fortiori ualde exñte in actu. Primo nota. Tussis sicca potest causari propter multa. (Tussis siccę causam) Primo propter multam siccitatẽ pulmonis & ipsius cannę. Secundo, quia ipsa cãna exñte sicca & indurata percipitur punctura, quapropter natura stimulata uenit ad siccitatem meri propter eandem causam. Tertio potest prouenire propter humiditatẽ phlegmaticam subtilem exñtem in canna pulmonis uel meri pungitiuam ad quam irritatur natura ad expellendum cũ forti emissione aeris, & quia subtilis est cedit & ĩ partes diuiditur & non emittitur extra, sicut si esset grossa ut in screatu cõtingit. Et ille ultimus competit magis ad propositum. Secundo nota tusses siccas cum quibus nõ est screatus. per tales. n. potius exiccatur canna pulmonis q̃ humectetur. Tertio nota notanter dictum esse modice. si. n fortes fuerint & laboriosę possent plus augere exiccando sitim q̃ ipsam diminuere attrahendo. ideo &c̃. Quarto nota. Per urentes ualde potissime cholericas & maxime continua, ut causonides non intelligendo hos nullatenus sitientes fieri, sed q; non fient sitientes, nisi diminute respectu eorum, quibus non ꝓuocãtur tusses cum alijs paribus. (Auicẽ.) Quinto nota. Licet sitis sit propria passio oris stomachi, ut colligitur tertia. 3. ca. 4. de accidente. Adde hic q; potissima causa uehementię sitis in febribus, est pulmonis inflammatio, quę propter has humiditates attractas sedatur. Et illam intellexit Cõmen. dũ inquit. (Gal.) Prouenit tamen sitis magnitudo & paruitas merito dispositionis pulmonis, ut secũdo techni. tex. 7. in trac. de uentre, exiccato enim pulmone exiccatur meri humectato uero humectatur. Cum uero per hanc tussim humectetur pulmo, tum quia mouetur humiditas per pulmonem ipsum humectans, tum quia dato q; nulla fieret humectatio ista, pulmone tamen taliter agitato attrahuntur materię ad pulmonem, quibus pulmo humectetur, & cum ipso etiam humectatur meri. quare patet ueritas apho.

Aphorismus. 55.

In bubonibus febres factę, omnes malæ, exceptis ephemeris.

The. Ex inguine febris, nisi diarrhœa sit, mali est.

Leo. Ex inguinum tumoribus febres omnes malæ, præter diarrhœas.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Omnes fe. cum bubonibus exñtes sunt malę, exceptis ephemeris. Probaẽ sic. Omnes huiusmodi feb. significant putredinem cordi cõmunicatam. igitur conclusio uera. patet consequentia & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sentẽtia colligitur prima quarti. cap̃. de febre ex apostemate. (Auicẽ.) & primo de differentijs feb. cap̃. 5. & . 17. (Gal.) Continentis ad principium. (Rasis.) Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. (Bubo. ꝓ re triplici.) Hic terminus bubo equiuocus est. Quandoq;. n. sumitur pro quolibet intrinseco apostemate. Quandoque pro omni apostemate emunctoriorum. Et quandoque pro apostemate emunctoriorum hepatis, & omnibus modis sumitur hic. Secundo nota. Feb. quandoq; consequi, quandoq; antecedere, & quandoq; simul inchoare inchoante bubone, & de omnibus uerus ẽ apho. licet sit deterius eis antecedere. Tertio nota. Bubo consequens fe. dupliciter potest consequi. Primo modo præcedentibus signis digestionis. Secundo signis digestionis sequẽtibus, & significabit crisim ꝑmutationis, & hoc est melius. Quarto nota. In quo differunt ephemera hectica & putrida. (Ephemera ab ephemeron psce.) Et q; ephemera est ab ephemeron pĩsce dicta. vnde patet ipsam minus malam esse. Cõsequitur enim primo bubonem per simplicem alterationem alterantem spiritum & ipsum in calefacto esse ponentẽ. Quomodo autem sit aut non sit uera ephemera uidebitur in quæstione. Quinto nota. Malę. i. periculosę notum est enim etiam ephemeras malas esse & hoc quando sequuntur malam complexionem. s. venenosam impressam in ore in spũ ritualibus uel quando corpori ualde debili uel decrepito aduenit, oẽs hę mortales sũt. Et ex hoc colligitur causa uerificans apho.

Aphorismus. 56.

Febricitanti sudor superueniens, non deficiẽte febre, malum, prolongatur enim morbus, & humorem plurimum significat.

The. Febricitanti si sudor accidit, febre non intermittente, malo est. Morbus enim prorogatur, plusque humiditatis inesse significatur.

Leo. Febricitanti sudor superueniens, febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Sudor superueniens febricitanti non deficiente feb. est malus. Probatur sic huiusmodi sudor significat prolixitatem morbi. assumptum probatur, quia significat materiam morbi esse plurimã ideo. Idem secunda quarti. ca. de signis sumptis ex parte sudoris. (Auicẽ.) Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. (Sudor triplex) Sudorem triplicem esse, præuenientem consequẽtem & subsequentem, licet de omnibus uerificetur specialiter de subsequente copioso in toto & humoroso, & hoc siue in die critico fiat siue præcedente digestione siue non. Secundo nota non solum quod dictum est de sudore uerum est, sed etiam de qualibet euacuatione notabili, ut fluxu uentris urina fluxu sanguinis narium & sic de alijs. Tertio nota. Non deficiente feb. i. ipsa ĩ suo permanente uigore. Secundo non deficiẽte. quia licet remittatur, non tamen penitus cesset. Primo modo maxĩe intelligitur. Quarto nota. Ad ueritatem apho. requiruntur duæ conditiones. Prima ut post sudorem nõ succedat alia notabilis euacuatio. Possibile enim esset partem materiæ per sudorem euacuari fe. remanẽte postea succedere aliam euacuationem per quam fe. cessaret. Secundo q; fe. non sit mortalis. si. n. morbus esset mortalis, potius significaꝛ breuitas ex multitudine materiæ. Ex quibus colligitur conclusio apho quomodo per sudorem habemus significare materiam exuberantem esse à qua pendet feb. ideo.

Aphorismus. 57.

A spasmo & tetano habito, febris superueniens,

ens, soluit ægritudinem.

The. Qui conuulsione aut distentione tenetur, si accidit febris, morbum leuat.

Leo. Qui a conuulsione, aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente, liberatur.

Expositio Iacobi.

Vide istū apho. super secūda particula aphorismorum. apho. 26. melius est fe. in spasmo fieri q̄ spasmū in feb.

Aphorismus. 58.

A causone hito, rigore superueniēte solutio fit.

The. Qui ardore tenetur, si rigor accidit, soluit eo malo.

Leo. A febre ardente habito, rigore superueniēte, solutio.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho est ista. Rigore superueniente causonidi curatur causon. Probatur sic. tunc expellitur materia à uenis ad extra uenas & euacuatur. igitur conclusio uera patet consequentia & assumptū circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur prima quarti. **Auicē.** cap̄. de rigore & horripilatione. dum inquit. Et quando que significat rigor & horripilatio sanitatem in feb. inseparabilibus, quoniam significat q̄ materia expellitur extra uenas, & egreditur. & secunda quarti. cap̄. de signis declinationis materiei ad sudorem, & ad summum fe. incensiuę cum non terminantur fluxu in sanguinis narium terminantur sudore, & antecedit ipsum rigor. Et est utilis Et ampliatur ut patet. **Causō quid.** Primo nota. Per causonem intelligere debemus fe. incensiuam à materia cholerica intra uenas & in loco propinquo cordi pendentē, uel saltem à materia sanguini cōmixta, sicut est phlegma salsum & est hæc fe. conclusa, quia in ea non percipitur secundum periodos excrescentia et uariatio, licet **Rasis.** Rasis. 4. Almā. dicat ipsam de tertio in tertiū fortius ægrotantem affligere non accipiens causonidem ꝓprie sed cōmuniter ut se extendit ad omnem fe. continuam cholericam. **Rigor quid.** Secundo nota. Per rigorem intelligendū esse motum membrorū concussiuum contingentem à mordicatione materię super musculos & lacertos ueloci ter et impetuose sparsę, licet propter alias causas posset contingere superius tactas & colligendas. **Gal.** Quinto de accidenti. **Auicē.** cap̄. 5. & prima quarti. ca. de rigore & horripilatione, licet etiam intelligere debeamus sensationem hunc concussiuum motum consequentem ut alias declaratum est.

Tertio nota. Materia intra uenas cōtēta maxime cholerica, dum ueloci ter & impetuose extra uenas expellatur causat rigorem propter dictā causam, quę tamen intra uenas existens non causaret, Primo, quia uenę sunt mēbra parum sententia. Secundo quia impressio illius materię iam est mēbro assueta. Tertio quia intra uenas nō impetuose mouetur. Colliguntur istę causę. 4. de accidenti. & prima quarti. alle. ca. Ex quo tanq̄ ex fundamento potest colligi hoc modo causa uerificans apho. Superueniente. n. rigore causonidi significatur uirtutem materiam cholericam intra uenas putrescentē extra uenas impetuose & cum uelocitate expulsiuę, quare sparsa rigorem causat, sed hac extracta significatur solutio, quia uictoria uirtutis supra materiam. igitur. Quarto nota. Ad ueritatem apho. requiruntur tres conditiones. Prima q̄ uirtus sit fortis & cōstet Secūda q̄ signa digestionis pręcesserint. Tertia q̄ in die critica cōtigat. His stantibus ut in pluribus uerificatur apho. Dico autem ut in pluribus, quia possibile est materiam solū secundum partem extra uenas expelli, & secundum partem retineri. vnde & si remitteretur causon, non tamē perfecte sanabitur. Secundo etiam quia possibile est ex debilitate alicuius particulæ nostri corporis hanc cholericam materiam ad determinatam corporis particulam moueri, & priusq̄ resoluatur aut incineretur malā derelinquete qualitatem, quę consequenter postea erit alterius cholę piodice reaggregatiua, unde & post causonidē remanebit tertiana interpolata secūdū plures periodos. Posset igitur exponi solutio. i. sanatio uel dispositio ad sanationem pręuia, quia uel remissio uel permutatio ad minus infestabilem ægritudinem.

Aphorismus. 59.

Tertiana uera iudicatur in septem periodis, longissima.

Febres tertianæ septenis, circuitibus iudicātur, quod longissimum sit. **The.**

Tertiana exquisita septenis circuitibus, quod longissimū est iudicat. **Leo.**

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Vera tertiana non terminata in. 7. periodis est lōgissima. Probatur. sic se habet periodus ad interpolatam cholericam sicut dies ad cholericam continuā. sed cholerica continua uera transiens septimā diē est lōgissima, quia. s. & raro transit, igit̄ &c̄. patet consequentia. & assumptum declarabitur. Silis sententia colligitur prima quarti. cap̄. de differentia inter tertianam puram & non puram. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per ueram tertianā intelligendam esse tertianam interpolatam à pura materia cholerica pendentem. **Auicē. Tertiana uera quid.** Secundo nota. Per periodū reditum ægritudinis ad illud quod ante fuit cū ordine ad bonum sensum, ut de tertio in tertium &c̄. vt prima huius declaratum est. **Periodus qd.** Ex quo patet. 7. periodos cōpleri uel in 14. diebus uel parum ante. Tertio nota. Iudicatur. s. critice terminatur uel aliter iudicatur. i. critico iudicio iudicatur. Quarto nota. Licet fortis pugnet uirtus cōtra materiam intra uenas cholericā putrescente in cōtinua q̄ interpolata, proportionabiliter tamen existēte interpolata termino longiori, quo licet uirtus tardius agat contra materiam quę est antecedens causa interpolate disponendo uerisimile apparet ipsam in. 7. periodis esse terminandam, quod etiam in experientia uidit Hippo. similiter q̄ materia digestibilis, & q̄ uirtutem maxime irritans ad pugnandum in primis diebus criticis debet ad cōplemētum digestionis perduci. Cum igitur materia cholerica sit huiusmodi sequitur &c̄. Ex quo patet causa uerificans apho. Quinto nota. apho. esse uerum ut in pluribus & ægrotante debito utente regimine, Ex inordinatione enim regiminis potest oppositum cōtingere. Similiter etiam ubi uirtus fuerit debilis ualde & materia cholerica multum contingere potest ipsam. 7. pertrāsire periodos, licet raro. Nam si inordinatum regimē potest ultra septimā periodum longitudinem promouere tertianę, & nō minus potest multitudo materię promouere q̄ regimē malū certum datum, sequitur. Notandum tamen q̄ in paucioribus hoc cōtingit imo ualde raro contingit tertiā septimā periodum attingere.

Aphorismus. 60.

Quibuscumque aures in febribus surdescunt, sanguis ex naribus fluens, aut uenter turbatus, soluit ægritudinem.

Quibus per febres aures obsurduerint, his sanguis è naribus fusus, aut aluus pturbata, soluit morbum. **The.**

Quibus in febribus aures obsurduerīt, sanguis ex naribus fluēs, aut aluus turbata, soluit morbum. **Leo.**

Expositio Iacobi.

Iste apho. expositus est supra. 27. aphoris. & etiā ex dictis commen. satis patet.

Aphorismus. 61.

Quæ iudicantur in paribus diebus discrita sunt, & amica conuersionis.

Febris nisi die impari desierit, solet recidiuare. **The.**

Febricitantē nisi diebus imparibus, febris reliquerit, solet recidiuare. **Leo.**

Expositio Iacobi.

Iste apho. ex dictis commen. satis patet.

Aphorismus. 62.

Quibuscunq; in febribus icteritia superuenerit ante septimum diem, malum.

The. Quibus per febres morbus regius ante septimum accidit, letale est.

Leo. Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Icteritia superueniens fe. an
te septimum diem malum est. Probatur sic. huiusmodi
icteritia significat apa uel oppilationem hepatis uel chi
stim fellis aut expulsionẽ synthomaticã uel in toto cor
pore maximum nocumentũ. igitur conclusio uera. pa-
tet consequentia & assumptum circa litterã declarabi-
Auicẽ. tur. Similis sententia colligitur secunda quarti. cap. de
signis icteritiæ, ubi ad litteram icteritia ante septimam
& ante digestionem est mala. & infra. & ad ultimũ icte
Serapi. ritia ante septimã non est laudabilis. & Serapio. 4. bre-
Icteritię sigm duplex uiarij. 9. ca. vbi psẽtem allegat apho. Et est utilis in
actu pronostico. Et ampliatur ut patet. Primo nota,
Icteritia ut colligitur. 15 tertij est alteratio corporis fę
Icteritię fe. p nosti-cus cañ da ad citrinitatem uel nigredinẽ propter cursum humo
ris nigri uel citrini ad cutem & consequitur ipsam sine
putrefactione. Et propter hoc q dicitur alteratio corpo
Ictertia qd. Auicẽ. ris ponitur genus. In hoc enim conuenit cum alijs cutis
defedationibus, ut morphea albaras &c̃. Et per ly fœda
differt ab alteratione ad naturalẽ calorem. Per ly citri-
nitatem &c̃. explicantur spẽs icteritiæ quę sunt duę, &
differt ab infectionibus alijs ut sunt rubeæ uirides &c̃.
Morbus 4r. Per hoc autem quod adiungitur propter cursum etiã tã-
gis causa efficiens uel materia coniuncta icteritię, quia
citrinę est chol'a, nigre uero mel'ia. Sed ly sine putrefa-
ctione. potest dupliciter exponi. Primo, quia sine putre
factione, quia ad hoc q dicatur icteritia requiritur hu-
morem istum non esse putridum & hoc non credo. Se-
cundo ut per illud daret intelligi q secundum plurimũ
non putrescit, quia dũ putrescit exhalat & subtiliatur
& non retinetur secundum plurimum. Exponitur igiẽ
sine putredine. i. dato q nõ putrescat, et sensũ puto me
liorem. hęc. n. passio multis modis nominatur. Pri-
mo. n. dicitur morbus arcualis ad similitudinẽ arcus ce
lestis, ut. 4. ethymologiarũ. ca. 8. Nonnulli uero hunc
morbum regium, alij uero aureum nominant tanq̃ ci-
bis regijs curandum, quia subtilibus, uel quia propter il
lud propter quod aureus dicitur quia in auro lustrãtur
Cõstã. reges. Vltimo autem dicitur icteritia trãsumptione ma
Isidor. gis propria, ut Constantinus in uiatico. et Isidorus. ca.
Plinius alle. & testatur. Plinius metaphorice ab aue quadã icte
Icteris auis. ris nominata cuius color est citrinus ualde, qualis est co
lor icterici. de qua Plinius icteris nominatur auis à colo
re quę si spectetur ab icterico, sanari illud malum tra-
dunt et illã mori, de qua in metro. Carpe uiator iter sub
arbore cõncinit icter. Ex quo patet primo icterici ã pro
prie non ægritudinem sed potius accidens, quia qualita-
tem mutatam esse nominandam. Et ex hoc ulterius pa
tet q licet diuidatur icteritia in citrinã & nigram, non
tamen nigra proprie icteritia est denominãda, sicut nec
tympanites hydropisis. & potest aliqualiter hęc senten-
Gal. tia colligi. 6. de accidenti ad finem. Secundo nota. Hu
iusmodi icteritia quandoq; prouenit à causa primitiua,
sicut ueneno exhibito iterius uel exterius occurrẽte, ut
punctura uespæ aut serpentis aut pediculi aut ulcuris
aut assumptione fellis leopardi, & de talibus in proposi-
to non est sermo. uenena. n. calida hũores superflue ebul
lire faciendo sanguinem ad cholæ transmutant naturã,
que per corpus dispersa causa est icterię. Quandoq; eti-
am prouenit à causa corporali, & hoc iterum quandoq;
prouenit in modum crisis uel synthomaticæ expulsio-
nis materia. n. chol'ica digesta aut non digesta natu
ram uehementer stimulante uirtus ipsam quandoq; ex
pellit ad cutim, quę quia grossa & non sub forma sudo-
ris expellitur, sed iuxta cutim trahens moram totã cutẽ
tingit colore citrino. quandoq; autem non criticam uel
synthomaticam expulsionẽ sequitur sed ex nocumẽto.
Et hoc tripliciter esse. Quia uel sequitur nocumentum
in toto, ut malã cõplexionem chol'icam in toto per quã
sanguis totus transmutatur ad colorem chol'ę, & hoc ẽ
malum ualde. Quandoq; autem nocumẽtum sequitur
hepatis, quod potest esse oppil'o apostema uel durities,
per quę non sequestratur chol'a à sanguine. Consequiẽ
quandoq; nocumentũ chistis fellis, puta oppilationem
uiæ inter ipsum & hepar aut uię tendentis ad ipsa inte-
stina. Ad propositum de quolibet istorum in proposito
potest esse sermo. Colligitur. 12. tertij & 4. breuiarij.
alleg. cap. Tertio nota q icteritia ex critica expulsio-
ne causata sequitur crisim permutationis. Si. n. uirtus Auicẽ. Serap.
potens esset & haberet completũ dominium supra ma-
teriam non circa cutim retineretur, sed exterius expelle
retur. Ad quod etiam coadiuuat hanc materiam choleri
cam fecalem esse & grossam in comparatione illius quę
per sudorem expellitur. Ex hoc potest colligi probabi
liter argumentum ad conclusionẽ apho. nam nũquam
ante septem uirtus potest sufficienter digerere materiã,
nisi materia fuerit ualde obediens aut uirtus ualde su-
pra materiam dominata fuerit, sed dum fit icteritia ante
7. uirtus non complete dominatur dominio sufficienti,
ideo tunc non fuit digesta, et per cõsequens expulsio syn
thomatica. tota consequẽria est nota, & patet maior. nã
non in ualde breui tempore potest uirtus digerere mate
riam nisi supra ipsam maximum habuerit excessum, et
patet maior intelligenti. Ex his tanq̃ ex fundamẽto pa
tet ueritas apho. aut. n. hæc icteritia fit per modũ crisis,
aut per alia nocumenta dicta. Si secundum, patet hoc es
se malum. significat. n. aliquod nocumentorũ iam dicto
rum quorũ quodlibet est malũ. Si uero fit per modũ cri
sis, cum fuerit permutationis, sequitur uirtutem mate-
rię perfecte dominatam non fuisse, & sic nõ in breui tẽ
pore ualde materiam poterat digerere, sed quandocũq;
est ista expulsio, est synthomatica et non uere critica, et
per consequens mala. igitur. Pro isto etiam uide con-
clusionem probatam, quã tangit Concilia. differentia.
77. Quarto nota. q licet ita sit secundum plurimũ, Conciliator.
tamen est oppositum contingens, quia contingit mate-
riam ita esse paucam, ut in. 7. sit digesta & fiat icteritia
materia grossa aliqualiter exñte, & poris cõstipatis. Itẽ
ga contingens est uirtutẽ q̃itum ad dirigendũ ipsi com
pleto dominio dominari, ponatur igitur in esse, & seque
tur apho. solum ut in pluribus esse uerum Nec dicendũ
ut Auer. 4. colliget. qui inquit. Quod autẽ dixit Hipp. Auer.
icteritia si ante septimã diem uenerit in ægritudinibus
acutis est malũ, reprobatũ est experientia ĩ omnibus ter
ris nostris. Et si ueniat in quinta laudabile est uiua ra-
tione, & maxime, in corporibus calidis & in tẽpore ca-
lido. Et hæc est sententia collegiorum omniũ medicorũ
persarum & indię maioris, & pro maiori parte illorum
de andalusi. & possibile est illud quod dixit locũ habere
in gręcia, quia terra illa hac frigidior existit. Et tu seque
re dicta Conciliatoris allegata differentia.

Aphorismus. 63.

Quibuscunque in febribus. quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

Quibus per febres, quotidie frigus accidit, quotidie febres soluuntur. The.

Quibus in febribus, quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur. Leo.

Expositio

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quibuscunque febrientibus quotidie rigores fiunt, quotidie resoluuntur & eradicantur febres. Probatur sic quibuscunque in talibus corporibus quotidie resoluitur totalis materia faciens ægritudinem igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem secunda quarti. cap. de signis crisis quæ erit cum de exitura ad finem. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per febres intelligere debemus materiales interpolatas à materia faciente rigorem pendentes. tales. n. sunt quæ ad materiæ rigorem facientis euacuationem eradicantur. Secundo nota. Huiusmodi fe. secundum intentionem Cōmenta. intelligendas esse cholicas. proprie. n. rigor à materia causatur cholica ut in cōmento colligitur, licet etiam ad quartanam ampliari possit, non autem ad phlegmaticas, cū raro inueniatur phlegmatica integræ eradicationis, sicut raro reperitur quartana continua. similiter etiam in pluribus compositis fe. patet apho. non habere ueritatem. Tertio nota. In fe. dicta causari rigorem materia ad putredinem mota subito lacertis et musculis obuiāte, et sui acuitate mordicationem causante, quare fit rigor (ut alias dictum est) quia tamen hæc materia postea calore resoluitur & finit, aut per sudorē aut aliter extra expellitur, hinc est quod feb. exoluitur. Et per consequens patet cā uerificās apho.

Auicē. Rigoris. Phlegmaticæ fe. raro repitur integræ eradicationis sicut raro repe ritur quartana continua.

Aphorismus. 64.

Quibuscunque in febribus, in septimo, aut. 9. aut. 11. aut quartodecimo die, icteritia superuenerit, bonum, si non dextrum hypocundrium durum fiat. Si uero fit, non bonum.

The. Quibus per febres, morbus regius die septimo, aut nono, aut quartodecimo acciderit, bono est, nisi ilia dextra obduruerint. Nam si hoc ita accidit, nō bū est.

Leo. Quibus in febribus, morbus regius septimo, uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo superuenerit, bonū, nisi dextrū iliū obduruerit. Si uero nō, nō bonū.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Si uero.)

Prima conclusio apho. est ista. Quibuscunque corporibus febricitantibus superuenerit icteritia, in. 7. 9. 11 14. die est bonum. Probatur sic. huiusmodi icteritia significat debitam & laudabilem crisim. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptū ubi est cōditio requisita. s. quod dextrum hypocundriū nō fiat durum.

Secunda conclusio. Icteritia infra terminos eueniens non in die critica nō est bonum. Probatur illud, quia significat expulsionem synthomaticam. ideo. Concordia ampliatio utilitas huius & præcedentis apho. eadem est. Primo nota. Per icteritiam in proposito intelligendam esse criticam. sola. n. illa est terminus acutorum uel esse potest, & non infra. quod patet per terminos hos explicatos. s. 7. 9. 11. 14. Secundo nota. Ad ueritatem apho. siue primæ conclusionis oportere quod uirtus sit constans & quod apparuerint signa digestionis, qua stante est illa conclusio uera secundum plurimum. Tertio nota. Dextrū hypocundriū fit durum ex apostemate uel oppilatione hepatis. hoc. n. apparente non esset conclusio uera. nō enim tunc ex icteritia arguimus euidenter super expulsionem criticam, sed potius super oppilationē uel apostema. Ex quo infertur etiā quod sub duritie dextri hypocundrij possumus comprehendere chistis fellis nocumenta. Ex quibus huiusmodi contingit icteritia. Et ex his patet sententia apho.

Icteritia propre critica est

Aphorismus. 65.

In febribus circa uentrem cauma forte, & cordis morsus malum.

The. In febribus si circa aluum calor uehemens, ac dolor cordis infestat, male est.

Leo. In febribus circa uentriculum, & fortis æstus, & cordis morsus, uel dolor, malum.

Expositio Iacobi.

Cōclusio apho. Cauma circa uētrem aut morsus aut tremor cordis in fe. cōtinuis, est signū malū. Probatur sic. huiusmodi accidentia significant choleram intensam & putrefactam esse circa os stomachi & cor uehementi incendio. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptū circa litteram declarabitur. Idem secūdo. 4. ca. de signis sumptis ex parte stomachi dū inquit. Inflammatio stomachi & pulsus cordis stomachalis cū caliditate febris est signum malum. & sparsim colligit idem. 4. Alman. ca de signis malis. & c. 26. Continentis. cap. 1. Et est utilis in actu pronostico & operatiuo. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per febres hic acutas esse intelligendas, in solis. n. talibus merito fe. cauma apparere contingit. Secundo nota. Per uentrem partem stomachi circunstantem, & ipsum stomachum intelligendum eē maxime non solum. & similiter ampliari potest ad partes pectoris uel spiritualium. Tertio nota. Per cauma uehemens incēdium, quod potissime cognoscitur ex siti ariditate linguæ per tactum etiam & ex iuditio patientis. Quarto nota. Per morsum cordis oris stomachi mordicationem intelligi debere prouenientem ab humore acuto mordicatiuo. s. cholerico exn̄te circa partes cordis, aut à fumo choleræ mordicatio sibi occurrēte. Quinto nota. Per tremorem cordis ut colligit. 11. tertij. trac. 2. cap. 1. De tremore cordis intelligendum esse motum cordis terminū ex dilatatione & cōstrictione compositū, ita ut inter illum & motum alium nō sit perfecta quies, & sit quilibet istorum paruus ualde. cuius duæ possunt esse causæ. Prima est concussiuus motus cordis ad expellendum rem nocentem quæ potest esse aut mala complexio aut soluta continuitas aut humor acutus aut uenenum assumptum aut morsus uenenosi animalis aut punctura aliqua aut uenenositas aut sensibilitas, & sic de alijs causis colligendis. 11. tertij. alle. ca. secūda causa generalis est uirtutis debilitas. Primo modo est accidēs uirtutis naturalis. Secūdo mō uirtutis aīalis. Et ex hoc colligitur eā uerificans apho.

Auicē. Almā. Rasis. Febricitantiū quod patiūtur cauma aut cordis morsū pnosticus operatiuus per canon. Cauma quid. Cordis morsus quid, & cordis tremor

Aphorismus. 66.

In febribus acutis spasmi, & circa uiscera dolores fortes, malum.

The. In febribus acutis, si conuulsiones, aut uiscerū dolores uehementes acciderint, male est.

Leo. In acutis febribus, conuulsiones, & circa uiscera dolores fortes malum.

Expositio Iacobi.

Hic aphorismus notus est ex commento Galeni.

Aphorismus. 67.

In febribus, ex sōnis timores, aut spasmi, malū.

The. In febribus, si pauores per somnum, aut conuulsiones accidunt, male est.

Leo. In febribus ex sōnis, timores, uel conuulsiōes, malū.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Timores & spasmi in febribus contingentes sunt malum signum. Probatur sic. huiusmodi accidentia significant intrinsecus malas latere materias quas calor in somno agitat. igitur & c. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur.

Similis sententia conlligitur secunda quarti. cap. de signis sumptis ex somno in sūma. & aliqualit. 10. Almā. cap. de signis malis. Et est utilis in actu pronostico. Et ampliatur. Primo nota. per fe. materiales potissime acutas. & exponit in febribus, quia merito fe. aut causæ & non in somnis, quia somnus in se, sit huiusmodi causa.

Auicē. Febriū hn̄tiū timores & spasmos pnosticus cañ

Secundo nota. Timores in somno maxime perseuerãtes & non hora inuasionis paroxismi, sed potius hora q̃ somnus conferre debet significant intus malas latere materias ut melicas & naturę horribiles, quę sursum ad caput ascendentes timorem causant. De illo autem timore infra specialiter uidebitur. Huiusmodi tñ uapores nocumẽtũ inferendo spasmũ non ꝓportionatũ ad materiã cãnt uel causare pñt. Vnde patet cã uerificans apho.

Aphorismus. 68.

In febribus spiritus offendens malum spasmum enim significat.

The. In febribus spiritus subsistens, malo est quoniam cõuulsionem significat.

Leo. In febribus, spiritus offendens, malum. Cõuulsionem enim significat.

Expositio Iacobi.

Auicẽ. Almã. Conclusio apho. Spiritus offendens in fe. est malũ signum. Probatur sic. quia spasmum significat. Similis sententia colligitur secunda. 4. cap̃. de anhelitu. & 10. Alman. de signis malis est anhelitus. & pluries alibi. & 10. tertij Et est utilis. Et ampliatur. Primo nota. In fe. s. acutis. Secundo nota. Offendens, quia difficilis, uel aliter sicut bis pulsans, & est sicut anhelitus plorantis.

Spũs offedẽtis causa

Tertio nota. Huiusmodi in fe. acutis apparere cũ duritie pulsus & alijs signis quę attestãtur supra lacertos pectus mouentes exiccatos esse, & per consequens iam inobedientes dilatationi, unde uirtus non potest unica uice pectus ad sufficientes dimensiones dilatare, quia tamen fortus in secunda eleuat sufficienter, quare &c. Quarto nota significat, quia pronosticat uel demonstrat. Est etiam malum per uiã signi & causę, ut patet.

Aphorismus. 69.

Quibus urinæ grossæ, globosæ, paucæ, non sine febribus, multitudo ueniens ex his tenuis, iuuat, maxime uero talia ueniunt, quibus ex principio, aut celerius hypostases fiunt.

The. Quibus urinæ crassæ grumosæ, & paucæ sunt, non sine febri, si tenues & copiosæ prodierint, proderunt, maxime uero tales exeunt ijs qui statim, aut breui sedimen habent.

Leo. Quibus urinæ crassæ, grumosæ paucæ, non sine febre, multitudo ueniens ex his tenuis, iuuat præcipue uero tales ueniũt, qbus ab initio, uel breui sedimẽ fest.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet cõclusiones. Secunda est ibi (Maxime uero.)

Prima conclusio apho. Multitudo urinę tenuis ueniens post urinas grossas globosas et paucas in corporibus non sine feb. existẽtibus iuuat. i. est bona. Probatur sic. per hanc probatur potentia uirtutis in digerendo & expellendo morbi materiam, igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabit.

Vrina quid. Cõstã. Isaac. Primo nota. Vrina ut ex cõmento à Constãtino colligitur est sanguis colamentum ab hepate ueniens ad uesicam. Isaac uero in suo de urinis. Vrina est colamentum sanguinis de naturę actionibus natum. Et dicitur colatura siue colamentum, quia aquositas per colationem sequestratur. Sanguine enim ad gibum hepatis cũ multa aquositate transeunt, ut prima primi. de generatione humorum ostensum est. oportet hanc superfluã aquositatem à sanguine remoueri. vnde p uenas emulgentes ductas ad renes cum aliqua sanguinis quantitate attrahitur, & ille collatur, & sanguis pro renum nutrimento retinetur, & pura aquositas ad uesicam & tandẽ exterius expellitur. Ex quibus patet causa urinę materialis, quia humorum aquositas. Formalis etiam patet. Efficiens uero principale hepar est secundarium uero renes. ibi enim recipit urina formam per quam. s. urina nominatur q̃uis non substantialiter transmutetur. Finalis uero est sanguis & aliorum humorum mundificatio ab aquositate superflua & forte uesicę & renũ refocillatio uel uoluptuatio & totius corporis debita nutricatio. Aliter etiã interpretatur urinam ex nominis interpretatione, ut urina quasi in renibus una. i. unica & formata. Vel aliter dicitur demonstratio, quia ipsa corporis mõstrat dispositiones. vel ab urẽdo quia calida & sicca existens ualde & acuta & fortiret mordicatiua & abstersiua. 2. canon. cap̃. de urina. propter quod abstergit morpheam albar as saphati, & exiccat putredinẽ fluentem ab aure & est subtiliatiua splenis, ut allegatur de splenetico somniãte.

Vrinæ 6ã4r, — Auicẽ. — Vrię ꝓprietas.

Secundo nota dupliciter potest dici urina grossa. Primo respectu mediocris uel temperatę. Secundo in comparatione ad urinam huic uel illi cor poti tempore sanitatis proportionatam. In proposito autem maxime secundo modo intelligendum est. Tertio nota. Per globosas duo intelligere possumus. Primo uehementis grossitiei. Secundo per globosas illas in quibus quędam corpuscula humoralia uel ut globi seminantur. In proposito utroq; modo, ut in cõmen Per se uero materiales, à quibus uel aquarum materia pendet urinæ grossities iam dicta. Quarto nota. Per tenuem urinam non esse intelligendum tenuem respectu temperatę, sed tenuem respectu grossę globosę prius apparentis. de tali. n. uerificatur apho. & non oportet ipsam tenuem esse respectu temperatę, immo potest esse in substantia mediocris. Per multam uero respectu pręcedentis multam intelligit q̃titati peccantis materię proportionatã.

Vrina glubosa 2r. — Auicẽ.

Quinto nota. In qualibet materia peccante ad benignum non reducibili intẽtio est æquatio, ut prima quarti. cap̃. de cura fe. putridarum. vt si subtilis ingrossetur & si grossa subtilietur & sic de alijs. Cum igitur materia peccans super qua per urinam dictam significamus sit sua grossities peccans, sequitur q; digestio in ipsa erit subtiliatio & æquatio, & per consequens tenuis post eã iuuare debet. Ex quo hoc modo colligitur causa uerificans apho: Ex hoc. n. q; primo urina apparet grossa & pauca postea multa & subtilis significatur materiam à principio sui sua multa grossitie peccasse, q̃tam quia nõ perfecte ei dominabatur uirtus non poterat ipsam in magna q̃titate expellere, uirtute tamen in processu uincente subtiliata materia & digesta uel æquata, ipsam ꝑ uiam urinę poterit uirtus in magna q̃titate expellere, quare huiusmodi urinę tenuis multitudo iuuat ut sonat apho. iuuat. n. per uiam signi & causę, ut patet intelligenti.

Vrinæ grossę sdica & tenuis.

Sexto nota. Huiusmodi urinę multitudinẽ, propter multas causas prouenite. Quãdoq; fit propter membrorum & humiditatum naturalium liquefactionem, aut debilitatem contentiuę, aut fortitudinem attractiuę renum, sicut in diabetica contingit passione. Quandoq; etiam fit propter naturam expellere materiam super flua digestione, & proprie quando pręcessit grossa & pauca. Differunt autem, quoniam ad hanc ultimam sequitur ægrotantis alleuiatio, in alijs autẽ nõ. Et hoc bene notauit Aui. summa de urina. ca. 7. dum dixit. Et nos quidem differentias inter eas cognoscere possumus secundum uirtutis dispositionem. Ex quo patet conditio quędam requisita ad ueritatem. s. q; appareant signa repletionis.

Auicẽ.

Secũda cõclusio. Tales urinę tenues multę post grossas paucas maxime fiunt in corporibus illis in quoi ñ urinis à principio uel celerius fiunt hypostases. Patet quia in talibus maxime adsunt superabundantes grossę materię in processu subtiliabiles, adest etiam uiarum non multa constipatio. igitur. patet consequentia. & assumptum statim declarabitur. Primo nota. Hic terminus hypostasis sumitur dupliciter. Primo communiter pro qualibet materia cum urina expulsa à substantia urinę differente, sicut dicimus aliquam hypostasim esse sanio

Hypostasis dupl'r.

sam.

ſam. Secundo proprie pro ſuperfluitate digeſtionis mẽbrorum ex nutrimento derelicta cum ipſa urina expulſa. Ad propoſitum ſumitur hic primo modo. huiuſmodi enim hypoſtaſis non eſt niſi huiuſmodi humor groſſus cum urina expulſus uel phlegmaticus, uel eius naturæ attinens. Secundo nota. Apparente tali hypoſtaſi ſignificat uiam non oppilatam eſſe, ſicq; natura uincente poſtea poſſit magnam quãtitatem urinæ expellere. ſignificatur etiam adeſſe materias ſubtilatione indigentes in earum digeſtione, quare in talibus maxime continget.

Tertio nota. ly ex principio exponi dupliciter. Primo ex principio. i. à principio. Secundo ex principio. i. poſt principium ſtatim. Et utroq; modo poteſt concluſio intelligi. Talis ſententia colligitur ſecunda primi doct. tertia ſumma. 2. ca. 3. ſ. de ſignificationibus ſubſtantię urinæ. & cap. 7. de ſignificationibus multitudinis & paucitatis ſubſtantiæ urinæ Et eſt utilis. Et ampliatur ut patet.

Auicẽ.

Aphoriſmus. 70.

Quibus urinæ in febribus conturbatæ, & cõuerſæ, uelut ſubſugalium, his capitis dolores aut adſunt, aut aderunt.

The. Quibus urina turbulenta, qualis iumentorum eſt, his dolor capitis uel adeſt, uel aderit.

Leo. Quibus urinæ perturbatæ quales ſunt iumentorũ, his dolor capitis uel adeſt, uel aderit.

Expoſitio Iacobi.

Concluſio apho. eſt iſta. Corporibus febrientibus quibus adſunt urinæ turbidæ aut conuerſæ uelut ſubiugalium eiuſdem adſunt uel aderunt fortes dolores capitis. Probatur ſic. per huiuſmodi urinas ſignificatur adeſſe uel futuram eſſe multam groſſorũ uaporum eleuationẽ ad cerebrũ, ad quam ſemper uel ſecundũ plurimũ ſubſequitur capitis dolor. igitur. Similis ſententia colligit ſecunda primi. doc. 3. ca. de ſignis nunciantibus ſodam. Et eſt utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota, ut colligitur ſecũda primi. doct. 3. ſumma de urinis. c. 4. ſ. de ſignificationibus ſubſtantiæ urinę. Turbidum & clarũ indifferenter groſſe & ſubtili urinæ attribui poſſunt. Stat. n. urinam eſſe tenuẽ & claram ſimul tenuẽ & turbidam, & ſimiliter groſſam & clarã, groſſam & turbidam. In propoſito. n. per urinas conturbatas intelligere debemus groſſas opacas, quia. ſ. uiſum terminãtes non tranſparentes. Per conuerſas autẽ intelligere poſſumus urinas à naturali tẽperie urinarũ tranſmutatas et factas tales ut ſunt ſubiugalibus animalibus proportionatæ, q̃ ſunt animalia ſub iugo hominis ſtantia. ut equi aſini in his. n. propter humorũ groſſitiẽ & uiarũ urinæ exitus latitudinẽ urinæ ſunt groſſæ modo iam dicto. Secũdo nota q licet in nõ febricitãtibus poſſint huiuſmodi urinę apparere, de febrientibus tamen in propoſito intellexit. In his. n. per actionẽ caloris præter naturã materiã ebullire facientis maxime reperitur huiuſmodi urinę perturbatio & uaporũ groſſiorum eleuatio. Tertio nota. Ad ueritatẽ apho. requiritur huiuſmodi urinas eſſe perſeuerantes. vnde & propter hoc dixit urinas in plurali & non in ſingulari, & q cõſequuntur his apparẽtibus nec ante apparuerunt ſigna digeſtionis, nec critica ſit harũ urinarum euacuatio. Quarto nota. Secundũ clarũ et turbulentum in urina inueniunt iſtę diuerſitates. Quędã enim emittitur clara & ſtatim poſt efficitur turbulẽta. Quædã econtra Et quædã emittitur turbulenta, & tamen turbulenta manet. Et quædã clara, et clara manet. Colligit hoc ſecũda primi alle. ca. & 4. colli. cap. 22. & primo de criſi ca. 12. & ab Iſaac in ſuo de urinis particula. 6. Ad harũ autẽ diuerſitatũ ſumẽdas cauſas oportet primo pmittere, ut uiſum fuit Auer. 4. colliget. ſenſiſſe q in urina quia deciſa eſt à maſſa humorali uirtute actionis caloris naturalis hepatis & uenarũ remanet per tempus poſt eius emiſſionẽ ueſtigium caloris hepatis & diſpoſitionis materię à qua fuit deciſa. Ex quo ſequitur q per tẽpus poſt eius exitũ deducto impedimẽto fit in ea actio proportionalis. Cum igitur calor interius quandoq; agat ita debiliter, ut nullã in partibus materię uel quaſi nullã facit mixtionẽ quandoq; uero aliquam licet paruam, quandoq; magnã, quãdoq; perfectã facit ſequeſtrationẽ. ideo emiſſa urina in ea ueniunt mutationes his proportionales. In primo. n. caſu egreditur quę clara permanebit. In ſecundo emittitur clara quæ ſtatim poſt fiet turbida, quia ſtatim poſt fiet actio proportionalis ei quę in uenis, ſed iſta poſt turbabitur quia poſt fiet ebullitio, ideo. In tertio caſu fiet turbida perſeuerans, quia tunc maxima eſt permixtio ſine ſequeſtratione idem. In quarto fiet turbida quæ ſtatĩ clareſcit, aut clara permanens, quia talis ſtatus ſubſequetur operatio. Et ex hoc ſequitur primã urinã in ſalubri ſignificare principiũ ſecundum augmentũ q̃tum ad principium eius, tertiam uero finem augmẽti & ſtatum, quartã declinationẽ. Ex quo ulterius ſequitur, q tam propter cõpletam eius digeſtionem q̃ propter extremã eius cruditatẽ poteſt urina clara emitti & in ſua permanere claritate. Iſte modus ſufficit medico nõ curanti multũ philoſophari, quia multas hic modus patitur inſtãtias. Secundus modus hoc declarandi ſubtilior premittit quędã. Primo. Turbulentia in urina quę non fit per putrefactionẽ eius, ſicut quũ putreſcit in uaſe extrinſeco, fit propter diſpoſitionẽ humorum groſſorũ uel ſaltẽ opacorũ per ſubſtantiam urinę, & hoc propter uentoſitatẽ in eis & urinã incluſam diuellentẽ & ſeminantẽ eos per ſubſtantiã urinę, intelligendo, per uentoſitatẽ fumũ uel uaporẽ groſſum. Secundo premittendũ q aliquis humor urinę permixtus cum calido actuali ſtat rarus uel paruus & diaphanus quę urina multũ infrigidata ingroſſari poſſet & opacus fieri, unde per ſubſtantiã urinę diſperſus ipſam opacam reddere poteſt & turbulentã, ſicut in ſepo apparet uel in cera liquefacta à calido. Tertio pręmittẽdũ. q à calore forti agente in materiã groſſam groſſi et opaci fumi eleuantur, donec materia ſit digeſta, qui partibus ebullientibus includunt & cõmiſcẽtur, ſed poſtea dum materia digeritur excluduntur, ita q ipſa perfecte digeſta excluſi ſunt. His pręmiſſis patet primo q urina cruda & clara emittitur. ſubſtantia enim eius eſt pura aquoſa ſine permixtione materierũ humoralium. Secundo patet q ebullitione in materia notabiliter incipiẽte emittitur clara, humoribus illis à calido ſubtiliatis rarefactis et tranſparẽtibus exiſtẽtibus, quia tamen per ſubſtantiã urinę diuulſi ſunt à uentoſitate incluſa in eis, ideo infrigidata urina & cõgelatis illis & factis opacis apparebit turbida. Tertio patet. q in fine augmẽti et ſtatus ebullitionis mingitur turbida et remanet. Ex forti enĩ ebullitione facta multi fumi opaci & groſſi & multę groſſę & terreſtres materię urinę ſunt commixtę, quare emittitur opaca & ſic permanet. in principio enim in prima medietate & augmento non niſi ſubtiliores uapores & minus groſſi commiſcentur urinę. Patet quarto. q declinatione accedẽte emittitur turbida & ſtatim poſt clareſcit. emittitur enĩ cum multis materiebus digeſtis & compactis ſeu commixtis, quę ex hoc q commiſcentur per urinę ſubſtantiam, inde apparet turbulenta. ipſis tamen à uentoſitate depuratis exiſtentibus ſtatim petunt fundum, & ſic clareſcit & clara permanebit. Patet quinto, quare urina aliquo dictorum modorum turbulenta clareſcit ſi uas caleſiat, aut ponatur in aqua calida. Et ex hoc patet quare ex urina ſic rectificata euidenter poſſumus uel non poſſumus ſignificare. Patet ultimo cauſa uerificans apho. apparentibus enim urinis iam dictis ſignificatur fortem ebullitionem eſſe in materia, & q à materia groſſi & opaci fumi eleuantur qui crebro communicabuntur, & ex conſequenti

Vrina dupl̃r.

Vrinæ diuerſitas.

Auicẽ. Auer. Gal. Iſaac.

cauſabunt capitis dolores, quod quidem ut in pluribus
continet ueritatem, & cum cōditionibus iam dictis. Ex
iſto ſequitur forte non expedire dicere. adſunt uel ade-
runt. In propoſito enim ſermo eſt de urinis talibus ſi-
cut ſunt ſubiugalium, quia ille tales minguntur & taleſ
permanent. ideo &c̄.

Aphoriſmus. 71.

Quibus in. 7. terminantur, hiſ nubem habet quarta dies in urina rubeam, uel alia ſecundum rationem.

The. Quibus ſeptimo die iudicať ad ſalutē, hiſ urina quar
to die nubeculam habet rubicundā & reliqua ex rōne.

Leo. Quibus ſeptima iudicatur, his nubeculā habet quar
ta die urina rubeam, & alia ex ratione.

Expoſitio Iacobi.

Iſte apho. duas habet cōcluſiones. 2. eſt ibi (uel alia.)
Prima concluſio aphor. eſt iſta. Apparente nube ru-
bea in urina die. 4. ſignificat criſim futurā in ſeptimo.
Probatur ſic huiuſmodi rubea nebula ſignificat in ma
teria notabiliter digeſtionē præceſſiſſe, ſed notabiliter
materia digeſta in quarta quæ eſt ſeptimæ indicatiua, ſ
ſeptima die debet fieri criſis, ut ſupra oſtenſum eſt. igiť
concluſio uera. patet conſequentia. & aſſumptum circa
Auicē. litteram declarabitur. Similis ſententia colligitur ſecū
Halya. da primi. doc. 3. ca. de ſignificationibus ſpecierum hy-
Gal. poſtaſis, & allegatur ſeptimo theoricæ. ca. purgamētū.
& poteſt colli ſecunda quarti. ca. de ſignis ſumptis à ſe-
dimine. & tertio de criſi expreſſius ca. 4. per magnū ꝓ-
ceſſum. Et eſt utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota
ꝙ penes auctores cōmuniter reperiunť iſti termini, hy
poſtaſis, nebula, Nepheles, idem eſſentialiter importan
tes. Hypoſtaſis eſt cum materia eſt groſſa, ita ut ſit apta
Hypo- ſubſiſtere. Nebula autē cum ſubtilior & leuior, ut uix
ſtaſis et uideatur quaſi à ſuperiori ſuperficie pendere. Et nephe
nebula les adhuc ſubtilior, ut ſuperiori ſuperficie coniuncta ui
& Ne- deatur. Hypoſtaſis maxime in pinguibus & habētibus
pheles. humores groſſos. Nepheles & nebula in gracilibus &
Nubes cholericis. Ex quo patet quid per nubem rubeam intelli
rubea gendum. Secundo nota. Per ſigna criſis uaria ſignifica
ri poſſunt de eſſe eius an. ſ. ægritudo ſit per criſim uel ſi
ne criſi cōſumenda, cito uel tarde abſolute uel confuſe,
Primum per fortitudiné uel remiſſionē accidentiū. Se-
cundum per citam uel tardam apparentē digeſtionē uel
contrarium. Poſſumus etiam maneriem eius ſignifica-
re, ut an erit ſalubris uel mortalis, an perfecta uel dimi-
nuta, an cum permutatione aut cum euacuatione, et ſic
de alijs. Secundo determinatam de ipſo poſſumus habe
re notitiam. ſ. q̄tum ad maneriem & terminū aduentus
eius, ſicut ſignū in propoſito ab Hip. expreſſum. Ter
Hypo- tio nota. Huiuſmodi hypoſtaſis quandoq; ſignificat di-
ſtaſis ſi geſtionis cōplementū, quandoq; uero non, ſed notabilē
gnones digeſtionē in materia proceſſiſſe incōpletā tamen quan
doq; uero ſignificať contrarium digeſtionis. ſ. corruptio
uel putrefactio. Exemplū primi, ſicut hypoſtaſis alba
lenis & æqualis reſidens in fundo. Ex albedine. n. ſigni-
ficatur potentia membrorū ſpermaticorū ſubtiliū ſecū
dum colorē ſibi aſſimilatū. ſignificatur. n. ipſam decīſā
eſſe à materia quæ dealbatur & perfecte digeritur. Ex
lenitate enim & æqualitate ſignificatur calorem ſuper
totum uniformiter obtinere. Ex reſidētia autē in fundo
ſignificatur uentoſitatē à materia perfecte excluſam eſ
ſe, ꝓpter quod deſcendit unita nec ſtat diuulſa. ſed cum
fuerit corpus humorū ſubtiliū ualde, loco hypoſtaſis di
ctæ fiet nebula, uel nepheles non petens fundū ſicut hy
poſtaſis dicta. Exemplum ſecundi, ſicut hypoſtaſis
rubea clara ad albedinem tendens ſignificat notabi-
lem, non tamen completā in materia eſſe digeſtionem.
Exemplum tertij, ſicut hypoſtaſis nigra uel uirulenta.
Ex quo patet ꝙ ſicut hypoſtaſis alba maiorē ſignificat
in materia digeſtionē præceſſiſſe q̄ rubea ita alba nebu
la q̄ rubea, quæ nebula rubea ſignificat in materia no-
talem digeſtionē præceſſiſſe. Ex quo patet ulterius hāc
nubem maxime apparere in augmento, quia digeſtione
manifeſta & non completa. Patet tertio hanc maxime
apparere materia ſubtili exiſtente. Ex his colligitur cā
uerificans apho. nam apparente huiuſmodi nebula ſigni
ficatur tam materiam eſſe notabiliter digeſtam. & ægri
tudinem eſſe in augmento, ſed notabiliter materia dige
ſta in quarta in ſeptima debet eſſe completa digeſtio, &
conſequenter eſſe ſtatus & criſis, & per conſequens ter-
minus ægritudinis, & maxime cū materia ſit ualde ſub
tilis, quod comprehenditur per nebulam. igitur. Et per
idem patet ꝙ apparente contrario digeſtionis in quarto
ut nebula nigra ſignificatur mors in ſeptima, ut colligi
tur. 3. de criſi. alleg. ca. Quarto nota. Non ſolum hoc Gal.
de nebula, ſed etiam de hypoſtaſi & alijs digeſtionis ſi-
gnis eſt ſimiliter ſignificandum.

Secunda concluſio. Signa digeſtionis ſecundum ratio
nem eandem his ſup. apparentia in quarto nunciant cri-
ſim in ſeptimo. Probatur, quia ſicut ſe habet hypoſta-
ſis aut nebula ad ſuum ſignificatū, ita alia ſigna ad ſua
ſignificata. Primo nota. Iſta litera alia duplicem po-
teſt habere expoſitionem. Prima alia, ideſt aliæ dies in-
dicatiuæ ſecūdum eandem rationem apparētibus in eis
ſignis digeſtionis ſignificāt criſim in critica radicali uel
in alia critica, non tamen hoc differenter eſt ut tangitur
in cōmen. quia ſicut tardatur apparitio ſignorum dige
ſtionis, ita tardatur digeſtionis complementum, & ecō
tra. apparente enim ſigno digeſtionis in quarto, quia ue
lociter apparent uelociter complebitur, unde in ſeptima
ſit. ſed ſi apparitio ſignorum digeſtionis tardaretur uſ-
que ad undecimum, cum ſignificet per hoc materiā ma-
gis eſſe digeſtioni rebellem, ſignificatur tardius futurā
eſſe criſim poſt hoc unde erit criſis in die. 17. uel. 10.
expectanda, ſicut teſtatur Gal. in commento. & licet
hic intellectus poſſet eſſe uerus, non tamen ualet ad mē
tem Gal. Aliter ut commento uidetur et alia ſecundum
rationem his, ideſt alia ſigna digeſtionis ſignificantia
his ſignis ſecundum rationem. ſimiliter ſunt ſignifican
tia, ut ſputum, egeſtio, ſudor, & ſic de alijs. Vltimo no
ta. Ad ueritatem apho. requiruntur aliquę conditiones.
Prima ꝙ non ſuperueniat accidentaliter impedimentū,
ut regiminis inordinatio, aut alia ęgritudo impediens
operationem uirtutis in materiam hanc ægritudinem
facientem. Secunda ꝙ iſta ægritudo ſit morbus uehe-
mens, ut feb. ultimata, quia ſcilicet accidentia ſuā uehe
mentia ſint, poſſibile namque eſt ægritudinem remiſ-
ſorum accidentium in qua in quarta apparet ſignum di
geſtionis nō terminari per criſim. Tertia conditio ꝙ nō
contingat materiam ad aliquod principalium repere, ſi-
cut in peſtilentialibus frequenter contingit. His ſtanti-
bus erit apho. uerus in quo eſt ſignum ſcilicet nubes ru-
bea & ſignificatum, ideſt criſis in. 7. & conditio &c̄. ſ.
ꝙ appareat in. 4. & hoc de aphor.

Aphoriſmus. 72.

Quibus urinæ limpidæ, aut albæ, malæ, maxime ſi in freneticis appareant.

Quibus urina candida, perlucida emittitur, malo The.
eſt, deliris potiſſimum talis euenit.

Quibus urinæ albæ, & perſpicuæ, malæ, præſertim Leo.
ſi in delirantibus appareant.

Expoſitio Iacobi.

Hic aphor. duas habet concluſiones. Secunda eſt ibi
(Maxime. uero.)
Prima concluſio apho. eſt. Vrinę limpidæ quia claræ
aut albæ in corporibus ęgrotātium apparentes ſunt ma
læ. Probatur ſic. huiuſmodi urinæ ſignificant extremā
cruditatē

cruditatem siue digestionis elongationem. igitur con-
clusio uera. patet consequentia. & assumptum circa lit-
Halya. teram declarabitur. Similis sententia colligitur. 7. theo
Isaac ricæ ca. 1. urinæ substantia. & ab Isaac in suo de urinis.
Auer. 2. ca. urina alba. & 4. colliget ca. de signis sumptis a co
loribus urinarum dum inquit. & urina alba & clara si-
cut aqua significat digestionis defectum & uirtutis nu-
tritiuæ debilitatem aut oppilationē aut omnia. & quar
Almā. to Alman. cap. de urinis. ubi inquit. Cum autem color
urinæ in ægritudinibus apparet albus non existente po-
tione aque cum largo cibo præcedente, ultimam porten
dit cruditatem & digestionis priuationem & ipsius fri-
Auicē. giditatem, ut primo canon. feo. 2 doct. tertia de significa-
Vrina tionibus colorum urinæ. & ca de significationibus sub
rum al stantiæ urinæ. Et est utilis in actu practico Eamplia
barū et ut patet. Primo nota. Per ly quibus exponitur ægro-
lipida- tantibus & maxime acute, quamuis de omnibus uerifi
rū pra- cetur, & per urinas non solum urinas, sed etiam alias su
cticus perfluitates ualde crudas egredientes. Secundo nota.
canon. Per urinas limpidas intelligit urinas & subtiles & cla-
Vrina ras. per albas uero aquosas quia tales sunt sicut est aqua
lipida tinctura carens, ita q per albas nō debemus intelligere
Vrinæ albas uere sicut lac aut sperma, sed translucentes siue g
clare spicuas, licet etiam ad uere albas possemus ampliare.
ciæ. Tertio nota. Huiusmodi urinę possunt propter mul-
tas apparere causas. Prima est uehemens frigiditas he-
patis & naturalium membrorum propter quam non fit
à calore commixtio partium humoralium urinam tin-
gere aut aliter ingrossare debentium, unde egreditur li
pida & alba. Secunda causa potest esse multus aquæ po
tus, & cibi potissime crudi & indigestibilis assumptio.
Tertia causa potest esse debilitas contentiuę hepatis &
cannalium urinæ. Quarta, fortitudo attractiuę renum
sicut in passione diabetica contingit, quia prohibetur re
tentio aquositatis tanto tempore ut digeratur. Quin-
ta, debilitas tam attractiuę q̄ expulsiuę cannalium uri
nę. attractiuę propterea q non attrahit nisi subtile, ex
pulsiuę uero non nisi subtile possit expellere, licet attra
hat. Sexta, oppilatio in uenis & cannalibus urinę unde
retinetur grossum & non egreditur nisi quod subtile ē.
Septima, raptus materię ad alia loca ut cerebrum, cor,
& spiritualia, sicut frequenter contingit in ęgritudini-
bus acutis, & maxime pestiferis. Ad propositum, licet
ad multa iam dictorum ampliari possit in proposito est
sermo quādo non est talis à causa primitiua, nec per dia
betem nec oppilationem, licet in omnibus malū sit, ex-
clusis tamen his significat materię maximam elonga-
tionem à natura digestionis & caloris debentis digere-
re maximam impotentiam ut tales perseuerent.
Secunda conclusio Huiusmodi urinę maxime sunt
malę si appareāt in freneticis. Probatur sic. huiusmodi
urinę significant plurimum cursum materierum ad lo-
Auicē. cum ubi est apostema, aut extremam cruditatem mate
Vrīs al rię quę in ęgritudine acuta est pessima. patet consequen
bę si- tia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis
gnū ma sententia colligitur huic. 4 canon. fen. prima. tra. 3. ca. de
lum. carabito, dum inquit. Et nullus quidem usus est habēs
apostema in partibus cerebri, cuius urina fuerit aquosa
qui euaserit. Et. 4. colliget alleg. capitolo. Et possibile ē
ut sit urina alba in ęgritudinibus acutis, sed est ut pluri
mum perditionis signum, quia significat ascensum cho
Frene- lerę ad superiores partes, & ibi faciet apostema. Et est
sis qd. utilis. Et ampliatur ad omnes ęgritudines acutas. No-
& cara ta per frenesim carabitum qui est apostema calidum in
bitus. uelamine subtili & grosso absque corporis ipsius &c. et
ita de omnibus aliis ęgritudinibus acutis intellige. Aliē
sensus conclusionis quem uidetur sequi Cōmentator q
tales urinę maxime apparent in freneticis. igitur.

Aphorismus. 73.

Quibus hypocundria suspensa sunt, & subru
gientia, lumbi dolore superueniente, uentres his
humectātur, si nō uētositates erūpant, aut urinæ
multitudo superueniat, in febribus uero fiūt hęc.

Quibus ilia suspensa murmurant, si lumborum do- The.
lor accesserit, iis alui ad modum humectātur, nisi flatus
erumpat, aut urinę copia prodeat, idq; in febribus.

Quibus ilia suspensa murmurantia, lumborum do-
lore superueniente, his alui humectant, nisi flatus erū- Leo.
pāt, aut urinę multitudo pueniat, hęc uero i febribus.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi
(In febribus.)
Prima conclusio. Quibuscunq; corporibus sunt hy
pocundria suspensa subrugientia, lumborum dolore su
perueniente, uenter soluitur, nisi fit prohibens. Proba
tur sic. in quibuscunq; talibus corporibus abundāt ma
teriæ humorales uentositatibus commixtę ad inferiora
declinantes. igitur conclusio uera patet cōsequentia. &
assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota.
Hypocūdria loca sub costis lateralia dicta ab hypos qd' Hypo-
est sub. & cundrium quod est costa. Secundo nota. Di cūdriū
citur suspensa quia teosa. res. n. suspensa tensa uidetur, quid
licet aliter reperiatur subtensa. i. quę tensa eeduntur,
aut propter exiccationē sicut pellis tympani dum exic-
catur, aut propter apostema, aut propter collectionem
humoralem siue multitudinē humorū, aut propter hu
mores simul cum uentositate qualiter est in proposito
ut uidebitur. Tertio nota. Ex motu uentositatis per in
testina causatur sonitus quidam, qui cōmuniter dicitur
rugitus. Si tamen fuerit uentositas pura, fit sonitus cla-
rus & acutus propter motum uentositatis purę uelo- Rugi-
ciorem, & ipsam etiam in motu uelocius frangi. Si uero tus.
fuerit uentositas humoralibus humiditatibus cōmixta
generatur sonitus quidā raucus uel obtusus propter uē-
tositates illas tardius moueri & minus frangi in motu.
Ad propositum per subrugientia intelligitur sono illo
rauco uel obtuso sonantia, cuius causa est humiditas iā Subru
dicta. Quarto nota. Per dolorem lumbi intelligere de giens.
bemus dolorem ex directo carnium istarum musculosa
rum quę exiter lumbi uocantur. non tamen sic q dolor Lūbi
ille sit in lumbis, sed in intestinis secundū inuolutiones dolor.
tamen intestinorū uersus lūbos iam dictos existentiū,
per quod significatur materiā ipsam & uentositatē, &
per flexuositates intestinorū ad inferiora declinare, &
ex hoc colligitur causa uerificās apho. Quinto nota.
Vētositas in materiebus humoralibus cōmixta iuuat ad Vētosi
earum expulsionē multis modis. Primo quia uias dila- tas cur
tat. Secundo quia expulsiuā stimulat. Tertio quia matē iuuet
riam cui cōmiscet agitat. Quarto quia rarificat. Quin expul-
to quia ipsa uentositas facile impellitur, & ad impulsio sionem
nem faciliter recipit impetū quo recepto facile materias
propellit quibus obuiat, ut patet in tussi & bōbardilis Bōbar
puerorū, & sic de aliis. Ex quo patet q uentositate per della pu
se sine materia erumpente remouetur una de potissimus erorū.
causis expulsionis. s. uentositas, & sic poterit esse q nō
humectabit uēter, multa etiā puocata urina nō fluer;
quā una eāo minus alia, ut infra apho. ultio declarabit.
Secunda cōclusio. Talis suspensio & subrugitus hy-
pocundriorū maxime fiunt in febribus. Probat, quia ī
febribus maxime abundant materię per fluxū uentris
expellibiles & uentosabiles. igitur, patet cōsequētia. &
assumptū circa litterā declarabit. Primo nota. Per se.
materiales esse intelligendas potissime depēdentes Se
cundo nota. Hoc maxime fieri in fe. Primo quia in febri
bus maxime abundant materiæ peccantes tam proprie
q̄ cōes circa nutritiua mēbra. Secūdo q' in fe. maxime
fit materierū uentositatio, debilitato calore naturali, aut
in crudas & indigestas operante materias. Tertio, quia
in ipsis maxime fiunt indigestiones ad quas sequitur hu
morum & uentositatum multiplicatio. Et similis sen-

Rasis: Auicē. tentia colligitur. 16. Cōtinentis capitulo primo. et. 14. tertij. in summa. capitulo ultimo. & secunda quarti capitulo de signis declinationis materiæ ad uias egestionis ibi. & altitudo eius quod est sub hypocundrijs & augmētum eius & permutatio rugitus & doloris dorsi &c. Et ampliatur ut dictum est. Dubiū circa dicta. Quomodo uentositas grossa potest esse causa retentionis fæcum & causans cholicam, & quomodo iuuat ad expulsionem, uidisti prima primi.

Aphorismus. 74.

Quibus spes ad articulos apostema conuerti, eruet ab apostemate, urina grossa, & multa, et alba facta, uelut in laboriosis febribus. Et maxime si quartanis quibusdam incipit fieri. Si uero sāguis ex naribus fluat, ualde celeriter soluūtur.

The. Quibus abscessurum in articulos est, ijs eximit abscessus urina crassa, copiosa, alba. Qualis in febribus laboriosis quarto die nōnullis exire incipit. Sed si sanguis quoque e naribus eruperit, breui admodum leuabuntur.

Leo. Quibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa. crassa et alba facta. Qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si uero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Si uero.)

Prima conclusio. Vrina multa grossa alba eueniens in die. 4. idest in die indicante criticam in corporibus ægrotantibus talibus ægritudinibus quales sunt febres laboriosæ in quibus est spes in articulis fieri apostases eruet ista corpora ab apostasi, uel ponatur ista corpora ægrotantibus sicut febribus laboriosis, in quibus est suspicio aduētus apostasis in articulis liberat eos ab apostasi urina grossa alba multa. Probatur, quia per istā euacuatur materia factura apostases. igitur. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabit. Primo nota. Spes, idest suspicio ad articulos, & per articulos omne emunctorium apostasim enim collectionem apostemosam. Secundo nota. Quia dicit multam per quam significatur materiam multā euacuari, grossam & albam quæ attestantur materiebus peccantibus, & hoc præcedentibus signis digestionis in febribus laboriosis, idest lapsitudini coniunctis, ut supra si quartanis quibusdā diebus, idest indicatiuis, p quod significat expulsio critica & ordinata, incipit qa in alijs cōplebitur.

Secunda conclusio patet. Nota hoc intelligendum materia in uenis existente & stante sanguinis peccato, aut materia multum sanguini commixta. Idem habet secunda quarti. capitulo de signis crisis cum exitura. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Aphorismus. 75.

Si sanguinem: aut pus minxerit, renum, aut uesicæ ulcerationem significat.

The. Si sanguis aut pus effluit per urinam, exulcerationē aut renum, aut uesicæ significat.

Leo. Si sanguinem, aut pus mingat. aut renum, aut uesicæ exulcerationem significat.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista Mictus sanguinis aut saniei uel secundum alios mictus sanguinis cum sanie significat ulcerationem uesicæ aut renū. Probatur sic. huiusmodi mictus significat sanguinem uel saniem ex renibus uel uesica educi. igitur conclusio uera tenet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur. 18. tertij. tract. secundo capitulo de ulceribus renum, 19. capitulo secundo de ulceribus uesicæ, & de mictu sanguinis. & aliqualiter colligitur à Serap. quarto sui breuiarij capitulo. 14. Et est utilis in actu practico. & ampliatur ut patet. Auicē. Serap.

Primo nota. Hic per sanguinem intelligendum esse sanguineam massam, nō autem sanguinem purum. Et notanter dixit minxerint, ad denotandum hoc frequenter contigisse. Secundo nota. Sanguinis mictus uel mictura potest ex multis causis contingere, ut. 19. tertio allegato capitulo. Primo à causa exteriori. sicut casu uel percussione uel potu ueneni istas uias excoriantis, et potu cantaridum & similium. & de hoc non est hic sermo. Secundo à causa interiori. Et huiusmodi causa potest esse multiplex. Prima ex substantia sanguinis in toto, unde repletis uenis nimis sudat sanguis ad extra, aut uenarum aperiuntur orificia, aut cogitur uirtus, ut se degrauet cum aquositate per emulgentes uenas plurimum emittere sanguinem. Secunda causa potest esse sāguinis subtilitas & acuitas quare stimulat uirtutē, aut per uenas resudat, uel non potest uirtus renum ipsum retinere subtilitate sua. Tertia causa debilitas contentiuæ uenarum aut hepatis aut renum non potētium aquositatē à sanguine sequestrare, quia cū aquositate emittitur sanguis, sicut hydropico contingit & dyssinteriā hepaticam patientibus. Quarta quando expellitur sanguis critice per urinam, sicut etiam frequenter per hemorroidas. Quinta causa potest esse membri abscisio, ut manus uel pedis, sed hoc reduci potest ad primum abscisio enī pede cum in hepate tantūdem generetur de sanguine sicut prius, non totum cedit in nutrimentum, cū unum membrorum nutriendum deficiat, quia paulatine aggregatur in uenis, donec uirtutē grauet & stimulet ad se expellendum, quem expellit quandoque fluxu uentris, quandoque fluxu sanguinis narium, quandoque per uias urinæ, & aliquando uomitu, & huiusmodi sanguinis mictus quādoque periodicus est, ut. 3. cañ. fen. 19. alleg. capitulo. & illa scilicet sanguinis mictura quæ fit causa resolutionis aut dimissionis exercitij aut abscisionis membri quādoque habet periodos. Sexta causa potest esse apostematis apertio uel solutio continuitatis in hepate uel splene aut alijs membris ut canalibus renū uel uesicæ, aut locis medijs inter renes & uesicā. distinguūtur autem hæc omnia per manifesta signa colligenda locis præallegatis. & tu ibi recurre. Ad propositum cum dicitur in aphor. Sanguinem &c̄. oportet supplere hoc non prouenientē propter aliquam aliam causam de causis iam dictis, quæ per propria dinoscuntur. Tertio nota. Mictus puris potest prouenire ab alijs membris ab instrumentis urinæ, ut apertione apostematis in gibbo hepatis aut in diaphragmate, ut colligitur in locis allegatis quandoque prouenit a renibus, quandoque à uesica, quandoque à cannalibus medijs inter renes & uesicam, quia poris uritidibus, & distinguuntur hæc per manifesta signa. Prima enim causa comprehenditur ex læsione hepatis uel diaphragmatis, Secunda ex dolore renum & quia pus ualde commiscetur urinæ propter longitudinē transitus. & est dolor remissus propter abusionem sensus renū. & sanies est tendens ad rubedinem, aut generatur in uesica. & est dolor uehementior & sanies fætet. et egrediuntur uelut squāmæ quædam, in uijs autem medijs medio modo. Item etiā ex loco doloris quæ non sunt potissime ulceribus non antiquis & confirmatis potest enim exire sanies ab ulcere in concauitate uirgæ existēte, & tunc sanies secundum plurimum antecedit urinā, urina ipsa expellente. Quarto nota. Per ulcerationē intelligi etiam solutionem continuitatis notabilem. in his membris sequatur ulcus propter superfluitates ad membra ista continue fluentes.

Practicus cañ. mictus sanguis. Mictus sangis cā multiplex.

Mictus puris cā.

Vlceratio qd.

Aphorismus. 76.

Quibus in urina grossa, quasi carnium frusta, uel sicut pili sunt, his de renibus exeunt.

Quibus

The. Q uibus cum urina crassa, caruncul ę exiguę aut ueluti cap.llamenta exeunt, ex renibus ijs excernitur.

Leo. Q uibus in urina crassa existente, caruncul ę paruę, aut ueluti capilli una exeunt, his à renibus excernitur.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Vrina grossa existente & cum ea egredientibus substantijs quibusdam quę sunt uelut carnium frusta aut pili, huiusmodi substantię de renibus exeunt, uel sint sicut frusta carnium uel sicut pili cum urina grossa egredientia ex renibus exeunt. Probatur sic. huiusmodi materię à renibus deciduntur. igitur conclusio uera. patet cōsequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur quantum ad primam partem. 18.3.tract. secundo capitulo de ulceribus renum. & quantum ad secundam. 19. fen trac. secundo capitulo. 20. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per urinam grossam in proposito intelligendam esse mediocrem, quia non sit grossa nimis nec nimis subtilis, sed in substantia mediocris. Ad quid autem sic intelligere oporteat, uidebitur in causa uerificante aphor. Secundo nota. Exeuntium cum urina quędam ex toto pręter naturam egrediuntur, quędā uero naturaliter. Exemplū primi, sicut lapis. Exemplum secundi, sicut hypostasis laudabilis. Eorum uero quę ex toto genere pręter naturam egrediuntur, quędam sunt indicantia prius q̄ euacuentur aliquando de sua retentione quędam indicant de sui expulsione Exemplum primi, sicut sanguis laudabilis purus ex scissura uenæ egrediens, aut etiam frusta carnium. Exemplum secundi, sicut lapis & arena, & pilus & huiusmodi. Et iterum indicantium de sua retentione, quædam fuerunt partes membrorum quædam non. Exemplum primi, sicut frusta carnium. Exemplum secundi, sicut sanguis. Ad propositum de duobus facta est mentio in apho. scilicet de frustis carnium & pilis. Tertio nota. Per frusta carnium intelligenda esse quædam uelut grana, ut Gal. 7. interiorum capitulo secundo partibus uel frustulis carnium similata ad rubedinem uel modum substantiæ carnis tendentia quæ colando urinam maxime discernuntur. consequuntur autem ulcera & corrosiones substantiæ renum humore enim ulcerante renes & corrodente aliquę particulæ carnosę separantur & ad poros uritides simul cum urinis expelluntur, quæ postea in urina apparent. Q ualiter autem sit possibile illas expelli collige modum. 14. tertij. capitulo de causa ascitis. & dicitur quasi, quia non omnino ueram seruant carnis similitudinem, & ꝓpter corrosionem & propter longum transitum & longam ipsarum cum urina permixtionem. sunt autem ad rotunditatem tendentia, propter partes angulares in trāsitu rotundari. Q uarto nota. Huiusmodi frusta cum sint à substantia renum decisa debent esse ad rubedinē tendentia, quia etiam substantia renū est solida in substantia, debent etiam esse solida in substātia. Et ex isto cum dolore renum compræhenso & mordicatione comprehenditur differentia inter huiusmodi frusta & sanguinem coagulatum cum urina expulsum. Q uinto nota. Per pilos intelligenda esse pora quædam gracilia in longum protensa ad similitudinem pilorum simul cū urina emissa generata in renibus calore forti agente in materiam uiscosam & grossam & ipsam extendente & per loca angusta expellente, licet Gal. allegato loco dicat etiam in uenis generari, & ad hoc adducit similitudinem corporis neruei uel neruo similis ex sanguine glutinoso uel humore in uenis cruris generari. & modus satis est clarus. Et ex his patet primo. materia enim generationis non est terrestris, quia dilatationem siue extensionem non reciperet, sed potius in arenulas aut lapidem renum conuerteretur, nec est aerea uel aquosa subtilis, quia tunc in uaporem conuerteretur. est enim materia tenax siue uiscosa grossa, quæ uiscositate sua resistit resolutioni. Item etiam resistit terrestrificationi & incinerationi. Patet secundo calidum huiusmodi non esse multum diminutum, non tamen ita forte sicut arenę uel lapidis generatiuum. Tertio patet modus generationis. materia enim uiscosa existente, calor agit & ipsam extendit, & per loca angusta paulatim, & per partem ante partem propellit, cuius uiscositate partes inuicem adherent tenaciter & non separantur, unde cōtinua propulsione cum extensione caloris generatur corpus quoddam subtile in longum protensum sub forma pili. Patet quarto q̄ etiam generatur in uenis. causa immediata est debilitas uirtutis digestiuę, & firmo do quo corpus illud rubeum, de quo dixit Gal. allegato capitulo. Ex quibus ultimo patet causa uerificās apho, apparente enim urina mediocri quod notanter dicitur, quia tenuis uel grossa posset aliam dispositionem in mēbris alijs significare, cum his significantur dicta. & hoc de urina media bene declarabitur in commento. Ex his omnibus potest colligi q̄ pilus est uel potest esse causa morbi uel morbus uel accidens. Potest enim esse causa morbi quia oppilationis coartatio. Item etiam morbus in numero immediate lędendo. Tertio accidens, quia extens mutatum.

Vrina grossa quid.

Frustū carnis quid.

Pilus urinæ qd.

Vrina mediocris uel media.

Aphorismus. 77.

Quibus in urina pingui existēte, furfura mingũtur, his uesica scabit.

Q uibus cum urina crassa, furfurea quędam exeunt ijs uesica scabie affecta est. The.

Q uibus in urina crassa, furfurea quædam simul exeunt, his uesica scabie laborat. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Vrina existente mediocri, & sicut squamis furfureis apparentibus in urina, uesica scabit, id est scabiem patitur. Probatur. huiusmodi urina existente non apparet aliquod aliud membrum à quo possent huiusmodi squamę decidi. igitur conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem habetur secunda primi capitulo de significationibus hypostasis. 7. theo. capitulo illo. primo purgato. & . 19. tertij. capitulo de scabie uesicę. tra, secundo. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. & quarto colliget capitulo de signis hypostasis. Primo nota. Per urinam pinguem debemus urinam naturalem et mediocrem intelligere quę pinguis appellari potest. quod est enim bene digestum quodammodo pingue est propter debitam commixtionem humidi aerei & unctuosi cum sicco terreo, quia igitur naturalis bene digesta est, ideo & pinguis potest quodammodo appellari. Secundo nota. Per furfurea intelligenda esse corpuscula quędam lata, quasi supeeficialia squamis furfureis assimilata, aut corticibus frumenti. Tertio nota Huiusmodi squamarum exitus cum urina ex multis causis posse contingere Primo à causa primitiua, sicut potuum excoriantium uesicam, ut cantaridum. Vnde Auicen. secunda primi. doct. tertia capitulo de significationibus hypostasis. & dixerunt quidam cuidam homini tribuisse cantarides &c̄. de illis non est sermo. Secundo à causa intrinseca & corporali. Et hęc ut ex dictis auctorum colligi potest quadruplex est. Prima magna incensio in sanguine & hepate ex qua aliquę particulę hepatis & sanguinis aduruntur, & cum urina exterius expelluntur sub forma squamarum, & appellatur hypostasis squamosa ab Auicen. 2. primi allegato capitulo. Secunda causa potest esse fortis adustio intra uenas exi-

Auicē. Halia. Auer.

Vrina pīguis quid.

Furfureū qd.

Vrinę squamosę cā.

Auicē.

Hypostasis squamosa.

ſtens, quæ te fit à ſubſtantia uenarum ſeparatio quarundam partium corticalium ſquamis ſimilium. Tertia cauſa poteſt eſſe ſcabies renum ex qua ſeparantur à renibus quędā ſquamę furfureæ. Quarta cauſa poteſt eſſe ſcabies ueſicę, ex qua ſquamæ quędam quaſi furfureę albę ſeparantur. Poſſumus etiam addere aliam .ſ. ſcabiē in poris uritidibus, quæ inter renes & ueſicam mediāt. Differunt autem hæ ſquamę ab inuicem, quia in primo caſu nō eſt urina naturalis nec media, ſed ſecūdū pl'm tenuis ignea. Et ſimilit' in ſecūdo. ſtāte. n. uehementi intēſione in hepate uel uenis notum eſt urinam non egredi naturalem. In tertio uero caſu percipitur dolor aut pruritus circa renes, ut. 18. tertij. trac. 2. cap̄. de ſcabie renum. ſunt cum ſignis ulcerum in exitu eius quod egreditur cum cōmotione & prurisu in loco renum &c̄. & illud quod egreditur de ea quę ſic in meatibus eſt panniculoſum & cum hoc ſunt ſquamę ille ad rubedinem tēdentes. In quarto caſu percipitur dolor & pruritus circa radicem uirgę & mictum album rarū cum fętore & parum urinę & hypoſtaſis cōmixtę, & de iſta in propoſito eſt ſermo. Ex quo colligitur cauſa uerificans apho. ſic conditionatū quibus uelut furfures cum urina pinguiori .i. mediocri, ut Cōmentator in cōmen. & apparente dolore circa radicem uirge &c̄. Quarto nota. Per ſcabiem ueſicę intelligendum eſſe ſuperficialem ueſicę ulcerationem propter humorem ſalſum uel acutum.

Veſicę ſcabies quid.

Aphoriſmus. 78.

Quicunque ſanguinem ſponte mingunt, his de renibus uenæ rupturam ſignificat.

The. Quicunque ſponte ſanguinem mingunt, ijs uenulā ruptam eſſe in renibus ſignificatur.

Leo. Quicunque ſponte ſanguinem mingunt, his à renibus uenulam ruptam ſignificatur.

Expoſitio Iacobi.

Cōcluſio apho. eſt iſta. Sanguis mictus ſignificat uenę rupturam in renibus. Probatur, quia non apparet ꝓbabiliter; unde decidi poſſit ſanguis hic aliunde. igitur. patet conſequentia. & aſſumptū circa litteram declarabitur. Idē habetur. 19. tertij. trac. 2. cap̄. 20. de mictu ſanguinis. Et eſt utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Sponte. exponitur primo naturaliter. ut in ſecūdo apho. primę particulę. Secundo ſine manifeſta cauſa extrinſeca, ut labores ſpontanei. Tertio ſponte .i. ſubito. Taliter hic .ſ. quia non præceſſerunt notabilia ſigna uel accidentia hoc indicantia, ut dolor uel aliud huiuſmodi.

Auicē. Sponte exiť qd

Secundo nota. Sanguinem multipliciter mingi poſſe. Primo à cauſa primitiua, ut ſupra apho. 18. declaratū eſt. Secundo ab intra uel à cauſa corporali. Et hoc iterū multipliciter. Primo ab hepate uel uenis uel alijs membris extra membra urinæ. Secundo à renibus. Tertio à ueſica propter apertionem uenarum ueſicæ ex ulceratione uel ſimili. Primo modo poteſt prouenire aut propter abundantiā ſanguinis in toto aut criſim aut membri mutilationem aut debilitatē contentiuæ & diſcretiuę hepatis uel uenarum. Ex renibus autem aut propter debilitatem contentiuæ uel uenæ apertionē, & ſi apertionē uel fracturā uel perforationē à ueſica, patet. Differunt autem, quoniā ſi ab hepate uel uenis egreditur aquoſitati urinali plurimū eſt cōmixtus propter longitudinē tranſitus. Et fractura uero uenæ in renibus egreditur purior & minus cōmixtus propter breuitatē trāſitus. Differt etiam factus ab ulcere corrodente à facto propter rupturā, quia ille eſt niger aut uirulentus aut ſorditiei cōmixtus, alter uero nō. Similiter uero differt à facto propter ſubtilitatem eius, maxime uero ex phlobotomia. factus etiā à perforatione differt à facto à fractura, quia ille paulatim hic ſubito. Ex quibus patet ueritas apho. bene intelligenti taliter cōditionati. Quicunque ſponte .i. ſubito ſanguinem .ſ. purum urina non multum cōmixtum & multum mingunt &c̄. De ſanguine autem à ueſica egrediente, patet in cōmento.

Sāguis mictus cā multiplex

Sāguis exiēs

Aphoriſmus. 79.

Quibuſcunq; in urinis arenoſa ſubſtant ſedimina, his ueſica aut renes lithiaſim habent.

Quibus in urina deſident arenoſa, ijs calculo ueſica laborat. The.

Quibus in urinis arenoſa ſubſiſtunt, his ueſica laborat calculo. Leo.

Expoſitio Iacobi.

Concluſio apho. eſt iſta. Arenā ſubſtans in urina eſt ſignum lapidis renum aut ueſicæ. Probatur ſic. arena huiuſmodi ſignificat materiam ex qua generatur lapis renum uel ueſicæ, & cum hoc ſignificat agens .ſ. calorē terreſtrificantē. igitur concluſio uera patet conſequentia. & aſſumptum circa litterā declarabitur. Idem habetur. 3. cañ. 18. tract. 2. cap̄. de lapide renum &. 19. trac. primo cap̄. de lapide ueſicæ. & 4. breuiarij Serapionis capitulo. 19. ſ. de generatione lapidis. Et eſt utilis apho. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per arenas intelligendas eſſe ſubſtantias quaſdā granuloſas arene ſimiles quandoq; ad albedinem, quandoq; ad rubeum colorem declinantes. Secundo nota. Huiuſmodi arenoſas ſubſtantias quandoq; decidere à membris uel uenis ut hepate, uel uenis alijs ab inſtrumentis urinæ, quandoq; autem à renibus uel ueſica. A membris autē dupliciť. Primo ꝓpter lapidoſitatē in mēbris exiſtentē, ſicut. 4. interiorū. ulti. cap̄. de illo in cuius pulmone lapides generabantur, & ipſe eum tuſſi expellebat & nō uidetur impoſſibile aliquas particulas ad minima diuiſas illorū etiam expulſas fuiſſe per urinam. Item. 6. interiorum capitulo primo auctoritate quorundam dicitur in inteſtinis lapides generatos eſſe. Ego autē uidi lapidem ſub lingua generatum in domino Nicolao de ſūma ripa. Secundo propter fortem aduſtionem in ſanguine & humoribus contingente, qua aliqua pars incineratur et ad ſubſtātiam cōuertitur arenoſam, ſicut in febribus adurentibus frequenter apparet. Differt autem hæc arenoſa ſubſtantia ab illa quæ à renibus uel ueſica deciditur, quia iſta non deſcēdit, immo frequēter ſupernatat. Primo quia à calore leuigatur. Secundo quia ex longitudine tranſitus ualde condiuiſiua eſt & commixta urinæ. Tertio quia tranſiens per loca anguſta eſt multum ſubtiliata. econtra autem ſe habet de arenulis à ueſica uel à renibus deciſis propter cauſas oppoſitas. Ex quo patet primo ꝙ ex arena non deſcendente uel ſubſiſtente ſignificatur ipſam à longis partibus prouenire. Patet ſecundo quare dixit ſubſtant, ut per hoc excluderentur non ſubſiſtentia. Tertio nota. Tam in renibus ꝗ in ueſica contingit lapidem generari, & conueniunt iſti lapides inter ſe & differunt. Cōueniunt primo in materia, quia utriuſque materia eſt humor groſſus uiſcoſus. conueniunt autem in generante, quia utrobique fortis calor terreſtrificans, licet ſit intēſius & fortius circa renes ꝗ circa ueſicam. Differunt autem in magnitudine, quia maior ut plurimum in ueſica. Item in colore quia genitus in ueſica declinat ad albedinem uel nigredinem uel colorem cineritium. econtra autem in renibus. Differunt etiam in duritie & aſperitate. durior enim eſt lapis ueſicæ & aſperior ꝗ lapis renum. & proportionabiliter differunt arenulæ à renibus & ueſica prouenientes lapis enim non eſt niſi multitudo arenoſorum corpuſculorum ad inuicem congeſtorum ſiue conglutinatorum.

Auicē. Serap̄. Arena quid. Gal. Lapis generatur duͤ Lapidis ueſicæ et renū differētia

Ex quibus poteſt colligi modus generationis lapidis renum. materia enim uiſcoſa groſſa ad renes proueniente, & ibi retenta, aut propter debilitatem expulſiuæ, aut oppilationem cannalium, calor agit in ipſam eius ſubtile & aquoſum conſumendo, quare terreſtrificatur hæc materia donec incineretur & induretur,

Lapidis cā.

retur, non remanente aliquo glutinoso humido has partes sic terreitrificatas continuante generatur quoddam corpus ducum lapideum quod lapidem nominamus. Si militer enim contingit in uesica. materia enim grossa ad uesicam expulsa, quæ est membrum exangue frigidum ibi longo tempore retinetur, & calido paulatine te soluente subtile coagulatur donec tandem ad subitatia terreitrem lapideam cōuertatur. & hinc est q hic lapis est maior q̃ lapis renum, & durior & amplior, quia loti go tempore retinetur ad albedinem declinans, quia materia est penitus à sanguine denudata. econtra uero se habet lapis renum. Ex quibus ut fundamento soluuntur quædam problemata à nostris doctoribus posita. Primum. Q uare in pueris uel adolescentibus non generat lapis renum, sed uesicæ, econtra in senibus, cum tamen in renibus puerorum caliditas sit maior & potentior ad terrestrificandū q̃ in senibus. Secundum. Q uare nec in puellis generatur sic lapis, nec in uesica nec i renibus, sicut in pueris. Tertium. Q uare in pinguibus magis generatur lapis renum q̃ uesicæ. econuerso uero in ma cris. Ex quo patet intellectus unius dicti Auicē. 19. tertij. & ille cui plurimum aduenit lapis uesicæ est extenuatus. Q uartum. Q uare minus in iuuenibus q̃ in senibus sit lapis renum & minus etiā uesicæ q̃ pueris.

Tra. I. Cap. 5

Q uintum. Q uare in habentibus uentrem stypticū magis generatur lapis renum q̃ habentibus fluxibilē. Sextum. Q uare in habentibus continue arenosas urinas non generatur lapis nisi raro. & si generat, generatur durior. Vltimum. Q uare urina ex qua fit sal significat corpus preparatum ad lapidem renum, quę om nia colligi possunt. 3. 18. cap. & 19. alle. capitulo. Ex quibus etiam infertur possibilitas eius, quod dicebatur supra scilicet lapidem in intestinis & sub lingua & sub pulmone generari. Ad primum enim dicitur q in pueris & adolescentibus est uirtus expulsiua renum fortis & humores subtiles respectu renum, quare expelluntur ad uesicam, quia tamen uesica est membrum exangue debile & frigidum non potens superfluitates resoluere, nec subtiliare, & in ipsis propter gulositatem & in ordinatos motus supra repletionem plurimę tales abundāt superfluitates. hinc est q contingit illas in uesica congregari, & tandem secundum modum supra positum in lapidem conuerti. Econtra uero in senibus uirtus renū debilis, & humores grossi qui non expelluntur ad uesicam, sed in renibus ad lapidem conuertuntur. Colligit hæc solutio. 18. tertij. alleg. cap. & clarius à Serap. alleg. cap. Ad secundū dicitur ut ibidem habetur. q col lum uesicæ in puellis est breue & amplum ualde, quare superfluitates uesicæ per illud facile effunduntur. sicau tem non est in pueris. in mulieribus autem minus multiplicatur lapis renum propter earum frequentem menstruationem, qua humores crudi apti conuerti in lapidē euacuantur. Ad tertium dicitur sicut ad primum. in pinguibus enim constrictis & angustatis uijs renum minus expelluntur materiæ à renibus ad uesicam, sed retinentur. Econtra uero in maceris. Vnde. 18. tertij alleg. capitulo. & ille cui aduenit plurimū lapis uesicæ est extenuatus. Ad quartum patet. q iuuenibus minus fit lapis q̃ senibus propter uirtutis fortitudinem & humores subtiliores. minus etiam uesicæ q̃ pueris propter idem & propter minus materias phlegmaticas abundare, & propter eorum regimē esse secundum plurimum ordinatius. Ad quintum dicitur q in habentibus uentrem stypticum superfluitates plurimæ per secessum euacuādæ tendunt ad uias renum, ideo. Ex quo in hac passione patet enematū utilitas. Ad sextum dicitur q si quis habet urinas continuæ arenosas multum sunt uiæ renum amplæ, quia materiæ in lapidem conuertibiles non retinentur, sed tamen si contingat retineri fit lapis durus & magnus ut patet. Ad ultimum dicitur q per illam significatur in renibus esse caliditatem fortem materierū

Auicē. Serap.

attractinā & ipsarum incineratiuā, ideo. Q uarto nota. Non esse intellectū Hippo. q semper sit lithiasis ubi arenosa subsistant sedimina, sed uult q quibus præter solitum contingit hoc ibi est lapis, quia. s. actu generat uel est in generari, uel dispositio est ut generetur lapis in eisdem. dant etiam alij alium intellectum, sed iste sufficit, & hoc si perseuerent arenosa sedimina. Lithiasis.

Aphorismus. 80.

Si sanguinem mingunt, aut trumbos, & strāguriam habēt, & dolor incidit in pectinē, & sub uētre, & pitoneon, circa uesicā dolorē significat.

Si quis sanguinem mingit, & grummos, & guttatim emittit urinam, at dolore ad uentrem imum, & pectinem, & femen uexatur, morbis circa uesicam laborat. The.

Si sanguinem mingant, aut grumos, uel stillicidium urinæ habeant, & dolor in imum incidat uentrem, et pectinem, & femen, circa uesicam labor est. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Corpore mingente sanguinem & trumbos & stranguriā habente, & dolore incidente in pectine & sub uentre & peritoneon, hæc omnia significant passionem uel dolorē esse circa uesicam. Probatur sic. huiusmodi accidentia consequunē nocumentum existens circa uesicam. igitur conclusio uera. patet cōsequentia. & assumptū circa litterā declarabit. Concordia & ampliatio & utilitas colligitur ut supra & infra. septima huius apho 4. Primo nota. Per sanguinem intelligere debemus sanguinē liquidū fluidū. Per trumbos uero coagulatū & ad formā paruæ sanguisugæ deductū. Secundo nota. Strangurriā. i. impedimentum in emissione urinæ, unde stranguria greæ latine difficultas mingendi, quādoq; n. sumitur pro impotētia retinendi, hic sumitur primo modo. Tertio nota per pectinē partem à femore ad umbilicū sub uētre. Illa sunt partes per quas trāseunt pori urindes. Per pitoneon uero partē illam quæ est inter anum & testiculos in uiris, licet Simon ianuensis dicat peritoneon esse syphac, & pro isto allegat Ioannē Serap. cap. de hernia dicentem. q huius nōis peritoneon est extensus super uentrem. Q uarto nota. Hic multa esse signa posita, quorum aliqua significāt nocumēta circa renes & circa ilia sub uētre aliqua circa poros uritides, dum dicit in pectine. aliqua circa uesicā ut pitoneon. Ex quo infert sentētia Com. I cōmē. circa uesicā, qa I uesicā uel circa puta I alijs urinę instr̃is. Ex qbus colligit cā uerificās apho.

Dēc. duplr. Strāguria qd, Pecten qd, & illū & pitoneon.

Aphorismus. 81.

Si sanguinem, aut pus mingunt, aut squamas & odor grauis sit, uesicæ ulcerationē significat.

Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas mingit, et cū grauēolentia in urina, exulceratio uesicæ significat. The.

Si sanguinē, aut pus minxerit, aut squamulas, & graius odor adsit, uesicæ exulcerationem significat. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio aphor. est ista. Mictus sanguinis & saniei & dolor grauis eius quod mingitur significat uesicæ ulcerationem. Probatur sic. ex ulceratione uesicæ sequūtur hæc accidentia sicut ex causa. igitur conclusio uera. patet consequentia, quia semper effectus est aptus suam causam demōstrare. patet consequentia, & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Per sanguinem uel purum sanguinem intelligi posse uel etiam saniei commixtum, maxime uero secundo modo. & per pus potest intelligi sanies sine laudabilis siue uirulenta, quæ squama supra dicta est. Secundo nota. Odorem grauem, id est grauiter fœtentem, ideo contingere, quia multę superfluitates concurrunt ad uesicam, & ibi retinentur ulcere ibi existente, quia etiā

Pus qd sanies dupl. squama quid.

debilis est uirtus uesicæ putresiunt ualde quare fit grauis. Tertio nota. Ad ueritatem requiri conditiones alí quas supra tactas, ut q̃ urina sit naturalis per quod comprehenditur hoc ex uenis uel ex alijs membris non prouentre, & q̃ squamæ sint albę, & q̃ appareat dolor in locis supra tactis.

Aphorismus. 82.

Quibus in urinali uia pustulæ nascuntur, sanie facta, & erupta, solutio fit morbi.

The. Q uibus in urinaria fistula tubercula oriuntur, his suppuratione facta, & eruptione leuatur dolor.

Leo. Q uibus in urinaria fistula tubercula nascuntur, his suppuratione facta, & eruptione, solutio,

Expositio Iacobi super apho.

In isto apho. Hip. intendit ostendere nobis terminationem pustulæ uel apostematis uenientis in uirga interi sece per quoddam signum postq̃ per quædam signa docuit cognoscere ulcus uesicæ. & uult istam cõclusionẽ, quia tale apostema ueniens ad saniem curatur. & est cõclusio generalis de omni apostemate. quæ conclusio probatur sic. quia per aduentum ad exituram ad quam sequitur euacuatio materię, curat apostema, ut patet. 4. tertij. Similis sentẽtia habetur. 19. 3. capitulo de difficultate urinę. Et est utilis in actu pronostico & curatiuo, quia actu cognoscimus finem & docemur uenire ad finem. Et ampliatur ad omnia apostemata quę possunt saniari. Et hoc dico propter apostemata uentosa & dura.

Auicẽ. Virgæ pustu-larũ & apãtũ prono-sticus curati-uusque canon.

Expositio Iacobi super Cõm. Gal.

Ob sermonis. In isto apho. Commen. primo narrat utilitatem apho. Secundo ampliat ibi (Verum si diligentius.) Dicit in prima uidetur q̃ iste aphor. sit inutilis, quia est per se notus. quia canõ generalis est q̃ omne apostema per saniationem terminatur. Respondet Gal. q̃ datur per illum aphor. aliud intelligi. s. cura accidentis urinæ, quod est strãguria sequens ad id apostema quod oppilat uias urinæ, quia per solutionem illius apostematis curatur stranguria. Verum si diligentius. Nunc ampliat, & primo instat contra se, quia possibile est tale apostema terminari per uiam resolutionis & non ad saniem, & sic curabitur, sicut saniatio & similiter strangutia curatur. concedit apostema posse terminari, siue ad saniem siue ad resolutionem. hunc tamẽ modum terminationis sicut manifestior em Hippo. posuit.

Aphorismus. 83.

Vrina multa facta noctu, modicum secessum significat, & econuerso.

The. Mictio noctu copiose facta, exiguam fore deiectionem significat.

Leo. Mictio noctu plima facta, paruã sigñat deiectioné.

Expositio Iacobi super apho.

In pręcedenti ostendit Hip. terminationem apostematis intrinseci uirgæ, nunc in isto uult comparare urinã ad secessum quæ fit tempore noctis. Et uult istam conclusionem. Si urina multa mingatur de nocte, q̃ tunc regulariter secessus debet esse paucus. & econtra. Ista probatur, quia si urina est multa, significatur parum humiditatum remãsisse in materia fecali, & per cõsequẽs feces exiccatas & minoratas. & si feces sint multæ significatur parum de humiditate iuisse ad renes, & per consequens diminute fieri urinam. Et similis sententia ponitur. 19. tertij. capitulo de multitudine urinę. Et est utilis ad significandum quando oportet parum ad euacuandum per urinam aut per secessum intendere. Et ampliatur ad omnes euacuationes quæ seinuicem possunt diuertere, sicut secessus & urina. Considera quod dixit noctu, eo q̃ digestio in qua fit sequestratio superfluitatum à uirtute melius perficitur de nocte, Item dixit

Estandi actus practicus.

multa, quia si non foret multa non sufficeret ad id monstrandum, nec econtra.

Expositio Iacobi super Com. Gal.

Q uod quidem necessarium. Cõmentator primo uerificat apho. secundo tangit eius utilitates. Tertio uerificat illam partem noctu, secunda ibi (Docebit autem.) Tertia ibi (Noctu autem.) De prima dicit. q̃ nõ est dubium q̃ si fluat humiditas ad uenas & tandem uesicam scilicet ex uentre q̃ fit minoratio egestionum, & similiter fecibus multiplicatis minoratur urina. Docebit autem. Dicit secundo. q̃ dicit hoc ad ostendendũ quomodo medicus utatur diæta conuenienter in fluxu uẽtris. Nam uentre existente magis soluto q̃ debet minoretur potus & deriuetur materia ad uesicam, sed uentre existente sicciori maioretur potus, & quantum possumus ne in uenas exeat prohibeatur. Noctu autem &c̃. De tertia dicit. q̃ Hip. dicit noctu, quia tunc est tempus digestionis, & debet intelligi ut expositum est.

Hęc pe nõ habetur i Galeno.

Finit particula quarta. Sequitur quinta.

Aphorismus. 1.

SPasmus ex elleboro, mortale.

The. Conuulsio à ueratro, letalis est.

Leo. Conuulsio ex elleboro, letalis est.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Spasmus ex elleboro proueniens est mortale. Probatur. huiusmodi spasmus significat exiccationem membrorum & consumptionem non releuabilem per resumptionem. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur à Mesue in de consolatione medicinarum intentione quarta capitulo. 13. scilicet ultimo dum inquit. factus autem ex purgatione est spasmus siccus, & est ille quem Hip. condẽnauit mortalem esse. & proprie quando accidit ut confirmetur. & in summa in suo de appropriatis. capitulo de spasmo. & secunda 3. capitulo de cura spasmi & primo breuiarij capitulo. 27. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota Hic terminus spasmus sumitur dupliciter. Primo proprie qualiter describitur secunda tertij. alleg capitulo. Spasmus est ægritudo neruosa quæ mouentur lacerti ad principia sua, & inobediẽtes sunt in dilatatione, ut declaratum est supra tertia huius super illo. Febrem in spasmo. ubi declaratum fuit. In hac descriptione ly ægritudo sumi potest communiter ad ægritudinem & accidens &c̃. & tunc ly qua denotat circunstantiam formalis causæ. potest etiam sumi proprie, & sic est ægritudo in mala figura qua immediate impeditur membrũ &c̃. Ex quo patet spasmum ut sic sumi posse pro ipso contracto esse membri, & sic est ægritudo in figura. quandoq; pro illo motu malo quo sic contrahitur, & sic est accidens qualiter sumitur quinto de accidenti. ubi dicitur spasmum esse motum malum. si tamen per spasmum intelligatur tale extensionis impedimentum est actio læsa ut patet. Secundo sumitur spasmus magis communiter pro omni ægritudine neruosa, qua impeditur membri extensio uel contractio, siue contrahatur, siue tensum maneat membrum, & sic extendit se usque ad thetanũ, & sic sumit̃ hic, uel sit sensus spasmus uel thetanus &c̃.

Mesue

Auicẽ. Serap. Spasmus dupliciter

Ægritudo d[illegible]

Secundo nota. Per elleborum intelligendum esse omnem medicinam exoluendo uehementer euacuantem.

Tertio nota. Spasmum duplicem esse scilicet proportionatum & non proportionatum ad materiam. Et adhuc proportionatũ esse duplicem. s. repletionalem siue humidum & ex inanitione siue siccum. Et tu hoc declara ut supra alleg. cap̃. Q uarto nota. Ex forti medicina corpori indebite approximata posse omne genus spasmi prouenire, ut colligi potest à Mesue in suo de consolatione libro primo ulti. cap̃. et aliqualiter secunda tertij. alleg. cap̃. Primo ex ea potest prouenire spasmus nõ proportionatus ad materiam duplici modo. Primo ponendo q̃

Spasmus duplici mõ. Mesue Q ũo ex pharmacis spasmus cãtur.

do q̃

do q corpus elleboro purgatum, intēso frigori occurrat, cuius nerui & lacerti, quia rarefacti propter euacuationem sunt passibiles ab occurrente frigore ingrossante magnum recipiunt nocumentum, quia aut congelantur aut condensantur & uersus originem contrahuntur & sic fit spasmus non proportionatus ad materiā, si tamen tunc in neruis subtilis materia fuisset imbibita occurrēte frigiditate ille spasmus potuisset fieri repletionalis. Secundus modus est ponendo medicinam qualitatem habere uenenosam cerebro & lacertis occurrentē, quare contrahuntur & fugiunt. Potest etiam esse causa spasmi repletionalis. Primo mouendo & agitando materiā multam, quam nō euacuat, sed per corpus currere facit & ad neruos, quare in neruos penetrans, & ībibita spasmum causat repletionalē, & hoc maxime contingit in corporibus ualde repletis in quibus uix expulsionis angustę sunt, & in quorum renibus est excessiua humiditas, & qui sæpe se multo uino suppeditant. Mesue. alle. cap̄. Secundo contingit propterea q medicina eleuat uaporem grossum turbidum qui ad neruos penetrans spasmum causat modo iam dicto. Potest etiam facere & causare & spasmū de inanitione humiditates naturales corporis totius euacuando multum, & per consequens uehementia suę siccitatis neruorum substantiā exiccando, quare contrahuntur & causatur spasmus. Ad propositum dum dicitur spasmum ex elleboro esse mortalem, per talem spasmum proportionatum ad materiam & de inanitione intelligere debemus &c̄. de tali .n. potissime uerificatur ipsum esse mortalem. Quinto nota. Hūc spasmum ex inanitione quandoq; esse uniuersalem quādoq; particularem. In proposito autem de uniuersali potissime est sermo. notum .n. est spasmum particularem non necessario esse mortalem ut in digito contingētem.

Sexto nota. Hunc esse duplicem. s. confirmatum et nō confirmatum. Confirmatū intelligo illum qui post remotionem causæ exiccantis in suo uigore uidet permanere. Econtra autem non confirmatum intelligo. Ad ꝓpositum de confirmato est sermo. significat. n. ualde magnam arefactionem in membris & exiccationem p̄cessisse, à qua non posset corpus nisi in longo tempore releuari, quare cum accidentia spasmi sunt fortia ualde prius deficit uirtus. Ex quo patet spasmum hunc mortalem esse & per uiam signi ut tactum est & per uiam causæ, quia in spasmo uniuersali contractis lacertis pectus mouentibus impeditur anhelitus, quare fit additio in exiccationem & inflāmationem, immo secundum plurimū prefocando interficit. propter quod secunda tertij. alle. cap̄. cum autem moritur aliquis in spasmo corpore ipsius calido, tūc illud est ex eis quę prefocando interficiūt. & ne.ꝑ suffocando interficit, nisi quia lacertus anhelitus spasmatur & destruitur motus eius.

Aphorismus. 2.

In uulnere, spasmus superueniens, mortale.

The. Conuulsio à uulnere, letalis est.

Leo. Conuulsio ex uulnere, letalis est.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Spasmus superueniens uulneri est mortalis. Probatur. huiusmodi spasmus significat uehemens nocumentum in principali uel principalibus membris cum multa uirtutis debilitate. ergo. patet consequētia. & assumptum circa litteram declarabić. Idē secunda tertij cap̄. de spasmo ad finem, dum inquit. Et omnis quidem spasmus sequens uulnus est mortalis. Et est utilis in actu pronostico & operatiuo ut patet. Et ampliatur &c̄. Primo nota. Licet uulnus proprie sumptum contra uulcus distinguatur, ex ūte uulnere solutione continuitatis sine sanie uel putredine, ulcere uero econtra, in proposito tamen capitur ut se tam ulcus proprie dictū q̄ ad uulnus extendit, ut sit sensus in uulnere uel ulcere. Secundo nota. Per spasmum hic potissime uniuersalem non particularem esse intelligendum: patet enim particularem spasmū ex uulnere non necessario nec ut ī pluribus esse mortalem. Tertio nota. Ad uulnus omne genus spasmi natum esse sequi. s. proportionatū & non proportionatū ad materiā & proportionatum de inanitione, & similiter de repletione. Primo enim non proportionatus sequi potest ex uulnere, maximo nocumento cerebro & neruorū originibus cōmunicato, aut etiam cecato uulnere uirulentia in neruosa mēbra retēta, sicut in thetano et nerui punctura contingit. 3. techni tex 121. Similiter spasmus repletionalis. ap̄ato enim mēbro neruoso uel multum dolente, multa materia fluit ad membrum a p̄atū, quę etiam inde ad reliqua neruosa mēbra dispargi potest, & illa replere. potest etiam propter uehementiam doloris corpus uehementer agitari & humores in motu uehementissime poni, & consequenter ad neruos si debiles fuerint fluere et ipsos replere Similiter etiam spasmus de inanitione ex uulnere causari potest, si ex uulnere maxima sanguinis quantitas deperdetur, quare et omnia mēbra subito arefiant uel exiccentur, & sic consequenter spasmo inanitionis spasmentur. Ad propositum licet de omnibus possit apho. uerificari. potissime tamen intelligi debet de spasmo ad materiam proportionato. s. de repletione uel de inanitione. Quarto nota. Ad ueritatem apho. requirūtur aliquę cōditiones. Prima est, q huiusmodi sit in mēbro principali uel neruoso, cuius nocumentū sit principali facile cōmunicabile. Secundo huiusmodi spasmus sit perseuerans & fortis & quidam addunt q sit cum uirtutis prostratione. Ex quibus colligi potest aphor. ueritas. si. n. ex uulnere in principali uel neruoso membro fiat spasmus perseuerans & proportionatus ad materiam uniuersalis significatur principalis mēbri maximum nocumentum cū ap̄ate in ipso uel neruoso mēbro quod est mortale. vel humiditates membrorum naturales esse ultima consumptione consumptas etiam est mortale. ideo &c̄. Vltimo nota. ut Cōmentator signū mortale, quia secundū plurimū ad ipsum sequitur mors. & aliqui dicunt mortale, quia inclinata ad mortem iferat. Et potes addere, q nō solū uia signi, sed ēt cāę &c̄.

Gal.

Aphorismus. 3.

Sanguine multo fluente, spasmus innatus, aut singultus, malum.

Sāguinis multę profusioni, cōuulsio, aut singultus superueniens, malo est. The.

Vbi sanguis plurimus fluxerit singultus, aut conuulsio superueniens, malum. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Spasmus aut singultus innatus corpori multo sanguine fluente est signum malum. Probatur. huiusmodi spasmus significat uehementem inanitionem membrorum & uirtutis defectionē. ergo, patet cōsequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur quarta quarti. tra. 2 cap̄. 16. de fluxu sanguinis & eius retētione dū inquit. Et scias q omnis cui accidit euacuatio & proprie sanguinea & proprie arterialis & superfluit & accidit ei spasmus, est malum. Similiter si accidat ei singultus mortale. & quantum ad secundū colligi potest in sentētia. 13. tertij. tra. 5. cap̄. de singultu. Et nono Almā. de spasmo. Spasmus uero qui non repente, sed suauiter accidit post se. aut multam uentris solutionem aut multū uomitū. aut sanguinis fluxum, malus est & uix curabilis. Et est utilis in actu pronostico & practico. Et ampliatē ad oēm sanguinis fluxum siue artificialem siue à natura prouenientem, & quecunque corpora in quibus huiusmodi contingunt accidentia ex sanguinis fluxu. Primo nota. Sanguinem multum fluentē posse intelligi arterialē & uenalem, similiter potest uterq; fluere. In proposito autem de utroq; licet magis debilitetur uirtus de fluxu

Spasmi actus pronostican-di & oꝑandi

Auicē. Spasmus malus qūo

Almā: Spasmi canon. ꝓnosticus & curatiuus.

arteriali q̃ ueniali, ut quarti. allega. cap̃. Secundo nota. Huiusmodi fluxum posse esse multũ & subitum, sicut cũ aperitur uena uel arteria magna apertione & notabili. Potest etiam esse paulatinus & modicus. hic est sermo de multo in apho. potissime intelligitur si sit repẽtinus. à fluxu enim sanguinis paulatine, & si sit multus raro contingit corpus ad spasmũ perduci. Tertio nota. Ad multum & repentinum sanguinis fluxum primo subsequitur magna uirtutis prostratio, propter multam spiritus & humiditatis naturalis defectionem, per quorum presentiã conseruatur uita. Subsequi etiam est aptus spasmus ex inanitione. multo. n. spũ et sanguine euacuato deficit neruis & lacertis debita & substãtifica humectatio, unde exiccatur substantifice exiccatione corrugante, & ex cõsequenti fit spasmus iam dictus. Ex quo patet quare addidit illam particulam multo. dicit. n. absolute fit spasmus, quia ex multo sanguinis fluxu distincte quodãmodo cõprehendimus ipsum esse spasmũ de inanitione qui est ualde malus, ideo specialiter hoc addidit. Et ex hoc secundo colligit causa uerificans apho. q̃itum ad primã partem. ex sanguinis. n. multo fluxu arguitur magna uirtutis debilitas & spasmũ illum esse de inanitione. patet. multa exñte uirtutis debilitate, cũ spasmo non possumus nisi ualde malũ arguere. quare &c̃.

Singultus qd.

Quarto nota. Singultum non esse aliud q̃ malũ motum oris stomachi meri, uel stomachi totius cõpositum ex cõtractiuo & extensio motu, quare mouetur stomachus ad expellendum rẽ naturę nocentẽ nocumento pcepto. uel etiam mouetur natura ad resistendum uel obuiandum causę cõtrahenti os stomachi sine percepto nocumento. Vnde singultus uidetur esse sicut spasmus. est enim spasmosus motus. Et colligitur hoc totũ. 3. canõ. fen. 13. trac. 5. cap̃. de singultu. & à Serapione. 4. sui breuiarij. & a Constantino in uiatico Cuiusquidẽ causa potest esse multiplex. Aut enim est in stomacho p cõmunitatẽ huiusmodi nocumentum uentriculis cerebri uel uelaminibus eius. Aut per proprietatẽ. & hoc quando est causa replens uel grauans, ut humiditas nimia imbibita in ore stomachi uel meri. & contrahitur sicut ĩ spasmo repletionali. excutitur stomachos & meri, ut expellat rem illam et redeat ad situm & quantitatem debitam siue naturalem. Quandoq; uero est causa mordicans uel pungens, ut uinũ purum acutum aut simile, quandoq; uero exiccatur fortiter, quare contrahitur & corrugatur. uirtute tamen huic corrugationi resistente & obuiãte fit motus iam dictus. Et de hoc ultimo maxime est in proposito sermo. facte enim sanguinis euacuatione, mẽbra omnia priuantur humiditate, & maxime contingit hoc aliquando iuxta meri, quare corrugabitur &c̃. Ex quo uidetur apparere tota apho. ueritas.

Spasmus qd et eius causa. Auicẽ. Serap̃. Cõstã.

Vltimo nota non solum hęc de singultu, sed etiã de syncopi habere ueritatem. Notanter autem dixit malũ & nõ mortale, quia si talia nõ confirmata fuerint nõ sunt mortalia. uel melius, quia ex alia causa q̃ ex inanitione contingunt, ut causa imprimente læsionẽ perceptã, & tunc licet malum sit non tamen mortale &c̃.

Aphorismus. 4.

Spasmus innatus, & singultus post nimiã inanitionem, malum.

The. Ex purgatione conuulsio aut singultus superueniens malo est.

Leo. Ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Spasmus & singultus post nimiã inanitionẽ est malum. Probatur. huiusmodi accidentia significant uehementem mẽbrorum exiccationem & uirtutis debilitatem. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur.

Similis sententia colligitur, & ampliatio & utilitas sicut in precedenti apho. Primo nota. Per nimiã inanitionem intelligẽdũ esse omnẽ superfluam euacuationẽ siue à natura siue ab arte siue à quacunq; alia causa prouenerit. Secundo nota. Ex multa inanitione arguitur uirtutis debilitas, ut circa precedentem aphor. dicebat. ex spasmo autem & singultu arguitur ultima uel quasi ultima exiccatio substantifica mẽbrorũ, sed stante hac ultima exiccatione cum debilitate uirtutis nõ potest argui nisi malum, ergo &c̃. Tertio nota. hoc esse malum per uiam signi & cause, ut supra &c̃.

Inanitio qd.

Aphorismus. 5.

Si inebriatus aliquis repente sine uoce fiat, spasmo innato, moritur, si non febris acceperit eum, aut ante horam secundum quam crapulæ soluuntur locutus fuerit.

The. Si ebrius quisquam, subito obmutuerit, conuulsus emoritur, nisi præhensus a febre sit, aut cum ad eam uenerit horam qua crapula soluitur, facultatem recipiat loquendi.

Leo. Si ebrius quispiam, repẽte obmutuerit, cõuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam peruenerit, qua soluunť crapulę, uocẽ recuperet.

Expositio Iacobi.

Iste apho. tres habet conclusiones. Secunda est ibi (Si non febris.) Tertia ibi (Aut ante horam.)

Prima conclusio aphor. est ista. Si aliquis inebriatus fiat repente sine uoce ipse morietur, innato spasmo Probatur. in tali corpore est ultima uirtutis cerebri oppressio & neruorum à materia et eorum originis occupatio. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litterã declarabitur. Similis sententia huic colligitur. 3. problematũ. problemate prio. et in pluribus alijs. & prima tertij. 12. trac. 5. cap̃. de apoplexia. Et est utilis in actu pronostico & preuisiuo. pronostico quidem ut patet. preuisiua uero, quia p hunc docemur regere corpora regimine preseruatiuo, ut huiusmodi ægritudines incidant. Propter quod tertia primi. doc. 2. cap̃. 8. f. de regimine aque et uini. Inquit Aui. frequens quoq; ebrietas est res mala quę hepatis & cerebri cõplexionẽ corrũpit, & neruos debilitat, & neruorum ægritudinẽ producit, & apoplexiã & mortem subitaneam. Et ampliať ad omnia corpora cuiuscunq; ætatis, sexus, nature, & regionis, in quibus hęc contingunt. Primo nota. Ebrietas ut cõmuniter describitur est lęsio cerebri in operationibus sensus propter uapores uini uel sibi proportionalis. Et dicitur notanter uel sibi pportionalis, quia nõ solum ex uino potest causari ebrietas propter uapores ad cerebrum ascendentes spiritũ animalẽ perturbantes & eidem in uentriculis cerebri se cõmiscentes. Lęsio cerebri in operationibus sensus & motus est genus uel loco generis, sub sensu tam interiores q̃ exteriores sensus cõprehendenda. Sed per hoc quod dicitur propter uapores &c̃. dr̃ à lęsionibus ab alijs causis contingentibus corporibus sicut est stupor, cõgelatio, licet etiã ex ebrietate talia contingant & nascantur. Et per idem ostenditur causa efficiens hanc lęsionem & modus, quia uapor uini spiritui cõmixtus in uentriculis cerebri & organis sensum reddit ipsum spm̃ operationũ animaliũ ineptum instrumentũ, ita ut ratio frequenter ex toto remoueať, & uiuat homo sicut ebrutum et non discernens inter turpe & honestum, propter quod Isaac in dietis particularibus inquit. Ebrietatem lumen animę rationalis extinguere & sic rationalem bestialitatẽ generare. Alia autem descriptio ebrietatis colligitur primo uiatici. ca. de ebrietate. Ebrietas est peruersio ex fumo indigesto causata in substantiam cerebri delato, qui ascendens ad cerebrum ipsum operit, sicut nebula opertimentum soli facere solet, unde interstitium est mentis & eius splendide

Ebrietatẽ qñ sequať mors. Ebrietatis cano pronosticus et pursiuus. Ebrietas qd.

intentionis,

intentionis, unde omnia mẽbra debilitantur, & mollifi cantur nerui. ac sensus cũ memoria titubant & intelle-ctus. Ex quibus patet ebrietatẽ esse accidens, quia. s. tm potentiam uirtutis animalis ad debite operandum propter causam iã dictam, & forte q est actio corrupta ul' diminuta. Et dicitur ebrietas ab e quod est sine & bria mensura. vel ab e quod est extra. cui contradistinguit sobrietas, dicta à sub quod est cum & bria mẽsura, qua si cum mensura. Secundo nota notanter dictũ esse repente. ex hoc. n. denotatur corpus hoc apoplexiam incidisse, causatam. s. ex subita opilatione uentriculorũ cerebri, ad quã sequitur ablatio sensus & motus siue ocio sitas, quę supra nominabatur apoplexia, ut colligit prima tertij. alleg. cap. 12. Nam cerebro debili existẽte & corpore repleto materia multa apta cerebri uentriculos oppilare, si sumatur multũ uini ita ut fiat ebrietas, uapores uini sursum ad cerebrum ascendentes per ueniunt ad uentriculos & cursus spiritus sensibilia & motiui secum materias aptas oppilare trahentes suns & ad illa angusta loca fluere & penetrare faciẽtes, quare fit oppilatio uentriculorũ cerebri cursu spiritua sensibilis & motiui, & cõmuniter causatur apoplexia. Tertio nota: Q hoc contingente causatur uniuersalis spasmus cũ uinum ad neruos faciliter penetret. ducit etiam secum materias aptas neruos replere, quare replentur & spasmantur. Ex quo patet primo hunc spasmũ esse replexionalem. Patet secundo hunc secundũ plurimũ esse uniuersalem omnibus n. originibus neruorum aduenit causa spasmi productiua. Ex his patet causa uerificans aphor. Quarto nota. Dixit moritur, quia coniũctę sunt duę fortes ægritudines. s. apoplia quæ secundũ plurimũ est mortalis, & spasmus uniuersalis.

Secunda conclusio. Huic corpori superueniente febre non necessario moritur. Probatur. fe. est causa curatiua huius spasmi & etiam apoplexię. ergo &c. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. et colligitur supra secunda huius apho. 27. & infra apho. 23. Primo nota. Intentio in remotione huius spasmi est materię spasmũ facientis consũptio & resolutio. hoc autem facilius & habilius fit per febrẽ, ideo &c.

Tertia conclusio. Adueniente hora qua cõsueuerũt solui crapulę si hic inebriatus fuerit locutus non necessario morietur. Probatur. ipso tunc loquente significatur uirtutẽ supra materiam uini & materias ab ipso motas cõplete obtinuisse, ita ut oppilationẽ totam uentriculorum iam deleuerit. ergo conclusio uera. patet consequẽtia & assumptum circa litterã declarabitur. Primo nota. Penes auctores dr̃ crapula proprie ab ebrietate. Est enĩ crapula tertia pbleumatũ. 18. pbleumate ex uini & cibi immoderantia capitis supercalefactio, ita ut pulsatio à temporibus magna percipiatur, facies tumeat & inflãmetur, & oculi quasi foris prę gemineans, & ęstuaporibus multis tumeant, cũ capitis dolore mente tamen non lęsa. Quid uero sit ebrietas supra patuit. In proposito tamen non curat. Hippo. per crapulam ebrietatem intellexisse. Secũdo nota. Hora solutionis ebrietatis uarietatem recipit sicut generationis secundũ uarietatem uini in quãtitate, qualitate, grossitię, & subtilitate. Vnde etiam secundum uarietatem dispositionis corporis in fortitudine & debilitate sui caloris debentis digerere uinum, & uapores resoluere. Ergo stabit i estimatiua medici experti qui considerata q̃titate, qualitate, uini fortitudine, & debilitate caloris probabiliter arguet ipsos in quo huiusmodi ebrietatis uel crapulę debetur solutio, & illa est hora in qua crapulę soluentur. Tertio nota. Dicit locutus fuerit. ex loquela. n. significatur tã organa exteriorum sensuũ q̃ etiam interiorum esse à nocumento ebrietatis reuelata. licet. n. moueretur localiter & non loqueret, adhuc staret interiora organa ab ebrietate esse ualde læsa ut patet. ipso tamen loquente semper rationabiliter significatur uirtutem imaginatiuam, quę principium est sermonis nõ esse impeditam. Et ex isto patet quare in prima cõclusione dixit sine uoce fiat, nõ autem dixit sine alio exteriori motu. potest & alia assignari causa. lingua. n. ebriorum maxime peccat & impedit sermo. tertia problematũ. 32. probleumate. si ergo soluitur lingua & sermo euidens signum est uirtutẽ & calorem ebrietatem uicisse. quare &c. Propter quid autẽ peccat ligua & sermo ebriorũ uide. 3. pbleumatũ.

Crapula quõ differt ab ebrietate Aristo.

Aphorismus. 6.

Quicunque tetano apprehenduntur, in quatuor diebus moriuntur. Si uero hos effugerint, salui fiunt.

Qui a distentione pręhenduntur, intra quartũ diẽ intereunt. Si tñ hos euaserint, conualescunt. The.

Quicũq; à distẽtione corripiunt, in quatuor diebus pereunt. Si uero has effugerint, sani fiunt. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Si uero.)

Prima conclusio apho. est ista. Quicunq; apprehenduntur à tetano. i. fortem patiuntur tetanum, in quatuor diebus cõmuniter sunt morituri. Probatur. tetanus est ægritudo acutissima. ergo. tenet consequentia, quia quelibet talis terminatur in quarta, & non ad salutem, cum non ponatur salubris, ergo ad mortẽ. Primo nota. Vt colligitur secunda tertij. cap. 8. de tetano. Tetanus dicitur ægritudo officialis prohibens uirtutẽ uoluntarie motiuam à contractione mẽbrorũ, de quorũ aptitudine est ut contrahantur propter nocumentum in lacertis & neruis. Ly ægritudo est genus, & quia huiusmodi ægritudo est mala membri figuratio, ut. s. taliter tensum maneat ut cõtrahi nõ possit à uirtute, ideo ęgritudo officialis siue organica dicitur eo quod ægritudo in figura est morbus organicus uel officialis. Et dicitur prohibens uirtutem, quia licet hoc impedimentum sit i toto mẽbro uirtute tamen exñte illa quę principaliter operatur cõtractionẽ & extensionẽ membrorum, ideo ipsa principaliter impeditur, uel forte quia à tetano non semper lęditur aut impeditur contractio. non. n. repugnat uirtuti extendere membrum, & non tentante contractione fieri tetanum, & tunc non impeditur actualiter contractio, sed bene aptitudo uel potentia contrahendi. Ex quo sequitur non quẽlibet morbum actu operationem lædere, sed quandoq; solam actiuitatem uel aptitudinem operationis, ut alibi declaratum est. Per hoc autem q dicitur de ratione quorum non est uoluntarie contrahi sicut priapismus & sathiriasis quę sunt pręter naturales uirgę tensiones, non. n. dicitur aliqua illarum dispositionum nominari tetanus cum non insit mẽbro, de cuius aptitudine sit uoluntarie contrahi. Dr̃ etiã p hoc à tẽsione aliorum membrorum quibus non cõpetit uoluntaria contractio, ut os cruris & brachij. Per hoc autem q subiungitur propter nocumentum etc̃. differt à tensione in membro contingente propter nocumentũ existens in iuncturis, quę tensio non est tetanosa nominanda, cũ non sit propter nocumentum existens in neruo uel lacertis, sed in iuncturis. Secundo nota. tetanũ in suas differentias diuidi, sicut diuiditur spasmus. quidam. n. est proportionatus, & quidam non proportionatus ad materiam. Intelligendo per non proportionatũ ad materiam consequentem non materię superabundãtiam in membro neruoso uel lacertoso, uel defectũ nimium. vt supra de spasmo dicebatur. & potest hic sequi dolorem aut frigus cõgelans sine materia, ut si in. a. mẽbro officiali sint musculi. b. c. ita ut. b. musculus uel lacertus sis motiuus ad partem anteriorem. & . c. ad posteriorem, & superueniat utriq; punctura aut cõgelatio ratione cuius hi duo musculi æqualem nixum uel conatũ faciant & uersus originem contrahantur, tunc. n. tema

Tetani diffõ uaria.

Priapismus qd, & sathiriasis.

Tetanum duplicẽ.

nebit mēbrum tensum non flexibile non contrahibile ad anteriora per resistentiam .c. non ad posteriora per resistentiam .b. ex quibus conclude ꝙ thetanus est ęgritudo, licet si sumatur pro tali impotentia contractionis esset accidens. Econtra uero per proportionatū ad materiam intelligendum, sicut de spasmo dicebatur. potest enim fieri de repletione sicut si materia lacertorum impleriua æqualiter fluet & profunderur in omnibus lacertis alicuius membri, unde dilatentur æqualiter, qua re oēs æqualem faciant nixum ad contrahendum membrum uersus differētiam positionis ad quā sint motiui, tunc.n. manebit membrum tensum ad nullā differentiam pōnis flexibile. Consimiliter per omnia exinanitione fieri potest ut patet intuenti. Ad propositum hic est sermo de thetano ad materiā proportionato & ex plenitudine. talis.n. proprie est in crisi quarta terminabilis. Tertio nota. Huiusmodi thetanum mortalem esse iterum duplicem, quia quidam est uniuersalis, quidam particularis. In proposito sermo est de uniuersali. notū enim est ꝙ non omnes qui apprehenduntur à thetano particulari pereunt in quatuor diebus, quia talis secundum plurimū non est mortalis. Quarto nota. Non esse intentionem Hippo. ꝙ quicunq; a thetano taliter apprehēduntur pereant in quatuor diebus, ut patet per auctores sed uult ꝙ quicunq; perituri pereant in quatuor diebus, quia à quatuor diebus circa, quia.s. etiam contingit ante ipsos mori. quę omnia sunt intelligenda secundum plurimū ut patebit. Huius autem causa sumi potest ex hoc. cū.n. huiusmodi tetanus sit morbus peracutus, ultima est pugna uirtutis contra materiam, & econtra, ideo oportet uirtutem citissime uincere uel succumbere. hoc autem est prima die critica à principio ægritudinis uel circa. ergo &c.

Tetanus mortalis 2r.

Secunda conclusio. Patientes tetanum & terminum quatuor dierum effugientes, salui fiunt. Probatur. ęgritudine existente peracuta, si nō interficit in termino peracuti morbi obtinet uirtus, & morbus succumbit, sed nunc est ita. ergo patet consequentia. & assumptū similiter, quia semper ægritudo peracuta interficit aut succumbit uirtuti in termino peracuti remoto accidentali impedimento. Primo nota. Dupliciter intelligere possumus ægrotantem effugere quartam diē. Primo absolute, quia.s. in illa non moriat̄, & sic non esset dictū Hip. necessarium. Secundo intelligi potest effugere, quia cū alleuiatione illum transgredi. & sub hoc sensu secundā conclusionē. protulit Hippo. Et causa est, quia sicut ex hoc ꝙ ægrotans ex tetano non moritur in quarta, arguitur morbum non perfecte uirtuti esse dominantē. Ita econtra. ex hoc ꝙ à morbo isto nō releuat̄ corpus, q̄ā nō terminatur in quarta, arguitur uirtutem non dominari morbo. cōpleto dominio remanet ergo pronosticatio dubia, quia adhuc stat uirtutem succumbere & sic morbum, ideo exponendum secundo modo. si hos effugerit. .i. cum alleuiatione transiuerit. Secundo nota. Salui fiunt. i. ad sanitatem mouentur uł disponuntur & ægritudo remittitur. vel salui fiunt. i. ad tantum producit̄ ęgritudo ꝙ iudicare possumus ipsam esse salubrem & ægrotantem liberandum. Similis sententia uirtualiter colligi potest secunda tertij. allega. capitulo. vbi dicitur crisim tetani crisi spasmi uelociorem existere. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Auicē.

Aphorismus. 7.

Epilepsiæ, quibus ante iuuentutē nascuntur, mutationē habent, quibus uero post uigesimū quintum annum commoriuntur ut plurimum.

Thε. Comitiales, quibus ante pubertatem accidunt, mutationē recipiunt, q̄bus anno uicesimo. 5. cōmoriunt̄.

Leo. Quibuscunque morbi comitiales, fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt, quibuscunq; autē uicesimoquinto, commoriuntur.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus. duas habet conclusiones. Secunda ē ibi (Quibuscunq; uero).

Prima conclusio apho. est ista. Epilepsiæ curant̄ uel sunt curabiles in corporibus in quibus nascuntur ante iuuentutem. Probatur conclusio in talibus corporibus remouentur & consumuntur causę epilepsiæ productiuę & conseruatiuę. ergo conclusio uera patet consequētia & assumptum arguitur, quia talia corpora à superfluitatibus phlegmaticis depurāt̄. Primo nota. Quid sit epilepsia et omnes eius descriptiones positę ab Auer. tertio collig. ultimo ca. et à Serap. primo sui breuiarij. cap̄. 23. & à Gal. 4. interiorum. cap̄. 2. & à Gordonio ca. de epilepsia. & ab Aui prima tertij. trac. 5. cap̄. de epilepsia tactę sunt, ideo ad illa loca remitto ea, quæ supra illo apho. dixi percurrite. Secundo nota. Huiusmodi epilepsiā prouenire posse quandoq; à causa primitiua, quandoq; uero à causa corporali uel per proprium cerebri nocumentum, & dicitur cerebralis. uel per cōmunitatem ab alijs membris trāsmittentibus uaporem aut uentositatem aut humorem. & hęc à mēbris transmittentibus recipit denominationem, ut dicatur aliqua stomachalis alia myrachia, & sic de alijs secundum ꝙ à diuersis mēbris eleuatur uapor aut materia ad cerebrū perueniens. vidit nanq; Gal. tibialem, ut. 3. interiorū, cap̄. 8. & Aui. alleg. cap̄. idem asserit. & dicit Aui. ibi uidisse sparularem & alia huiusmodi, & ibi percurrite. Ad propositum in apho. est sermo de epilepsia à cā corporali proueniente & per proprium cerebri nocumentum causata, quæ proprię cerebralis dicitur. hæc.n. propter multā debilitatem mēbri, cuius principalis uel principalior passio est epilepsia est respectu aliquarum difficilioris curationis. Tertio nota. Per ly ante iuuentutem. intelligere debemus omnem ætatē antecedentem iuuentutem, ut colligitur in cōmento, siue talis ętas sit infantia uel pueritia uel adolescentia uel quecunque. de talibus.n. omnibus uerificatur conclusio apho. Quarto nota. causam epilepsiæ cerebralis esse multiplicē, ut prima tertij. alle. cap̄. quia tamen secundum plurimum est phlegmatica. de illa maxime in proposito est sermo. Ex quo colligitur causa uerificans apho eo.n. ꝙ corpore ab ætatibus antecedentibus ad iuuentutem tendente multum exiccatur eius caliditas & redditur ualde acuta & exiccatiua, ideo corpus illud ab humiditate phlegmatica supple potissime accedente iuuentute depuratur quare causę epilepsię iam dictę remouentur, & per consequens tunc epilepsia habet mutationem. i. tunc recipit curam. Quinto nota. Hoc totum ut in pluribus intelligendum esse uerum. vbi.n. corpus esset ualde debile uel haberet cerebri uirtutem ualde defectiuam, hoc nō oporteret esse uerum. Et intellt Hippo. est ꝙ sic est in pluribus, uel quia merito huius mutationis uel ętatis ipsa epilepsia est curę susceptiua, licet merito alterius possit cura impediri &c.

Auer. Serap̄. Gal. Gordo. Epilię cā et de nosatio diuersa

Secunda conclusio. Homines quibus existentibus 25. annorum nascuntur epilepsię, secundum plurimū illis epilepsijs commoriuntur, quia.s. non curātur. Probatur. huiusmodi epilepsię sunt à uehementissima causa productę, & cū hoc non succedit mutatio suarum cārum remotiua ergo conclusio uera. patet consequentia, & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Epilepsia cerebrali inchoāte post 17. annum ex duobus potissime arguitur difficultas aut impositas curæ epilepsię. Primum est fortitudo causę ipsam inducentis. Cū.n. hęc ægritudo sit maxime disproportionalis huic ætati non contingit nisi propter causę ipsius uehementiam. Secundo quia epilia fie de se ægritudo chronica, uerisimiliter & secundum plurimum protelabitur usq; ad primę senectutis euētum, uel uersus illud in quo corpus infrigidat̄ humores incrudantur & ingrossantur, quo contingente difficulter uel impossibile fiet eius curatio.

ratio. Ex quo patet ueritas secundæ conclusionis. Secundo nota uotanter dixit plerunqꝫ, quia hoc non est necessarium. contingit. n. quandoqꝫ uirtutem ita fortem esse & regimē bonū ꝙ æque bene curatur, sicut in certo dato puero. ideo &c̄. Similis sententia huic colligit prima tertij. tract. 5. alleg. cap̄. dum inquit. Epilepsia quandoqꝫ accidit adolescentibus. si ergo fiunt post. 25. annos propter ægritudinē in cerebro & proprie in substantia eius erit cōmunicans, & non separabitur & erit finis actionis curę alleuiatio à prauitate ipsius & tarditas paroxismi eius. Et Hip. quidē dixit ꝙ epilepsia remanet cū eis usquequo moriuntur, ut supra apho. secunda apho. 45. Et est utilis. Et ampliatur ut supradicta &c̄.

Aphorismus. 8.

Quicunqꝫ pleuretici facti in. 14. diebus non purgantur, hi in empyema transeunt.

The.

Q uibus costales non repurgantur intra quartumdecimum diem, ij in suppurationem uertuntur.

Leo.

Q uicunqꝫ morbo laterali laborantes in quatuordecī diebus non repurgantur, hi ad suppurationē uertūtur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Q uibuscūqꝫ pleureticis nō purgatis in. 14. die pleuresis transit in empyema. Probatur. in huiusmodi corporibus materia faciens pleuresim saniatur & ad pectoris concauum pellit. ergo &c̄. consequentia tenet per quid nominis empyematis. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem. 10. tract. 4. cap̄ 1. dum inquit. Et quando non mundificatur cū sputo in pleuresi, tamen facit collectionem. & secundo breuiarij ubi præsentem allegat apho. Et est utilis tā in actu pronostico q̃ operatiuo ut patet. Et ampliatur ad omnia corpora cuiuscunqꝫ ætatis regis sexus uel naturæ.

Pleuresis cañ practicus.

Primo nota. Per pleuresim intelligendum esse apā calidum in aliquo laterum pectoris contingens dictum pleuresis à pleura uel melius à pleuron græce, quod latine latus importat. est ergo pleureticus tale patiens apā. Et dicitur hoc apā calidum, aut quia à materia pendens calida naturaliter ibi collecta, aut quia & si naturaliter frigida est. fit tamē putredine actu calida.

Pleuresis qd: et unđ dicatur.

Concil. Pleuresis dur.

Secundo nota huiusmodi pleuresis. ut colligi potest prgallegatis locis, & notat, Cōciliator differentia. 99. est duplex. s. uera & non uera. Vera est apā calidum panniculi costas pectoris interius tegentis, quæ dicitur pleura uel panniculi pulmonē & pectus in duas partes diuidentis. Colligitur hæc diuisio ut tactum est. decima tertij. allegat. cap̄ & secundo breuiarij. 11. cap̄. & à Mesue in suo de appropriatis. cap̄. de pleuresi. Ad propositum hic est sermo de uera.

Auicē. Serap̄. Mesue.

Tertio nota. Pleuresis materiam esse posse multiplicē, ut Ilocis haberi potest prgallegatis, quia. s. cholericam phlegmaticam sanguineam & melicam. frequentius autem est cholerica propter causam notam consequenter sanguinea, raro phlegmatica & rarius melica. In proposito maxime est sermo de pleuresi cholica quam facile & facilis terminationis nominant. Alię uero sunt difficiles siue difficilis terminationis et tardę. Tota autem causa est, quia si non terminatur pleuresis difficilis in. 14. non concluderetur euidenter ipsam esse ad empyema terminandam.

Pleuresis terminatio.

Q uarto nota. Pleuresis multipliciter terminatur. Q uandoqꝫ. n. per insensibilē resolutionem. Q uandoqꝫ uero per saniationem. Q uādoqꝫ uero ad sclirosim siue ad duritiē, sed hoc est rarius. Terminata uero ad saniem quandoqꝫ per sputum, quandoqꝫ per fluxum uentris terminatur, & sic de alijs. Ad propositum per purgationem intelligit omnē modū terminationis eius euātione sensibili aut Isensibili, dū tñ pleuresis terminetur, licet de terminatione per sputū tanq̃ cōmuniori magis explicet Cōmentator.

Empyema qd. Empyici.

Q uinto nota. Empyema quandoqꝫ sumi pro omni collectiōe saniosa, quandoqꝫ uero pro collectione saniei in pectoris concauo siue loco medio inter pectus & pulmonem sicut empyecos habentes saniei. collectionem ī pectore cōmunitr̄ nominamus. Ad ꝓpositum & si utroqꝫ modo possit uerificari apho. in proposito tamen per empyma intelligitur empyma secundo modo dictum cuius uerificatio hoc modo cōprehenditur existente. n. pleuresi cholerica facili, non debet eius terminus diē. 14. transcendere, & hoc uirtute materię conuenienter dominante si ergo transcendit, significatur uirtutem materię non posse dominari uel imperfecte, quare saniabitur & retinebitur materia illius, qua materia tandem locum apātis corrodēte effluet sanies, & in mediastino colligetur & per cōsequens &c̄. Et hęc est causa uerificans apho. Sexto nota. Non esse intelľm Hippo. ꝙ statim pleuresis transeat ad empyema in. 14 sed uult ꝙ significet ipsam esse in posterū ad empyema terminandā siue permutandā.

Aphorismus. 9.

Phthisis fit maxime, in ætatibus, a. 18. annis, usque ad. 35. annum.

The.

Tabes maxime fit, per ætates, ab anno decimooctauo, ad trigesimum quintum.

Leo.

Tabes fiunt maxime, ætatibus, à decimooctauo usqꝫ ad trigesimum quintum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Phthisis maxime corporibus aduenit à. 18. anno maxime usqꝫ ad 35. annum. Probatur. hoc tempore maxime occurrunt causę phthisim promouētes. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem. 3. canon. fen. 10 trac. 4 cap̄. de pręparatis ad phthisim. hoc idem supra tertia huius. cōmen. 31. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Auicē.

Phthisis sumpta 4. Isaac. Auicē.

Primo nota, Hoc nomē phthisis sumitur 4r. Primo pro qualibet corporis præternaturali cōsumptione siue a calido siue à frigido proueniat. & taliter sumit ab Isaac. 2. febrium ca. 1. &. 11. tertij. trac. 1. ca. de signis ægritudinum cordis, & taliter non sumitur hic. Secundo pro totius præternaturali consumptione & exiccatione. & sic sumpsit Aui. loco & ca allegatis. 3. pro totius consumptione consequente accidentia animę, & sic primo ca. fen. 2. ca. de his quę proueniunt ex accidētibus animę. Q uarto pro totius consumptione cōsequente ulceratione pulmonis, uel adhuc pro ulcere pulmonis, ad quod sequitur totius consumptio & taliter sumitur in ꝓposito. & decima. tertij. trac. 4. ca. de phthisi.

Phthisis cā multiplex.

Secundo nota. Phthisim ex multis causis posse contingere. Q uādoqꝫ. n. accidit ex ægritudine propria in substantia pulmonis contingente. vt apāte uel uenę fractura non ab alio membro cōmunicata causa. Q uandoqꝫ uero consequitur nocumentum ab alijs mēbris cōmunicatū, ut catarrhi acuti à capite ad pulmonē descendentis & pulmonem ulcerantis, aut materia quacunqꝫ alia acuta aut corrosiua ad pulmonem ab alio mēbro transmissa, sicut in squinantis & pleuresi sępe contingit. Contingit etiam quandoqꝫ causa primitiua, ut cibo malo corrosiuo aut medicina pulmoni uenenosa, ut lepore marino &c̄. Ad propositum hic potissime sermo est de phthisi consequēte ulcus pulmonis uel consequente uenę pulmonis rupturam. et non. n. ex catarrhis magis in eis fit phthisis cū nō magis fiāt in eis catarrhi. Licet probabiliter dici posset in eis fieri maxime catarrhos acutos propter caliditatem cōplexionis in ipsis etiam maxime contingit apertio uenę in pulmone. Primo propter inordinationes eorum in cibo & potu & actu uenereo. motus etiam inordinatos saltem uigilias. propter etiam feruorē et acuitatē sanguinis. Ad hanc. n. rupturam uenę prompte est subsequi phthisis. Ex quo infertur ꝙ magis per accidens q̃ per se isti sunt ad phthisim magis alijs parati, an per se cum in ipsis sit uirtus fortior apta nocumētis inducētibus phthisim magis resistere, sed propter causam iam dictam.

Tertio nota causas totum quę dicuntur in cõmento. scilicet q habentes crura torta, collum longũ, & pectus tenue, sunt inter alios potissime parati ad hanc ægritudinem, uide ibi.

Aphorismus. 10.

Quicunq; squinantiã effugiunt, & ad pulmonem eis conuertitur, in diebus septem moriũtur. Si uero hos effugerint, empyici fiunt.

The. Qui anginam euaserint, his in pulmonem abscedit, & intra septenos dies intereunt. Si tamen hos dięs euaserint, suppurantur.

Leo. Quicunque ab angina liberantur, his ad pulmonem uertitur, & in septem diebus pereunt. Si uero has effugerint, suppurantur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quicunq; fugiunt squinantiam conuersam in eis ad pulmonem pereunt in. 7. diebus, ut sit sensus. in quibuscunque permutatur squinãtia ad pulmonẽ illi moriuntur &c̃. Probatur in talibus reperitur morbus acutus cũ debilitate uirtutis. ergo cõclusio uera. patet consequentia, & assumptum circa litteram deducetur. Primo nota. Per squinantiã intelligimus apã a gutturis uel epiglotis pręfocatiuum. de quo supra quarta huius. 34. & 35. apho. Secundo nota. Per effugere squinantiam non est intelligendum corpus squinanticũ à squinantia ad sanitatem tẽdere, sed est materiam squinantię a loco gutturis ad alium locũ permutari ubi alterius speciei causat ægritudinẽ. Si. n. permutetur ad pulmonẽ causat peripleumoniã, si ad cor syncopim & pulsum uel tremorẽ cordis, si ad neruos spasmũ si ad stomacum causat uomitũ, autẽ stomachi perturbationem, & sic de alijs, ut colligitur nona tertij. ca. de signis pronosticationũ &c̃. hic tangitur permutatio ad pulmonẽ. Tertio nota nõ esse intelliũ Hippo. ipsos mori in. 7. diebus possunt. n. mori ante. 7. materia existẽte plurima & uirtute debili. Item etiã tardius uirtute forti & materia minoris q̃titatis. sed dixit de septem, quia cõmunior & frequentior est terminus istarũ ęgritudinum. Quarto nota. Non esse intentionẽ Hippo. q omnes moriantur. contingit. n. ipsos liberari, licet hęc permutatio non sit laudabilis, sed oportet suppleri morituri. Quinto nota. Hic non sumi empyema proprie sicut supra aph. 9. sed cõiter pro cuiuscunq; materię saniatione, ita ut sit sensus q si effugiunt hos conuertitur in empyema. i. ad saniationem uł empyici fiũt. Causa autem primi est, quia permutata &c̃. significatur uirtutẽ esse debilẽ, unde uersus principale mẽbrum materiam permutauit, quia tamen hęc materia colligitur in pulmone facit ægritudinẽ fortem uel faciet, licet ægritudine forti existente cum debilitate uirtutis & peracuta secundũ plurimũ contingit mors in septima uel citra. ideo &c̃. Secunda pars similiter patet, quia materia illa continetur in loco ualde calido. ergo in breui tempore est apta saniari ipsis ergo effugientibus. 7. diem saniabitur materia, & per consequens &c̃. Et ex hoc patet causa probans secundã conclusionem cuius oblitus fui. patet etiam istos secundũ plurimũ ad phthisim permutari sanie corrosiua in pulmone diu retenta. idem colligitur decima tertij tracta. 4. cap̃. de peripleumonia. ad principiũ. Et est utilis. Et ampliatur &c̃. Primũ dubiũ. Per quã uiam expelleretur materia à gutture ad pulmonẽ. Patet responsio. Secundũ dubiũ. Quare ita cito, quia in septem diebus illa materia saniatur, quia cõuertitur ad empyema, ubi autẽ catarrhi nõ nisi lõgo tẽpore maturãt, Patet causa quia continetur in loco calidiori. &c̃.

Sqnantia qd. Sqnantię permutatio ad loca diuersa. Auicẽ. Empyema duplíciter. Dubia

Aphorismus. 11.

Qui a phthisi molestantur si sputũ qualecũq; expuunt graue fœtet super carbones effusum, & capili à capite defluunt, mortale.

The. Qui tabe infestantur, si quod despuunt & extussiunt, grauiter olet in ignem impositum, & capilli defluunt, letale est.

Leo. Qui tabe molestantur, si sputum quod extussiunt graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, letale.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus. duas habet conclusiones. Secunda ẽ ibi (Et si capilli.)

Prima conclusio est ista. Sputũ super carbones effusum grauiter fœtens mortale est signum in omnibus, q à phthisi molestantur. Probatur huiusmodi sputũ significat uehementẽ putrefactionẽ in membris spiritualibus ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Hic sumi phthisim proprie pro ulcere pulmonis cũ totius consumptione. Secundo nota. Ex sputo multipliciter significari posse ex colore, substantia multitudine, sapore & odore, hic ex odore significat. Et declara tu quid & qualiter quolibet istorum significat. Tertio nota. Per grauiter fœtens intelligit fœtorem horribilẽ, non talem qualis consurgit ex sola adustione super carbones, sed ex re uehementer putrida. Quarto nota notanter dixisse super carbones effusum. sputo. n. infrigidato quiescit euaporatio putrida ab eo eleuata posito autem super carbones excitatur & eleuatur, quare tunc magis percipitur.

Phthisis dr. Fœtens grauit.

Quinto nota. Non solum ex hoc cõprehendi sputum esse putridũ, sed etiam ex proiectione ipsius & receptione in uase aquę pleno, q si fundũ cito petierit, signũ est q est putridum, si autẽ non, non. vt decima tertij. de pure & sanie. cuius causa sumitur ex hoc, quia ex putrefactione exhalant partes subtiles remanentibus terrestribus grauibus quare ubi sputũ prĩo aquę naturaliter supernatabat posterius fundũ petit propter ipsum phlegma multum de aere in se cõcludere. & similiter alia sputa non putrida. quod intelligendũ est perseuerãte signo. vbi. n. non perseueret non habet euidentiam pauca enĩ materia retenta in pulmone catarrhali uel alia contingens est ipsam saniari & fœtere. ideo &c̃. Tra. 4. ca. 17.

Secunda conclusio. Capilli effluentes à capite in molestatis à phthisi sunt mortale signum. Probatur. huiusmodi capillorum defluxus significat maximã humidi naturalis membrorum exiccationem & uirtutis debilitatem. ergo. conclusio uera. & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Capillos propter multas causas posse deficere uel defluere. Primo propter humorem corrosiuum exiccantem resoluentẽ uel corrodẽtem substantiam radicis pili, aut etiam resoluentẽ uaporem in pilum conuertendũ & ipsum exterminantẽ. Secundo propter malam complexionẽ siccam uel calidam materiã illã siccã consumentem. Similiter propter frigiditatem poros constringentẽ & prohibentem transitum &c̃. Item propter humorem oppilantem similiter propter nutrimenti defectũ. Ad propositum hic potissime non propter particularem causam, sed merito consũptionis à phthisi prouenientis, de hac enim est sermo.

Capillorũ defluuij causæ.

Ex quo colligitur causa uerificans apho. quia significat in toto magnam immo ultimatã exiccationẽ pręcessisse hoc autem stante phthisi est mortale ideo &c̃. Alia etiam causa est defectus humidi alligantis capillos cutim, licet autem defectus consequatur debilitatẽ uirtutis nutritiuę in toto ex paucitate spiritus uitalis, & ob hoc defectum uirtutis hepatis. Et possumus addere fumos acutos per totum in phthisico multiplicatos, & cutis humiditates exiccantes & consumentes. Similis sententia q̃tum ad primam conclusionem sumitur decima tertij. al leg ca de pure & sanie. & q̃tum ad secundã ibidẽ. cap. de signis phthisis. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Aphorismus

Aphorismus. 12.

Quibuscunq; phthisicis capilli defluunt, diarrhœa perueniente, moriuntur.

The. Quibus per tabem capilli defluunt, ijs superueniente alui fluctione moriuntur.

Leo. Quibuscunq; tale laborantibus, capilli à capite defluunt, his alui pfluuio superueniente moriuntur.

Expositio Iacobi.

Cõclusio apho. est ista. Diarrhœa superueniẽs phthisicis à quibus defluunt capilli est signum mortale. Patet quia significat ultimatã debilitatẽ. ergo cõclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litterã declarabitur. Primo nota. Licet de diarrhœa proprie sumpta ut. s. distinguitur contra lienteriam & dyssenteriã posset apho. uerificari quę est fluxus humoralis &c̃. hic tñ diarrhœa extendi potest ad omnẽ fluxũ siue fuerit cibalis siue humoralis cum excoriatione uel sine excoriatione dum tamen uirtutis contentiuę defectum consequatur. Secundo nota. Huiusmodi fluxũ multas posse cõsequi causas. In pposito autẽ sermo est de huiusmodi fluxu consequente debilitatem uirtutis regitiuæ totius. ex phthisi. n. debilitato calore cordis in toto debilitate etiã uirtute naturali hepatis, debilitatur tam contentiua q̃ digestiua uirtus, quare fluxus superuenit humoralis uł cibalis. Ex hoc colligit̃ causa uerificans apho. Ex quo patet quare dixit superuenit. s. casui pilorũ denotat. n. hanc diarrhœam uirtutis consequi contentiuę defectũ. cuius defectus arguitur ex casu capillorũ, ex hoc arguit̃ defectus calidi. & hu. naturalis in toto, & per consequẽs uirtutis contentiuę defectus. Tertio nota. Hoc esse signum & causam mortalem, ut colligitur in cõmento. Est. n. mortale signũ pro quanto significat quod dictũ est. Est etiam mortalis causa, quia cũ hoc est maioris debilitatis cum per huiusmodi fluxum humiditates naturales euacuentur nec cibus debito tẽpore retineatur ut uirtus foueatur ex eo, quare per amplius prosternitur. Ideo in cõmento concluditur non solum ex hoc mortem absolute significari futuram, sed etiam significatur ipsam esse uicinam. Similis sententia colligitur decima tertij. tract. 4. cap̃. de signis phthisis. & à serap̃. 2. breuiarij. cap̃. 22. s. de phthisi. Et est utilis apho. in actu pnostico ut patet. Et ampliatur ad oia corpora cuiuscũq; sexus &c̃. in quibus fit cũ huiusmodi signis phthisis. et Mesue in suo de appropriatis. cap̃. de phthisi &c̃.

Diarrhœæ causæ.

Auicẽ. Serap̃. Mesuæ Phthisis cañ practicus.

Aphorismus. 13.

Quicunque sanguinem spumosum expuunt, his ex pulmone eductio fit.

The. Qui spumantem sanguinem despuunt, ijs de pulmone educitur.

Leo. Quicunque spumosum sanguinẽ expuunt, his è pulmone eductio fit.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Sanguis spumosus per sputum egrediens egreditur ex pulmone. Probatur, sanguis ex membro aliquo egrediens debet proportionari mẽbro à quo egreditur. ergo &c̃. patet. consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Quid per spumam & spumosum corpus sit intelligendũ ut alis declaratum est. & supra quarta huius apho. 4. Sanguinẽ ergo spumosum dupliciter possumus intelligere. Primo secũdum partẽ eius superficialem partibus quibusdã aeris partibus sanguinis inclusis & ampullas quasdã causantibus, & in superficiem superiorem sanguine potẽtibus sicut uidemus frequenter phlobotomia. Secundo possumus imaginari sanguinẽ spumosum secundũ totã substantiã eius, ita. s. q̃ non sit partẽ eius notabilẽ reperire quę non sit spumosa. Ad propositũ & si utroq; modo intelligi posset potissime secundo modo est hoc intelligendum. Secundo nota notãter dictũ esse, per sputũ, quia si ab illis alio modo expelleretur ut per uomitum non esset signũ ipsum ex pulmone educi. Tertio nota. Hoc potissime intelligendum si cum tussi egrediatur alˢ nõ.

Sãguis spũosus dr̃ duˣ.

Quarto nota. Ex pulmone. i. ex substantia pulmonis, q̃a spũgiositate sua. Secũdo ex pulmone, q̃a ex aliquo ĩ pulmone cõtẽto, et sic ex uena uel arteria pulmonis. Ad propositum secundũ utrunq; modum potest uerificari apho. ut sit sensus. pulmonis substãtia uel aliquo in substantia pulmonis cõtento fit eductio. Si. n. fuerit sanguis secundũ se totũ spumosus, ut non sit in eo reperire notabilẽ quantitatẽ non spumosam, significat hoc egredi ex substãtia pulmonis aut insensibilibus uenis p substantiam pulmonis dispersis uel earum extremitatibus eo q̃ sicut sanguis accedit ad nutriendũ pulmonẽ. ita in modo substantię disponetur secundũ substantię pulmonis dispositionẽ, sed substantia pulmonis est spõgiosa. ergo &c̃. Consimiliter etiam si egreditur ex uena non tãta spumositate fit spumosus. Ex quo patet magis spumosum esse sanguinem egredientẽ ex uena pulmonis q̃ alterius mẽbri. Vnde patet causa uerificans apho. Similis sententia huic colligitur. 3. canon. fen. 10. trac. 3. cap̃. de sputo sanguinis satis ad principiũ. & 2. breuiarij. 24. cap̃. Et est aphor. utilis in actu operatiuo ut patet. Et ampliatur ad omnia corpora in q̄bus cõtingit sanguinis sputũ cũ cõditionibus iam dictis &c̃.

Sãguis spumosi canõ o patiuus.

Aphorismus. 14.

Phthisi habito diarrhœa supueniẽte, mortale.

The. Tabe detẽtis fluxio alui accedens, letalis est.

Leo. A tabe habito profluuiũ alui superueniens, letale.

Expositio Iacobi.

Iste apho. patet ex apho. 13. cum eo quod addit Commentator in commento &c̃.

Aphorismus. 15.

Quicunq; ex pleuretide empyici fiunt, si purgentur in. 40. diebus, à qua die ruptura fit quiescunt. Si uero non, in phthisim transeunt.

The. Qui à costali suppurãtur, si intra quadragesimũ diẽ à quo facta est eruptio repurgentur, leuantur. Alioqui transeunt in tabem.

Leo. Quicunq; ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur, à die à qua fit ruptio, liberãtur. Si uero non, ad tabem transeunt.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus, duas habet conclusiones. Secunda ẽ ibi (Si uero.)

Prima conclusio apho. Si facti empyici ex pleuretide purgentur in. 40 diebus ab illa die qua incepit ruptura tales sanantur. Probatur, quia in illis perfecte remouet̃ uel eradicatur materia faciens empyema. ergo cõclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litterã declarabitur. Primo nota. In pposito posse sumi empyema proprie & cõmuniter ut supra. Secundo nota. notanter dixisse ex pleuretide. Primo quia hęc frequenter euenit & facilius. Secundo quia si ex periphleumonia, quod etiam frequenter hoc contingit fieri non esset uerũ dato q̃ in. 40. diebus euacuaretur materia, cũ ex periphleumonia remaneat ulcus & notabilis solutio continuitatis in pulmone. Tertio nota. Non esse. intentionẽ Hippo. solum, in. 40. diebus posse fieri huiusmodi purgationem, sed debet intelligi à 40. die citra possunt. ergo ante. 40. diẽ tanq̃ acutarum terminus ægritudinũ quem cũ aliqua transiuerit ægritudo materialis secundum plurimũ est notabiliter prolixa. contingit tamen & ultra & citra aliquã talem terminari secundũ uariã dispositionem uirtutis & materia, & adhuc proportionis uirtutis ad materiam, ut alˢ sępius & frequenter declaratum est. Quarto nota notanter dictum esse ad

Empyema duplicit.

diē rupture, cum. n. pleuresis & empyema sint ægritudines distinctę distinctas debēt habere crises & dierū criticorum cōputationes. Non ergo debet fieri computatio à principio pleuresis, sed à principio empyematis. huius autem principium fuit in die rupturę. dum. n. ruptū fuit apā lateris, recepta fuit materia in tempore mediastino. & tota causa est, quia alia ē actio uirtutis in materia & alia pugna. postquā effusa est materia &c. & alia postq̄ collecta erit in pectoris concauo, unde etiam alia erit crisis, & alia consequenter cōputatio. Quinto nota. Non esse intelł'm Hippo. q̄ si euacuatur empyematis materia remoueretur empyema. hoc. n. esset inartificiale dictum quod quilibet nouit, sed uult q̄ sanetur ægrotans, quia egreditur periculū cadendi in phthisim, quod incurreret si ultra 40. dies sanies notabilit' retinebitur.

Secunda cōclusio. Huiusmodi corporibus in. 40. diebus non purgatis efficiuntur phthisici. Probatur sic. in talibus a sanie longo tempore retenta ulceratur pulmo ergo &c. patet consequentia ex quid nominis phthisis. & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Non esse intelł'm Hippo q̄ uniuersaliter si nō purgantur transeant in phthisim, quia posset materia illa ꝑmutari ad aliud membrum & aliā causare ægritudinem ut ad hepar, guttur, et sic de alijs. Sed cōclusio est sic glosanda si non purgentur ita ut adhuc empyici maneant, tunc permutantur ad phthisim, & sic intellexit Hippo.

Secundo nota ut Cōmen. in commento. Sanies ad pulmonem effusa efficitur calida ualde & acuta, quare exiccat & tabefacit pulmonis substātiam si longo tempore retineatur, & tandē acuitate sua ulcerat pulmonis substantiam corrodendo, & per consequens phthisim causat. Ex isto colligitur causa uerificās apho. Si. n. nō purgētur in 40. diebus cura significatur uirtutē impotentē esse ad hanc saniem expellendam, quare longo tempore ulterius retinebitur, & ex consequenti pulmonē ulcerabit, uel significatur uirtutem iam ita esse debilem & defectam & pulmonem tabefactū ut materiam hāc nō superet, quare longiori tempore retenta causabit phthisim secundū modum iam dictū. Et simi is sentētia colligitur decima tertij. trac. 4. & cap. 7. de signis permutationis pleuresis. & quando non mundificatur pleureticus post. 40. dies, tunc iam cadit in periphleumoniā & phthisim. & secundo breuiarij. 2. cap. s. de pleuresi. ubi presentem allegat apho. Et uerificatur apho. Et est utilis in actu practico & pronostico & operatiuo ut patet. Et ampliatur ad omnia corpora in quibus pleuresis contingit taliter ad empyema permutari &c.

Aphorismus. 16.

Calidum, nocet hoc frequenter utentibus. Carnium effæminationem facit, neruorum incontinentiam, mentis stuporem fluxum sanguinis, & defectiones spiritus, quibusdam uero, & mors sequitur.

The. Calidū detrimenta hęc infert ijs qui īmodice utūtur. Carnis effęminationem, neruorum incontinentiā, mentis torpedinē, sanguinis profusionem, animę defectionē quibus abolitio sequitur.

Leo. Calidum, ubi quis sępius eo utatur, hęc mala affert. Carnium effęminationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem, profluuia sanguinis, animi defectionem, hæc ad quæ mors.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Calidum nocet eo frequenter utentibus Probatur. huiusmodi calidū corpus à naturali tēperie distrahit. ergo &c. patet consequentia & assumptum probatur, quia carnium facit esse effęminationem neruorū incontinentiam sine debilitatē, mentis stuporem &c. ergo &c. Similis sententia colligitur secunda primi. in prima summa, doc. 2. cap. 19. quod ē de his. quę proueniunt ex usu balnei. quod incipit sic, quidam ornate loquentiū &c. Et est utilis in actu practico & operatiuo ut patet, & ampliatur ad oīa corpora huiusmodi balneo actuali calido nimiū utētia. Primo nota. Antiquo tempore, ut colligitur in libro de regimine sani. homines cōmuniter post exercitium balneo aquæ dulcis mediocriter calidę. s. sani utebantur, in quo multotiens multę consequebantur utilitates in resolutione superfluitatum quę exercitio derelinquuntur & remotione lassitatis exercitium cōsequentis, ut colligi potest tertia primi. doc. 2. 2. cap. ne tamen in huiusmodi balnei usu nimium moraremur hic posuit apho. hūc per calidū. n. intellexit actuale ut balnei. Secundo nota. Huiusmodi calidi usum nocere ex inconuenienti applicatione, quare esse potest inconueniens aut ex parte qualitatis, puta intensionis uel remissionis aut morę, aut ex parte dispositionis corporis, ut puta si sit cibatum repletum aut famelicū, aut ex nimia ipsius frequentia, ut locis allegatis habere potest, hic autem expressit solum frequentia. & tu declara quomodo alijs modis nocet Tertio nota. Dicit hoc relatiue ut sit sensus. calidū nocet ipso calō utentibus, intelligendo frequenter plus q̄ corpori conueniat, secundū iudiciū practici medici dispositionem corporis & balnei operationem inter se cōparātis. usus . n. uni corpori frequentior q̄ oportet non esset alteri frequēs, sed forte mediocris aut rarus,. Quarto nota. Huiusmodi calidi usum carnium facere effeminationē, intelligendo infrigidationem cū remollitione & laxitate quadam, qualis in mulieribus reperitur. hoc. n. frequentius debito occurrente, multum de spiritu & calore naturali resoluitur, quare infrigidatur corpus, humiditate etiam sua nimia per poros penetrante, carnem remollit, unde remanet caro frigida humida laxa. debilitato. enim calore naturali superabundāte phlegmate circa ipsum retinentur humiditates superflue ipsam mollificantes. ideo &c. Quinto nota. Per eandem causam facit neruorum incontinentiā, quia firmi sunt & non continentes & solidi soliditate requisita ad neruorum operationes. ipsis nanq; ita humectatis & remollitis relaxantur, & sunt fluidi uel laxi. Sexto nota. Per mentis stuporē debemus intelligere uirtutis cognoscitiuę, aut etiā aliarum uirtutum interiorum cognoscitiuarum hebetudinem in suis operationibus, quę actio potest esse diminuta aut forte corrupta, licet possit extendi ad oīum sensationum tā interiorum q̄ exteriorum operationes, hoc. n. calore spiritum multum resoluente animalem et uitalem spiritū etiam infrigidante & humectante hebetantur operationes uirtutum cognoscitiuarum tā intrinsecarum q̄ extrīsecarū, quare uidetur homo sicut stupidus, cuius stupor ꝓprie sit ægritudo in sensu tactus. 1 1. tertij. cap. de stupore. Septimo nota. Fluxum sanguinis potissime in corporibus ad hoc dispositis sequi. facit enim actuali caliditate sanguinem ad superiora & ꝑ uenas moueri. rarefacit etiam & ampliat sanguinem in suis dimensionibus quare magis replentur uenę rarefacit etiam & mollificat orificia uenarum quare disponunt ad apertionem, propter quod phlobotomati ex manu tenent manum in aqua calida. Octauo nota. Defectionē spiritus sequi resolutionem & sanguinis fluxum, uita autē maxime sanguine & spiritu consistit quare ad hęc mors est apta subsequi. & potest intelligi ad hęc omnia, scilicet nocumenta supra narrata. s. sanguinis fluxum et spiritus defectionem. s. quia euacuatur sanguine et quia non regnantur sanguine deficiente, quare &c.

Margin notes: Auicē. Cal'i eiusciq; & usus · balnei cāpia cticus et opatiuus. · Balnei usus apud antiquos & utilitas. · Mentis stupor quid. · Phlobotomati ex manu uel pede ꝓpter qd teneāt manū i aqua calida.

Aphorismus. 17.

Frigidum uero, spasmos, & tetanos, & nigrores & febrium rigores.

The. Frida, cōuulsiōes, distētiōes, liuores, rigores febriles.

Leo. Frigidum autem conuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles,

Expositio

Expositio Iacobi.

Cōclusio apho. est ista. Frigidū est causa na spasmum & tetanū & rigores febriū & alia ocfebres. Probatur, frigidū est causa præternaturalis cōtractionis & similiter tensionis mēbri, mortificat spiritū & causat subito malam sensationē in lacertosis mēbris, ergo causat spasmum tetanū &c̄. cōsequentia tenet. & assumptū circa litterā declarabitur. Similis sententia huic colligitur. 11. primi. doc. 2. summa. 2. ca. 13. s. de causis motuum non naturaliū. & hoc q̄tum ad illud quod dicit de spasmo & rigore. &. 11. tertij quantū ad illud qood de spasmo & tetano. & quātū ad id quod de rigore prima quarti. tract. 2. c. 1. putredo accidit. &. 8. prob. ꝓbleumate primo. & q̄tum ad febrē. prima quarti. ca. de ephemera ex frigore. Et est utilis aphor. ut . . . tu practico ut patet.

Frigidi extrinseci effectus ca nō practicus.

Et ampliatur ad omnia corpora quibus frigus indebite occurrit. Primo nota. Aqua frigida corpori nostro secundū debitū modū occurēs multa potest facere iuuamenta colligenda. 3 primi. doc. 2. c. 5. s. de balneatione cum aqua frigida. Quia tamen indebite occurrente tā q̄titate q̄ qualitate q̄ etiā frequētia ex parte etiā dispositionis corporis indebite occurrens plurima potest inferre nocumenta ut tacta in littera, & adhoc multo plura, ideo hic specialiter introduxit istum aphor. eius indebitum occursum ex parte frequentiæ concernentem.

Secundo nota. Spasmū & tetanū ex usu aquæ frigidæ īmoderato ꝓuenientē esse posse primo proportionatū ad materiā & repletionalē materia humorali replente ut si propter frigiditatē retineant superfluitates phlegmaticæ in neruis & cōgregent neruos cōtrahētes & poros dilatantes. Similiter tetanū ut si in mēbro retenta materia uniformiter aggregēt ut fiat mēbrum penitus inflexibile, eodē modo repletionalē ut nētositate uniformiter per totā substantiā mēbri, & erit tetanus uel cuςeς, aut deformiter & erit spasmus. Cōsimiliter in non ꝓportionato ad materiā cōgelando & cōtrahendo etiam uniformiter cōgelando fiet tetanus. & hę oīa supra declarata sunt plene & nō solū ab aqua, sed ab aere frigido et alijs talia fiunt.

Nigror quid. Aristo.

Tertio nota Nigrorē. i. colorē liuidū ad nigredinē tendentē, de quo in cōmē plene. &. 8. ꝓbleumatum primo ꝓble. causa patet. Quarto nota. Febrē etiam cōsequi primo ephimerā ex obstructiōe pororū non euentato calido, quare superincendit & inflāmat. similiter etiā putrida trāspiratione prohibita. primo de differētijs febriū. c. 3. & prima quarti. Quinto nota. Rigores febriū ut in febribus pēdētibus a materia frigida, quæ in principio paroxismi delata super musculos et lacertos causat rigorē, q̄a motū illū cōcusiuū, sicut cōtingit in principio quartanæ, de quo prima quarti. trac. 2. ca. de rigore. etiā. 29. ꝓbleumatū. ꝓbleumate. 10.

Tra. 1. ca. 39. Rigor febris. Auicē. Aristo.

Aphorismus. 18.

Frigidū inimicū neruis, ossibus dētibus, cerebro spinali medullæ. Calm uero, utile & amicū.

The. Frigida, ossibus, dentibus, neruis, cerebro, medullæ dorsali, inimica est. Calida uero amica est.

Leo. Frigidum, inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullæ. Calidum uero utile.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Calidum uero.)

Prima conclusio. Frigidū est inimicū neruis ossibus dentibus cerebro & spinali medullæ. Probatur. hæc. n. oīa mēbra hn̄t modicū calorem innatū. ergo occurrēte frigido multum læduntur, & per cōsequens &c̄. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur.

Primo nota. Licet de aqua frigida sit specialiter positus aphor. de quolibet tamen frigido potest intelligi actu aut potentia siue per se siue per accidēs. Secundo nota. Nocet neruis quia cōplexio nerui frigida est, unde facile corrumpit modicum calorē eius facile etiā ipsum cōgelans īpedit sensationē et motiuā operationē eius. patet.

Tertio nota. Frigidū nocet dentibus. Primo propter eandem causam. Secundo quia ualde sunt exterius oppositi. ualde etiam nocet si prius occurrente calido subito frigidum occurrat. septima tertij. cap̄. de cōseruatione dentium. Et per idem patet q̄ ossibus omnibus lacertis & panniculis nocet. Quarto nota. Non solum cerebro sumpto pro medullari substantia, sed etiam uelamini eius propter easdem causas quæ dictæ sunt.

Auicē.

Secunda cōclusio. Calidū omnibus confert & similiter est eis amicū. Probatur. calidū est caliditatis naturalis istarum partium naturaliter cōseruatiuū. ergo cōclusio utra. patet consequentia. & assumptū circa litteram declarabitur. Primo nota. Per calidum in proposito intelligendum esse quodcunq; calidū moderate occurrēs corpori et p̄fatis mēbris, tale amicū esse. Secūdo nota. Tam calidū superfluū q̄ frigidū superfluū nocet corpori, sicut ecōtra tā frigidū moderatū occurrens q̄ calidū cōfert. calidū tamē dicit amicū & frigidū inimicū, q̄a alijs paribus plus lædit frigidū q̄ calidū. si indecēter occurrāt etiā sub maiori mēsura cōpetit calidū q̄ frigidū īmo sub aliqua mēsura calidū cōfortat sub qua si frigidum occurreret mortificaret & stupefaceret. Similem sententiā huic totali collige prima primi cap̄. de cōplexionibus. & ibidē doc. 6. cap̄. 3. & fen. 4. 2. cap̄. & aliqualiter secūda primi. doc. 3. cap̄. 3. s. de signis cōplexionum. s. in. 6. genere signorū. & secūda tertij. ca. primo. & septima tertij. 2. cap̄. s. de cōseruatione dētiū. & prima tertij. cap̄. de canonibus ægritudinū hepatis uide.

Calidū quid.

Aphorismus. 19.

Quæcūq; infrigidata sunt, recalefacere oportet: exceptis quibuscumque sanguinem manare futurum est.

The. Quæ perfrixerint, calefacienda sunt, exceptis his quæ sanguinem profundunt.

Leo. Quæcunq; refrigerata sunt excalefacere oportet, exceptis his quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet cōclusiones. 2. ē ibi (Exceptis.)

Prima cōclusio. Quæcūq; præternaturaliter infrigidata sunt oportet calefacere. Probat̄, q̄a quecunq; talia oportet ad naturale tēperamentū reducere. ergo &c̄.

Primo nota. Quæcunq; calefacta præternaturaliter, puta ægra uel neutra. Secūdo nota. Recalefacere id est p̄ calefactionē ad naturalē tēperiē reducere, & hoc ubi natura p̄ se ad hoc nō sufficiat, et hoc cū calefaciētē p se uel p accn̄s siue actu siue potētia tale in effectu æqualis discrasię, ut alias declaratū est. Et sumitur causa ex hoc quia cū cura debeat fieri p cōtraria ęqualia ī gradu etc.

Recalefacere quid. Gal. Auicē.

Secūda cōclusio. Membrū aut corpus àquo futurū est sanguinē emanare, & si infrigidatū est, nō tn̄ expedit calefacere. Probat̄, q̄a p calefactionē prouocat fluxus. ergo. patet cōsequētia. & assumptū intelligēti superius. Calidū nocet eo frequēter &c. Primo nota. Sāguinē paratū esse fluere ex uena aut ex arteria uel utraque. & hoc uel magna uel parua siue forte corpus siue debile fuerit. Secūdo nota. Ex octauo therapeutice ad finē. & quarta primi cap̄. 1. Quādo cōplicant duæ cōtrariæ indicationes debemus potiorē inseq, altera nō tn̄ penitus neglecta. Membro autem præternaturaliter infrigidato & ab eo sanguine effluente uel emanare parato duæ contrarię complicantur intētiones vna sumpta à mala cōplexione frigida quæ indicat de sui remotione p calfa. alia à fluxu sanguinis quę indicat eius ꝓhibitionē cum frigidis, ideo ad potiorem intendendum. Potior est autem secundum plurimum sanguinis fluxus ut supra habitum est, ideo &c̄. & causa quia calida dilatāt. Ter

Calefaciēs 2^a tio nota. Duplicia esse calefacientia, quædam absolute, & quædam non absolute, sed putrefacientia. Ad propositum dicitur non esse calefaciendum cum calefacientibus absolute, sed cum cauteriçantibus & escaram causantibus, ut aliquando conuenit, ut quarta primi capitulo de cauterio. & colligitur hęc distinctio secunda primi. doc. secunda summa secunda capitulo primo scilicet de calefacientibus. Gal. Auicē. Similis sententia quātum ad primā conclusionem colligitur tertio techni tex. 83. Curatio uero. & .4. primi capitulo primo. & pluries alibi. & quātum ad secundum quinta tertij. capitulo de fluxu sanguinis narium. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Aphorismus. 20.

Vlceribus frigidum mordax, cutem indurat, dolorem sine sanie facit, nigrores, rigores, spasmos, tetanos, & febres.

The. Frigida ulceribus mordax est, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem mouet, liuorem trahit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones inuehit,

Leo. Vlceribus, frigidum quidē mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. quatuor continet conclusiones. Secunda est ibi (Cutem indurat.) Tertia ibi (Dolorem.) Quarta ibi (Nigrores.)

Prima cōclusio apho. est ista. Frigidum. i. aqua frigida est mordax ulceribus. Probatur. huiusmodi frigidū ad interiora penetrat ulcerati loci uel membri soluendo cōtinuum solutione pluries numeri & inordinati situs. ergo conclusio uera. patet consequentia ex quid nominis mordicatiuæ medicinæ. et assumptum declarabitur Vlcus duplex statim. Primo nota. Licet ulcus proprie sumptum distinguatur cōtra uulnus ꝓprie sumptū, ut quarta quarti. tract. tertio capitulo primo. Auicē. hic tamen sumitur large, ut se tam ad uulnus ꝙ ad ulcus extendat, de quolibet. n. uerificatur ut patebit. Secundo nota. In proposito frigidum sumi posse pro quolibet frigido intenso penetratiuo subtili siue aer siue aqua uel aliud quodcunq; fuerit. Fridū moltiplex. de quolibet enim uerificatꝰ apho. licet in proposito per frigidum specialiter aquam frigidam Hip. intellexerit, ut quarto de simplici medicina exponit Gal. ubi præsentē allegat aphorismum. secundo capitulo. Gal. Tertio nota. Frigidum huiusmodi maxime esse mordax ulceribus, cum loca ulcerata sint facilius ad profundum penetrabilia ꝙ loca cuti cooperta, ut colligitur à Gal. loco præallegato cuti resistente penetrationi. Ex quo patet primo tam à calido posse mordicationem fieri, ut Gal. inquit ꝙ à frigido. Patet secundo non solum uulneratas & ulceratas esse à frigido mordicabiles, sed etiam non ulceratas, raras tamen & penetrabiles existentes, ut oculi facies, immo non solum raræ sed etiam densæ, ut manus ꝓpter multam esse intensionem & subtilitatem occurrentis frigidi, ut. 4. de simplici medicina. 3. capitulo. quia tamen facilius & magis causatur mordicatio alijs partibus in parte ulcerata ꝙ non, sufficit etiam aliquod frigidum causare mordicationem in parte ulcerata ꝙ non sufficeret in parte non ulcerata, unde tale est magis ulceribus nociuum & euitandum, quare specialiter de ulcerata parte dixit in apho. Qualiter autem fiat mordicatio tā à frigido ꝙ à calido, uidebitur in questione &c.

Secunda conclusio frigidum indurat cutem. Probatur. frigidum condensat cutem & etiam inspissat uel congelat humidum existens in cute. ergo consequentia nota. quia talibus condensatis & inspissatis tactui magis resistunt uel minus cedunt, et per cōsequēs sunt duriora.

Primo nota. Non solum cutem, sed etiā quibus frigus occurrit à frigore indurari. s. mēbra non tamen omnia. aliqua. n. à frigore dissoluunt, ut. 4. metheororū. & .2. cañ. c. 3 declaratū ē. Secūdo nota. Indurationē qñq; Aristo. fieri à calido faciente subtile resolui & euaporare, qñq; uero fieri à sicco humidū resoluēte, qñq; uero à frigido. Et hoc dupl'r. Primo ꝓpter fortē cōgelationē uel inspissationē humidū exprimentē, ut in luto euenit cōgelato partibus expressis aqueis & terreis remanentibus qñq; uero solū ipsum humidū sine expressione fortiter inspissando. Ad propositū his duobus modis frigidū pōt cutē & membra quibus obuiat indurare. Ex quo patet ueritas conclusionis. Induratiōis cā quō fit calim uel sicū uel frigidū

Tertia cōclusio. Fridū cāt dolorē saniei generationē in ulceribus impediēdo. Probatur. frigidū inducit sensationē tristē subito & materialr̄ imprimēdo & calorem debilitando et ebullitionē ad saniei generationē requisitam remouendo. ergo cōclusio. uera. patet cōsequētia, & assumptū cc̄ litterā declarabit. Primo nota. Frigidum dupl'r posse causare dolorē. primo soluēdo cōtinuum. Secūdo organū tactus per frigiditatē subito & materialiter trāsmutādo, & pōt etiā utrunq; istorū cōcurrere. In ꝓposito autē tangiẗ uterq; modus. primo dū dicitur mordax. cātur. n. mordicatio ꝓpter solonē continui. Secundus cū dicit dolorē facit &c. adde cām in cōmēto. s. materiā iotus &c. addēdo & eius trāspirationē ꝓhibēdo. Fridū cāt dolorē 2e Secūdo nota. Frigidū impedit generationē saniei laudabilis, quę cōsequiẗ potentiā siue dñium caloris naturalis supra materiā saniādā, quia nō fit nisi à natura uincēte, ut primo de dīfis febriū. ca. 7. & primo ꝓnosticorū. alt. cōmē. & .3. quarti. ubi tāguntꝰ efficiētia saniē. Gal. Hippo. Frigido ergo forti ulceribus occurēte extiguit calidum & cōgelat materiā saniādā & imobilē reddit & ꝓhibet saniei laudabilis generationē prohibet etiā generationē saniei illaudabilis, quia in illa & si natura sit uicta, dominatur tamen putredinalis calor qui extinguitur à frigido ut dictum est. ideo &c.

Quarta conclusio Frigidum causat nigrores rigores febres spasmos & tetanos. Et ē cōclusio apho. s. fridū uero spasmū & tetanū &c. Et tu uide ea quæ notata sunt.

Aphorismus. 21.

Est aūt ubi in tetano sine uulnere iuuene bene carnoso, æstate media, aquæ fridę multa infusio, caloris reuocationē facit. Calor uero hæc liberat.

Leo. Nonnunꝙ per distentionem sine ulcere, iuueni bene corporato, æstate media, frigidę larga perfusio, reuocat calorem. Calor autem mala hęc tollit.

The. Est autē ubi in distentione sine ulceratione, iuuenē bene carnoso, ęstate media, frigidę aquę multa perfusio calorem reuocat. Calor autem hęc soluit.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Multa infusio aquę frigidę in iuuene bene carnoso æstate media tetanum patiēte sine uulnere liberat uel curat tetanum uel saltem contingit curare. Probatur. talis aquę infusio reuocat & fortificat calorem naturalem. sed calore fortificato curatur spasmus. ergo conclusio uera patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. ponitur in littera solum antecedens. s. maior & minor. Et similis sententia colligitur tertio complexionum. cap. 5. & .2. tertij. ca. de cura tetani. Gal. Auicē. Et ampliatur non solum ad tetanum, sed etiam ad spasmum & alias neruorum ægritudines à simili causa pendentes. Vtilitas uero aphō. patet ex hōc.

Primo nota. In apho. exēplificari dispositionem remouendam & causam remotionis siue remedium & conditiones cum quibus debet talis causa curatiua corpori applicari. Tangiẗ primū per ly in tetano. Tangiẗ secundū cum dicitur, aquę infusio. Tāguntur etiam conditiones quarum quędam sunt ex parte corporis se tenentes. s. ꝙ sit iuuenile bene carnosum & ꝙ sit tetanus sine uulnere. reliq; sunt extrīsecę, ut ꝙ sit æstas media & ꝙ aqua infusa sit multa. totū patet ī apho. Secūdo nota. Tetanū hōc intelligi potissime materialē ex repletione, licet ad aliquē Tetanus qd. & du^x.

non proportionatū ad materiam posset extendi, ut si læderet frigus acuitate sua materiam &c. Et sumitur hic tetanus prout ad spasmum se extendit. Et dixit notanter est autem, quia non necessario sequitur curatio ex tali applicatione, nec nisi in casu ubi alia remedia non conferant per se operatiua est hoc remedium applicandum. ideo dixit. est autem, quia non frequenter debemus tale applicare remedium. Tertio nota. Hoc uerum esse tā in tetano uniuersali q̃ particulari securius tamen est in tetano particulari q̃ in uniuersali tale remedium applicandum, ut patere potest intelligenti, immo etiam ad alias ut tactum est potest ægritudines applicari.

Q ñ frigida aq̃ Tetanum curat.

Quarto nota. Ad hoc q̄ huiusmodi aquæ infusio possit istam curare ægritudinem, requirūtur cōditiones tactæ. Primo tetanum esse sine uulnere, quoniam ulceribus est frigidum mordax. Similiter quia pars ulcerata est pręparata ut ad profundum eius perueniat impressio aque frigidæ, quia sic ad profundum perueniente extinguitur & non uigoratur calor. est etiam pars uulnerata necessario in suo calore multum debilitata euanescente spiritu multo ex uulnere. Secunda cōditio corpus debet esse iuuenile in quo sit calor multus in quali & in quanto, quia alias à tali frigido posset extingui. Tertio q̄ sit bene carnosum. si enim est gracile sicut corpora cholerica propter suum calorem esse in quanto modicum, & cū hoc corpus rarū & gracile faciliter posset frigoris actio ad interiora penetrare & calorem extinguere. Quarto q̄ sit in æstate media, tunc enim plus homo patitur frigoris impressionem superuenientem sine nocumento, aere calido corrigente. Similiter etiam cum in tempore hyemis sit reuocatio ab aere facta, si superueniret reuocatio ab aqua posset esse caloris causans suffocationem, non enim quælibet caloris ad interiora nimia reuocatio calorem fortificat, patet in principijs paroxismorum. Quinta conditio q̄ illa aqua sit multa, quia calore in ipso multo existente & propter æstatem ad exteriora expanso non nisi multa & subito infusa sufficeret ipsum reuocare. Ex quo patet causa uerificans aphor. corpore enim cum conditionibus iam dictis materialem tetanū patiente ex repletione si superinfundatur multa aqua frigida propter carnositatem penetrare non potest, tamen & partes extrinsecas quibus occurrit inspissat & poros claudit quare calor naturalis in quanto multum interius unitur & fortificatur & materiæ facienti tetanum melius applicetur, & per consequens apho. est uerus ut protulit Hip. Ex quo patet quare mulieres quandoq; bene curant ne uocis raucedinem circa colla uirorum panniculum infusum in aqua frigida circunuoluendo. & plura similia his patere possunt &c. Dubium cadens hinc ual de facile est & ex dictis patens.

Aphorismus. 22.

Calidum saniem faciens non in omni uulnere, maximum signum ad certitudinem, cutem mollit, attenuat sine dolore, rigorum, tetanorū, & spasmorum mitigatorum. Eorum uero quæ in capite sunt soluit grauedinem. Plurimum cōfert ossium fracturis, magis uero denudatis, Horum autem maxime in capite uulnera habentibus, & quæcunque à frigiditate oriūtur, aut uulnerantur: & herpetis comedentibus, ano, pudendo, uesicæ: & matrici. Calidū quidem, determinans, & amicū, frigidū uero, cōtrariū, et occidēs.

Theo. Calida suppuratoria ulcerum omnium est, summum securitatis præstat indicium, cutem mollit, extenuat dolorem, lenit conuulsiones, distentiones mitigat. Capitis autem grauitatem soluit. Ossibus fractis plurimum prodest, sed præcipue ijs quæ exuta sunt, eorumq; maxime ijs quæ ulcera habent capitis, & quæ ab algore uel moriuntur, uel ulcerantur. Necnon repentibus, comesis, sedi genitali, utero, uesicæ, opitulatur. His calida amica, & decretoria est. Frigida, inimica, atq; interimens.

Leo. Calidum suppuratorium non in omni ulcere, magnū ad securitatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, conuulsiones, & distentiones mitigat. Et ex his quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatem. Plurimum autem confert ossium fracturis, sed nudis præcipue, eorumq; maxime qui in capite ulcera habent, & quęcunq; à frigore moriuntur, uel ulcerantur, & repentibus comesis, sedi, pudendis, utero, uesicæ. His calidū, amicū, iudicans, & frigidū inimicū, & perimēs.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. 9. continet conclusiones. Secunda est ibi (Cum autem.) Tertia ibi (Rigorum.) Quarta ibi (Eorum.) quinta ibi (Plurimum.) sexta ibi (Horum.) septima ibi (Et quæcunque.) octaua ibi (Et herpetis.) nona ibi (Ano.)

Prima conclusio apho. In omni uulnere calidum faciens saniem est maximum signum ad certitudinem id est ad certā salutem. Probatur. huiusmodi signum ostēdit uirtutem dominantem esse materię & materiam esse benignam. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia huic colligitur quinto de simplici medicina. capitulo de medicina maturatiua. & tertia quarti. ibi medicinarum maturatiuarum. & secunda quarti. tract. 3. capitulo primo. Et est utilis hęc conclusio in actu pronostico et operatiuo, ut patet. Primo nota. Licet in proposito per calidum aquam spiritualiter intellexerit Hip. ad omne tamen actuale calidum nostro calori conforme, quia scilicet ab eo non multum recedens gradualiter extendi potest, & sic etiam per aquam calidam calori nostro temperato conformem, cuius conformitas comprehenditur ex delitia quam consequitur ex eius infusione supra membra. & hoc siue talis aqua embrocando siue euaporando siue sub balnei specie corpori approximetur aut membro uulnerato. Secundo nota. Per saniem intelligendum esse saniem laudabilem albam, scilicet lenem & æqualem. Ex qua arguitur potentia & uictoria caloris supra materiam fluentem aut congestam in uulnerato membro. Et ex isto colligitur causa uerificans aphor. huiusmodi enim calidum temperatum confortat & uigorat calorem naturalem, ex quo ipse fit uincens & dominans & consequenter est signum certum &c. Quod ideo dicitur maximum, quia per illud comprehendimus alia. Et dicitur signum salutis, quia significat euacuationem membri à corruptione spasmo & alijs dispositionibus prauis. Sed cōtra istam conclusionē sunt aliqua dubia. Primum. Huiusmodi calidum nō est medicina digestiua nec maturatiua. assumptum p̄ prima parte colligitur. 2. cañ. capitulo quarto. quia medicina digestiua est illa à qua acquiritur cibo digesto. & q̄ non sit maturatiua patet, quia omnis medicina maturatiua debet esse stypticitate participans, ut cōtineat materiā in membro donec maturetur. aqua autem calida nō est huiusmodi. unde. 2. cañ. alleg. capitulo. & in ipsa scilicet medicina maturatiua est uirtus styptica contractiua retinens humorem usquequo digeratur &c. Secundum dubium. Stat materiam saniandam esse nimis calidam & subtilem, quo posito ex approximatione calidi non digeretur sed potius inflammabitur. igitur &c.

Tra. 3. Ca. 22 Vulnetis ad salutē apti canō practicus & operatiuus.

Sanies dupl.

Dubia

Tertium dubium. Materiam in uulnere uel ulcere à uirtute & calore naturali insensibiliter resolui, est certius & melius signum q̃ materiam saniari. ergo hoc nō est certissimum, cuius oppositum innuit Hippo assumptum patet, quia significat perfectius dominium uirtutis supra materiam. Quartum dubium. In aliquo uulnere sanies quantuncunque laudabilis est signum ma-

lum. ergo assumptum arguitur, quia in uulnere pulmonis ut colligitur. 3. cañ. 4. tract. capitulo de signis phthisis & inferius. 7. huius apho. 25. in sanguinis sputum saniei sputum malum. Similiter contingens est uirtutem esse potentem ad materiam saniandam, ut in empiemate, non tamen expellendam, quo posito non erit signũ certum, quia sequitur mors. Ad hoc dubia per ordinẽ respondetur. Ad primum dicitur q accipiendo medicinam digestiuam & maturatiuam proprie, ut describit secundo cañ. calidum tam dictum non est medicina digestiua nec maturatiua ut patet, capiendo tamen communiter pro medicina quoquo modo caloris confortatiua & roboratiua ut digerat uel maturet potest medicina digestiua ac maturatiua nominari. secundum istum ergo modum neganda est consequentia. Ad secundum dicitur limitando conclusiones. ubi, scilicet in materia non reperiatur dispositio alia fortius indicans nõ esse approximãdum calidum, sicut in proposito. Vel potest dici hanc aquam calidam tunc cõpetere, quia aget per frigidum ingrossando materiam illam, quia remisse calidum non agit intensiue nisi per frigiditatem. Ad tertium dr̃ cõcedendo q nõ sit certissimũ absolute, sed ubi materiæ non completo & perfecto dominio dominatur uirtus. & sic est in proposito. Ad quartum dicitur q intellectus Hipp. est maximum signum &c̃. quia scilicet ex parte materiæ nõ repugnat q membrũ sanetur &c. licet ex parte alterius repugnare posset, ut si uirtus expulsiua sit defecta, aut etiam ulcus in membro difficilis aut impossibilis consolidationis propter motũ tussis &c. sicut in phthisi contingit. Nota tamen hanc medicinam non esse corpori approximandam multum repleto ne nimiam materiam fortasse attraheret, immo ex hoc expedit euacuationem præcedere.

Auicẽ. Hippo. Medicina digestiua 2ª

Secunda conclusio. Calidum mollit ipsam cutim sine dolore attenuando. Probatur. calidum rarefacit cutem & materiam circa cutem eliquat sine resolutione. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Item quinto de simplici medicina ubi prius quantum ad primam partem & quantum ad secundam ibidem, & quarta primi. capitulo de sedatione doloris. & quinto Continentis capitulo de doloribus. Et est utilis. Et ampliatur ut præcedens. Primo nota. Non solum cutem, sed etiam alias partes nostri corporis aptas mollificari calidum mollit. de cuti tamen facit specialem mentionem tanquam de illo cui frequentibus occurrit huiusmodi calidum, ut in probatione cõclusionis est aliqualiter tactum, sua enim actuali caliditate rarefacit cutem & subtiliat, quare dilatatur colliquando etiam humiditates sub cute congelatas à frigido cutẽ reddit molliorem, quod etiam adiuuat actualis humiditas, cui coniunctum est hoc actuale calidum. Secundo nota. Hoc totum intelligendum esse huiusmodi calido debito tempore occurrẽte. si enim nimium occurreret aut nimis intense contingere posset oppositum, ideo &c.

Gal. Auicẽ. Rasis.

Tertio nota. Notanter dictum est sine dolore, quia paulatine & membrum à sua naturali temperie non remouendo. Primum dubium. Quia actuale calidum agit resoluendo subtile cum remanentia grossi. ergo indurando. forte dicitur q etiam subtiliat grossum. Contra, quia facilius est subtile resoluere q̃ grossum subtiliare. Item quia elixata ponuntur sicciora assatis. 3. metheororum. Item quia frigidum mollit. ergo calidum indurat, sicut acetum ossa aqua frigida carnes & ea quæ in aqua ponuntur ad maturandum. Secundum dubium. Tale calidum attrahit multam materiam. ergo cutem ingrossat. assumptum probatur, quia facilius est attraherẽ q̃ resoluere. Ad primum dicitur q licet aliquid de subtili resoluat, de ipso etiã attrahit & rarefacit & facilius est subtiliare q̃ resoluere. et dicit q elixata sunt humido proprio sicciora, humido tamẽ madefactiuo humidiora. & hoc non repugnat dictis de aceto & aqua patet, causatur enim illud humiditate accidentali & non frigiditate, quia frigiditas potius ad oppositum inclinaret ut patet. Ad secundum dicitur q non multũ attrahit materiã. pono enim corpus non esse multum repletum nec multum esse materiam paratam ad fluxum. patet tunc qualiter respondendum.

Dubia. Aristo.

Tertia conclusio. Calidum hoc est mitigator siue sedator rigorum & spasmorum. Probatur. huiusmodi calidum est causarum istarum remotiuum. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litterã declarabitur. Primo nota. Huiusmodi calidum mitigator est rigoris, poros enim aperit & materiam rigoris resoluit & transpirare facit, materiam etiam calefacit et calorem ad extra reuocat, quæ omnia secundum plurimum rigorem in toto uel in parte mitigãt. Secundo nota q etiam remouet spasmum & tetanum, immo non proportionatum ex congelatione ut patet. Item à materia pungente aut nocente quam resoluit. Item spasmum de inanitione humectando, sed oportebit tunc ipsum esse minus actu calidum sed de repletione patet præcedente tamen uniuersali euacuatione. Primum dubium. Ex quo tale confert in rigoribus quare in principijs paroxismorum non præcipiunt auctores uti tali actu calido in remotione rigoris. Secundum dubium. Quia uidetur augere spasmum de inanitione resoluendo & de repletione attrahendo. Ad primum dicitur in principijs ut plurimũ materia est multa, ne ergo fiat multa agitatio non approximatur, quamuis de se sit rigoris remotiuum, ut patet de oleta actu calidis spene approximatis, & ideo in declinatione ubi confidimus non multam adesse materiã bene conceditur. Ad secundum patet similiter quid respondendum.

Dubia.

Quarta conclusio. Calidum confert grauitati capitis. Patet quia digerit & resoluit materiam. Primo nota. Grauedo potest intelligi aut grauedo à materia grauante caput aut sensuum obtuso a uaporosa materia cõtenta, & utroque modo potest intelligi. Secundo nota. Vtrique competit si materia non fuerit multa & corpus repletum multum, & materiæ ad caput declinantes, alias enim non competeret, ut patet intelligẽti. Cõtra. dissoluit et amplicat materias, item uapores à toto ad caput attrahit. ideo &c̃. Patet responsio per hoc q nõ competit materia fluente nec nisi uniuersalibus præcedentibus euacuationibus.

Quinta conclusio. Maxime confert ossium fracturis & maxime discoopertis. Probatur, quia disponit illa ad consolidationem naturalem complexionem conseruãdo, & mollitiem debitam. ergo &c̃. patet consequentia. & assumptum declarabitur. Nota. cõfert fracturis ossium & maxime denudatis ad differẽtiam illarum, quæ carne manent coopertæ. cuius causa est, quia illæ maxime indigent calefactione & humectatione, sunt enim expositæ extrinsecis alterantibus magis, & spiritus ossis euanescit magis denudato osse q̃ non denudato. Contra. Primo quia ossa complentur à frigido Secũdo quia illud imbibitur. Ad primum dicitur q licet a frigido indurentur & fiant solida, à calido tamen eniscantur. Ad secundum dicitur q bene siccabitur.

Sexta conclusio. Maxime confert habentibus uulnera in capite. Probatur, quia ibi mitigat dolorem confortat partem uulneratam & preseruat à frigoris actione.

Septima conclusio. Confert mortificatis & uulneratis à frigido. Probatur, quia remouet malam complexionem & dolorem à membro dolente.

Octaua conclusio. Confert herpetis comedentibus. Patet, quia consumit malam materiam & caliditatem naturalem. ergo &c̃. patet consequentia. & assumptum deducetur. Primo nota penes auctores reperiri ista nomina, herpes estiomenus, cãcrena, & ascachillos nõ differũt cãcrena & ascachillos, nisi quia cãcrena est apa cum magna corruptione in mẽbro, non dum tñ

Herpes estiomenus qd et cãcrena et ascachillos.

sensus

ſenſus ꝑdito, aſcachillos uero ſic. ſed herpes eſtiomenus eſt apoſtema ſerpendo & comedendo membrũ circa ſe continuo ꝓcedens. & dicitur ab herpere græce ꝙ idem eſt quod ſerpere latine, & eſtiomenus, id eſt uorans aut commedens quaſi uorando uel comedendo ſerpẽs. huic competit huiuſmodi calidum propter cauſam dictam.

Contra, quia in cõmento dicitur ꝙ nocet uulneribus corroſiuis. Huic dicitur ꝙ iſtud eſt uerum ſumpta indicatione à qualitate actuali & ſubſtantia, tamen confert ſubtiliando & reſolutioni preparando.

Vltima concluſio. Confert ano pudendo matrici &c. Probatur, quia omnibus eſt amicũ & frigus inimicũ. ergo &c. patet conſequentia. & aſſumptum patebit.

Anus et pudẽda cuius complexionis ſint.

Primo nota. Anus pudendum, quia uirile & muliebra membrum & matrix ſunt membra neruoſa frigida, ideo hoc calidum temperatum eſt ſibi amicum. Secundo nota illa pars. Calidum quidem amicum & terminãs & cõſeruans poteſt exponi. Primo ut referatur ad anũ pudendum &c. Secundo ut ad omnia ſuperius dicta, & uterque intellectus poteſt eſſe bonus.

Aphoriſmus. 22.

In his uero oportet frigido uti, unde ſanguis fluere futurus eſt, non ſuper loca, ſed circa ea. Et quecunque phlegmones aut inflammationes in rubeum aut ſub ſanguineum colorem ſunt tendentes ex recenti ſanguine. Quoniam ueterata denigrat. Et iuuat eriſipilam non uulneratam, quoniam uulneratam nocetur.

The. Vſus frigidæ ubi ſanguis profunditur, attamen non qua effluat, ſed iuxta iniicienda eſt. Quin etiam ubi inflammationes ſunt aut inflammina ad rubrum cruentumue tendentia ſanguine recenti. Nam ueteribus quidem nigredinem affert. Ignem etiam ſacrum non exulceratum iuuat, exulceratum lædit.

Leo. In his frigido utendum unde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa, ſed circa ipſa unde influit. Et quæcũque inflammationes, uel inflammine ad rubrum, & ſub cruentum ſanguine recentẽ tendunt, nam ueteribus nigredinem affere. Eriſypelas etiam nõ ulceratum iuuat, nam exulceratum lædit.

Expoſitio Iacobi.

Iſte apho. 5. habet concluſiones. Secunda eſt ibi (Nõ ſuper.) tertia ibi (Et quæcunqꝫ.) quarta ibi (Quoniã.) quinta ibi (Et iuuat eriſipilam.)

Prima concluſio aphor. Oportet uti aqua frigida uel frigido in his partibus, unde, id eſt ex quibus eſt ſanguinis fluxus. Probatur. per uſum aquæ frigidæ prohibetur ſanguinis fluxus &c, ergo concluſio uera. patet conſequẽtia. & aſſumptum arguitur, quia aqua frigida uias conſtipat & ſanguinem ingroſſat. igitur &c. idem colligitur quinta. 3. capitulo de fluxu ſanguinis narium. & quarta 4. tract. 2. capitulo de fluxu ſanguinis. Primo nota. Vt colligi poteſt quinta tertij alleg. capitulo. & aliqualiter. quarta. 4. alleg. cap̃. Fluxus ſanguinis multis modis prohibetur à membro. Primo per diuerſionem ſiue p recurſum. ſicut ſanguine fluente ex naribus phlobotomamus cephalicam aut uentoſam ſuper regionem hepatis aut ſplenis. Ponimus quandoqꝫ cum uehemẽter exiccãtibus & ſtypticis, qualia ſunt nux cupreſſi balauſtię galliæ & huiuſmodi, quæ partem cõfortando & cõſtringendo ſanguinem ad membrum uenire nõ permittunt. Quandoqꝫ uero cum fortiter glutinantibus ut albumen oui crudum, et farina uolatilis molendini. Quandoque uero cũ cauterio actuali, ut declaratũ eſt. Quandoqꝫ potentiali, ut uitriolum attramentum & alia cauſtica eſcaram facientia. Quandoqꝫ uero cum his quæ à forma operantur ſpecifica, ſicut ſtercus aſini & aqua tuthæ & cerebra gallinarum cõmeſta. quinta. 3. alle. ca. Quædam uero operantur illud uehementer infrigidando ſanguinem congelando & uias conſtipãdo, ut ſuccus ſolatri portulacæ ſemperuiuæ & lactucæ & emplaſtrũ de gipſo in aqua frigida diſſoluto & aqua frigida loco applicata. Ad propoſitum ſolum hoc ultimum iſtorum expreſſit Hippo. Secundo nota. Non eſſe intentionẽ Hip. ꝙ uniuerſaliter in fluxu ſanguinis &c. ſit utendũ aqua frigida. In multis enim caſibus non conuenit, ut in naturali fluxu menſtruorum aut hemorroidarũ aut narium critico. Sed hoc eſt uerum ubi fluxus ſanguinis talis fuerit ꝙ indicet de ſui remotione ut prohibitione, & fuerit indicatio ſumpta à fluxu ita fortis ut alias indicationes ſi quæ eſſent ad oppoſitum ſuperet. Quod notanter additur, quia dato ꝙ fluxus ſanguinis indicaret ſe per infrigidantia aut conſtipantia eſſe remouendum, parte tamen per quam exiret exiſtente ualde debili, ut frigidi impreſſionem tolerare non poſſet non debet fieri cum infrigidantibus, ſed cum alijs medicinis & maxime non aqua frigida. Tertio nota. Ex his hoc modo colligi cauſam ueritatẽ apho. ſanguine fluente à fluxu ſuam prohibitionem indicante non ſtante alia indicatione ſi qua eſſet ad oppoſitum approximatio aquæ frigidæ ſanguinem ingroſſat & congelat & uiam cõſtipat. ex hoc prohibetur fluxus ſanguinis. ergo &c.

Auicẽ. Sãguis fluxũ ꝓhibere multis uariisqꝫ modis. Exiccamina uehementer glutinãtia fortiter. Cauterĩũ duˣ.

Sanguinẽ congelãtia & infrigidãtia uehementer

Secunda concluſio apho. Huiuſmodi aqua frigida nõ eſt ſupra partem applicanda à qua ſanguis emanaturus eſt. Probatur, quia ex tali applicatione magna ſequitur læſio ipſa potente applicari ſine læſione tali aut tanta. ergo &c. Nota iſtam concluſionem eſſe intelligendam de parte à qua fluit ſanguis ꝓpter uulnus in ea exiſtẽs. de alijs autem nõ eſt penitus uerum quod dicitur. Et cã eſt quia frigidum eſt uulneribus mordax & per illa penetrans ad profundum, & per conſequens membrorum illorum uehementer læſiuum. applicata uero circa partem conſtipat & ingroſſat ſanguinem ad partem fluera debentem, quare prohibetur fluxus eius &c.

Tertia concluſio. Circa quæcunqꝫ loca quæ habent inflammationes ad rubeum uel ſubſanguineum colorẽ tendentes ex recenti ſanguine oportet applicare frigidũ. Probatur ſic. per frigidum his applicatum minoratur inflammatio apoſtematis, prohibetur etiam apoſtematis augmentum repulſa materia fluente. ergo concluſio uera. patet cõſequentia. & aſſumptum declarabitur circa litteram. Similis ſententia colligitur tertia. 4. capitulo de cura phlegmonis. Primo nota. Phlegmonem quandoque ſumi pro omni apoſtemate cum quo eſt inflammatio uehemens. Quandoque uero ſolum pro apoſtemate calido ſanguineo, & taliter in propoſito ſumitur. Phlegmõ enim græce, latine interpretatur incendium.

Auicẽ.

Secundo nota. Per phlegmonem ex ſanguine recenti intelligere debemus phlegmonem in principio exiſtentem, quia adhuc materia eſt in fluxu, cuius ſignum, quia color ſanguinis nondum à calore naturali ſanguinis eſt notabiliter permutatus. huic enim cum competat repercuſſio fluentis materiæ competit aqua frigida aut ꝓportionale frigidum, quo ſanguis in fluxu exiſtens ingroſſetur & prohibeatur à fluxu, inflammatio etiam et dolor qui eſt cauſa attractionis aliqualiter ſedetur & acuitas materiæ conſequenter aliqualiter remoueatur. Et ex iſto patet ueritas concluſionis. Patet etiam qualiter dixit. Calorem rubeum clarum, aut talem qualis ſanguis omnino naturaliter ſe habens, & per ſubſanguineum ſanguinem aliqualiter parum tamen à naturali ſua diſpoſitione permutatum. Quinto nota. Hic reperiri inflammationes & inflationes. Et utraque littera ſtare poteſt. Si enim dicat inflationes. i. tumores. Si uero inflammationes patet.

Phlegmon & phlegmoni idem qđ ĩcẽdiũ.

Quarta concluſio. Frigus non conuenit phlegmonibus ex inueterato ſanguine procedentibus. Probatur. p

frigidum huiusmodi sanguis non repellitur sed induratū & membrum mortificatur. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum colligitur aliqualiter in litera cum dicitur. denigratur, quæ denigratio attestatur schirosi & mortificationi. Primo nota. Per inueterata siue ueteratas phlegmones intelligere debemus phlegmones quarum materia non est amplius in fluxu aut fluere parata, sed iam fluxa est in membro confirmata. talibus enim non competit huiusmodi frigidum, ut statim declarabitur. Secundo nota. q licet sumpta indicatione à qualitate materiæ phlegmoni competeret frigidum iam dictum. in quatuor tamen potissime casibus non est aliquo modo etiam materia ualde calida existente hmōi frigidū applicādum. Primus est ubi mēbrū patiens phlegmonem fuerit emunctorium alicuius principalis membri, sicut si in inguine uel subascellis ne materia ad principale membrū recurreret. Secūdus ubi materia calida fuerit uenenosa maligna, quia non licet illā ad interiora repellere, sed ad exteriora trahere. Tertius casus ubi phlegmon in membro causatum fuerit per uiam criticæ expulsionis, tunc enim non licet ad oppositū materiam attrahere, ne ipsa interius retracta causet recidiuam radice peiorem. Quartus casus est ubi materia fuerit iam affixa membro in quo est collecta & ibi conculcata, tunc enim ex appositione frigidi magis figitur, & etiam ingrossatur materia in membro cōsequenter magis corrumpitur ex diuturniori retentione, unde dubitandum est de membri corruptione. Et ad istum modum reducitur præsens conclusio. Et patet ex his quæ dicta sunt ueritas conclusionis &c̄.

Phlegmonis quatuor casus quibus nō ē applicandū frigidū

Quinta conclusio. Huiusmodi frigidum iuuat erisipilam non uulneratam. Probatur, quia materiei feruotem remouet ipsam digerit & nouæ materiei fluxū tollit. ergo &c̄. patet cōsequētia. & assumptū declarabit.

Sexta conclusio. Non iuuat erisipilam uulneratam. Probatur, quia frigidū huiusmodi parti uulneratæ approximatum est illius mordicatiuum & caloris sui naturalis extinctiuum. ergo &c̄. Primo nota. Erisipilam esse apostema cholericū ex cholera rubea prouenienš quā cōmuniter erisipilam sacrum ignem nominauit. erisipilon enim græce, latine sacer ignis sic dictus, quia partes igni. i. ad igneum ruborem conuertit. Secundo nota. Per erisipilam uulneratam intelligit illam in qua est notabilis & manifesta solutio continuitatis membri, econtra uero non uulneratam uulneratæ ergo nō competit propter causam tactam quia pars est tarefacta & debilitata intantum q per ipsam frigidum ad profundum facile nimium penetrat, sic forte membri naturalem calorē extingueret mordicationem etiam in primis causando. parte uero non uulnerata notabiliter existente competeret acuitatem choleræ aliqualiter reprimendo eius fluxum prohibendo, materiam à uulneratione prohibēdo.

Erisipila qd. & diciē ignis sacer.

Ex quo etiam colligitur ueritas conclusionis &c̄. Sed circa dicta sunt difficultates & instantiæ quędam & primo contra primam conclusionem. Primum dubium. Vel huiusmodi frigidū uigorat calore interius & unit, quia scilicet calor ab eo non uincitur, sed unitur uel uincitur calor à frigore. Si primū. ergo fortius calefit para. contra canonem superiorem quacunq; infrigidata similiter. quia calefacta parte augebitur fluxus. Si uincet calorem etiam debilitat partem. Confirmatur, quia magis est spiritus q̄ sanguis, sed sanguinem congelabit, ergo & spiritum à fortiori. Secundum dubium, quia experimento patet intra uulnera medicos ponere albumen oui cum constrictiuis pulueribus. ergo non solum circa contra secundam conclusionem. Tertium dubium contra tertiam. In phlegmonibus & erisipilis frigidum expellit materiam ab exterioribus ad interiora. ergo ab ignobilioribus ad nobiliora consequentia tenet. 7. huius commento. 12. &c̄. erisipilam extra factā &c. consequens inconueniens et contra mentem auctorum, Item quando sanguinem extra uenas iam existentem potest frigidum expellere. Quartum dubium contra quintam & ultimam solutionem. Calidum iuuat erisipilam. ergo frigidum obest. antecedens patet, quia confert herpetis comedentibus ut supra. Item quia omnis erisipila est uulnerata, nulli tamen competit frigidum, scilicet supra ipsam. assumptum patet, quia est apostema a quo non absoluitur continuitatis solutio. Ad primum dicitur. q frigidum secundum quid obtinet et nō simpliciter supra calidum. ipsum enim remittit notabiliter, sed non tanto approximatur tempore q extiguat. & sic repellit, nec tamen membrum notabiliter lędit.

Dubia

Ad confirmationem conceditur q aliquam particulā spiritus extinguit, sicut aliquam particulam sanguinis in uenis illis congelat. Ad secundum illa non ponuntur actu frigida uel saltem poni non debent, nisi aliquid fortius indicaret. Ad tertium q à membris à natura finaliter ad recipiendum superfluitatea aliorum deputatis, quia scilicet principalibus membris seruientibus & illis subordinatis non licet repellere, quia melius est membra non principalia fore onerata q̄ principalia. ab alijs tamen licet ubi non fuerit aliqua de cōditionibus tactis, & precesserit euacuatio uel diuersio debita, tunc enim interiora facilius uincere poterunt paucam materiam dispersam per ea q̄ per exteriora. quomodo autem fiat huiusmodi percussio alias declarabitur. Ad quartum potest negari consequentia, utrunque enim potest conferre primum quidem resoluendo, ut in declinatione alterum feruorem remittendo & repellēdo ut in principio.

Ad confirmationem patet per erisipilam uulneratam non esse intelligendam nisi in qua notabiliter & manifesta apparet ulceratio.

Aphorismus. 24.

Frigida uelut nix uel cristallus, pectori inimica, tusses commouentia; sanguinem fluere facientia & catharros.

Frigida qualis nix aut glacies, pectori inimica sunt. Tusses mouent, & sanguinem, & destillationem. The.

Frigida qualis nix, & glacies, pectori inimica, tusses mouent, & sanguinem, & destillationes. Leo.

Expositio Iacobi.

Prima conclusio apho. est ista. Frigida uelut nix & crystallus sunt pectori inimica. Probatur. huiusmodi frigida commouent tusses & faciunt fluere saniem & cum hoc sunt catharri generatiua. patet consequentia. & assumptum statim deducetur. Similis sententia huic colligitur primo cañ fen. 3. doct. 2. capitulo de regimine aquę & uini. & hoc quantum ad niuem. & ab Isaac in dietis particularibus. capitulo de niue. est utilis i actu practico, ut patet. Et ampliatur ad omnia actualiter nimis frigida uel potentialiter. Primo nota. Per niuem possumus intelligere niuem proprie dictam, quæ quandoque fit ex congelatione aquæ bonæ uel uapores eius sine permixtione rei extraneę sibi à generatione communicatę, aut à re super quam cadit. quædam autē econtra, & illa est multum mala. Prima enim non nisi actuali frigiditate nocet, eo enim q per congelationem est genita aquam usualem in frigiditate excedit, licet non humiditate, unde inimicatur neruis pectori & omnibus interioribus. Propter quod Auicen. allega. capitulo quod ex niue resoluitur &c̄. neruis & membris anhelitus nocumentum facit & omnibus interioribus, neque tolerat eam nisi uehementer sanguineus. q si nō ilico nocumētum faceret, alicui secundum dierum longitudinem faciet, & cum in annis processerit. Secundo nota. Crystallum quidam posuerunt esse uitri speciem, ut Serapio i suo de simplicibus capitulo de uitro. De quo miror cum uitrū ab eo ponatur calidū i primo & siccū in secūdo. Isidorus autē. 6. etymolo. ca. de crystallis. s. in 3 ponit

Frigidū excessiue nociuū. & maxie pectoris.
Auicē.
Isaac.
Frigidū excessiue ut cañ. practicus.
Fridū niuis dux.
Nix duplex
Serap.
Isidor.
Cristallū quid et unde

nit crystallum ex glacie in asia, maxime in septẽtrionalibus alpibus multos cõgelata per ãnos generari. Et idẽ in libro de proprietatibus rerum, unde & uehementer frigidum ibidem ponitur & ualet ad faciem dealbandã & lac amissum recuperandum. Sed sine ambiguitate dictum exponendo Hip. per crystallum ut antiqui intelligimus glaciem quæ eum claritate & luciditate similis ẽ crystallo, ut sit sensus, frigida uero nix aut glacies. hoc ergo inimicatur pectori, quia ossuosum neruosum & lacertosum, cum frigida his occurrentia dolorem inducãt lacertos duros & densos reddãt &c. Tertio nota. Causat tusses causando malam complexionem frigidam sine materia sensata. Secundo etiam malam complexionem causando materialem multiplicando ibi materiam frigidam ex congestione & de fluxu propter similẽ causam catarrizantia sunt. Quarto nota q̃ etiam indurando pectus uenas & arterias indisponunt flexioni & extensioni aliquali quæ requiritur in pectoris ampliatione durum etiam & congelatum facilius infrigidaĩ, tñ &c. Ex quibus patet aphor. ueritas.

Cristalli pprietas ad faciẽ dealbandã, lac ẽtere cuperãdum.

Aphorismus. 25.

In articulis dolores & tumores sine ulceratione & podagram & spasmum & horum plurima, frigida aqua infusa refrigerat & attenuat, & dolorem soluit. Stupor enim mediocris dolorem minuit.

The. Tumores articulorum & dolores sine ulcere atque etiam podagricos dolores & conuulsa aqua frigida large affusa magna ex parte leuat, soluit dolorẽ, extenuat. Torpor enim mediocris dolorem mitigat.

Leo. Tumores articulorum, atque dolores absque ulcere, & podagricos quoq; atq; conuulsa, horum plurima frigida aqua large effusa leuat, & extenuat, soluitq; dolorem. Nam modicus torpor dolorem soluit.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Aqua frigida plurima subito effusa confert soluit & refrigerat dolorem in articulis i. podagram & spasmum & tumores attenuat. Probatur, hec cõclusio sic. huiusmodi aqua frigida mediocrem causat stuporem materiam fluentem percutit & ad articulos fluere prohibet, materiam etiam spasmum facientem resoluit per accidens. ergo conclusio uera. patet consequẽtia. & assumptum declarabitur statim. Idem. 22. tertij. capitulo de cura doloris iuncturarum. & quarta primi. 3. ca. s. de sedatione doloris. Et est apho. leuis & utilis in actu practico. s. operatiuo. Et ampliatur ut patet.

Auicẽ. Aquæ frigidæ pficuę canon. practicus. Dolorisca.

Primo nota. Per articulos iuncturas esse intelligendas, ut alias declaratum est. Secundo nota. Dolores qñque consequuntur solutam cõtinuitatem quandoq; malam complexionẽ. & hoc uel sine materia uel cum materia cõpositam. Ad propositum hic maxime sermo est de doloribus malam cõsequẽtibus cõplexionẽ materialem uel immaterialẽ calidam posito q̃ secum consociẽt solutio cõtinuitatis, & patet tunc ueritas partis. Tertio nota. Vt Cõmentator in cõmẽ. per tumores apostemosos rubicundos calidos à materia calida ualde ad articulos fluente prouenientes, talibus. n. cõfert sicut supra de phlegmone & erisipela ut dicebatur et merito sine ulcere dicitur ut supra. Quarto nota Non solum podagram, sed etiam alios articulorũ dolores. de podagra tamen frequentius contingentes explicat in spasmo etiam confert accidentaliter, ut supra. & dixit, horũ plurima quæ non prouenientia à materia frigida grossa nec collecta & infixa mẽbro ut supra & subito effusa refrigerat & attenuat. s materiã repellendo & tumorẽ prohibendo & dolorẽ soluit. Primo aliqualiter stupefaciendo. Secundo. s. materiæ fluxum prohibendo. Tertio etiã malam cõplexionẽ remouendo. s. calidã. Quinto nota. Notanter dictum esse mediocris, quia uehemens stupefactio non est corpori approximanda, ne inde mortificetur spiritus, et quia magna aufert & ista minuit sensum.

Aphorismus. 26.

Aqua quæ cito calefit, & cito infrigidatur, leuissima est.

Aqua quæ cito calescit, & cito frigescit, leuissima est. The.

Aqua quę cito calet, & cito refrigeratur, leuissima ẽ. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Aqua quæ infrigidatur cito & calefit est leuissima. Probatur. huiusmodi aqua est rarissima, ergo leuissima. cõsequentia tenet, quia quod est rarius alijs paribus est leuius. & assumptum circa litteram declarabiĩ. Idem secũda primi capitulo de aqua. & . 3. primi capitulo de regimine aquę & uini et primo de simplici medicina. Et est utilis. Et ampliaĩ ut patet.

Auicẽ. di. 2. c. quinto Aq̃ue locius calefiẽ ẏ dupl'r

Primo nota. Aqua potest uelocius calefieri & ẽ. aut ex parte dispositionis eius in primis qualitatibus, aut ex parte modi substantiæ. s. raritatis & densitatis eius. Secundo nota. Citam congelationem uel infrigidationem aquæ consequi magnam infrigidantis proportionem uel calefacientis ad ipsam resistentiam in aqua aut paruam distantiam aquæ infrigidandæ uel calefaciendæ à termino ad quem calefactionis uel infrigidationis. Exemplũ primi, si. a. aqua calefiat uel infrigidetur à proportione quadrupla. & . b. aqua à proportione dupla, alijs paribus citius ad terminum calefactionis perducetur. a. q̃. b. & similiter infrigidationis. hęc autem maior proportio potest esse aut ,ppter paruitatem rei ex parte qualitatis cõtrariæ agenti quæ est pauca uel remissa aut ex parte potentiæ agentis aut utriusque, uel ex parte modi substantiæ aquæ aliqualiter calefacta citius calefit q̃ non alijs paribus. & parua q̃ magna, & rara q̃ densa, licet hoc reducatur aliqualiter in multitudinem formæ resistentis intantum q̃ ,ppter raritatem aqua calefacta sub aliqua mensura uelocius & citius frigescit q̃ aqua frigida, ut colligi potest primo cañ. fen 2. doct. 2. capitulo. 16. de naturis ipsarum. & . 2. metheororũ capitulo primo. confert dicit ad celeritatem congelationis aquam præcalefactam esse. et. 24. probleumatũ probleumate. 13. Tertio nota. Propter iuuenes. Aliud esse citius calefieri & uelocius calefieri. Sicut aliud est uelocius transire uel attingere aliquem terminum & aliud citius, licet frequenter sumantur pro eodem. In proposito tamen per citius intellige illam quæ in breuiori tempore alijs paribus ducitur ad terminos ĩfrigidationis uel calefactionis. Quarto nota. Bonitas & malitia ipsius aquæ ex multis comprehendi potest. 2. primi. præalleg. cap̃. s. de aqua. s. Ex sapore, quia debet esse insipida. Ex claritate & turbulẽtia. Ex odore. Ex qualitatibus tangibilibus, ut uehemẽter frigida. aut quæ est sicut mel uel uiscosa mala. Item ex sono quę uehementiorem causat sonum cum cadit, alijs paribus grauior est, ut 24. probleumatũ. Item ex reflexione forti uel debili, ut si in aqua uidemus imaginem nostram sicut in speculo grossa est. Item ex motu et quiete, quia mota melior. Item ex loco ad quem & a quo mouetur uel mota ad orientem uel septẽtrionem. Similiter per spacium per quod ut si fuerit latum uel liberum &c. Similiter ex pondere quod multipliciter fit. Vltimo ex ueloci uel tarda calefactione. Et istum modum alijs prętermissis tetigit Hippo. in proposito apho.

Auicẽ. Aristo.

Aquę bonitas uel malitia uarie comprehenditur.

Quinto nota. Per aquam leuissimam duo intelligere possumus. Primo ponderaliter & hoc non uoluit Hipp. Secundo intelligere possumus leuissimam, quia. scilicet leuiter à stomacho labitur & à natura uincitur, ut extra sensibiliter uel insensibiliter expellatur. & sic exponit Commentator in commẽto. ex hoc enim q̃ cito calefit alijs paribus comprehenditur ipsam esse leuissimam, & per consequens à calore nostro faciliter uincibilem.

Aqua leuissima dup.

Aphorismus. 27.

Quibuscunque bibere desiderium est, noctu ualde sitientibus, si superdormierint, bonum.

The. Qui noctu bibere auent, ijs admodum sitientibus si obdormierint, bono est.

Leo. Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitientibus si superdormierint, bonum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quibuscunque habentibus appetitum bibendi de nocte bonum est dormire. Probatur. somnus remouet causam huius sitis. ergo conclusio uera patet cōsequentia. & assumptū circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur secunda primi. capitulo de regimine aque & uini. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Huiusmodi sitis potest esse naturalis & mendosa. Naturalis quidem consequens exiccationem humidi roridi oris stomachi à calido naturali. Mendosa uero consequens prauam consuetudinem, sicut frequenter uidemus aut consequens nimiam crapulam unde uapores acuti ebullientes ad os stomachi prouenientes sitim inducunt, uel etiam caliditate & siccitate cibi & potus, ut comedentibus cibaria acuta uel salsa, ut acrumina & huiusmodi. Ad propositum potissime Itelligitur de siti propter secundam causam cōtingente. Secundo nota q superueniente somno hi uapores reuocato calore naturali resoluuntur & consumuntur, quare causa sitis tollitur & consequenter sitis. Ex quo patet causa uerificans apho.

Aphorismus. 28.

Muliebria educit ex aromatibus calefactio. Multotiens uero & ad alia utilis esset, si non capitis grauedinem faceret.

The. Menses ducuntur suffitu aromatorum, quæ sæpe ad alios usus reciperentur, nisi caput temptarent.

Leo. Suffitus aromatum, muliebria ducit sæpius uero & ad alia utilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.

Expositio Iacobi.

Iste aphor. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Multotiens.)

Cōclusio apho. Calefactio ex aromatibus educit mēstrua. Probatur. huiusmodi calefactio uias per quas debet currere uel effluere sanguis aperit & sanguinē subtiliat & uirtutem expulsiuam incitat. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram deducetur. Similis sententia quantum ad primam conclusionis partem colligitur. 21. tertij. trac. 3. cap̄. de retentione menstruorum. vbi pręsentem allegat apho. et quātum ad secundā partem. 2. cañ. tract. primo cap̄. 3. uersus finem. ibi ponitur omne aromaticum esse secundum plurimū capitis dolorum generatiuū. Et est utilis Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per muliebria intelligendas esse superfluitates quasdam à mulieribus expulsas per loca pudibūda quæ sanguis mēstruus uel mēstrua nominantur. sunt enim materiæ sanguineę in muliere multiplicatæ ultra q̄ sit pro nutrimento mulieris neccessarium ad finem conseruationis speciei. s. procreationis & cōseruationis fætus, quæ sicut de mense in mēsem multiplicantur, ita periodice expelluntur, cum propter moram fiant ad generationē & nutricationem inutiles gratia cuius finaliter multiplicantur. Ex quo patet primo ante quālibet mulieris impregnationē semp uel secundum plurimum accidere ipsius menstrua retineri, quia alias materia nutricationis & generationis deficeret. Patet secundo non in qualibet ætate in mulirre hanc superfluitatē multiplicari, ut in principio uel medio pueritiæ uel infantiæ cum totus sanguis in ea genitus sit pro augmento uel nutricatione propria necessarius, nec etiam in senectutis processu, cum tunc multū sanguis deficiat. relinquitur ergo q in ætatibus medijs I quibus potest mulier fæcundari, ut à. 14. usque ad. 40. uel. 42. aut raro ad quinquagesimū annum. unde non omnibus idem menstruationis terminus, uariatur enim secundum uariationes naturalis complexionis & regiminis. Plurimum autem esset dubium quæ citius menstruari inciperet an sanguinea uel cholerica mulier uel melancholica. utrobique enim sunt apparentes & bene persuadentes rationes, sed hæc materia alibi pertractanda est &c̄. Secundo nota. Huiusmodi sanguinis retentionem fieri multipliciter. Primo naturaliter sicut in p̄gnante propter fætus nutrimentum. licet enim menstruus sanguis ualde putridus uideat, in eo tamen sunt partes puræ generationi & nutricationi fætus utiles ex quibus nutritur & generatur fętus in matrice. Similiter ex senectute naturaliter retinetur. Quandoq autem retinetur præternaturaliter. Et huiusmodi retentionis causa potest esse multiplex, ut ex parte instrumenti & alterius causæ preter naturam Ex parte uirtutis quidē, ut debilitas expulsiuæ aut fortitudo retentiuæ uel utrūq. Ex parte instrumēti, ut angustia orificij & uenarū etc. Ex parte autem rei pretee naturam alterius, ut apostema oppilatio frigiditas & uiscositas sanguinis, licet ualde frequentius contingat propter ultimam causam matrice existente membro neruoso frigido, sanguine etiā illo secundum plurimum crudo phlegmatico: De hac ergo causa in proposito potissime est sermo ut sit intellectus apho. Muliebria preter naturam retenta ex materia frigida grossa uel uiscosa oppilante aut sanguinis uiscositate &c̄. educit &c̄. Patet enim q non ex omni alia causa educeret. Tertio nota. Per aromata intelligendas esse medicinas calidas boni odoris, ut sunt cinnamomum lignum aloes et de alijs in quibus est caliditas cum acuitate, unde & sanguinē subtiliant & poros & uenas aperiunt. Quarto nota. Per calefactionem istorum intelligit istorum approximationem talem ut calefiat, siue fiat per modum emplastri siue suffumigationis uel unguenti uel euaporationis uel pessarij siue nasalis uel in potu exhibeantur. in omnibus enim his modis fit ab his calefactio. Ex quibus patet causa uerificans apho.

Mulie-bria q. · Men-struan-de mu-lieris tē-pus du · Men-struorum retētio nis cā multiplex. · Aroma ta quid

Secunda conclusio. Multotiens horum aromatum calefactio esset multis alijs. s. mulieribus uel morbis utilis si non grauarent caput. Probatur. talis aromaticitas est conformis principalibus membris omnibus ipsorum cōfortatiua. ergo conclusio uera. patet cōsequentia. & colligitur assumptum 4. de simplici medicina. dis. 5. cap̄. primo. & in libro de uiribus cordis. &. 21. tertij. Primo nota. Aromatica, quia membrorum omnium confortantia, & quia remouiua malę dispositionis frigidæ in membris pincipalibus existentis sunt multum & ad multa utilia. Secundo nota. Ista grauant capue. Primo multum euaporando, quia sunt substantię subtilis. Secundo quia superflue inflammmando & materias q- bus obuiāt euaporare faciendo. Ex quo patet primo q maxime nocent febrientibus. Patet secundo, quia maxime caput repletum habentibus. Patet tertio, quia conuenientiora sunt precedente purgatione q̄ sine purgatione. Ex quo sequitur q in aliquo possune causare te in aliquo remouere capitis dolorem, et plura alia &c̄. In hac trāsla. deficit unus apho. q reperit I alijs duobus

Gal. Auicē.

Aphorismus. 29.

The. Mulierem utero gerentem purgabis medicamento si materia turget, quarto mense & ad septimum usq. Sed eas minus. A recētiore autem & auctiore cauebis.

Leo. Grauidas purgare turgente materia à quarto mense usq ad septimum, minus uero has, Recentiores autem, & seniores uereri oportet,

Deficit

Deficit comentū Iacobi super aphorismū.29.

Aphorismus. 31.

Mulieri in utero habenti, ab aliqua acutarū ægritudinum accipi, mortale.

The. Mulieri grauide, capi ab aliq morbo acuto, letale est.

Leo. Mulierem utero gerentem, capi ab aliquo morbo acuto, letale est.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Mortale est mulieri prægnā ti ab aliqua acutarum ægritudinū accipi. Probat, quia huiusmodi acuta ęgritudo est uirtutis maxime prostra tiua & nutrimenti subtractiua ergo &c. patet consequentia. & assumptū declarabitur statim circa litterā; idem 21. tertij trac. 2. cap. de signis aborsus. & trac. primo. cap. de signis impregnationis. &. 5. breuiarij. c. 34 s. de aborsu. Et est utilis in actu pronostico. Et am pliatur ut patet. Primo nota. Per acutā ægritudinē de bemus hic intelligere omnē ægritudinē uelocis terminationis cū uehementia accidentium siue sit cum febre aut sine febre ut exponit hic Comen. in comento illius. acutorum morborū. Secundo nota notanter dictū ac cipi, addenotandum huius febris uehementiā ut alis declaratum est. Tertio nota. Mulieres pregnantes uirtu tem debiliorem habere multo nō pręgnantibus alijs pa ribus, est etiam necessariū pro nutrimento sui & susten tatione fetus multum nutriri. hoc autē opprimit uirtutem & auget morbū siue ægritudinem, quare est mortale &c. Ex quo colligit causa uerificans aphorismū. Primo si. n. fuerit ægritudo acuta in pregnante est necessarium propter fortem pugnam & motum ægritudinis cibū subtrahi, immo & ui ægritudinis modicū acci pitur, quare fętui subtrahitur multum nutrimentū, & per consequens pręparatur fętus ad aborsum uel admor tem. Secundo quia ualde laboriosum esset uirtuti tolerare motū fortissimę ægritudinis & grauedinem pręgnationis. Tertio quia ab ægritudine acuta fętus ualde prosternitur & corrūpitur eius cōplexio & nutrimentum quo nutriendū est corrūpitur & paucificatur. Et si summa uel mr̄ copiose cibatur ut requirit fætus, & tūc uirtute debili & morbo corrumpetur cibus & augmen tabitur morbus. Si u ero non cibabitur deficiet uirtus mr̄is & morietur infans. Et hāc sententiā tetigit Auic. 21 tertij. trac. primo cap. de signis impregnationis, dū inquit, & interficit fe. acuta fętum, ex hoc q facit posse dere de malitia cōplexionis, cū ipse sit debilis non tolerans illud, & ex hac q nutrimenrū eius corrūpitur ex parte cōplexionis eius. & ex hoc q cū hoc mr̄ non nutritur debilitatur fętus, & cū hoc q si nutritur debilita tur ipsa &c. Quarto nota. Hoc esse signum mortale, quia semper uel secundū plurimum afferens mortē, aut mr̄is, aut infantis, aut utriusq. p mr̄is tantū sicut in apoplexia &c. fętus autem aut utriusq. p. patet &c. licet frequentius contingat fętum mori non mortua mr̄e, ut pa tet intelligenti. Quæstiones quę hic tanguntur faciles sunt, ideo omitto.

Auicē. Serap. Aborsus cañ pnosticus.

Aphorismus. 30.

Mulier in utero habens phlobotomata abor sum facit, sed magis cuius maior est fætus.

The. Mulier pręgnās sanguine misso ex uena abortum fa cit, & magis si fętus auctior est.

Leo. Mulier utero gerens sanguine misso ex uena abortit, & magis si fętus sit maior.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet conclusiones. Secunda ē ibi (Sed magis.)

Prima conclusio apho. Mulier pręgnans phlobotomata abortit. Probatur. muliere pregnante phlobotomata subtrahitur fętui nutrimentum pro eius conserua tione necessariū. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum probatur, quia subtrahitur sanguis quo fętus est nutriendus.

Secunda conclusio. Mulier cuius fętus est maior citi us & frequentius abortit, q̄ cuius fętus est minor. Probatur. fętus est maior maiori indiget quantitate sanguinis ad fętus conseruationē. ergo per nutrimenti subtractionem alijs paribus plus lęditur fętus, & per consequens citius moritur & causatur aborsus. sententia est nota. & totum antecedens declarabitur circa litte ram. Similis sententia colligitur. 3 canon. 21. fen. tra. 2. cap. de aborsu. & quarto Alman. in summa. cap. de regimine pręgnantis. &. 7. colliget. ca de qualitate eua cuationis. Et est utilis tam in actu pronostico q ope ratiuo. Et ampliatur ad omnes pręgnantes cuiuscunq; naturę ętatis uel regionis. Primo nota reperiri hæc no mina, mulier & fœmina idem importantia, uaria tamē appellantia. Dicitur nanq; mulier à mollitie. nā corpo re humiditate superflua tactu mollia & nimia animi in firmitate atq; in cōstantia mollia dicenda. Dicitur autē fœmina à fœmora quod antiquitus fœmē dicebatur. et sunt partes quibus equitando tergis equorū adheremus 11. etymologiarū. cap. 1. eo. n. forte q hę partes in mu liere apertę sunt, ab ipsis fœmina dicta est. Secundū aliquos autem fœmina a fœditate dicit, eo q fędas & enormes superfluitates emittit menstruales. patet. Sola. n. fæ mina est menstruale animal, cuius cruoris contactu fru ges non germinant, acescunt musta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fructus, ferrum rubigo corrūpit, nigrescunt era, & si qui canes inde ederint in rabiē efferū tur, glutinū à spalti quodnec ferro nec alijs dissoluitur, cruore ipso pollutū sponte dispergitur. 11. etymologia rum. alleg. cap. Est autē uterus matrix, quia in utero. s. altera parte fętum potest continere & in altera tā. s. dextra q̄ sinistra. habens ergo in utero est pręgnans, sed grauida à grauitate dicta sic. proprie. n. grauida dicitur dū fętus mole grauatur quod maxime est ultra tempo ris impregnationis mediū. toto uero tēpore pręgnans et in utero habens dicitur. Secundo nota. Non esse intentionem Hippo, q̄libet mulierem abortire. immo frequē ter ex phlobotomia & sanguinis eductione ab aborsu custoditur ut. 7. colliget. alle. cap. &. 21. tertij. trac. 2. cap. de conseruatione fætus. sed intentio Hippo. est q p phlobotomiā superfluā semper uel secundum plurimū aborsum incurit. Tertio nota ut 21. tertij. trac. secun do cap. de conseruatione fętus & cautela aborsus. & supra quarto huius. cōmento primo. Alligatio fętus ad matrice proportionatur alligationi fructus mediante ligamento quo connectitur arbori & alligatur ramo. Et sicut illo mediante fugit & attrahit nutrimentū ex arbore, ita fętus ex matrice mediante uena umbilicali que mr̄ici alligatur & est mediantibus uenis per ramos dispersis uenis mr̄icis conglutinatis cotilidonibus dictis, ipsis. n. mediantibus à matrice ad uenā umbilicalē nutrimentum, quia. s. sanguinē menstruum attrahendo. Ex quo patet q sicut dupliciť cōtingit fructū ex arbo re ante perfectam maturationem separari. s. ex fractura cotilidonis fructum cū arbore connectentis & nutrimē ti subtractione, unde & perit fructus & cadit, sic similiter dupliciter cōtingit fetū ante perfectionē aut cōple mētum eius emitti. s. ex cotilidonū fractura & nutrimē ti subtractione quare moritur & putrescit, unde insurgit uirtus ad eius expulsionē. Quarto nota. Per abor sum intelligendum esse malum & innaturalem partum quo fætus ante tempus naturali partui deputatum expellitur ad extra uel si debito tempore mortuus, aut in semita mortis expellitur. mulierem ergo abortire est par tum innaturalem habere. Quinto nota. Ex phlobotomia fit agitatio in sanguine & humoribus & euacuaē sanguis & subtrahitur, qui in nutrimentum fętus debet cedere, quia tamen agitatio à phlobotomia parua est e

Auicē. Aborsus cañ. pno. et operat iuus. Auerr. Muliere tis etymologia et fęming. Menstruorū effectus mali. Uterus Grauida qd et pgnans Phlobotomia dupl'r. Auer. Auicē. Aborsus qd, & abortire.

spectu debilitatis q̄ per nutrimēti subtractionē infert, hinc est q̄ magis aborsum prouocat phlobotomia nutrimentum subtrahēdo q̄ agitando uel cōmouendo. Ex quo patet causa uerificans primā cōclusionē apho. Patet secundo q̄ fętu existente maiori per phlobotomiam facilius prouocatur aborsus q̄ minori al's paribus, eo. enim q̄ maiori indiget nutrimento citius per nutrimenti subtractionem deficit uita in fętu, & per consequens fit aborsus. Ex quo ulterius patet non solum phlobotomiam, sed etiā omnē aliam sanguinis uel humoris euacuationem notabiliter superfluam aborsum prouocare. Ex quo patet ulterius aliqualiter opposito modo se habere phlobotomiā in aborsus prouocatione & pharmaciam. pharmacia enim magis rūpendo & minus subtrahendo, ut quarto huius. apho. 5. declaratū est. econtra uero se habet phlobotomia. Ex quibus potest probabiliter concludi q̄ quanto fętus est calidioris complexionis aliis paribus citius deficit eius nutrimentū per eius subtractionē moritur. Ex quo patet sententia apho.

Aphorismus. 32.

Mulieri sanguinem uomenti, menstruis superuenientibus, solutio fit.

The. Mulieri sanguinem euomenti, si mestrua erumpunt, solutio accidit.

Leo. Mulieri sanguinem euomenti, menstruis erumpentibus, solutio.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus clarus est.

Aphorismus. 33.

Mulieri menstruis deficiētibus sanguinē ex naribus fluere, bonum est.

The. Mulieri menstruis deficientibus si sanguis e naribus fluxerit, bono est.

Leo. Menstruis deficientibus, sanguinis ex naribus fluens bonum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Sanguinem ex naribus fluere est bonum mulieribus cuius menstrua defecerunt. Probatur, per huiusmodi sanguinis fluxum euacuatur uel multum minoratur materia pręternaturaliter retenta. ergo patet consequentia, & assumptū colligitur in cō men. Similis sententia colligitur quinto breuiarij. 31. cap. Et est utilis apho in actu practico & operatiuo & pronostico. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Menstrua deficere naturaliter aut pręter naturam. In proposito est sermo de defectu ipsorum pręter naturam. & per defectum intelligimus prohibitionē exitus mēstruorū, cū ipsorū pręternaturali retentione totali. s. uel partiali, quia. s. prohibeantur totaliter aut partialiter egredi. Secundo nota. Non solum ex naribus, sed etiam per hęmorroydas existens est bonum. de hoc in exemplo dans alia intelligere specialem fecit mentionē. Tertio nota. Hoc esse bonum per uiam signi, significando potentiam uirtutis in expellendo &c. & est etiam bonum per uiā causę, quia est causa mundificationis corporis mulieris a superfluitatibus prauis ualde, ut heri habuistis. & sic patet apho.

Serap. Men- struorū deficē tiū cā- Men- struade ficere duplr.

Aphorismus. 34.

Mulieri in utero habēti, si uenter multū fluat, periculum est abortiendi.

The. Mulieri pręgnanti, si aluus nimium fluxit, periculū faciendi abortum imminet.

Leo. Mulieri in utero gerenti, si aluus plurimū profluat, periculum est ne abortiat.

Expositio Iacobi.

Iste apho. ē dictus & ē clarus. patet ēt magis si aspiciis notata q̄ sunt in. 4. particula, apho. et cōmento prio.

Ahorismus. 35.

Mulieri quę à matrice molestatur, aut difficulter generanti, sternutatio superueniēs bonū.

The. Mulieri quā uicia uteri infestant, aut quę difficulter parit, si sternutamentum superuenit, bono est.

Leo. Mulieri quę uterinis molestatur, aut difficulter parit superueniens sternutatio, bonum.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet conclusiones. Secunda ē ibi (Aut.)

Prima conclusio apho Sternutatio superueniens mulieri quę molestatur a m̄rice est bona uel iuuatiua. Probatur. sternutatio remouet uel apta est remouere causam molestationis m̄ricis. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabit. Primo nota. Per molestationem mulieris a m̄rice, ut in proposito sumitur ut cōmenta. exponit in cōmento intelligere debemus pręfocationem m̄ricis quę est anhelitus impedimentū pendens a m̄rice propter dispositionē in ea pręternaturaliter existentē, sicut menstruorum aut spermatis pręternaturalis retentio uel collectio materię putridę ualde aut uenenosę &c. Secūdo nota. Penes auctores reperiri istos terminos. s. pręfocatio, suffocatio pręcipitatio m̄ricis. Est autem pręcipitatio pręter naturalis descensus m̄ricis ad inferiora. Pręfocatio uero & suffocatio idem important & est pręfocatio impedimētum anhelitus ex retentione menstruorū uel spermatis, uel sibi proportionalis materię corruptione. modus autem huius colligi potest. 21. tertij. ca. 16. de causis pręfocationis. & 6. interiorum. ca. 4. & dicmodū tu. Ex quo patet pręfocatione m̄ricis non esse ęgritudinē proprie dictam, sed accidens quia est actio lęsa. Patet secūdo non esse dispositionē m̄ricis, sed ab ipsa dependeat. Patet tertio in pręfocatione pati tā cerebrum q̄ instrumenta anhelitus posse per colligantiā. Tertio nota. In hoc cōferre sternutationē, eo q̄ i ipsa fit fortis cōmotio mēbrorū anhelitus & musculorū uentris agitatio. qua re excutitur materia circa m̄ricē contenta & fumi spirtualibus et cerebro cōmunicati. excitatur etiam uirtus quę sicut sopita ablato sensu & motu mąebat. Et ex hoc patet causa uerificans conclusionem apho.

M̄ricis molesta tio de modis.

M̄ricis pfoca- tō et suf focatio & pre- cipita- tio. Auicē. Gal.

Secunda cōclusio. Sternutatio superueniens mulieri difficulter generāti est bona. Probatur. huiusmodi sternutatio efficit partum facilem. ergo & c̄. patet consequētia. & assumptum declarabitur circa litteram. Primo nota. Per difficulter generantē intelligit difficulter parientē, maxime propter pigritiā & impotentiā uirtutis expulsiuę. quod quidem uerū est tā de naturali partu q̄ aborsu. & hoc siue artificialiter siue naturaliter superueniat sternutatio. Secūdo nota. Sternutationē in hoc similiter conferre, sicut pręfocationi ut supra diximus, fortem circa partes uentris faciendo cōmotionem ad hoc etiam conferret tussis & uomitus & clamor & similia his &c. Ex quo patet q̄ pręgnanti non existente in partu uel prope partū huiusmodi sternutatio esset nociua et aborsus prouocatiua, ut. 3. 21. ca. de aborsu. Similis sententia huic colligitur. 21. tertij. trac. 2. cap. de pręfocatione matricis. & tractatu secundo. cap. de regimine partus difficilis & quinta tertij. cap. de sternutatione. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Generans dif ficulter quid.

Auicē.

Aphorismus. 36.

Mulieri menstrua habenti sine colore proprio, & non secundum se semper facta: purgatio ne indigere significat.

The. Si mulieri menses decolores, nec semper eodē tempore prouenīunt, purgatione opus esse significatur.

Leo. Mulieri mēses decolores, nec p idē semp tēpus uenīētes, purgationē indicant esse necessariam.

Expositio

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus, duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Et non.)

Prima conclusio. Menstrua facta sine proprio colore significant corpus egere purgatione siue euacuatione. Probatur. significant abundare materiam purgatione euãdã. igit̃ tenet cõsequentia. et assumptũ declarabit̃.

Secunda conclusio. Menstrua non secundũ se facta significant corpus, egere euacuatione. Probatur significat materiam menstrualẽ pręternaturaliter esse retentam. ergo &c̃. 21. tertij. trac. 3. cap̃. de cura fluxus mẽstruorum. Et est utilis. Et ampliatur &c̃. Primo nota.

Menstrui color naturalis.

Naturalis color menstrui in muliere non culpate sana, ut Auicẽ. 9 animalium. est sicut sanguis arietis nuiter decollati q est colore rubeus clarus ad rubedinẽ aliqualiter declinans propter admixtionẽ multi sanguinis artetalis cum uenali in mẽstruo uel propter multi phlegmatis albi cõmixtionem cum sanguine etc̃. Variatur tamen secundum naturales complexiones. in phlegmatica. n. magis, in sanguinea uero minus declinatur ad albedinem. Menstrua ergo sine colore proprio egredi, est illa esse alterius coloris q̃ debeant esse naturaliter mẽstrua mulieris. Secundo nota. Hoc significare corpus egere purgatione, posito q̧ si sit pręternaturalis extenuatio in muliere aut pręternaturalis debilitas cõ ientiuę, quoniã secundũ plurimum uariatur hic color propter admixtionem humorũ menstruo pręternaturaliter cõmixtorum, qui indicant de sui euacuatione. quod tamen secundum plurimũ uerum est intelligendũ & maxime si cõiungitur cum alijs signis repletionis aut dominij humoris. Tertio nota. Menstrua non facta secundum se intelligenda esse non facta debito tempore. Tempus autẽ debitę menstruationis est triplex.

Menstruationis tẽpus debitũ 3x

Primum est generale cõpręhendens totum tẽpus à termino à quo incipit mulier merito ętatis usquequo desinit etiam merito ætatis menstrua emittere. quod sicut habuistis pridie est à. 14. us. ad 45. annum uel plus uel minus secundũ uariationem naturalis cõplexionis.

Menstrui ethimologia.

Aliquod est mensurãs periodum inter primam menstruationem & aliam quod secũdum plurimũ est mensis lunaris spatium. ideo. n. menstruum dicitur a mene græce, quod latine idem q̧ luna importat. Tertium est tempus adequate mensurans istorum menstruorum actualem effusionem. quod minimũ est unius diei maximũ est. 8. mediũ. 5. uel. 4. &c̃. Ad propositum de quolibet istorum potest esse sermo, licet potissime de secundo & tertio. Quarto nota. Ly semper potest dupl'r construi. Primo non semper facta secũdum se &c̃. Secundo semper facta secundum se ut denotetur non seruari usum uel saltẽ raro debitum ordinẽ. Et patet causa cum conditionibus. Sed circa dicta quædã difficultates insurgunt.

Difficultates Prima.

Prima est. Quia si ex retentione spermatis causatur præfocatio, cum in uiris contingat sperma non minus retineri q̃ in mulieribus, sequit̃ q̧ in uiris ex retentione spermatis deberet fieri pręfocatio, cuius oppositum uidetur experimento patere.

Secũda

Secũda difficultas est. Quare in alijs animalibus ab homine. s. femellis non multiplicantur menstrua, cum in ipsis non minus debeat superfluere materia generationis & potissime in frequenter generantibus, cuiusmodi sunt catuli & gatti & huiusmodi.

Tertia

Tertia difficultas. Quo potest hic fumus tam paruus hęc seu accidentia producere, detur modus productionis.

Quarta.

Quarta difficultas. Quia secundum hanc uiã uideretur semper in pręgnantibus & quibuscunq; menstrua retinentur causari pręfocationem. semper enim eleuantur fumi praui &c̃. Similiter in coeuntibus à uenereis, cuius oppositum experimur. Et adhuc maxime in actu parientibus. agitat̃. n. & cõmouetur menstruum quare ab ipso deberent praui fumi eleuari, & cerebro & cordi cõmunicari.

Quinta

Quinta difficultas. Quia tunc spermatica esset minus mala menstruali, eo q̧ corruptio & uenenosior materia est menstruum q̃ sperma, cum ipsum sit naturaliter uenenosum, sperma autem non, sed naturalis & benigna humiditas.

Sexta.

Sexta difficultas. Quia non uidetur q̧ per pręfocationem dictam possit auferri anhelitus ut uidetur. Commenta. dicere, quia tunc quęlibet pręfocatio esset mortalis. non. n. potest animal respirans uiuere sine anhelitu.

Septĩa.

Septima difficultas. Quare obstetrices testant̃ q̧ matrix aliquando ad tactum intra portet manu posita sentitur ad superiora mota, ita ut uix ad ipsam manus possit peruenire Et quandoq; reperitur ipsa aliquando ad dextrum aliquando ad sinistrum, ideo &c̃.

Ad primam.

Ad primam dicitur, q̧ si uirtus in uiris esset debilis sicut in mulieribus non potens malitię spermatis resistere nec ipsam prohibere æque bene ex spermatis retentione causaret̃ in ipsis præfocatio, syncopis, epilepsia &c̃. sicut in mulieribus. sed non est ita. Ad quod occurrit q̧ uiri maiori utuntur exercitio & laboribus consumentibus superfluitates, mulieres autem ocio plurimo. Item continue calor plus resoluit in uiris, quare huiusmodi nocumenta minus incurrũt ex spermatis retẽtione, q̃uis aliqñ incurrãt. Vnde Aui. 21. tertij. tra. 1. ca. de iuuamẽtis coitus.

Coitus deficiẽtis & matricis coartatę nocumẽta Gal.

Et q̃nque uiro accidit ex dimissione coitus & abundantia spermatis & frigore ipsius & conuersione ipsius ad uenenositatem, ut mittat sperma ad cor & cerebrũ malum uaporem uenenosum, sicut accidit i mulieribus ex coartatione m̃ricis &c̃. Et idem colligi potest. 6. interiorum. alle. ca. 4 Et tu de hoc uide noua turpia, quæ de hoc recitat Gal'. ibi in eodem ca. quod etiam nobis experimentum confirmat de auibus pluribus quę tempore quo ad coitum excitantur coitu carentes moriuntur. Et uulgares dicunt eas mori amore, sicut accipitres philomenę &c̃.

Ad secundã ut mẽstruent cętera aĩalia ab hoĩe

Ad secundam dicitur q̧ in femellis aliorũ animalium ab homine etiam superfluit menstruũ, quia tamen homo et mulier cõparatione sue molis est animal maxime sanguineum & plurimum abundans sanguine superfluo quare ubi in mulieribus apparet sensibiliter & manifeste, in alijs fęmellis occultat̃ & in pilos cornua aut superfluitates alias notabiliter expellit̃. Ad qd' etiam confert ocium mulieris propter quod etiã uidemus uirgines multo exercitio utentes & labore paucis menstruis abundare. Et colligitur hęc solutio à philosopho. 7. hystoriarum dum inquit. Animalificantibu apeditantium purificationes quidem fiunt. non tamen quãtum mulieres ulli aliorum animaliũ. Et primo de generatione animaliũ. In fæmellis fit fluxus de foris solum & hoc ũ in mulieribus manifestissime. plurimã. n. emittit segregationẽ mulier animalium. Et tertio hystoriarum. maxime nanq; fęmellarũ est multi sanguinis. ideoque & plurima menstrua.

Cap̃. 2

Ca. 19

Cap̃. 4

Ad tertiã soluit Gal'. 7. interiorum, quia materia uenenosa sub q̃titate ualde parua potest mirabiles effectus producere, sicut exemplificat de ueneno scorpionis & araneæ. & quia huiusmodi fumus ē uenenosus. ideo &c̃. Forte autem miraretur aliquis q̧ in nobis generatur uenenũ declarare, hoc non est mirandum ut patet de cane rabido. potest etiam declarari de pestilentiali infectione. quare &c̃. Et tu uide ibi Gal'. tertio interiorũ. 7. ca. Ad quartã soluit Auic. 21. tertij. alleg. cap̃. quia in parientibus tota expressio matricia est ad inferiora & non superiora declinans. In pręgnantibus licet frequenter superueniant mala accidentia ex menstruis raro tamen pręfocantur, quia à uirtute m̃ris & infantis regulantur, ne ad uenenositatẽ p̄ducantur. in alijs autem omnibus retinetur etiã nõ semper ad uenenosam qualitatem naturæ tam horribilẽ permutantur. virtus etiam frequenter fortis existens malos uapores repellit, & resoluit. Ad quintã dicendum q̧ licet sanguis menstruus non permutatus à naturali dispositione menstrui sit deterioris dispositionis spermate, dũ tamen sperma putrescit deteriorem modum putrefactionis acquirit, & hoc aut ex occulta dispositione ipsius intrinseca ipsum ad hoc p̄parãte, sicus multa bene digesta

cum putrescunt uidemus ad ualde horribilem dispositionem permutari magis alijs, ut sanguis lac caro & similia, aut quia calidum & humidum est magis menstruo sanguini conueniens aut propter generalē causam quā tradiderunt quidam, quia corruptio est de contrario in contrarium. ideo ex optimo digesto in pessimū putrefactum. Quicquid tamē sit experimentū dictat φ corpora calida & humida facile putribilia dum putrescunt ad pessimam putredinē permutantur. Ad sextā potest dici non auferri posse ex toto anhelitū notabili tēpore stāte uita, licet ad hoc perueniat, ut non percipiatur nisi ex perimento Gal. & Aui. locis præalle. s. de coto & ciato aqua pleno &c̄. Quod autem perducit anhelitum ad insensibilitatē, uidetur magis minoratio necessitatis a fumo frigido iam dicto φ inobedientia instrumenti uel debilitas uirtutis. ideo &c̄. Et ibidem declarat de respirantibus in hyeme latitantibus, uide ibi in libello tuo glosato. Vltimā etiam difficultatem resoluit Gal. per longum processum alle. ca. & Aui. similiter dicens hūc motum matricis esse contractiuū & spasmosum. sanguine .n. multo ad matricē fluentem & retento multū replet & ingrossatur matricis corpulentia, quare & secundū longitudinem contrahitur uel abbreuietur, ut supra in spasmo repletionali declaratum est. Si etiam uniformiter repleatur tota uniuersaliter contrahitur, & sic uidetur moueri uersus sursum. Si uero repletio fuerit magis in parte dextera, secundum partem illā contrahitur, quare uidetur declinare ad sinistram aut econuerso. Ad argumenta principalia. Ad primum cum omnibus suis cōfirmationibus patet solutio ex dictis. Et simili' ad alia patere potest solutio.

Aphorismus. 37.

Mulieri in utero habenti, si subito mammillę graciles fiant, abortit.

The. Si mulieri utero graui, mammæ subito extenuātur, abortus sequitur.

Leo. Mulieri utero gerenti, si mammę graciles repente fiant, abortit.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Gracilitas mām̄illarū subito facta i muliere prægnante significat aborsum. Probatur huiusmodi gracilitas significat nutrimenti defectum, ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem. 2 I. tertij. trac. 2. cap̄. ad primum. & sexto interiorū cap̄. 4. ad finem. Et est utilis apho. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per ly subito intelligere debemus ualde uelociter ita ut paruo tēpore notabiliter graciles fiant. quod notanter in aphor. ponitur, quia dato φ paulatine graciles fierent, non tamen euidenter concluderetur aborsus, ut si in. 8. mense incipiant fieri paulatine graciles aut septimo probabilit' poterit fętus habere sufficiens nutrimentū donec ad tēpus naturalis partus perueniat. Secundo nota. Matricis ad mām̄illas magnā esse colligantiā. Primo per neruos quosdam, unde & delectatio facta circa mammillas ex delectoso tactu multum cōmunicatur m̄rici ut colligitur. 2 I. tertij trac. I. cap̄. de cura sterilitatis. Colligātur etiam per uenas, attrahunt. n. mām̄illę sanguinem à m̄rice per uenas uenis matricis continuas, ut colligitur in cōmen. &. 2 I. tertij ca. de generatione embrionis & prima primi. ca. de membris. vbi ponitur sanguinem menstruū tempore impregnationis in plures partes diuidi quarum aliqua tendit in nutrimentum & generationem fętus & mēbrorum, aliqua uero transit ad mām̄illas per uenas iam dictas, ut tempore opportuno conuertatur in lac & infantem nutriat extra uterum. natura. n. nullius productionē uiuentis intendit, ad cuius conseruationem non sit sollicita ut. 4. de generatione animalium. ca. 8 Ex quibus patet ex dispositione mām̄illarum

Auicē. Gal. M̄ricis colligātia ad mām̄il las. Auicē.

argui aliqualiter posse dispositionē matricis & fętus impregnante. Tertio nota. Mām̄illa potest fieri gracilis propter multas causas subito. Primo propter subtractionem replentis mām̄illas ut in nutricibus euenit. Secundo propter sanguinis effusionē à matrice quod cōtingit in tribus casibus potissime. Primus si à matrice multus effundatur sanguis euacuatur uena matricis, ut in fluxu contingit superfluo menstruorū. Secundo propter magnum nocumentū existens in matrice ut apostema uel dolor. Tertio propter nutrimentū fętui in impregnāte deficere, quare cogitatur uirtus partem retrahere illā quę p̄ lactis generatione erat necessaria. Et hoc ultimo modo maxime in proposito uerificatur gracilitas cum alia causa potest esse oppilatio uenarum sanguinē ferentium ad mām̄illas, sed propter illam non fit subito sed p̄ aliās, ut patet de primis duobus. Similit' tertio, quia ex naturali ordine natura sanguinē ad fętus nutrimentū finaliter ordinatum solum attrahit reliquens partes quę ad generationē lactis finaliter ordinantur. illis uero consumptis cogitur attrahere euntes ad mām̄illas, & quia alius deficit, in paruo tempore detumescit. Ex quo patet causa uerificās apho. Quarto nota. Ad ueritatē apho. quędam conditiones requiruntur. Prima φ ista detumefactio sit perseuerans & notabilis. Secunda conditio φ ista detumefactio fiat respectu soliti. si. n. fuerit respectu soliti uerificat' apho. al's nō. vnde. A. ibi sup. Quæcunq; duarum mām̄illarū detumescit à solitudine sane, tunc habens eam abortit in illa die.

Aristo. Mām̄illā posse fieri gracilem multipl'r & quō.

Aphorismus. 38.

Mulieri in utero habenti, si altera mammilla gracilis fiat, geminos habenti, alterum abortiet. Et siquidem dextera gracilis fiat masculū, si uero sinistra fœminam.

The. Mulieri grauidę geminis. si altera mām̄a extenuet', alterum amittit. Et si dextra mām̄a extenuata est marem, si sinistra fœminam amittit.

Leo. Mulieri utero gerenti, si altera mām̄a gracilis fiat, geminos habenti, alterum abortit. Et siquidē mām̄a dextra gracilis fiat marē, si uero sinistra fœminam.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus duas habet conclusiones. Secunda ē ibi. (Et siquidem.)

Prima conclusio. Si altera mām̄illarum fiat gracilis mulieri pręgnanti ex gemellis ipsa abortiet alterum gemellorum. Probatur in tali muliere deficiet nutrimentum pro altero gemellorum. ergo &c̄. patet consequentia. & assumptū declarabitur circa litteram. Primo nota. Per gemellos habentem intelligendum esse mulierē ex pluribus fętibus simul pregnantem cuius causa potest esse uel supra impregnatio, uel multitudo spermatis, aut cellarum distinctio, cum diuersis motibus deglutionis in matrice prouenientibus ut declaratum est. 2 I. tertij. ca de generatione embrionis. Secundo nota. Sicut mām̄ille distinctę sunt, ita cū diuersis partibus matricis habent colligantiam, ut dextra cum dextra sinistra cum sinistra. quia ergo fætibus pluribus existentibus à distinctis partibus matricis earum secundum plurimum sugunt nutrimentum, hinc est φ tantum altera mām̄illarum gracilis facta significat solum secundū plurimum in altera parte matricis deficere nutrimentū, & per consequēs solum alterius fętus aborsum. Tertio nota. Non esse intellectum Hippo. solum unum fętū abortire sed intellectus est φ abortit unum saltem, quamuis secundū plurimū fiat aborsus ūnū p̄pter cās notatas.

Prægnātis plurīū gemellorum cā multiplex. Aborsus gemellorū canō p̄nosticus.

Secunda conclusio. Dextra mām̄illa prægnantis gracilis facta abortiet masculum. Probatur, quia tunc deficit nutrimentum masculi. ergo conclusio uera. patet cō sequentia. & assumptum circa litteram declarabitur.

Primo nota. Latus dextrum naturaliter calidius esse sinistro,

ſiniſtro, iuxta ſententiā apho. Fœtus mares quidē in dextris. Ex quo probabiliter colligitur cauſa uerificans aphoriſmū. cum enim mamilla dextra per uenas colligātiam habeat cum parte dextra matricis & ſiniſtra cum ſiniſtra, detumeſcente dextra ſignificatur partem dextram matricis nutrimento priuari, & per conſequens fœtum in dextro contentum latere abortire qui ſecundum plurimum eſt maſculus. Secundo nota. Hoc totum eſſe uerum ut in pluribus. contingit enim aliquando in latere dextro contineri fœminam. ſed tamē ut in pluribus eſt ita, ut infra in ſeptimo uidebitur apho. ideo &c. Cōcordia & utilitas colligitur, ut præcedens.

Aphoriſmus. 39.

Si mulier quæ, neque pregnans, neque generauit, lac habet, huius menſtrua defecerunt.

The. Si mulier, non pregnans, non puerpera, habet lac, menſtrua eius defecerunt.

Leo. Si mulier quæ, neque grauida eſt neque peperit lac haber, huic menſtrua defecerunt.

Expoſitio Iacobi.

Concluſi apho. eſt iſta. Mulier non pregnans & quæ non peperit habens lac, eius menſtrua defecerunt. Probatur. huiuſmodi mulieris ſanguis per inferiora debens euacuari ad ſuperiora diuertitur. ergo. concluſio uera. patet conſequentia. & aſſumptum circa litteram declarabitur. Idem 21. tertij. trac. ſecundo ca. primo. et amplia tur ut patet. Primo nota. Non ſolum de iſta muliere non pregnante &c. uerificatur. apho. immo etiam de pregnante & quæ peperit. in talibus enim ſecundū plurimum deficiunt menſtrua, quia tamen hoc eſt rarius et eſt preter naturam, illud uero ſecundum naturam, ideo de hoc ſpecialiter in propoſito propoſuit apho. Secundo nota. Intelligendum eſſe apho. ubi lac huiuſmodi ſit multæ quantitatis exuberantis, & cum hoc perſeueret. ubi enim hoc non fieret, non oporteret ex lactis generatione illud concludi. Tertio nota. Hoc uerum eſſe ut in pluribus. ubi enim eſſet mulier ualde ſanguinea contingeret ex ocio uel regimine tantam in ea ſuperabundare ſanguinis copiam, ut pars eius tenderet ad mămillas & pars per inferiora effunderetur, ideo ſolum ut in pluribus. Continet ueritatem: Ex quo colligitur cauſa uerificans aphor. apparente enim huiuſmodi lactis exuberantia ſignificatur ſanguinem debentem ad uenas matricis effundi & per illas expelli ſurſum repere, & per cōſequens &c. Quarto nota. Menſtruorum defectum aliquando eſſe naturalem. aliquando præter naturam. (Menſtruorum defectus 2x) Naturalem quia factum à natura ad finem per ſe ab ea intentum puta conſeruationem indiuidui uel ſpeciei ſicut in pregnante uel lactăte puella ante ætatem ſenilē. Præternaturam uero appello contingens à cauſa preter naturaliter impediente, ſicut eſſet uenarum oppilatio, aut aliquod huiuſmodi. Ad propoſitum eſt ſermo de defectu ſecundo modo ut ſit ſenſus menſtrua defecerunt ſcilicet preternaturaliter &c.

Aphoriſmus. 40.

Mulieribus quibus ad mamillas ſanguis conuertitur, maniam ſignificat.

Thes Quibus mulieribus ſanguis in ubera colligitur, Iſaniam indicat.

Leo. Quibuſcunque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.

Expoſitio Iacobi.

Concluſio apho. eſt iſta. Sanguis in mulieribus conuerſus. i. trāſmiſſus ad mamillas & in lac nō trāſmutatus ſignificat maniā eiſdem futuram. Probatur. ex huiuſmodi ſanguine taliter cōuerſo ſignificatur multos fumos calidos ad caput aſcendere. ergo concluſio uera. patet conſequentia. quia in talibus fumis multis ſecundum plurimum ſit mania. & aſſumptum declarabitur in littera. Idem prima tertij trac. 4. ca. de ſignis maniæ. Et (Auicē.) eſt utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Non ſolū de mamillis uerū eſſe, ſed de alijs ſuperioribus partibus noſtri corporis. ſanguinis. n. fluxus ad illas & in illis retentus poteſt etiam maniā cauſare. nec etiam ſolū maniam utrobiq; cauſare poteſt, ſed etiam alias ægritudines, ut phlegmonē cauſonidem &c̄. quia tamen frequentius contingit ſanguinē ſuperfluum ſic ad mamillas moueri iccirco de ipſis ſpecialiter expreſſit, & quia etiā de accidētibus mamillarum et matricis determinatū erat. Secundo nota. Per ſanguinē conuerti intelligendum eſſe ſanguinem ad mamillas moueri, quia. ſ. per uenas matricis deberet erumpi unde & conuertitur qui conuerti dicitur à loco. ſ. ad quē deberet naturaliter fluere, & ſupplendū eſt ipſum ſub forma ſanguinis permanere ita ut non conuertatur in lac nec in mamillarū ſubſtantiam. Tertio nota. Penes auctores cōmuniter reperiri iſtos terminos mania, & melancholia, & alienatio. Alienatio eſt terminus cōmunis importans omnem cogitationis corruptionem. Melancholia autem eſt corruptio cogitationis cum timore, cuius cauſa ſecundum plurimum eſt melancholia naturalis multa aut phlegma dulce aduſtum aut ſanguis. Mania uero eſt cum rixa & furore & ſine timore, & eius cauſa eſt cholera naturalis uel aduſta ut prima tertij. primo ca. (Alienatio qd. Melia & Mania.) Ad propoſitū licet mania proprie ſit quod dictum eſt, poteſt tamen extendi ad melancholiā, & hoc ſecundū uariā diſpoſitionem ſanguinis aſcendentis contingit. ſi. n. fuerit cholericus aduſtus ab ipſo eleuantur fumi tales & ſit mania. ſi uero groſſus melancholicus ſit melancholia. & ex hoc colligitur cauſa uerificans apho. Quarto nota quod ad ueritatem apho. requiruntur aliquæ conditiones. Prima quod huiuſmodi ſanguis ſit multus. ſi. n. fuerit modicus poſſet uirtus ipſum uincere et conſumere. Secunda conditio quod huiuſmodi ſanguis ſit calidus aptus feruere. & hoc quātum ad maniā proprie dictam uel ſit aptus ut ex eo eleuetur uapor aduſtus melancholicus quantum ad maniā improprie dictam ſiue melancholiā &c. Ex quo ſequitē tertia conditio quod non ſit phlegmaticus aquoſus. ex ipſo enim potius fieret ſtupor aut ſubeth. Quarta quod cerebrum ita ſit debile ut non poſſit hos fumos repellere ad ipſum aſcendentes &c. hic de lacte dicas quod poſuiſti ſuper cap̄. de generatione embrionis.

Ahoriſmus. 41.

Mulierem ſi uis ſcire ſi concepit, melicratum quando dormitura eſt da ei bibere, & ſiquidem torſiones habuerit circa uentrem, concepit, ſi uero non, minime.

Si noſſe libuerit an mulier grauida ſit, mulſum ei bibendum dato, cum itura cubitum eſt. Poſt ſi uenter torquetur grauida eſt, Sin minus non eſt. The.

Si uelis noſcere an conceperit mulier, cum dormitura eſt ei aquam mulſam potandam da, & ſi aluus tormina patietur concepit, ſi minus non concepit. Leo.

Expoſitio Iacobi.

Iſte aphoriſmus duas habet concluſiones. Secunda ibi (Et ſi quidem.)

Prima cōcluſio. Medicus uolēs ſcire ſi mulier eſt pregnans debet ei dare mellicratum ad bibendum hora qua dormitura eſt. Probatur. per huiuſmodi mellicratum exhibitum nullo notabili nocumento mulieri illato cōprehenditur mulierem eſſe pregnantē uel non pregnantem. ergo concluſio uera. patet conſequentia. & aſſumptum in ſequentibus declarabitur.

Secunda cōcluſio. Exhibito mellicrato mulieri & cōſequentibus tortionibus circa uentrē, ſignificatur mulierem eſſe pregnantem uel concepiſſe. Probatur. huiuſmodi tortionibus ſignificatur matricem cōceptione con

strictam intestina cõprimere & uentositates ex mellicrato bibito generatas continere, & consequenter tortiones causare. ergo conclusio uera patet consequentia. & assumptũ circa litteram declarabitur. Et similis sententia colligitur. 21. tertij. tract. 1. ca. de signis impregnationis & iudicijs eius dum inquit. & quãdoq; cognoscitur dispositio impregnationis per experimenta. de quibus est ut in potu detur de aqua mellis in hora dormiendi. drag. ij. cum tanto pondere aquę pluuialis permixtę, & uideat an punctionem sentiat an non. & causa quidem in illo est retentio inflationis in concauitate intestinorũ, licet medici mirentur in hia. & est experimẽto certum uniuersaliter, nisi in consuetis potare illud. et quinto breuiarij. supra. cap. 35. ubi pręsentem allegat apho. & uerificat. Et est utilis. Et ampliatur, ut patet.

Primo nota. Non solum in ꝓcessu impregnationis uerum esse aphor. sed etiã in principio, immo potissime de principio uerificatur & intelligitur quãdo maius de impregnatione imminet dubium ut uidebitur. Secundo nota. Licet per multa signa quę omnia sunt probabilia possimus probare super impregnatione ut ex hoc ripsa tione mulieris post coitum forti attractione in uirga per cepta retentione menstruorum uomitu abominatione, & sic de alijs positis ab Aui. & Serap. locis alle. In proposito tamen unicũ signum tangit Hippo. sumptũ à potu mellicrati, quod cum debitis conditionibus considera tum probabilem habet euidentiam. Tertio nota. Per mellicratum intelligere debemus mel & aquã simul cõmixtam. Cum enim uis miscere mel aquę, & aqua dominante proprie dicitur hydromel. Dum uero mel dominatur dicitur mellicratum. cratum enim grece latine uinum uel potua. inde mellicratum id est uinum. i. potus tran sumptiue ex melle & aqua. s. dominante melle. proprie uero dici mulsa, quia ex melle & aqua, uel mulsũ apud alios. Ad propositum per mellicratum tale mixtum improprie mellicratum dictũ debemus intelligere. Quarto nota. Licet mel sit calidum & siccum in secundo gradu, ut secundo canon, cap. de melle. & à Serap. & à Dioscoride colligitur. in ipso tamen partes aquosa crudę, per quas ipsum est inflatuũ & uentosabile nisi decoctũ sufficienter fuerit. Tertio alimentorum. ca. de melle. ideo melle crudo sumpto siue aqua misceatur siue non, illas, licet uentositas ab eo generata sit facilis & leuis resolutionis propter tẽnmet ad eius resolutionem iuuate sua caliditate & acuitate. Quinto nota notãter dictum esse, cũ dormitura est, aut calor interius reuocatus sit potentior ad transmutandũ ipsum uel ne forte subducat, quia sua acuitate est solutiuũ. Somnus autem fortes retinet euacuationes, ideo uentositatẽ illam retinebit, quia fortassis in uigilia parua existẽs per corpus totum disper gere tur. uel dicitur ut prius, ut euitetur per somnũ nocumentum quodlibet mellicrati, ut non sonat & digeratur. Sexto nota. Tempore pręgnationis matrix uehementer constringitur, ita ut extremitas illi non ingrederetur os matricis, quare & tota corrugatur ad interiora. & quia sub ea tacet rectum intestinum, ideo ad interiora corrugata. i. collecta recto intestino uehementẽ inheret, & consequenter ipsum comprimit eius conca uitatem attenuando. unde uentositas in intestinis existẽs nõ potest libere per concauitatem intestini penetrare, sed ad locũ illum perueniens ad intestinũ aliquo modo uiolenter extendit, quare et quidam dolor uel punctio siue tortio ibi causatur, que nõ causaret matrice illud intestinum non comprimente, sicut dictum est. Ex quo patet primo causa uerificans apho. q̃tum ad omnes conclusiones. Patet secundo quare magis de mellicrato q̃ de alia potione mentionem fecit, quia. s. est res familiaris generans uentositatem leuem non potens notabile facere nocumentum, quod nõ de multis alijs potibus reperitetur. Potest etiam dici ipsum dixisse mellicratum dans per illud intelligere omne tale sicut illud. Vltimo nota ad ueritatem apho. requiri aliquas conditiones. quarũ aliquę sumuntur ex parte mellicrati. aliquę ex parte corporis, cui approximandum est. Ex parte mellicrati q̃ sit factũ ex melle bono uernali crudo, quia coctum non uentosatur, sed uẽtositates carminat & sit ęque immixtio aquę & mellis, ut sua caliditas & siccitas temperetur ab aqua & sit utriusq; q̃titatis añ. drag. ij. 21. tertij. allega. ca. ne q̃titas nimia lęderet aut nimis modica ulceretur. Sub hac enim dosi hoc experimentum uerificauerunt auctores. Ex parte uero temporis, ut hora qua dormitura est. Ex parte uero corporis, ut non sit uirgo nec consueta nec habeat in intestinis oppilationes aut materias uentosabiles aut feces diu retentas nec intestina pinguitudinis ab illis dispositionibus munda. istis enim stantibus plene uerificatur apho. In summa ego credo q̃ bonum esset ante tempus quo suspicamur de impregnatione hoc experiri. q̃ si tunc non causaret, sed aliquando post concurrentibus alijs signis iudicium est multum probabile & cẽ.

Auicẽ. Mellicrati p̃gnantibus exhibendi cãn pratticus ad noticiã conceptionis uel ñ Serap. Conceptionis cognoscendę signa uaria. Mellicratum qd. & Hydromel & Cratũ ac Mulsa uel Mulsũ Mellia cõplo. Auicẽ. Serap. Diosc. Gal.

Auicẽ. Mellicrati dã di dos. Mellicrati cõditiões ad falla ciã cõceptiõis. Mellicrati potus q̃n conceptionis sig̃n fallibile.

Aphorismus. 42.

Mulier siquidem masculum cõcepit, bene colorata est, si uero fœminam, discolorata.

Mulier si marem gerit, coloratio est, si fœminam, decolor est. The.

Mulier si marem concepit, bene colorata est, si uero fœminam, male colorata. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphoris. patet ex commento.

Aphorismus. 43.

Si mulier prægnanti erisipila fit in matrice, mortale.

Si mulieri ꝑgnãtis uterũ ignis sacer infestat, letale ẽ. The.

Si mulieri grauidę in utero sit erysipelas, letale. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Erysipila facta in matrice mulieris prægnantis, est mala & mortale signum. Probatur sic. huiusmodi erysipila causat morbum uehemẽter acutum, tam fętui q̃ matrici maximum nocumentum inferendo. ergo. patet consequentia. & assumptum declarabitur. Idem. 21. tertij. trac. 1. cap. de signis impregnationis. Et est utilis apho. Et ampliatur ut patet.

Primo nota. Per erysipilam intelligendũ esse apostema cholericum intra matricem causatum à multa materia, cholerica putrescente. Dico autem notanter intra matricem à multa materia quia posset in partibus exterioribus matricis & ex pauca causari materia, ita ut nõ necessario eẽt mortale ut tute supra istã materiã obtinere. Secundo nota. Posse intelligi hoc esse mortale, aut respectu fętus aut matris, aut utriusq;. & licet omnibus modis possit, tamen mortale est respectu fętus, cuius uirtus est debilior & nocumentorũ magis receptiua. Tertio nota. Ex huiusmodi erysipila multa sequuntur nocumenta à multa materia putrescente. s. & intra matricem. Primo quia febrem causat acutam, cum sit apa uehementer calidum, & in loco cordis satis propinquo unde ad cor potest putridum emittere fumum. Secũdo quia mulierem pruritu & punctione infestat, cum materia sit mordicatiua & corrosiua in membro satis sensitiuo, quare impedit somnum & quietem. Tertio, quia matricis stimulat expulsiuã pu ogẽdo irritando & mordicando. Quarto, quia ad fętum putridos & acutos & amaros fumos mittens ipsum inficit & ad mortem dispo nit. Ex quo patet causa uerificans apho. Patet secundo q̃ est mortale per uiam signi & causę. Patet tertio quia non ita nociuum apostema est phlegmõ sicut erysipila, nisi in magna q̃titate materię fuerit disparitas.

Erysipila qd. Erysipilę nocumẽta uaria sit ipsa trice.

Aphorismus.

Aphorismus. 44.

Quæ præter naturam tenues existentes concipiunt, abortiunt antequam grossescant.

The. Quę pręter naturam tenues uterum gerunt, abortum faciunt donec crassescant.

Leo. Quęcunq; pręter naturam tenues existentes utero gerunt, abortiunt priusq̃ crassescant.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Quęcunq; existentes præter naturam tenues concipiunt prius q̃ grossescāt abortiunt. Probatur sic prius q̃ tales grossescant fętui aufertur nutrimentum. ergo conclusio uera patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idē colligitur. 21. tertij. trac. secundo cap̄ de aborsu. ad finem dum inquit. Et dicitur q̃ illa &c̄. Et est utilis in actu ꝓnostico & operatiuo ut patet. Primo nota. Per pręter naturam tenues non esse intelligendas quascunq; à causa pręternaturali extenuatas. notum. n. est non de omnibus talibus uerificabilem esse apho. sed intelligere debemus ultimate uel quasi ultimate extenuatas, ita q̃ cum extenuatione maiori notabiliter non posset fętus in ipsa permanere. de talibus nanq; uerificatur magis aphoris. Secūdo nota. Extenuationē esse duplicē. hāc de qua dictū ē quę quidē ē reparabilis, et aliā q̄ nō ē reparabilis, sicut est tenuitas in marasmo uel hetica tertiæ spēi, & de tali nō est in ꝓposito sermo sed de prima. Tertio nota. Ista particula. prius q̃ grossescant. pōt dupliciť exponi. Primo prius q̃ grossescant i. prius q̃ ad naturalē suam habitudinem redeant. Secundo prius q̃ uersus eam tendere incipiat, quia. s. anteq̃ incipiat resumi. Primus sensus potissime uerus est, quia crescēte fętu multo ampliori indiget numento, de quo non poterit generari q̄titas sufficiens pro sustentatione matris & fętus cōplemento, quare &c̄. Ex quo patet q̃ si ingrossetur etiā illud idem contingit quia nutrimentum quod cedere debet in augmentum fętus attrahitur in membris matris, quare subtrahitur fętui nutrimentum & per consequens &c̄. Et ex his colligitur ueritas apho. quam fēsit Aui. prętalle. cap̄. dum inquit. & dicitur q̃ illa quę est uehemēter extenuata, cum impinguatur abortit anteq̃ grossescat, quoniam corpus recipit de cibo ad sui rectificationē & reductionē suę uirtutis taliter q̃ nō superfluit embrioni q̃ ipsum nutriat, quare debilitatur.

Auicē. Macredinis ꝓgnātiū cañ pronosticus & opatiuus. Mľier tenuis uľ macilēta 2r. Exteūatio 2x.

Aphorismus. 45.

Quæcunq; corpora moderate habentes abortiunt secundo mense, aut tertio, sine omni occasione manifesta, his cotylidones mucilaginibus pleni sunt, & non possunt præ grauedine tenere fætum, sed abrumpuntur.

The. Mulieres quę mediocriter corpulentę abortum faciunt secundo mense, aut tertio, sine causa manifesta, his acetabula uteri plena mucoris sunt, ita ne fætum cōtinere possint, sed prę suo pondere pręrumpat, elabatur que partus necesse est.

Leo. Quęcunq; mediocriter corpora habentes abortiunt secundo aut tertio mense sine occasione manifesta, his acetabula uteri plena muccoris sunt, & non possunt, ex pondere fętum continere, sed disrumpuntur.

Expositio Iacobi.

Iste apho. 2. habet cōclusiones. Secūda ē ibi (Et nō).

Prima conclusio. Quęcunq; mulieres habentes corpus in sua habitudine moderatum sine manifesta causa, abortiunt secundo aut tertio mense, habent cotyledones mucilaginibus plenos. Probatur conclusio sic. nulla patet alia principalis causa aborsus hoc, nisi superabundātia mucilaginū in cotylidonibus. ergo patet consequentia. & assumptum deducetur.

Secunda conclusio. Cotylidones mucilaginibus pleni non possunt fętum sua grauitate sustinere. Probatur. ꝑ huiusmodi mucilaginum pręsentiam relaxantur & debilitantur cotylidones, & ad fracturam pręparantur. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Concordia utilitas & ampliatio istius apho. est ut pręcedentis apho. Primo nota. Per habentes corpus moderatum intelligendas esse non ultimo macras uel pingues, sed medias uel ad mediū attingentes. Secundo nota. Per causam manifestam illud quod a Gal. tangitur in cōmento. ut fe. acuta, casus, ꝑcussio, & alia euidenter aborsus prouocatiua. Tertio nota. Per cotylidones ligamenta quibus fętus matrici alligatur. Quarto nota. Per mucilagines phlegmaticas superfluitates in cotylidonibus illis &c̄. per matricem dispersas. Quinto nota. Huiusmodi mucilagines multipliciter aborsus fore causam Primo nutrimentū fætui subtrahendo, quia oppilando. Secundo ipsum nutrimentum male disponendo se cōmiscendo ei. Tertio ligamenta mollificando, quare crescente grauitate fętus abrumpitur. Quarto matricem lubricando. Quinto uentositatem multiplicando, quę etiam ad ligamentorū fracturam pręparat, ut supra quarta huius, cōmento primo declaratum est. Contingit hoc autē magis in secundo aut tertio mense propter talia ligamenta nondū fortificata esse, sed esse ad fracturam parata. Ex quo patet sententia apho. Et hanc sententiam uoluit Aui. 21. tertij. trac. 2. ca. de aborsu dum inquit. Et plurimum aborsu facti in mense secundo & tertio fit ex uentositate & humiditatibus super orificio uenarū quę sunt matris, quę nominantur foramina, ex quibus contexuntur uenę secundinę. Cum ergo humectantur mollificantur ipsi & illud quod ex eis texitur, quare fit aborsus fętus ex qualibet motione ex uentositate aut grauedine. Dicitur autem secūdo uel tertio mense, quia in primo mēse nō est adhuc ligata umbilicalis uena aut secundina cotylidonibus etē. ut uidebitur colligi posse. 21. tertij. ca. de generatione embrionis. Item nondum grauitat. Itē non indiget multo nutrimento. Item excluditur quartus & quintus & alij, quia in alijs sunt ligamenta fortia, & cum hoc non tot phlegmata multiplicant tunc. Quęstiones quę hic tanguntur faciles sunt.

Mulier moderati corporis quæ. Aborsus cā manifesta. Cotylidones q̄. Mucilago quid & quō fit. Aborsus cā. Auicē. Aborsus cur magis secūdo aut. 3. mēse q̄ alijs fiat.

Aphorismus. 46.

Quæcunq; existentes præter naturam crassæ non concipiunt, his pinguedo os matricis obturat, & prius q̃ extenuentur non concipiunt.

The. Quę pręter naturam crassę concipere nequeunt, ijs uteri os ab omento cōprimitur, itaq; impleri donec extenuentur non possunt.

Leo. Quęcunq; pręter naturam crassę, non concipiunt utero, his omentum os uteri comprimit, & priusq̃ extenuentur non concipiunt.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus. duas habet conclusiones. Secunda est ibi (Et priusquam.)

Prima cōclusio apho. Quibuscunq; mulieribus præter naturam crassis non concipientibus pinguedo obturat os matricis. Probatur. pinguedo pręternaturaliter generata siue multiplicata est compressiua & obturatiua os matricis, & consequenter conceptionis impeditiua. ergo conclusio uera. patet cōsequentia, & assumptū circa litteram declarabitur.

Secunda conclusio. Huiusmodi concipiunt non nisi prius extenuentur. Probatur. nō prius q̃ extenuentur mouetur causa impediens conceptionem. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptū circa litterā declarabitur. Idē. 21. tertij. trac. 1. ca. de sterilitate. Et quādoq; multiplicatur adeps super zirbum & facit cōpressionem super sperma, educis ipsum expressione sua. Et

Auicē.

operatio eius est hęc. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Crassa p̄ter naturā est ultīatæ pinguis pingue do qd.

Primo nota. Per crassas pręternaturam intelligere debemus ultimate pingues ut Cōmen. i cōmen. quę omnino pręternaturam crassę dicuntur, quia crassę sunt ultra solitū & cōmunem naturę cursum, sicut uehementer magnum ultra mensuram hominum diceremus præter naturaliter hominē magnū, qa quasi mōstruose magnum, licet aliter antiqui exposuerunt, quas non acceptat Cōmenta. Secundo nota. Per pinguedinē non esse intelligendum pinguedinem in matrice existentē, cū sit mēbrum uelut neruosum huiusmodi piguedine priuatum, sed debemus intelligere pinguedinē zirbi adipini taliter matricem cōprimentis, ut sperma non recipit uel receptum non cōtineat. Tertio nota. Per os matricis duo possumus intelligere. Primo os colli matricis. & de isto non est sermo in proposito. Secundo os ipsius matricis. primum enim os non obstruitur sed bene secūdum. Quarto nota. Pinguedine zirbi existente multa cōprimit matricē quare non potest super sperma debite corrugari. Similiter etiam remanet os terminatū ad profundum obeuratum, ita ut sperma frequenter ad fundum matricis non perueniat. ideo &c. Quinto nota. Mulier extenuata per priuationē multę pinguedinis preexistentis concipere poterit eo q remotum erit principale conceptionis impedimentum.

Os matricis.

Aphorismus. 47.

Si matrix in uertebro posita fecerit saniem, necesse est commotum fieri.

The. Si uterus in coxa positus suppuratur, linamentū recipiat necesse est.

Leo. Si uterus in coxam uergens suppuratur, necesse est linamentum fieri.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Si matrix in uertebro posita fecerit saniē, necesse est fieri cōmotum. i. cōmotionem. Probatur. huiusmodi matricis dispositio est pręternaturam uehementer stimulans. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur.

Auicē. Idem 21. tertij. trac. 4. ca de signis a p̄atis calidi ad finem. Et est ē utilis aphor. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Licet uertebrum proprie sit os rotundum, quod in illo osse quandoq; uertitur, hic tamen debet intelligi ancha ut sit sensus, in uertebro. i. ancha. Secundo nota. Matricem poni in uertebro est matricem ad ancham ipsam declinare cum qua colligantiā habet ut patet in anatomia. hic autem declinatio ad uertebrum cōprehendi potest ex narratione infirmi & obstetricis. Tertio nota. A p̄ate existēte in latere dextro uidetur declinari ad sinistrum matrix, licet grauitas sit in dextro, & econtrario. Quarto nota. Huiusmodi declinatio contingit, ut propter multā laxationem augmentum & collectionē apostemosam grauitantem, quare trahit partem uersus ancham lateris a p̄ati. unde & frequenter claudicat mulier In proposito intelligitur propter apa. Quinto nota. Per saniem in proposito laudabilem intelligere debemus quę quandoq; euacuatur à matrice ex proprio matricis nocumento, ut propter a p̄a existens in ea sicut in casu proposito apho. quandoq; uero quia ab alijs membris mādatur, & tunc non oportet fieri matricis curationem, sed bene si fuerit propter proprium nocumentum quod cōprehenditur si matrix posita fuerit in uertebro, & supple aut affuerint alia signa apostema uel matricis nocumentū significātia. Ex qbus patet ueritas apho.

Mr̄icē poni in uertebro qd.

Aphorismus. 48.

Fætus maris quidem in dextris, fœmine uero in sinistris magis.

The. Fetus qui mares sunt, parte uteri dextra continētur, qui fœminæ magis sinistra.

Leo. Fætus, mares quidem in dextris, fœminæ uero in sinistris magis.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus. duas habet conclusiones. Secunda ē ibi (Fœminæ.)

Prima conclusio apho. Fætus mares magis continenē siue formantur in dextris. Probatur. magis proportionatum est latus dextrum mari q̄ sinistrum. ergo. patet consequentia. & assumptum circa litterā declarabitur.

Secunda conclusio. Fœminę magis in sinistris continentur. Probatur similiter ut pręcedens. Probatur etiā 21. tertij. trac. 1. cap̄. de signis masculi. ad principiū. et quinto breuiarij. 35. cap̄. Et est utilis Et ampliatur ut patet. Primo nota. Notanter dixit mares fętus in plurali, quia nō solum unus &c. Secundo nota. Etiam ut quidam. Dixit notanter dextris & sinistris in plurali, quia non solum dextrum matricis est masculi, sed etiam masculorum. Tertio nota notanter dixisse magis, quia non semper est ita, licet bene utplurimū. Quarto nota Causę diuersitatis indiuiduorum in sexu ab auctoribus ponuntur duplices. Quędam cōmunes & per se. Quædam autem particulares magis & accidētales. Primæ sunt dispositio spermatis & mēstrui dispositio, quæ ideo esse per se dicuntur & cōmunes, quia sine istis &c. Caliditas. n. spermatis est causa masculi, & ecōuerso uero fœminę secundum uiam. P. Et ra uide. ca de generationibus embrionis difficile tamen esset scribere hic.

Fętulo cus īmatrice 21. Auicē. Serap̄. Varietas sexus

Ex quo patet causa uerificans apho. &c.

Aphorismus. 49.

Ad matricis præcipitationes, Ptarmicum apponens, apprehendere os & nares.

The. Si secunda procidit, sternutatorio apposito nares & os apprehendimus.

Leo. Ut secunda procidat, sternutatorio apposito, & nares apprehendito, & os.

Expositio Iacobi.

Prima conclusio apho. est ista. Ad pręcipitationes matricum. i. eductiones secundinarum, confert appositio uel approximatio sternutatorij os & nares apprehendendo, quia. s. obturando. Probatur. per approximationem sternutatorij agitatur & remouetur secundina retenta, ita ut sit apta excuti. ergo conclusio uera patet cōsequētia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idē colligitur 21. tertij. tract. 2. cap̄. de extractione secundinæ ad principium. Et est utilis. Et ampliatur ut patet.

Auicē. Mr̄ix dupl'r.

Primo nota. Per matrices in proposito non debemus intelligere matricem proprie dictam, quę est instrumētum generationis in muliere, sed secundinam quę est pāniculus quidam totum inuoluens fętum magnus uenosus & arteriosus, de quo alibi facta est mentio. Ex quo patet q per pręcipitationem matricis non debemus intelligere lapsum uel descensum matricis ad inferiora. de quo 21. tertij. fit speciale capitulum. sed debemus intelligere per pręcipitationem eductionem & per matrices secūdinas, quarum eductio debet esse uelox propter nocumenta quę potest afferre retentio, ideo dixit pręcipitationes. Ex quo patet sensus apho. ptarmicū cōfert ad pręcipitationes secundinarum, & sic posita fuit conclusio apho. Secundo nota. Licet sternutatio principaliter moueat ad superiora, in sternutatione tamē ut infra declarabitur fit fortis motus & agitatio uentris & eorum quę in uentre continentur, quare ad ipsam sequi potest secundinæ excussio. Tertio nota. Apprehēdendo os & nares, aer & fumositates quę ad superius educuntur reflectuntur secundum partem saltem ad inferiora, quare etiam matricis fit fortior motus, & per consequens &c. fit etiam per hoc anhelitus retentio, quare tenditur uenter deinde subito egrediente fit magna cōmotio. Item confert, quia sternutatorium melius penetrat ad interiora,

Secūdina qd. Pręcipitatiō qd Sternutationis effectus

quare

quare fortiorem causat sternutationem. Ex quibus
patet ueritas aphoris.

Aphorismus. 50.

Mulieris menstrua si uelis retinere, syciam maiorem ad mammillas appone.

The. Si menstrua sistere placeat cucurbitulam grandem
appones ad mammas.

Leo. Mulieri si uelis menstrua cohibere, cucurbitulam
q̄ maximam ad mammas appone.

Expositio Iacobi.

Conclo apho. est ista. Maior sycia .i. uentosa cōfert in
Sycia quid retinēdo in muliere menstrualē fluxū patiente. uel sic.
si uelis retinere menstrua mulieri, apponere debes ad
mamillam eius syciam, idest uentosam maiorem. Pro-
batur, per huiusmodi uentosam sanguis ad inferiora
fluens uersus superiora diuertitur ergo conclusio ue-
ra, patet consequentia, quia recursus materię ad cōtra-
riū īpedit euacuationē ut tertio techni, & assumptum
declarat circa lr̄am. Idē. 21. tertij. trac. 3. ca. 4. de cu-
tex. 92 ra fluxus menstruorum dum inqt, deinde ponant uento
sę in inferiori parte mamillę, & ubi incidunt uenę ascē
Auicē. dentes ex matrice ad mamillas & fugant & eligat uen-
tosa magna, ipsa. n. retinet sanguinē in una hora. Et Ra
sis. ix. Alman. & in suis diuisionibus cap de fluxu men
Mēstrorum duplex struorum. Et Viaticus idem uoluit. Et est utilis. Et am-
pliatur ut patet. Primo no. Per menstrua non solum
mēstrua propriedicta esse in proposito intelligēda, sed
etiam sanguinē qualitercūq superflue ex matrice rū-
pentem, siue ex casu aut percussione siue alia quacūq
causa processerit. Secundo nota. Per syciam intelligē
Sycia et uentosa quid dum esse uentosam quę ut medico attinet, est instrumē
tum medici concauum exterius applicabile ui uacui .i.
ne detur uacuum principaliter attractiuum ex corpore
secundum plurimum ad figuram tendens rotundam.
Et fit quandoq ex cornibus cuti applicatis. Cuius ap-
Vētosę apponē dę modus 4^x. plicationis modus est multiplex. Primo cum candela su
per corpore plano posita accensa, cui supposita uento-
sa extinguitur, quare contingit aerem iam ab ea calefa-
ctum a uentosa infrigidari, et sic staret sub minori quā
titate loci, quare ne detur uacuum uentosa carni & cu
ti applicatur attrahendo, & sanguis exit ad replendum.
Secundo cum stupa, & hoc communiter. Tertio anhe-
litum attrahendo uentosa perforata existente, deinde fo
ramini ceram supponendo. Quarto aerem intus existē
tem uehementer calefaciendo, deinde supposita uento-
sa aquā frigidam applicando, ut patet in similibus mul-
tis. Tertio nota. Ventosa multis ex causis corpori ap-
plicari potest. Primo cum scarificatione. Et huiusmo-
di applicatio fieri potest propter multas intētiones. Pri
mo ut apostema uel materia apostematis in profundū
existens trahatur ad exteriora, aut a nobili ad ignobile
membrum, ut quarta primi. 21. cap. de uentosis. Secū
do applicantur ut alicuius meatus permaneat apertio, si
cut in squinantia collo applicantur. 9. tertij. Tertio ut
membrum cui supponunt calefiat propter attractionē
spiritus & sanguinis ad ipsum & uentositates resoluan
tur in eo. Ventosę enim sine scarificatione membri ca-
lorem augmentant, & uentositatem resoluunt, cum sca
rificatione econtra. 4. primi alleg. cap. de causis calefa-
cientibus, & credo secundo de accidenti. Quandoq ue
Vētosa duplex ro ut dolor sedetur, ut in cholerica. 16. tertij. Quādoq
uero ut membrum permaneat in suo uigore, sicut in an
Gal. che tunctura frequenter ponuntur. Quandoq ut re-
Auicē. ducat, ut in inguinis ruptura contingit. Quādoq ut ue-
nenum ad exteriora trahatur, sicut isto cui applicatæ
fuerint sanguisuge, ut quarta primi capitulo de sangui
Auicē. sugis, Vltimo ut materia diuertatur & ad locum traha
tur oppositum eius ad quem fluit. & potissime taliter in
telligitur in ꝓposito. Quarto no. Vt supra habitū est
magnam esse colligantiam mamillarum ad matricem
mediātibus uenis inter matricē .s. & mamillas median-
tibus, ita ut sanguine tracto ad matricē euacuātur ma
millę, & ecōuerso ut supra declaratū est. Cū ergo uen-
tosa huiusmodi posita ad mamillas supra uenas iam di-
ctas mediantes attrahit sanguinem ad mamillas patet,
quia diuertit a matrice hmōi fluxū ꝓhibere. ergo &c.
Quinto no. Hmōi uentosam non esse super mamillas
apponendā, ne forte mollitie eius nimiū attrahendo dif
ficilis fieret separatio, aut āparetur mamilla, sed iuxta
mamillarū radices apponenda est ubi sunt illę uenę me
diastinę de qbus iam dictū est. Sed diceres si hęc uen-
tosa ita fortiter adhereret ut difficilis fieret separatio qd
fiendum est. Primo si apposuisti perforatam foramen
aperi. Et si iam posita est non perforatam frange. Sed in
hoc est aliqualis timor læsionis, aut pannos uehemen-
ter calidos, uel spongiam aq̄ ualdę calidæ infusam fre-
quenter superpone, ut rarefiat aer in uentosa contentus,
quare facilius aperietur. Ex quo concedo q positio
pannorum callidorum supra uentosam non fortificat,
sed debilitat attractionem a uentosa vi vacui procedē
tem ponitur tamē forte ut cutis rara permaneat & trā
spiret id quod attrahitur. Sexto nota. Dixit maio-
rem, uult enim q si ex magnis, quarum concauitas est
sicut bonæ parasidis, ut scilicet utriusq mamillarū ra-
dicis magnam partem attingat. ab hac enim fortior &
uelocior fiet diuersio q̄ si essent duæ paruę.

Aphorismus. 51.

Quæcunq in utero habent, his concluditur os matricis.

Quæ uterū gerunt, ijs uulua se comprimit. The.

Quę utero gerunt, his uteri os comprimitur. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclo apho Quibuscūq mulieribus pregnātibus
os matricis cōcludit. Probatur. ad debite disponendum
sperma & materiam generationis in m̄rice contentam
oportet matricē corrugari & constringi super eā. ergo
cōclo uera natura n. nō deficit in necessarijs sicut nec i
cōtingentibus superabundat. 3°. de a͡ia. tex. 45. & 2.
physi. tex. 80. & assumptum circa lr̄am declarabitur.
Idē. xxi. tertij. primo cap. ad finē. Et fit. s. matrix in Aristo.
dispositione cōceptionis in summo cōstrictionis, quā Auicē.
fortasse non ingreditur extremitas acus & dilatat pręcepto dei excelsi & egreditur fętus, & trac. p͡rio cap. xi.
de signis īpregnationis. ad principiū. Et succedit ei ue-
hemēs oris m̄ricis cōstrictio, ita ut nō ingrediatur ip-
sum stilus, & qnto breuiarij. xxxv. c. & os uuluę com
pactum sine apertione &c. primo conclusum &c. & ter
tio uirtutum naturalium, tertio capi. ubi presentem al-
legat apho. & infra uersus finem, cap. est autē & hoc
mirabile quoddam naturę sophisma. s. uiuente quidem
fętu certissime undiq clausum esse os matricis, mor- Naturę sophisma dr̄ fętu uiuo uel mortuo
tuo uero confestim aperiri tantū quantū in exitu eius
confert. Et est utilis in actu practico ut patet. Et amplia
tur ad omnes pregnantes Primo nota. Non solū in
pregnantibus, sed etiam in his quę disponuntur ad im-
pregnationem. Et ideo dixit Auicen. & fit in disposi-
tione pregnationis, matrice enim attrahente sperma fie Fætus mortui uiuiq canon practicus.
ret illud dato q primo non fieret conceptio. Secundo
nota. Per os matricis debere intelligi intrinsecum &
non extrinsecum, de quo supra, quia tale semper patet
ut porta inferni per noctes atq dies &c. Causa autem
uerificans aphoris. nota est. Contra, quia potest coi
re & superimpregnari, ut supra. Item quia emittit mē- Matricis os duplex
strua, & ab aeris frigore læditur. Dicitur q per-
manet constrictum nisi adueniat noua causa apertio-
nis, ut demon uolens ingredi infernum, sicut in fa-
bula Alibech. Menstrua uero non ægrediuntur ex
concauo matricis, sed ex collo. aer autem infrigidan-
do os extrinsecum & uentrem potest matricis con-
cauitatem lędere.

Aphorismes. 52.

Mulieri in utero habenti, lac ex mammillis multum fluens, fætum significat debilẽ. Si uero ubera dura fuerint, sanum significat fætum.

Theo. Mulieri grauidę, si lac effluit e mãmis, fætum imbecillum esse significat. At si mammę sint firmę ac solidę, fętum esse ualidiorem significatur.

Leo. Mulieri utero gerenti, si lac multum emammis effluat, fętum imbecillem significat. Si uero mammę solidę fuerint, fętum significant saniorem.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas hẽt cõclones. secunda ẽ ibi (Si uero.)

Prima conclusio. Multum lac fluens ex mamillis prę gnantis significat fętus debilitatẽ attractiue. significat etiã sanguinem ex quo nutritur esse malũ. ergo conclo uera patet consequẽtia. et assũptũ circa lrãm declabit.

Secunda conclusio. Durities mamillarum pręgnantis significat fętum esse sanum. Probatur. hoc significat bonitatem nutrimenti ex quo nutritur fętus cũ nutrimenti copia. ergo conclo uera. patet consequentia, et assumptum circa litteram declarabitur. Idem. 21. tertij. tractatu primo cap. 19. de signis debilitatis nati. & infra secundo trac. ca. 9. de signis aborsus. satis ad principium. Et est utilis. Et ampliatur ut patet supra intelligenti. Primo no. notanter dictum esse multum, quia non ex quolibet pauco licet argui debilitatem &c. Secundo no. ꝙ huiusmodi effusio lactis potest dupliciter fieri. Primo compressa mamilla. Secundo ex seipsa non compressa. Ad propositum licet utrum. ꝙ istorum significet debilitatem, magis tamen significat effusio lactis mamilla non compressa. Sed diceres quare ex mamilla lacte plena effluit lac ex se uel per leuem expressionem, non autem sanguis. Hic dicitur ꝙ sanguis continetur in uenis mamillæ non terminatis ad papillas uel foramina papillarum, sed lac continetᷣ in spongiositate carnositatis mamillæ, & illę spongiositates uel carnositates terminantur ad foramina papillarum. Tertio no. ꝙ ex tali fluxu lactis significantur duo. Primo debilitas attractiuę fętus in sanguine attrahendo pro sua nutricatione. Secundo significatur fluxibilitas lactis, quia. s. aquosum fluidum, quare et aquosus est sanguis, ex quo nutritur fętus, ideo &c. quod tamen intelligendum est ubi non foret mulier robusta plethorica plurimo sanguine abundans, hoc enim stante non necessario significaretur debilitas fętus. Quarto no. Per duritiem in proposito intelligendum esse duritiem sanam non apostemosam uel pręternaturalem, hoc enim stante significatur bonitas & copia nutrimenti fętus, sicut laxitas significat debilitatem. ideo &c.

Mamillarum durities ẽ inditiũ bonum

Lactis fluxus duo importat.

Aphorismus. 53.

Quæcunq; corrupturæ sunt fætus, his ubera gracilia fiunt, Si uero rursus dura fiant, dolor fit in uberibus, aut in uertebris, aut in genibus, aut in oculis. Et non corrumpuntur.

Theo. Quę abortum facturę sunt, ijs mammę extenuantur, Sed si denuo durescant, dolor in mammis fatigabit, aut in coxis aut in oculis, aut in genibus. Itaq; non faciet abortum.

Leoni. Quę corrupturę sunt fętus, his mammę extenuantur. Si uero rursus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, Et non corrumpent.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas habet conclones. 2. est ibi (Si uero.)

Prima cõclusio apho. est ista. Omnibus corrupturis. i. abortiuum fętum emissuris, ubera sunt gracilia. Probatur. in omnibus spiritus & sanguis plurimus pellitur ad matricem. ergo conclusio uera. patet consequentia, & assumptum circa litteram deducetur. Primo nota. Per corrumpturas debemus intelligere actualiter abortientes aut existentes in abortiendo quasi, quia. s. non diu stabit antequã aborsum patiatur, uel etiam habentes dispositionem per quam paulatim ad aborsum perducentur. Secundo nota. Non esse intellectum Hippo. ꝙ omnibus istis fiant actu ubera gracilia, sed uult ꝙ fiant ante aborsum uel in aborsu uel saltem nõ diu post aborsum stent quin sequatur gracilitas mamillarum. Tertio nota. Per gracilem debemus intelligere pręternaturalem aut respectu sanę gracilitatis, autẽ etiam respectu gracilitatis pręcedentis, scilicet anteꝗ̃ fieret aborsus, sempee enim superueniente aborsu gracilitantur magis ꝗ̃ prius. Quarto no. Non esse intentionem Hippo. ꝙ quemlibet aborsum tanꝗ̃ signũ pręcedat mamillarum gracilitas. notum enim est ꝙ ca su percussione tonitruo ueneno & ceteris possit, subito autẽ quasi subito causari aborsus, quãuis aborsum hũc non pręcedat ista gracilitas, sed intentio hyppo. est ꝙ non fit aborsus quin ipsum pręcedat uel subsequatur mamillarum gracilitas, & hoc stante uita matris. cum enim in aborsu uehemens fiat motus, & dolor circa partes matricis, ad matricem currit maxima quantitas spiritus & sanguinis, sicut in alijs doloribus contingit, cũ natura currit cum spiritu & sanguine ad causam doloris amouendam maxime. ergo curreret a partibus cum matrice colligantiam habentibus, quale membrum est mamilla, Et ex hoc patet causa uerificans apho. &c.

Gracil. duplr.

Aborsus causa multiplex.

Secunda conclusio, si mamille rursus fiant dure & fiat dolor in uberibus aut in uertebro aut genibus aut oculis non corrumpuntur probatur. per hoc significatur nocentes materias a matrice diuerti, & ad longinqua membra expelli. ergo &c. patet consequentia, & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota per duritiem in proposito intelligendum esse pręter naturalem duritiem consequentẽ superabundantiã materię ad mamillas fluentem, alitee enim ad eam non sequereẽ doloe. Secundo nota ꝙ materia multa mala circa partes matricis existente, aut etiã superflua uirtus regitiua totius maximam hñs de fętu solicitudinẽ custodiendo hãc materiã ad alia mẽbra expellit, ut fętus non ledatᷣ. & maxime ad illa quę apta sunt superfluitates mrĩcis recipere, ut mamillas & uertebra uel anchas pp causas dictas, unde dolent mamille supple exñte repletione in eis, & oculi propter magnã colligantiã quã hñt cũ mamillis mediantibus neruis per quas oculus cõicatur nocumentũ uel forte pp repletionẽ aliqualẽ contrahuntᷣ nerui illi ad quã sequitur dolor & in genibus ꝓpter causam illã propter quã in uertebris. Ex quo patet cã uerificans apho. Tertio nota non esse intelligendum ex intẽtione hypo. ꝙ apparentibus his signis non fiat aborsus, põt etiã esse ꝙ materia mala est ita exuberãs ꝙ simul istis mẽbris & matrici inferat nocumentum aborsus ꝓuocatiuum. Itẽ quia ex alia causa põt mulier abortire, ut patet, sed intells hypo. est ꝙ ubi appareant hęc signa non abortit id est nõ significat p illa mulierẽ eẽ aborsurã, & sub hoc sensu patet cõclo apho. Itẽ ꝗ̃tũ ad primã conclonẽ. xxi. tertij. tractatu. secundo cap. de signis aborsus, & ẽ vtilis in actu ꝓnostico & ampliatᷣ. ut patet.

Aphorismus. 55.

Quibuscunq; os matricis durum fuerit, his necesse est os matricum concludi.

Quibus uteri os durum est, his compressum id esse necesse est. Theo.

Quibus os uteri durum est, his uteri os comprimi est necessarium. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus patet.

Aphorismus. 56.

Quæcunq; in utero habentes a febribus accipiuntur, & fortiter calefiunt sine occasione manifesta, grauant difficulter & periculose abortiunt periclitantes.

The. Quæ utero gerentes a febribus capiuntur, ualdeq; extenuantur sine causa manifesta, hę difficulter pariũt & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

Leo. Quęcunq; utero gerentes à febribus corripiunt, & fortiter calefiũt sine occasione manifesta, difficulter pariunt & cũ periculo, & abortũ facientes periclitantur.

Expositio Iacobi.

Cõclusio apho. est ista. quęcunq; pręgnantes accipiuntur a febribus & fortiter calefiunt sine manifesta occasione, periculose & difficulter generant uel periclitãtes abortiunt. probatur. quarumcunq; talium matris & fętuum uirtutis sunt ualde debiles & prostrate. ergo conclusio uera. patet cõsequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem. xxi. tertij. tractatu secundo. ca. de causis aborsus, & est utilis apho. in actu practico & pronostico. & ampliat ut patet. Primo nota per accipiam se. intelligendũ a se. uehementer opprimi. si cut supra quarto huius. commẽ. xxxiiij. si a febre habito &c. & per ly fortiter calefiunt datur intelligi febrem esse uehementis intensionis ratione cuius uirtutem uehementer opprimit. Secundo nota per causam manifestã potissime intelligendam esse causam primitiuã. hac. n. occurrente ut exercitio aut calore solis aut cibo calefactiuo uel simili. non oportet de illis apho. esse uerum, qa causa primitiua sublata, contingens foret illam se. facile remoueri. Tertio no. q difficultas partus ex multis causis prouenit, quarum quędam sunt primitiue & extrinsece ut forte frigus, & sic de alijs. Corporales uero aut tenent se ex parte matris, aut fętus aut secundine. Ex parte quidẽ matris sunt paruitas matricis aut pinguedo superflua cõprimens musculos aut dissuetudo pariẽdi, aut apostema matricis uel circũstantijs membri, aut plenitudo intestinorum aut multa debilitas matricis, sicut antiquis ualde & puellis contingit, aut longas, aut fortes perpassis ęgritudines. Ex parte autem fętus, qa uel nimis, magnus autẽ habens caput nimis grossum, aut quia monstruosus, quia bina habens capita, aut qa non egrediens secundũ figuram naturalem, aut qa mortuus, aut quia debilis ualde. Ex parte uero secundine, uel quia grossa non frãgibilis, uel qa nimis cito frangit. quia priusq; fętus exterius labatur, materię humide in secundina contente euacuãtur, & postea deficit una ex causis partum facilitantibus, hęc omnia colligunt. xxi. tertij. tractatu. secundo ca. de difficultate partus. & v. breuiarij. ca. xxxvi. de mulieribus quibus difficilis est partus. Ad propositum hic concurrunt potissime cause difficultatis. s. debilitas nati, & uirtutis matricis. ut statim declarabitur, & eodem modo distinguendũ est de periculositate partus. Quarto nota ut sumit in cõmento. tali se. contingente & non a causa manifesta. significat intrinsecus latitasse tpe impregnationis materias prauas & retentas quę putrescentes causant hmõi se. uehementes, quare multũ debilitat infans & mater, & ex cõsequenti difficilis & periculosus fit partus. Vltimo piclitãtes uel quãtũ ad matrẽ aut fętũ aut utrũq;.

Aphorismus. 57

In fluxu muliebri spasmus & animi defectio si superuenerit, malum.

The. Si profluuio muliebri cõuulsio aut animi defectio superuenit, malo est.

Leo. In fluxu muliebri si conuulsio & animi defectus aduenerint, malum.

Iste apho. patet ex tertio huius &c.

Aphorismus. 58.

Menstruis plurimis uenientibus accidunt ægritudines. Et non uenientibus, a matrice accidunt ægritudines.

Si menstrua immodica fiunt, morbi accidunt & si non fiunt, morbi matricarij accidunt. Theo.

Si menstrua plura fiant, accidunt morbi, & si non fiant, ex utero morbi contingunt. Leo.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Menstruis plurimis uenientibus fiunt ęgritudines. pbat plurimis uenientibus menstruis euacuantur materię aliq retinẽde. ergo cõclusio uera. Secunda cõclo, & nõ uenientibus mẽstruis a matricę fiunt ægritudines. pbat. qa tunc retinent materię prauę multe euacuatione indigentes. ergo conclo uera. Idẽ xxi. tertij. tractatu tertio ca primo, & est utilis & ampliat. ut patet. Primo no. p menstruũ intelligendum esse quod supra declarabat. Secundo no. menstrua itelligi plurima respectu quãtitatis mulieri quę mẽstruaẽ pportionate, aliter. n. nõ esset uerus apho. Tertio no. q hmõi menstruis plurimis causant ęgritudines pprie dictę, & cõiter ẽt dictę, extendẽdo ęgritudinẽ ad oẽm rem pter naturã ad se curã trahentẽ. Quarto no. ex menstruorum euõne nimia causari posse morbos cõplexionales ut mala cõplexio frigida totius aut epatis. Similiter complexionales, ut. xxi. tertij. alleg. ca. quia hydropisis, & sic mala complexio materialis & etiã immaterialis ęgritudo de inanitione per se ex repletiõe uero p accidens, ut hydropisis qualibet species, eodẽ mõ menstruorum supflua retentio per se potest esse cã superflue plenitudinis, & etiã morbi ex inanitione, ad ipsam enĩ seq potest hetica & pthisis. Ex quo patet ueritas asso.

Aphorismus. 59.

In ano phlegmonẽ patiẽte & matrice phlegmonẽ patiẽte strãguria superuenit. Et in renibus habẽtibus saniẽ strãguria accidit. In hepate uero phlegmonẽ patiente singultus superuenit.

Vteri aut recti intestini inflãmatione urinę stillicidiũ accidit, renibus etiã purulentis urinę stillicidiũ sequit. Theo.

Recto itestino aut uteri iflãmationẽ patiẽte urinę stillicidiũ accidit, & renibus purulẽtis urinę accidit stillicidiũ, hepate aũt iflãmationẽ patiẽti singultus aduenit. Leo.

Expositio Iacobi.

Pría cõclo apho. ẽ ista. In ano patiẽti phlegmonẽ & mrice supuenit strãguria. pbat sic. Corpore in ano ul mrice phlõnẽ patiẽte uesica cõprimit, ita ut cogat corpus urinã freqnter guttatim emittere. ergo cõclo uera patet cõsequentia, et assumptũ circa lrãm declabit. Idẽ 19. tertij. trac. ij. ca. de distillatiõe urinę, & est utilis & ampliat ut patet. Prío no. p anũ itelligere possumus itestinũ rectũ aut extremitatẽ eius dictam sicteri, circa quã sunt musculi mouẽtes ad fętũ expulsionẽ, & de qlibet istorum vificat apho. 2. no. phlõnẽ sumi tripl. Prío p quolibet apãte. 2°. p quolibet a pãte calo, ut tertia secũdi. 3° p sanguineo, hic sumit phlegmon primo mõ. p oĩa pãte saltẽ faciente tumorẽ, ad quẽ seq põt cõpressio fortis. Ex quo vificat apho. 3° no. strãguriã sumi dupl. prío p ipedimento emissionis urinę, ut supra. 4. huius. apho 82. qbus i urinali via et tal nõ sumit hic, ut Cõmen. in cõmen. exponit. 2° sumit p freqnti emissione, qa urina guttatim emittit, ita sumit i pposito, qũuis ẽt hmõi phlegmõ possit cãre strãguriã prímo mõ dictã uesicã sic uehement cõprimendo, ut penitus urinę exitus ipediat de secũdo. tñ ẽ sermo secundũ intẽtionẽ Cõmen. in cõmẽ. 4° nõ phlegmon põt esse i mricę ul qũtũ ad fundũ ul qũtũ ad collũ mricis, ut utroq; mõ pt cãre strãguriã, qũuis facilius existẽte in collo, pp fũdũ mricis multo esse eleuatius fũdo uesice. ut. 21. 3 ca. 1.

Quinto nota stranguriā ex causis multis posse cōtingere. primo ex causa cōprimente, quia non pōt urinam contingere. unde necesse est ipsam guttatim emittere. sicut ingredit vesicā, & ꝓpter causam stimulantē continue uirtutem expulsiuā. quare cogitur quasi cōtinue expellere, sicut in excoriatione & scabie cōtingit uesice & ardore urine, quandoqꝫ uero propter opilationē prohibentem exitum liberum. sicut in lapide existente in collo. aut etiā sanguine uel humore coagulato. qñqꝫ uero propter diuturnitatem retentionis urine. quare repleta nimium uesica &c. quandoqꝫ uero propter debilitatē cōtētiue. quod scit̄. quia sine conatu & īuolūtarie emittitur. Ad propositum. stante phlegmone in ano uel matrice, duæ saltem ex causis stranguriæ possunt concurrere. Primo cōpressio uesicę stante. n. apostemate ī locis dictis uesica cōprimit̄. Cogit̄ etiam uirtus ne uesica tumore cōtioēdo urinā dolorē īferat loco apato ipsam urinam emittere. Secūda causa quia cū hęc mēbra sint uesicę uicina stante apate in aliquo eorum cōtcant̄ aut fumi, aut materię aliquę uirulentę acutę in collo uesicę, quare stimulāt expulsiuā & cogitur frequentissime expellere. Ex quo patet ueritas conclusionis.

Secunda cōclo strāguria superuenit habētibus saniē in rebus. Probat̄. stante in renibus sanie irritat̄ uirtus uesicę expulsiua ad frequentissime urinam expellendā. ergo patet cōsequentia. & assumptum statim declarabitur. Concordia istius colligit̄, ut pręcedentis cōclonis. Primo no. Non solum saniem renum, sed etiā aliorū membrorum per uesicam tm̄ & renes expulsam posse causare stranguriam, quia tamen illa causa est freqntius cōtiogēs, de ipsa ēt potissime fecit Hip. mentionē.

Secundo nota. Cum sanies sit corrosiua mordicatiua sanie a renibus ad uesicam, aut etiam fumis eius uenientibus pungunt, quare stimulatur quasi continue uirtus expulsiua, & per consequens &c.

Tertia cōclo. Patiēti phlegmonē in hepate superuenit singultus. Probat̄. ex phlegmone hepatis cōprimit̄ & irritatur uirtus expulsiua oris stomachi ad expellendum. ergo cōclusio uera. & assumptum probat̄. Idem 14. tertiȷ̄. trac. 3 ca. 2. de signis apatis. Primo nota. Phlegmonem in hepate posse esse aut in parte gibbosa, & sic stomacho cōtcatur paruum nocumētum, ut. 24. tertiȷ̄. alleg. cap. 2. Qñqꝫ uero est in coocauo, & de tali est sermo in ꝓposito maxime magno exñte, cum enī hepar multum distet ab ore stomachi nisi magnū fuerit in eo apa noo poterit in eo cōpressionem facere singultus prouocatiuam. Secundo no. Singultum cāri ꝓpter duo. Primo quia cōprimit̄ os stomachi, quare uirtus naturalis attrahit & extendit ipsum motu uehementi, ut declaratum fuit. Secundo sibi cōicantur fumi mordicatiui potentes hmōi singultum inducere. Et ex isto primo patet causa uerificans apho. & conclusionem apho.

Auicē. Phlegmon hepatis duplicit.

Singultus causa duplicit.

Patet secundo nō solum singultum, sed etiā nauseam ex hoc cāri posse. Primum dubium contra primā conclonem, quia īntestino recto duris fecibus pleno non cātur strangutia, sed non pōt minus cōprimere tunc uesicam q̄ꝫ existente in eo phlone. ergo &c. Secundo cōtra eādem. plus cōprimit̄ uesica a fætu in matrice q̄ꝫ ab apate. sed ex fætu nō fit strāguria. ergo &c. patet cōsequentia. & minor. sed arguit̄ maior, qa multo magis tumescit matrix ad oēm positionis dr̄ iam. Tertiū dubium cōtra secundā cōclonem. ex sanie uesicę non fit strāguria. ergo nec renum. Quartū qa hepate patiēte phlegmonē ęque bene debet cāri fluxus sicut singultus. sed non fit fluxus. ergo &c. Ad primum pōt dici negādo maiorē, qa isto stante multa repletio fieret, uel negat̄ minor, qa uirtus uesicę tentat ipsam apertam tenere & cōseruare & resistit īpressioni quod nō est ꝑꝑ dolorem in apate. Et colligit̄ fundamentū huius solonis, sicut ēt ꝑꝑ dolorem lacertorum pectoris, aut uicini mēbri uirtus non dilatat pectus nec tentat dilatare. 2. pronostico rū cōmen. 57. Ad secundū cōsilr rñdet̄ uel dr̄ negando cōsequentiā cum fętus cōtineat̄ in cōcauo, cuius ad uesicā parua est cōitas in p̄gnāte, licet bene colli ad eā sit magna patet ēt p̄ter comp̄ssionē aliā esse cām stranguriæ. Ad tertiū pōt negari aīs causat̄. n. aliqñ uel negat̄ cōseq̄otia cū acutior ualde sit sanies renū. Ad ultimum dr̄ ēt aliqñ cāri fluxum. si autem non sic frequenter sicut singultus. hoc pōt esse ꝑꝑ alterū duoꝝ. Prio qa uirtus uiget in parte sup̄iori magis. Secundo qa materię fluxu eūndę in phlegmone ad hepar attrahunt̄.

Aphorismus. 59

Mulier si non cōceperit, uelis autē scire si cōcipiet, cōtegēs uestimētis suffumiga deorsum, & siquidē trāsire uideat̄ odor ꝑ corpus ad os & nares, cognosce qm̄ ea nō propter se non generat.

Si mulier non concipit, & scire placet an concipere possit, ueste obuolutam suffies infra, nam si odor transmitti per os ad nares uidebitur, non esse sua culpa sterilem cognosces. Theo.

Si mulier non concipit, scire autem uelis si conceptura sit, pannis circuntectam desubter suffias, & si odor uideatur per corpus ire ad nares & os, scito ꝙ ipsa non ex seipsa sterilis est. Leoni.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Mulier non pręgnans uestibus bene circuntecta & inferius suffumigata percipiens rei effumantis odorem & saporem circa os est fęcunda & generatiua. Probatur. in tali desunt oppilationes & superabundantię prauarum materierum quę sunt secundum plurimum causę sterilitatis. ergo conclusio uera patet cōsequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem. 21. tertiȷ̄. trac. primo cap. de signis sterilitatis. &. 5. breuiarȷ̄. cap. 13. in principio. ubi pręsens uerificatur apho. & allegatur. Et est utilis in actu practico. Et ampliatur ut patet &c. Primo nota Notanter dictum esse. in apho. si non conceperit in utero. si enim pręgnās esset propter matricis uehementem clausuram non perciperetur fumus. Ex quo patet. ꝙ in muliere fęcunda hoc potest esse signum actualis impregnationis. Secundo nota, Ideo contegenda est mulier uestimentis ne fumus ingrediens per aerem dispersus ad os & nares perueniat, unde & confundatur iudicium, ut etiam magis aggregetur & uniatur fumus propter quod melius possit penetrare. Tertio nota. Licet plures sint sterilitatis causæ tam ex parte mulieris q̄ꝫ uiri de quibus infra apho. 63. &. 64, habebitur, tamen causa frequentissima ex parte mulieris est mala complexio frigida & humida, merito cuius aut densetur matrix & uenæ portantes sanguinem ad matricem oppilantur aut circa ipsam & in toto multiplicantur materiæ frigidæ aut humidæ, aut ipsam etiam matricem lubrificantes, quare non concipit. Facta ergo suffumigatione iam dicta, & percepto fumo naribus & gustu sigoificatur in corpore toto mulieris & matrici deesse oppilationes & sup̄fluitates crudas, quare etiā optime potest attrahi menstruum ad matricē requisitum ꝓ generatione. adsunt antē humidę materiæ matricem lubrificantes, quare probabiliter mulier iudicanda est fæcunda. Ex quo patet primo ueritas apho.

Mulieris sterilis aue fęcūdæ canon practicus et ꝓnostic.

Sterilitatis cā frequentissima.

Patet secundo apho. esse uerū ut in pluribus pro quanto, scilicet significat non adesse oppilationes iam dictas.

Patet tertio non euidenter significat non adesse malam complexionem prohibentem, quamuis Serap. allega. capitulo etiam uerificet. Inquit enim ꝙ si complexio matricis fuerit uehementer calida resoluit fumum & consumit. si frigida extinguit & oppilat &c. Et tu uide ab eo. Sed quomodocūqꝫ sit, tamen ex multis aliȷ̄s causis posset fieri sterilitas in muliere, ut ex parte principalium

te principalium aut alicuius talium, ideo apho. non est uerus uniuersaliter, & tu uide 21. tertij. alleg. cap. qa clare Aui. ibi loquitur. Quarto nota. Non solum suffumigando potest huiusmodi experimentum fieri, sed superponendo allium. ut. 21. 3. allega. capi. aut astrologiam. Quinto nota. Ad ueritatem apho. oportere mulierem esse debitæ ętatis ad fecundandum. si enim esset puella uel senex non uerificabitur apho.

Auicē.

Aphorismus. 60.

Mulieri in utero habenti, si purgationes exeunt impossibile est fætum sanum esse.

The. Si mulieri grauidæ mestruæ purgationes erumpūt, fieri non potest ut fætus bene ualeat.

Leo. Si mulieri utero gerenti, purgationes eant, impossibile est fætum esse sanum.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus patet satis clare & manifeste.

Aphorismus. 61.

Si mulieri purgationes non exeunt, neq; febre, neq; rigore superueniente, anxietates, abhominationes, & defectiones animi ei acciderint, reputa hanc in utero habere.

Theo. Si mulieri mestruę purgationes non prodeunt, nec horror, aut febris, superuenit, & fastidia accidunt, grauidam esse arbitrare.

Leo. Si mulieri cessent purgationes, neq; febris, neq; rigor superueniat, & fastidia incidant, iudica ipsam in utero habere.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Mulier a qua non exierint purgationes patiens anxietates defectiones abominationes, neq; frigore, neq; febre superueniente est pregnans. Probatur. stante huiusmodi retentione cum circunstantijs dictis & dicendis significatur huiusmodi retentionē a cā pręternaturali non esse pendentē, & per cōsequens a naturali, quę nō pōt esse nisi cōceptio. ergo &c. patet cōsequētia, & assumptū circa lrām declarabit. Idē colligi 21. 3. trac. primo ca. de signis ipregnationis. Et est utilis. & amplis ē ut patet. Primo no. Per purgationes intelligendas esse menstrua a muliere ordinate & naturaliter effluere solita, quod notanter addo, quia si in muliere solita essent menstrua pręternaturaliter retineri hac uia super impregnatione eius significare non possum. Secundo nota. Mēstrua ut supra habitum est multipliciter retineri. s. a causa pręter naturam ut frigore extrinseco occurrente uel calore febrili resoluēte, aut humores ad alias corporis partes trahendo, & sic de alijs. Quandoq; uero naturaliter ut propter conceptionem & alias causas per se notas discernaē aut probabiliter hoc modo, quia si uides mulierem ut bertam nūc bene sanam & ordinatissime debitis temporibus menstruantem, deinde nulla causa ęgrotatiua occurrēte in ipsa, uides subito menstrua retineri cū conditionibus dictis, probabiliter conclude q hoc est propter conceptionem. Tertio no. Facta huiusmodi retentione propter conceptionem contingunt accidentia in apho. tacta. s. anxietates, quia anhelitus difficultas, abominationes quia corruptio aut ablatio appetitus & alię læsiones, aut uomitus nausea &c. & defectiones. i. lipotymię, quorum omnium causa est menstrui retentio, a quo per actionem caloris etiam illud cōmiscentis & agitantis menstruum eleuātur fumi mali qui ad diaphragma & spiritualia peruenientes causant anxietatem ad cor syncopim aut lipotymiam ad os stomachi, appetitus defectionem, nauseam, abominationem &c. Ex his patet primo ueritas apho. secūdum plurimum si cū alijs signis impregnationis coniungatur tactus, alīs autem non plenam habet euidentiam. Patet secūdo huiusmodi accidentia non necessario in omnibus pregnantibus contingere. In quibusdam enim dum impregnantur non reperitur mēstruum prauæ qualitatis, quia forte mundificatæ erant nouiter. Patet tertio, quare in primis magis q in posterioribus mensibus contingunt huiusmodi accidentia, ut quarto de accidenti. capi. 7. 21. tertij. capitulis alias allegatis.

Impregnationis signa.

Auicē.

Mulierū purgatio quid.

Mēstruorū retentorū cā multiplex potissima uero.

Impregnatōis accñtia ex menstruis tamen retentis.

Gal.

Auicē.

Aphorismus. 62.

Quæcunq; frigidas & densas matrices habēt nō cōcipiunt. Et quæcūq; humidas habēt matrices, nō cōcipiūt, extinguit. n. in eis semē. Et quæcūq; siccas & magis ardētes nō cōcipiūt idigētia. n. nutrimēti corrūpit semē. Et quęcūq; ex utrisq; tēperiē habēt moderate, hmōi fiunt generantes.

Theo. Mulieres quę pręhumidos habent uteros cōcipere nequeunt. Quæ etiā frigidos spissosq; hñt nō concipiunt, fætus. n. extinguit. Necnō sicci & admodū calidi, cōcipere nō possunt, genitale enim semen corrūpit, ob inopiam alimenti. Quę autem ex utrisq; modice temperatos obtinent uteros, hę ualent fæcunditate.

Leo. Quęcunq; frigidos & spissos uteros habent non concipiunt. Et quæcunq; pręhumidos uteros habent, non concipiunt, extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunq; siccos magis & adurentes, nam ex defectu alimēti corrumpitur semen. Quęcunq; uero ex utrisq; mediocrem habent temperaturam, hę fęcundę sunt.

Expositio Iacobi.

Iste apho. quatuor habet cōclōnes 2. est ibi (Et quęcunq;) 3. ibi (Et quęcunq;.) 4. ibi (Et quæcunq;).

Prima conclusio apho. est ista. Quęcunq; fęminæ habentes matrices frigidas & densas non concipiunt. Probatur. per frigiditatem & densitatem matricis sperma infrigidatur & calor eius extinguitur & venę angustantur, ita ut non debitę ad fętum generandū menstruum attrahatur. ergo conclusio est uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur.

Primo no. Matrices esse frigidas, aut naturaliter, aut pręternaturaliter, aut utroq; modo, aut parum per frigiditatem a temperamento naturali recedendo, aut multum. Ad propositum hic est sermo de recessu tam naturali q præter naturam, dum tamen sit multus & extremalis. Verum autem distemperantia ista matricis qua mulier in ætate iuuentutis aut consistētiæ redditur sterilis possit esse naturalis alias uidebitur. Secundo nota. Per matrices densas intelligere possumus primo stricturam pororum & orificiorum uenarum matricis qua prohibetur menstruum ad matricem debite attrahi uel effundi, aut imaginari possumus intensam frigiditatem eius, cuius est condensare. Secundo intelligere possumus spissitudinem eius aut corpulentiam, aut profunditatem eius qua prohibetur matricis debita collectio & corrugatio supra spermaticam materiam in ipsa receptam, & de quolibet uerificatur in apho. & secundū hunc modum saluaretur posse matricem esse frigidam & non densam, licet etiam saluari posset aliter, ut uidebitur in commēto. Tertio nota. Frigida existente matrice & densa multipliciter impeditur conceptio. Primo quia calor spermatis extinguitur uel saltem nimium remittitur. Secundo quia sperma non coquitur uel digeritur frigiditate matricis coctioni resistente. Tertio quia menstruum infrigidatur. Quarto quia in parua quantitate ad matricem attrahitur, aut totaliter resecatur. Quinto quia debita colligantia secundinæ ad orificia uenarum matricis prohibetur propter istarum uenarum angustiam & paruitatem. Ex quibus patet causa uerificans conclusionem.

Matrix frigida quinq; modis.

Matrix dēsa dr̄ uarie ac multip.

Secūda cōclo. Et q̄cunq; hñt mr̄ices humidas non cōcipiunt. Probaī, quia in talibus semen. s. spūs in semine.

ĩnclusus extinguitur. ergo cõclusio uera. patet cõsequẽtia. & assumptũ circa litteram declarabitur in cõmen. sicut de semine seminato in terra multũ humida. Primo no. Matrices posse esse humidas aut qualitatiue, aut substantialiter, aut madefactiuę. Exẽplum primi & secundi patet. Exẽplũ tertij, sicut si in matrice cõueneant materiæ multę humidę madefacientes & lubrificantes matricem. Ad propositũ primo & ultimo modo intelligitur, raro tamen inuenit multa humiditas qualitatiua in matrice siue madefactiua uel nunq̃. Secũdo nota. Excessus potest esse magnus uel paruus. In ꝓposito tñ intelligit de multum magno. paruus. n. licet difficultatem generet ĩpregnationis secundum omnẽ qualitatẽ, non tñ sterilitatẽ, ut in cõmento uidebitur. & .2 1 .tertij. alle. ca. potest etiã esse naturalis & prẽter naturam. & de quolibet horũ est sermo. Tertio no. ꝙ ꝓpter multa habentes matricẽ humidam excessiue non cõcipiũt. Primo quia nimia humiditas debilitat contentiuam & matricẽ lubrificat, quare nõ põt sperma debite continere. Secundo quia ex humiditate nimia fit nimia suffocatio cali naturalis spermatis, sicut suffocat & extinguit flãma ex humiditate. Tertio quia menstruum quod attrahitur est nimis humidum, unde ineptum est debitæ constantię requisitę ad mẽbrorum generationẽ. Quarto quia generant coulidones debiles, & non potest fieri debita ĩnuiscatio uenarũ secundũ ad orificia uenarũ matricis taliter humidę. Ex quibus omnibus ĩpeditur conceptio, ut patere potest intelligenti.

Matrix dicit humida triplicit.

Auicẽ.

Tertia concl'o. Quęcunq̃ habentes matrices siccas magis & ardentes non concipiunt. Probat. in oĩbus talibus est indigentia nutrimẽti. ergo concl'o uera patet cõsequentia. & assumptum ꝓbat, quia ex indigẽtia nutrimenti corrumpit semen. Primo no. Notant dictũ esse siccas magis. Aut ad notãdum ꝙ maior requiritur lapsus in sicco q̃ in humido, ut impediat conceptio, & hoc nõ credo. Aut dixit magis ad denotandum hunc recessum non esse paruum sed magnum, & hoc puto uerius. Vel forte ly magis est in alijs complonibus replicãdum, ut quęcunq̃ frigidas & densas habẽt matrices magis & similiter humidas magis q̃ debeant. Secũdo no. ꝙ sicca existente matrice paucificatur mẽstruum & humores quare spermati deficit nutrimentum dictum improprie nutrimẽtum quo foueatur & erigat & ex quo mẽbra materialr generent. Alię etiã possunt esse causę ut siccitas uenarum matricis. Similiter & habentes ardentes consumunt substãtiã spermatis & spiritũ gignitiuũ euanescere faciunt, adurunt etiã sanguinem menstruũ, quare fit nutrimẽti indigẽtia, & ꝑ cõsequẽs &c.

Quarta concl'o. Quęcunq̃ matricum habent tẽperantiã ex utrisq̃ cõtrarietatibus oẽs tales sunt gñatiuę. Probat sic. aliq̃ sunt generatiuę et non aliq̃ distẽperatę iam dictę ergo temperatę. cõsequentia uidetur nota. & assumptum patet intuenti. Primo nota. Per tẽperiem utriusq̃ non debemus intelligere temperiem in duabus qualitatibus contrarijs, dato. n. ꝙ esset temperãtia media inter nimiã caliditatem & nimiam frigiditatem, nõ tamen esset generatiua mulier, sed posset esse distemperantia in contrarietate altera. s. in humido & sicco. Per ly ergo utriusq̃ debemus intelligere utrasq̃ contrarietates. s. inter actiuas & passiuas. tali. n. temperie stantę non adest ex parte mulieris cõceptionis impedimentũ.

Secundo no. Per temperiẽ non esse intelligendum tẽperiẽ iustitialem optimam. nã eã phlegmaticam q̃ sanguineam q̃ cholericam matricẽ habentes concipiunt. Sed per temperiẽ debemus intelligere dispositionẽ conceptioni non repugnantem quandã magnã habentem latitudinem phlegmaticę matricis & silr sanguineę, & sic de alijs. Vnde matricis dispositio põt diuidi in duas partes, quarum una est extremalr recedens a temperamẽto, & cum illa non est potẽtia conceptiua. Altera est non multum recedens, & hanc ipse nominat temperiem s quia non est distemperies. Et similis sententia huic totali colligi potest tertio cañ. fen. 2 1 trac primo caplo de signis sterilitatis. & .5 breuiarij a Serapione. ca. 3 3 ubi ꝑ sentem materiã discutit. Et est utilis tam in actu pronostico q̃ operatiuo ut patet & ampliatur ut patet.

Mficis teperate can 3 pnosticus & operatiuus

Aphorismus. 63.

Similiter in maribus, aut enim propter raritatẽ corporis spiritus extra fertur, ut nõ incidat semen, aut propter dẽsitatẽ humidũ nõ diffundet extra, aut propter frigidũ nõ calefit ita ut cõgreget ad hunc locũ, aut ꝑꝑ caliditatẽ ipsum hoc fit.

Pari modo uel maribus euenit, aut n. ob corporis laxitatẽ difflat euanescitq̃ spiritus ne semen genitale trãsmitti possit, aut ob spissitudinem humor foras non decedit, aut ob frigiditatem foueri non patitur, ut ad eum colligatur locum aut ob nimiũ calorem hoc idẽ accidit.

Theo.

Silr autẽ & in maribus, aut. n. propter corporis raritatẽ spiritus extra fert, ut semen non trãsmittat ad os, uel propter spissitudinem humor non exit foras, uel ꝓpter frigiditatẽ non concalescit, ita ut ad hunc colligat locum uel propter caliditatem hoc idem accidit.

Leoni.

Expositio Iacobi.

Iste apho. quinq̃ habet conclusiones. secunda est ibi (Aut eni) tertia ibi (Aut propter densitatẽ) quarta ibi (Aut ꝑꝑ frigidũ.) quĩta ibi (Aut propter caliditatem.) Prima concl'o huius apho quæ non fuit Hipp. est ista. Sicut in mulieribus propter distãtiã fit sterilitas, ita in maribus Probatur, sicut nimia frigiditas & humiditas impedit uirtutem conceptiuam in muliere, ita uiri uirtutem impedit generatiuam, & similiter siccitas & sic de alijs. hoc &c. patet consequẽtia, & assumptum in pręcedenti apho. & commentum declaratum est. Vel possumus dicere ꝙ declarat assumptum in apho. discurrendo per causas sterilitatis in maribus.

Secunda cõcl'o. Nimia raritas corporia est cã ĩpeditiua generationis in maribus siue sterilitatis. Probat sic. propter raritatẽ nimiã spiritus extra euolat & non retinet in spermate, quare efficitur sperma non prolificũ. ergo cõcl'o uera. patet consequentia. & assumptũ circa lrãm declarabit. Primo no. Per raritatem corporis intelligere possumus primo corporis humani a quo deciditur sperma, & sub hoc sensu conclusio istius apho. prolata ẽ falsa, ut uidebit in commen. Secundo ꝑ raritatem corporis intelligi potest raritas corpulenti seminis quia. s. sperma est fluidum et aquosum. ista raritas sequitur humiditatem nimiam. & sub hoc sensu potest conclusio sustineri. Cum enim, scilicet spiritus gignitiuus sit faciliter resolubilis spermate nimis fluido & tenui, uel raro existente faciliter euolabit, debite autem digesto & conglobato retinebitur, & ad locum conceptionis cum corpulento seminis impellitur, ideo &c. Secũdo nota Ista particula extra fertur ut non incidat semẽ. a Commentatore exponitur ꝙ compositoris apho. intẽtio fuerit ꝙ spiritu trahente & mouente trahet corpulentũ spermatis ad locum cõceptionis, & ideo euolante spiritu non incidit semen. s. in matricem, quod quidẽ nõ est uerũ, imo potius econtrario est, quia spiritus icludit in spermate ut in eo conseruet et a resolutione prohibeatur, & cum hoc ut spermatis cõplementũ fit sibi uelut uehiculum ad locum cõceptionis deferens. Secundo potest exponi ut non incidat sperma. s. spirituosum in matricem, quare non est prolificum. licet ista expositio de mente Commentatoris non est. ergo &c.

Corporis raritas duplex.

Tertia cõcl'o. Densitas nimia cã sterilitatis in maribus. Probat ꝑꝑ dẽsitatẽ nimiã diffũdit spmatis hũidũ extra locũ gñatiõis. ergo cõcl'o uera. patet cõseq̃ntia.. & assumptũ circa lrãm declarabit. Prĩo no. Per densitatẽ itelligi posse densitatẽ corporis, q̃a. s. spissitudinẽ

pororum corporis.s.a quo sperma deciditur.& sub hoc sensu probatur conclusio a Cõmentatore in cõmento. licet enim corpus esset ualde densum, staret tamen uasa spermatica esse conuenienter lata ad materiam generationis effundendam. Secundo uero potest intelligi densitas uasorum spermaticorum, & sub hoc sensu põt concedi conclusio. uasis enim spermaticis strictis & angustis, quod maxime propter superfluam siccitatem cõtingit, aut licet etiam propter frigiditatem humidum spermaticũ, quod in illis deberet recipi & ab eis effundi non recipit nec effunditur, sed potius per totum corpus extra uasa illa spargitur. & hoc intellexit per illud quod dixit extra locum generationis diffunditur. Tertio possumus intelligere densitatem spermatis quare non esset extensibile & uesicabile sicut requiritur in generatione, sed hæc expositio nullatenus concordat expositioni quam tangit Commentator. in apho.

Quarta conclusio apho. Propter frigiditatem nimiã fiunt mares steriles. Probaẽ. propter nimiã frigiditatẽ non calefit sperma, itaq̃ aggregetur ad locum hunc.s. generationis. ergo conclusio uera. patet cõsequẽtia. & assumptum satis deducetur. Primo no. Propter frigiditatẽ non calefit sperma, sup. debita calefactione qua digeratur. digestione qua ex eius corpulẽto spermatica mẽbra generentũ iuxta sententiã Gal. Secũdo no. Aggregetur.i. attrahatur. cũ enim attractio spermatis ad locum conceptionis calido perficiatũ ubi sperma est frigidum non recipit impressionẽ calidi attrahentis uel aggregantis ut digeratur & constans fiat digestione & cõstantia requisita ad membrorum fortificationem, ut declaratũ est sup cap. de generatione embrionis.

Quinta conclusio. Nimia caliditas est causa sterilitatis in maribus. Probatur. ꝓpter nimiam caliditatem fit hoc ipsum, quod fit propter nimiam caliditatem matricis, de quo supra pertractatũ est. ergo cõclusio uera patet cõsequentia & assumptũ circa litterã declarabiẽ.s. i cõmento, ubi uide qũo calidũ congreget & disgreget.

Aphorismus. 64

Lac dare caput dolentibus, malum est, malum uero, & febricitantibus, & quibuscunq; hypocũdria suspensa rugiunt, & siticulosis. Malum uero quibus fellei secessus. & in acutis febribus, & quibus sanguinis multa egestio facta est. Conuenit uero phthisicis, non ualde febricitãtibus, dare uero & in febribus longis, nullo prædictorũ signorũ presente, & extra rationẽ tabefactis.

The. Lac febricitanti dari, aut caput dolenti, malum est, & quibus ilia suspensa murmurant, & ijs qui sitibundi sunt. Nocet etiam quibus per febres acutas, biliosæ deiectiones prodeunt, & quibus sanguinis multi facta deiectio est. Competit tabidis, nisi admodum febriant, dandum etiam in febribus longis russibundis, si nec ullum ex prædictis urget, & preter rationem ęget absumitur.

Leo. Lac dare caput dolentibus, malum, malum uero & febricitantibus, & quibus ilia suspensa murmurant, & siticulosis. Malum autem & quibus in febribus acutis, biliosæ sunt deiectiones, & quibus, sanguinis multi, deiectio facta est. Conuenit autem, & tabidis dare, qui non ualde multum febricitant, & in febribus longis, & paruis, si nullum ex supradictis signis affuerit, & præter rationem consumptis.

Expositio Iacobi.

Iste apho. habet decem conclusiones. secunda ibi (Malum uero.) tertia ibi (Et quibuscunq;.) quarta ibi (Et siticulosis.) quinta ibi (Malum utro) sexta ibi (Et in acutis) septima ibi (Et ꝗbus.) octaua ibi (Cõuenit) nona ibi (Dare uero.) decima ibi (Et extra rationẽ.)

Prima conclusio apho. est ista. Lac caput dolentibus exhibitum est malum. Probatur sic. huiusmodi exhibitio lactis auget capitis dolorem. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum patebit. Idem colligitur secundo cañ. cap. de lacte, & Gal. idem cap. de lacte. tertio alimen. & Mesue de appropriatis cap̃. de phthisi. Primo no. Per lac debemus intelligere superfluum animalis scilicet fœmellæ album in mamillis ex sanguine generatũ, unde & dicitur sanguis bis cõceus a Mesue, ubi supra & ut nutriatur nouiter natus in introitu suæ natiuitatis, & usquequo firmetur & crescat eius uirtus, & fiat fortis ad digerendum cibum fortem & solidum. 12. tereq. & ru declara hanc descriptionem. Et dicitur lac leucor grece, quod latine est album, ut Isido. 11 etymo. capitulo primo. Diuiditur autem lac in tres substantias complexione sua adinuicẽ differentes. in partem.s. aquosam serosam, quam quidem calidę & quidam frigidę complexionis asserunt. butyrosam temperamento attinentem, licet ad calidum declinet & humidum. & casualem frigidam & siccam quãuis totum aggregatũ frigidum ponatur & humidũ. 2. cañ. alle. cap. & etiam aliqualiter a Mesue ubi supra. propter quod ponitur cõplexione medium inter sanguinem & phlegma. 5. de simplici. distin. 6 ca. secũdo practicę. Secundo not. Lac multiplicem uarietatem recipere, scilicet. Ex parte animalium, quia alterius naturę est asininum, camellinum, humanum, ouinum &c. & ex parte etiam temporis, quia aliud est recẽter emulsum. Similiter ex parte pręparationis pascuorum, & sic de alijs. Ad propositum sermo est de lacte animaliũ quo communiter utimur ut hominis asinę, caprę, ouis &c. nõ aliqua extranea pręparatione pręparato. Tertio nota. Per dare possumus intelligere omnem modũ administrationis, ut in cibo, potu, embrocatione, & sic de alijs. In proposito autem puto intellectum Hippo. fuisse in solo potu. Quarto nota. Lac non competere dolentibus caput, maxime dolore materiali. & per idem etiam alias passiones cerebri materiales patientibus, ut epilepsiam, uertiginem, scotomiam, litargiam. omnibus enim ex eadem causa nocet. Eo. n. q̃ lac est in fumum faciliter transmutabile, & uaporẽ grossum calore stomachi debili existente & fumosum igneum calore stomachi forti existente nocet dolentibus caput sursum ad cerebrum euaporando, ideo non competit regulariter, cum quo tamen stat q̃ irregulariter & sumpta indicatione ab alio conuenire potest, ut ex multis dictis auctorum perpendi potest.

Auicẽ.
Gal.
Mesue
Lac idẽ q̃ sanguis bis coceus.

Lactis, pars 3[a]
Lactis diuersitas ex p̃te quadrupliciter.

Secũda cõclusio. Malum est dare lac febricitãtibus. Probatur. quia in febricitãtibus facile totum corrumpitur, & in fumum igneum conuertitur. ergo conclusio uera. patet consequentia. quia ex hoc feb. augetur & eius materia. & assumptum circa litteram patebit.

Primo nota. Per febrientes potissime debemus intelligere febre materiali, & intense febrientes. talibus enim potissime nocet, & materiam fouendo, & febrẽ intendendo, quamuis in alijs prodesse possit tamen multum intensius fit notabiliter nocumentum, cuius causa tacta est, scilicet passibilitas & corruptibilitas eius. eo enim q̃ secundum partem facile euaporat & inflãmat auget febrẽ eo q̃ facile corrumpitur & putrescit: materiã febris augmẽtat. Secũdo no. Hoc totum intelligendũ esse regul'r & indicatione sumpta a febre. sumpta. n. indicatiõe ab alia dispõne febri cõiuncta cõpetere potest, ut in phthisi & hetica & huiusmodi &c.

Tertia conclusio. Malũ est dare lac habentibus hypocundria inflata & subrugientia. ꝓbatur. quia per hoc augetur inflatio &c. Primo nota. Per hypocũdria suspensa intelligenda esse hypocundria inflata, quæ uidentur tanq̃ pensa sursum propter inflationem. Per rugiẽtia uero intelligit habentia quendam sonitũ obtusum cuius causa est uentositas cum humiditate commixta.

Gal. ut supra de accidenti. & supra pronosticorum. commē. 25. & .4. huius commen. 73 illius. Quibus hypocū-

Subrugitus cā. dria subrugientia &c. & ibi uide quæ notasti. Secūdo nota Huiusmodi subrugitum secundum plurimum a diminuto procedere calido. exhibito ergo lacte, cum sit natura frigidum & humidum, in chymum frigidum et humidum ī uentositatē conuertetur, quare &c. suspenso uero potest esse apostema aut uentositas &c.

Quarta conclusio. Malū est lac dare siticulosis. Probatur. quia auget sitim eo q̄ in fumosum uaporem conuertitur. ergo conclusio uera. patet consequentia. & as-

Siticulosus quid. sumptum circa litterā declarabitur. Nota. Per siticulosos sitientes multū & frequenter propter dominium cholerę in eis exiccantem & sitim inducentē, in quibus lac in fumositatem conuertitur & corrumpitur.

Quinta conclusio. Lac est malum habentibus fluxus felleos siue cholericos. Probatur, quia auget illos. Primo nota. Per secessus cholericos fluxus quibus euacuatur humor cholericus, his lac incōueniens. Primo quia fluxum auget. Secundo quia in cholericū trāsmutatur

Lac dupliciter. humorem. Secundo nota. Hoc debet intelligi de lacte in propria dispositione exhibito. aliquo enim mō pręparatum cōuenire potest sicut preparatum cum calculis fluuialibus incensis, aut cū calibe ignito in lacte pluries extincto, ut 2. cano. & tertio alimento. cap de lacte. &

Auicē. Gal. Rasis. Rasis allega loco. quia per talem ignitionem resoluunē partes serosę & butyrosę & inflāmabiles, & totum remanens remanet stypticum. Et tu nota modum præparationis positū a Mesue suo de appropriatis. ca. de phthi-

Mesue si. quia uult q̄ in lacte proijciatur circiter quintā partem de aqua pluuiali. deinde extinguatur ferrum aut lapides donec partes aquę consumantur. dicit qualr etiā fiat lac acetosum. Sexta cōclusio aphorismi patet.

Septima cōclusio. Abundantibus fluxu sanguinis per inferius, lac est malum. Probatur ut alia. Primo nota. fluxu sanguinis corpus uehementer infrigidatur. corpori autem tali non competit lac. Secundo nota. Hoc uerum esse de lacte in propria substantia exhibito, pręparatum tamen conuenire potest.

Octaua conclusio. Lac cōuenit phthisicis nō multū febrientibus. lacte enim aggregantur omnes intentiones, quæ hn̄de sunt ī cura phthisis. ergo. patet cōsequētia. & assumptū circa litterā declarabitur. Primo nota. Per phthisicos proprie sumptos ītelligēdos esse, licet etiā ad alios possit amplrari. Secundo nota. In cura phthisis multę cōplicanr̄ intentiones, ut Mesue de appropriatis. & Auic. 3. 10. cap̄. de phthisi. s. abstergendi, nutriendi & humectandi, tam substantifice q̄ꝫ qualitatiue, & consolidandi, quæ omnia in lacte reperiuntur. Primo abstersiua uirtus, & lauatiua quātum ad serosam partē. Secundo humectatiua quātum ad eam qualitatem, & substantifice quātum ad butyrosam partē. Tertio consolidatiua & stypticatiua quātum ad casealē. Unde Mesue præalle cap. lac congregat intentiones tres. Est enī

Lactis utilitas et medicina. res cibalis & delectanimis. Et est ex rebus quæ sunt uelocis cōuersionis in sanguinem. Est enim sanguis bis coctus. Est & post illud medicina abstergēs ulcus uirtute serositatis eius & ipsum uirtute caseitatis eius conglutinans. Et tu nota ut ex dictis suis colligitur. 8. bonas ꝓprietates lactis in phthisico. Primo facilisē assumptionis. Secundo facilis digestionis. Tertio citæ penetrationis. & proprie camellinum, equinum, asininum. Quarto bonæ nutricationis. Quinto humectatiuum. Sexto cōsolidatiuū. Septimo lauatiuū. Octauo abstersiuū & cōplonis spatiuū quare cōp̄hendir̄ sub genere bonorū humorꝝ. Ex quibus patet cā uerificans conclusionē.

Nona cōclusio. Competit febribus longis, quia remouet dispositionem præter naturam, maxime ad se curam uertentem. Nota iste sunt febres longæ cum multa corporis extenuatione & sunt remissę in quibus est maior indicatio humectandi & resumendi &c. ut in cō-

mento declaratum est, nullo istorum, scilicet prohibentium forti existente, & erit forte hecthica.

Decima conclusio patet. Nota. Extra rationem quī magis consumpti sunt q̄ꝫ merito solius causę extenuantis deberent consumi quod nōn contingit nisi quia causæ extenuanti coniungitur uirtutis debilitas. his ergo competit lac. quæ omnia debent intelligi, posito q̄ corpori non adsit proprietas qua lac sibi disconueniat, sicut per plurima reperiuntur corpora dubia quæ hic tanguntur, alias tangentur.

Aphorismus. 65.

Quum tumores in uulneribus apparent, non ualde spermantur, neq̄ꝫ insaniunt. His uero non apparentibus, repente quibus quidē retro, spasmi, & tetani fiunt. Quibus uero in priori parte, mania & dolor lateris acutus, aut emphyma, aut dyssenteria, si rubei fiunt tumores.

Quibus tumores in ulceribus apparent, ij non maxime cōuelluntur, neq̄ꝫ insaniūt. Sed deletis tumoribus. alijs derepente conuulsiones & distentiones accidunt. Alijs ante insania, aut lateris dolor acutus & uomica, aut difficultas intestinorū, si tumores sunt rubicundi. The.

Quibus tumores in ulceribus apparent, non conuelluntur maxime, neq̄ꝫ insaniunt. Verum his euanescentibus, derepente quibusdam a tergo conuulsiones, & distentiones fiunt. Quibusdam ante insania, uel dolor lateris acutus, uel suppuratio, uel difficultas intestinorum, si tumores sunt rubicundi. Leo.

Expositio Iacobi.

Iste apho. tres habet conclusiones. secūda est ibi. (His uero) tertia ibi (Quibus uero.)

Prima conclusio. Quibuscunq̄ꝫ in uulneribus apparent tumores ex illis patientes non ualde spasmātur uel insaniunt. Probatur. in huiusmodi patientibus materiæ non transeunt ad cerebrum uel neruos aut nuchā. ergo conclusio uera, patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Primo nota. Per tumores intelligendos esse tam apostemosos q̄ꝫ non apostemosos, dumtamen sit notabilis quātitatis materia notabilem in loco uulnerato tumorem faciens. Secundo nota. Huiusmodi tumores aliquando extendunt uulnus, aliquando non. In proposito est sermo de non extendentibus uulnus. extendentes enim frequēter possunt spasmum prouocare, ut supra, 5. huius cōmento. 2. colligi potest. & . 3. techni. Neruι uero & thenātos punctura. Et dixi notanter apparēt, ut per hoc denotaretur ipsos notabiles tumores esse extrinsecos & non intrinsecos. [Tūor duplex. Tūor uulnerū duplex. Gal.]

Tertio nota. Ly non ualde, potest dupliciter exponi. Primo non ualde id est raro uel non frequēter. sic enim sępe utitur Hippo. hoc termino non ualde & ualde pro sæpe, ut infra. sexto huius apho. 33. ibi acidū ructuantes non ualde pleuretici fiunt. Secundo non ualde. i. debiliter uel non fortiter siue intense spasmātur. & uterq̄ꝫ sensus potest esse bonus. & utriusq̄ꝫ eadem est causa.

Quarto nota q̄ tumore apparente in uulnere tota uel quasi tota materia agitata in uulnere mouetur ad locū uulneratum, quare diuertitur a neruosis membris ad quæ fluēdo causaret spasmū diuertitur enim a cerebro & a principalibus mēbris intrinsecis, & per consequens nec spasmum causat nec alienationem. ideo &c. Quinto nota causam ueritatis conclusionis oppositę uel falsitatis eius esse. Primo si corpus sit multū repletum habens materias ualde agitabiles quare & multa ad uulnus et multa ad neruos nuchā uł cerebrū poterit moueri Secūdo si uulnus fuerit ī neruoso mēbro tūc. n. poterit spasmū ꝓuocare. Tertio si uulnus fuerit a tūore exiccatū, tūc. n. materia regurgitāte poterit cāre spasmū.

Secūda cōclusio. Tumoribus uulnerū retro uel in par

te posteriori repente delitescentibus fiunt spasmi & tetani. Probatur. his humoribus delitescentibus repit materia ad neruosa membra. ergo conclusio uera. patet cõsequentia. & assumptũ circa litteram declarabit. Primo no. In proposito idem esse tumorẽ repente delitescere & repente nõ apparere, & repente quiescere, & repẽte occultari per nõ apparentes ergo repẽte intelligit repente se occultantes, postq̃ appuerunt uel delitescẽtes.

Tumorum occultatõ duplex

Secundo no. Tumorẽ posse occultari dupliciter. Primo paulatine & hęc tumoris occultatio est laudabilis secundũ p̃lm prouenit enim secundum p̃lm ex materię facientis tumorẽ resolutione & consumptione quę quã fit paulatine paulatim minuit & consumit & occultat tumor. Secundo occultari potest tumor subito et in breui tempore. Et huius causa potest esse multiplex colligẽda. 2. pronosticorũ. Cõmen. 12. pro parte. Prima paucitas materię unde a uirtute forti subito resoluit. Secũda subtilitas eius propter idẽ. Tertia raritas membri. Quarta caliditas materię. Quinta fortitudo impressionis materię resoluentis. Sexta uehemens corporis robustio & fortitudo. His. n. aut pluribus harũ causis occurrentibus fit subita. i. ualde uelox tumoris occultatio, & hoc est rationabile & ueritati cõforme. Vltimo contingit fieri subitã delitescentiã materiei ad interiora nulla istarum causarũ concurrente, uel saltẽ non propter aliqua uel aliquas istarũ, quia s. propter motum materiei ad interiora, & de tali in ꝓposito est sermo. Tertio no. Materiã tumorem exteriorẽ facientem posse ad interiora permutari. aut propter subtilitatẽ & caliditatẽ eius sicut dum furiosa. aut propter uẽtositatem eius uel propter causam interius attrahentẽ. & hæc potest esse medicina uel dolor aut inflatio extrinseca, aut debilitas intrinseca membri. hęc. n. sunt uel esse possunt huiusmodi causę. Quarto no. Per retro ut in cõmento tangit intelligere debemus dorsum nuchę satis propinquũ existens. ad quod materia faciens tumorẽ permutata et neruis imbibita uel in nucha potest causare tetanũ aut spasmum potentẽ esse repletionalẽ, potentẽ etiam esse non proportionatũ ad materiã. & tu ex his quę de spasmo et tetano tacta sunt, facile potes hoc perpendere &c.

Tertia cõclusio apho. est ista. Quibuscũq; repente delitescit tumor anterius innatus, illis superueniat mania dolor lateris acutus emphyma uel dyssenteria, si illi tumores rubei fuerint. Probat sic. quia ex tali subita delitescentia significatur motus materię ad partes cerebri pectoris aut intestinorũ. sed materia calida existente mota ad ista loca causat accidentia iam dicta. ergo conclusio uera. patet cõsequentia. & assumptũ circa litteram declarabitur. Primo no. Per anteriorẽ partem, uentrem, thoracem, guttur, & faciẽ esse intelligendã. de talibus enim uniuersaliter uerificatur apho. Secũdo no. Per maniam hic posse intelligi omnem lesionẽ uirtutũ cognitiuarum quarum actio in parte anteriori cerebri perficitur siue cum furore siue non. Per dolorem acutum lateris nõ solũ dolorem intelligere debemus, sed etiam eius causam. s. apostema, puta pleuresim. Per emphyma uero quod frequenter scriptũ est supra. s. collectionem saniei in pectore uel pectoris mediastino. Per dyssenteriã uero non solũ dyssenteriã proprię dictam quę est cũ excoriatione, sed etiã magis proprię dyariam sanguineã. & hoc si materia delitescens rubea fuerit rubore sanguineo. hęc. n. omnia simul aut aliquod illorũ subsequi possunt delitescentiã iam dictã. Materia n. delitescentię permutata ad pleurã, & pleura ad ap̃para fit dolor lateris acutus & pleuresis. sparsa uero ad pectoris mediastinum emphema. ad stomacum uero & intestina dyssenteria uera si materia acuta & excoriatiua fuerit uel dyarria sãguinea. si sanguinea nõ excoriatiua. ad partes uero cerebri proueniẽte causatur insania siue mania. Ex quibus patet primo ueritas cõclusionis apho.

Secundo patet non solum dyssenteriã aut alia accidentia iam dicta ad hoc posse sequi, sed etiam uomitus sanguineos cholericos, et alia talia multa. Tertio patet nõ necessario ad hanc delitescentiã subsequi hęc oĩa, sed hęc uel aliquod horum uel aliqua istorũ. Concordia apho. colligitur. 4. quarti trac. 3. ca. primo. Et est utilis apho. in actu ꝓnostico, ut patet & operatiuo, & per consequens docemur materiam modis dictis delitescentem ad exteriora trahere, & ampliatur ut patet. Vltimo no. Non tamen esse intentionem Hippo. q̃ delitescẽte materia posterius nõ eueniãt accidẽtia dicta añrius. & contra. possunt. n. contingere, quia tamen delitescente tumore añrius facilius & frequẽtius accidentia iã dicta cõtigũt, & ecõtra posterius. sic istũ ꝓtulit aph. etc.

Tumoris subito delitescẽtis canon ꝓnosticus & operatiuu

Aphorismus. 56.

Si uulneribus malis & fortibus existentibus, tumor non appareat, magnum malum.

Si in uulneribus ualidis & prauis moles non apparet, magna est noxa. — Theo.

Si in uulneribus fortibus, & prauis, tumor non appareat, ingens malum. — Leo.

Expositio Iacobi.

Iste apho. tres habet conclusiones. Secunda est ibi (Laxa). Tertia ibi (Cruda.)

Prima conclusio apho. In uulneribus malis & fortibus non apparere tumorem est magnum malum. Probatur. ex hoc significatur materiam malam trãsitẽ trãsiuisse uel transiturã esse ad nobilia mẽbra. ergo cõclusio uera patet cõsequẽtia, & assumptũ declarabit ĩfra.

Primo nota. Per uulnera mala intelligenda esse suspecta, s. ad mortem. fortia uero ad quæ uehementia consequunt accidentia & infesta, ut dolor fortis & syncopis & huiusmodi, qualia sunt uulnera quæ sunt in extremitatibus musculorũ siue lacertorum de quibus dicit Cõmenta. in proposito loqui Hyppo. eo q̃ talia sunt suspecta & sunt infesta propter sensibilitatẽ loci uulnerati.

Secundo no. Per non apparentiã duo in proposito intelligere possumus. Primo delitescentiam. qm. s. repente latitat tumor postq̃ apparuerit. de qua in præcedenti apho. secundo intelligere possumus simplicem priuationem apparentiæ anteq̃. s. non præcessit apparentia. & de quolibet potest uerificari conclusio, licet principalius secundo modo uideatur conclusio intelligenda.

Tertio nota q̃ malo & forti existente uulnere ut in locis iam dictis uehemens & fortissimus causatur dolor et humorum agitatio & cõmotio et inflatio. si ergo nõ tumescat uulnus significat humores hos si uehemẽter agitatos et quasi furiosos factos ad locum uulneratum non fluere, sed ad aliquod nobilissimum membrum repere, aut per totum corpus ad neruosa membra spargi. hoc autem est periculosum & magnum malum. ideo conclusio uera. Ex quo patet primo causa uerificans conclusionem apho. Patet secundo ad ueritatem oportere non præcise magnam corporis euacuationem. Patet tertio merito dixisse malis & fortibus. si enim fuerit uulnus debile & non malum, non subsequente tumore non esset magnũ malum. Patet ulterius in casu esse melius partem uulneratam apostemari q̃ non ap̃ari.

Vulneris ĩ principio ñ semper compe tunt repcussiua ap̃atibus similiter.

Ex quo ulterius patet non semper in principio uulneris repercussiua & apostema prohibentia esse approximanda. fallit enim hoc in multis casibus, ut in casu apho. in emunctoriis, ubi materia fluens sit uenenosa, & ubi sit maxima in toto repletio, & materia fluens ad membrum ipsius sit suffocatiua interius, aut sit materia fluens ualde grossa frigida, & sic de aliĩs.

Secunda conclusio. Vulnera laxa sunt bona. Probatur, quia laxitate uulneris iam dicti redditur corpus securum a spasmo & aliĩs prauis accidentibus numeratis. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum

Vulnus laxū qd

declarabitur post. Primo no. Per uulnera laxa intelligenda esse illa ex quibus sanies effluit copiose, quę metaphorice laxa dñr, sicut.n. uentrem ex quo materię fecales plurimę effluunt laxū dicimus, ita & uulnera ista laxa sunt metaphorice nominanda. Secundo no. Ista sunt bona. Primo effluente laudabili sanie, pro quanto significat materiam ad locum uulneratum fluere & ibi uinci a calore naturali & ibi digeri. Secundo etiam si sanies ista fuerit non laudabilis bonum est respectu eius quod esset si nihil efflueret, quia melius est hanc prauam materiam egredi q̃ retineri. Credo tamē per laxa in proposito intelligenda esse illa potissime ex quibus effluit sanies multa & laudabilis &c̄.

Vulnus crudum quid

Tertia cōclusio. Vulnera cruda mala sunt. Probatur conclusio sic, quia laxa sunt bona. ideo &c̄. Primo nota Per cruda intelligēda esse illa ex quibus nihil effluit quę crudę etiam metaphorice nominantur, sicut ex re cruda nihil digestū egreditur uel succositatis, ut ex pomo immaturo, ex maturo autem sic, ita ī proposito. uel forte dicuntur cruda pro quanto significant materiam fluentem ad uulnus crudam esse, quam calor non sic superat, ut ipsam possit digerere, econtra autem dñr laxa uel matura. Alij tamen per laxa medicinas laxantes uulnera, quia calefacientes & aperientes intelligunt. dicentes laxa. i. medicinę iam dictę sunt bonę in uulneribus iam dictis malis & fortibus. Et econtra per cruda infrigidantia stypticantia & repercussiua, quę in pręfatis uulneribus sunt mala, ut declaratum est. Quod & si uerum sit non tamen uadit ad intellectum Hip. et Gal. in cōmento. Ideo dicēdum cruda ad intellectum datum esse mala, pro q̃to signãt cruditatem materierum fluentium ad uulnera & impotentiam uirtutis ad ipsam digerendam. Ecōtra uero laxa bona sunt. Idem colligitur. 4. quarti. trac. 3. cap primo. Et est utilis in actu practico. Et ampliatur ut precedens.

Auicē. Vulnerum & apātū canon practicus

Aphorismus. 67.

Laxa quidem bona, cruda, mala.

The. Vulnus molle et cedens bonum est: crudum & renitens malum.

Leo. Molles boni: crudi uero mali.

Laxa quidem & fluentia uulnera bona sunt, cruda uero dura & indigesta, mala. In his aũt uulneribus medici multum fallunt, stringentes fluentia, frigida & sicca & styptica medicina. Dolor autem fit ex locis neruosis, unde & medicina calefactoria est exhibenda.

Aphorismus. 68.

Posteriora capitis dolentia, in fronte recta uena incisa, iuuat.

Ths. Dolenti partem capitis posteriorē frontis uenam subrectam secuisse, prodest.

Leo. Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta uena incisa, prodest.

Expositio Iacobi

Conclusio istius apho. est ista. Recta uena frontis incisa iuuat posteriora capitis dolentibus. Probatur. per huiusmodi incisionem uel apertionem euacuatur causa doloris. ergo conclusio uera patet consequentia. & assumptum circa literam declarabitur. Similis sentētia colligitur. 6. epidimiarum. primo cap. & primo breuiarij. 6. cap. & prima tertij. cap. de cura sodę calidę. ubi ad litteram inquit. & minutio uenę quę est in fronte. s. cōfert sodę ipsa nãq; est uena cuius phlobotomia secundum plurimum ęgritudines capitis extirpat & oportet ut in hoc dolore attēdatur pars. nam si fuerit lateris posterioris uenę quę est lateris anterioris minuetur &c̄. ut 4 primi. 20. c. ubi inquit q̧ uena quę est inter duo supercilia phlobotomata cōfert grauitati capitis, & proprie illi quę est in posteriori illius & grauitati oculorū. Et est utilis apho. in actu operatiuo ut patet. Et ampliatur non solum ad dolorē capitis qui est in posteriori parte, sed etiam stupori capitis perseueranti antiquo & dolori oculorum. 4. primi. preallc. cap. Primo nota. Per posteriora capitis intelligendā esse partem capitis illam quę occiput dicitur distinctā contra sincipur. Secundo no. Per dolorem intelligere debemus materialē. immaterialis enim non cōuenit ut possit per phlobothomiā curari licet per accidens posset competere. & hoc ubi mala cōplexione calida sine materia existente adsit repletio et humorum dispositio ad raptum et inflãmationem. tunc enim in casu isto ad conseruãdum cōpeteret phlobotomia ut colligitur prima tertij alleg. capitulo.

Hippo. Serap.

Auicē. Capitis dolēns canon operati

uus ex phlobotomia uenę frontis oppositę dolori.

Capitis pars duplicitur.

Tertio no. Stante. hoc dolore potest hęc phlobotomia cōpetere, ut gratia diuersionis aut euacuationis materiæ a loco, & ad prębuidendū ne materia ad locum dolentem trahatur, & in quolibet horum cōpeteret. Quarto no. Per uenam rectā frontis intelligere debemus uenam quandã magnam inter duo supercilia transeuntem a qua plurimi ramificant rami, quorū aliqui tendūt ad partem capitis posteriorem, quidã uero ad oculos qdã ad tpa, & sic de alijs. & propter hoc huius uenę phlobotomia confert dolori in parte posteriori capitis existēti, aut tēporū aut emicraneę malę potissime sanguinę, & oculorum dolori, & obtalmie, & sic de multis alijs. propter quod aui. prima tij. alle. ca. ipsa nãq; est uena, cuius phlobotomia plurimum egritudines capitis extirpat. Ex quibus patet causa uerificans apho. Quinto no. ad ueritatē apho. requiri tres cōditiones. Prima conditio, q̧ materia a qua pēdet dolor sit sanguinea, aut sanguini multum admixta. Secunda cōditio q̧ corpus nō sit nimis plectoricum. si enim sic foret possemus hãc uenam phlobotomando nimiã materiam ad locum lesum attrahere, ad quem intellectum se rettulit Auic. quarta primi capi. iij. de quando & qualiter euacuare oportet, q̧ intēdens diuertere non debet a capitis dextro in sinistrum diuertere, ne nouam materiã ponat in fluxu ad locum illum q̧ intelligitur ubi materia plurima fuerit. Tertia cōditio, q̧ materia nō sit uenenosa. tunc. n. non est per contrariã sed per partē euacuanda patientem.

Frontis uena recta q̃.

Aphorismus. 69.

Rigores in mulieribus incipiunt ex lūbis magis & per dorsum ad caput. Sed in uiris retro magis q̃ in priori parte corporis uelut cubitorū, coxarum, sed & cutem raram declarat pilus.

Theo. Mulieribus frigora inchoant a lumbis, & per dorsum ad caput deueniunt: uiris etiam in parte posteriori corporis ocius q̃ de priore: uerbi gratia cubitorum, aut femorum: cutis etiam rara est, quod pilus declarat.

Leo. Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis: & per dorsum ad caput: sed & uiris parte corporis posteriore magis q̃ anteriore, ueluti femorum, cubiti, sed & cutis rara: indicio autem est pilus.

Expositio Iacobi.

Prima conclusio apho. rigores in mulieribus incipiūt magis ex lumbis ascendentes per dorsum ad caput probatur. mulieres sunt uiris ex natura frigidiores & maxime circa partes iam dictas. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabit.

Primo nota per rigorem hic intelligendum motum membrorum concussiuum, propter motum humorum uelociter sparsorum super musculos & lacertos. & non solum rigorem, sed etiam typum quamlibet febrem antecedentem, ut frigus, horripilatio &c. de his enim omnibus uerus est apho. ut patebit. Secundo nota q̧ conclusio apho. potest habere intellectum duplicem. primo q̧ rigores in mulieribus magis incipiunt ex lumbis q̃ ex alijs partibus corporis. & hunc sensum non puto esse uerum. cum enim alię partes ut extremę, sint frigidiores

gidiores denſiores a lumbis frequentius alijs partibus, ex illis partibus rigores incipiunt. Secundus intellectus eſſe poteſt ut per complexionem comparētur mulieres uiris in tali inceptione rigoris ex lumbis, ut ſit ſenſus, ꝙ magis in mulieribus incipiunt rigores in lumbis &c. ꝗ̃ in uiris. & ſub hoc ſenſu uidetur concluſio concedēda. & ſic uidetur a Cōmen. in cōmento. & exponitur magis ē. intenſiue & frequentius. Tertio no. ꝙ ſtante in mēbro debita diſpoſitione ad ſentiendum tres uidentur potiſſime cauſe impedientes rigorem, uel remouentes aut diminuentes. prima fortitudo uirtutis membri. ſecūda caliditas membri. tertia raritas mēbri propter enī fortitudinem expellitur materia ad partes debiles, propter caliditatem ſubtiliatur caleſit & reſoluitur, & nō retinetur materia, quia non ſiccant rigorem ſicut in membro uel in corpore alio aliter ſe habente, propter raritatem uero trāſpirat materia. quare &c. quę cauſę ſecundum plurimum in uiris ꝗ̃ in mulieribus magis reperiūtur &c. Primo quia alijs paribus habitudo uiri eſt calidior, fortior, & rarior, & poroſior tota habitudine mulieris. Secundo quia iuxta lumbos aut renes uel muſculos illos circa renes exiſtentes dictos uulgariter lumbi uel parum diſtanter, ſituatur matrix in muliere quę ē membrum frigidum in genere membrorū cum ſit neruoſa uel ligamentalis. xxi. tertij. ca. primo. in uiris autē non eſt ita, & colligitur hęc cauſa a Cōmen. li. epidimi. li. iij. Et ex his patet cauſa uerificās concluſionem.

Quarto no. licet ita ſit ſecundū plurimum tamē poteſt contingere, & de facto cōtingit oppoſitum. eo primo ꝙ cōtingit aliquā mulierem aliquo uiro eſſe calidiorem aut merito etatis aut merito complexionis. Secundo etiam quia contingit materiam eſſe in uiro ſituatam in loco ubi extra uenas egrediens, & uirtute non victa uel ſuperata, in uiro neceſſario cauſabit rigorem in loco tam dicto. & inchoabit in muliere aut econtra.

Quinto nota ꝙ poſtꝗ̃ rigores circa lūbos inchoauerint, aſcendunt poſtea ad nuccam & tandem caput & cerebrum. q̄a hę ſunt partes conſequēter minus calide & molliores, ideo paſſibiliores. ꝓpter etiā ꝓpinquitatē nuccę ad lūbos et rectitudinē nuccę ad cerebrū et caput etē

Secunda concluſio. rigores in uiris magis incipiunt retro ꝗ̃ ante, retro inquā, quia circa cubitos & caſſas ꝓbatur. cuius in anteriori parte eſt rarior ꝗ̃ in poſteriori. ergo circa illam partem minus incipiunt rigores conſequentia tenet. & aſſumptum probať. quia pars anterior eſt piloſior. ergo ipſa eſt rarior. Primo nota ex deductione concluſionis aliā fieri comparationē in hac ſecūda cōcľone, & aliā ī prīa. in prima. n. cōparabať mulier ad uirum ut debet, in hac autem comparatur pars poſterior uiri ad partē anteriorem eius, quantum ad rigorem. Secundo nota. ꝙ exquo anterior pars calidior eſt fortioris cōplexionis & rarior parte poſteriori, poteſt aliqua materia ſparſa ad anteriorem partē non eſſe ſufficiens cauſare rigorem, quę tamen pulſa ad poſteriorem cauſabit propter cauſam circa pręcedentem cōcluſionem aſſignatā. Tertio nota hoc uerum eſſe nō ſemper, ſed ut in pluribus, ſicut pręcedente concľone de muliere reſpectu uiri declarabatur, ſaltem quantū ad ultimam cauſam habetie. n. caſum in domina margarita domini. V. quę omni die patiebatur in principio paroxiſmi rigorem fortem & incipiebat circa partes. deinde ad faciem &c. Vltimo nota per raritatem in ꝓpoſito intelligere debemus poroſitatem. pars. n. anterior poroſior eſt poſteriori. quia calidior. cuius ſignum eſt. quia piloſior & ſic uidetur Commentator exponere in commento, hic poſſent fieri quędam leues inſtantię. Primo contra primam concluſionem. quia aliquibus maribus aliq̄ mulieres ſunt calidiores. ergo &c. Secundo citius imprimit & facilius materia calida rigoris cauſatiua in partem calidiorem ꝗ̃ frigidiorem. ergo citius & fortiorem cauſabit in ea rigorem. Item q̄a ſenſibilior & multa ſenſibilitas eſt de cauſis rigoris. ut prima quarti. ca. de rigore & horripilatione. Tertio ſtante ſola ſiccitate naturali cauſatur piloſitas maior. ergo iſtud argumentum non tenet. piloſior ergo rarior & calidior. Ad primum patet quid dicendū. Ad ſecundū dicič negando cōſequentiā. citius & facilius iprimit &c. licet. n. facilius imprimat. facilius tñ & citius recipit impreſſionem ad quam ſequitur eius reſolutio & prohibitio rigoris. nō n. quelibet ipreſſio ſufficit cauſare rigorē. ſed hoc eſt raro propter cauſas tactas. Ad confirmationem ſiľr patet reſponſio. Ad tertium dicič illud eſſe uerum. quia ſola ſiccitate aucta ſupra temperamētum fit maior aduſtio materiei quę in pilum conuertitur. uerūtamen ubi percipimus pilos plures & groſſiores. & cum hoc partē nō eſſe ſicciorem ſed molliorē. ſicut eſt anterior pars, concludere poſſumus ipſam eſſe calidiorem uel rariorem. uel dicitur ut quidam hoc eſſe uerum, ut in pluribus.

Aphoriſmus. 70.

A quartanis habiti non ualde a ſpaſmis apprehenduntur, Si uero apprehendantur, prius & ſuperueniat quartana, ſoluuntur.

Qui a quartanis capiunť, nō admodū cōuulſionibus capiūť, et ſi antea capiebāť, q̄rtana ſuꝑuenietē liberāč. The.

A quartanis capti non admodum conuulſionibus capiuntur, Si uero prius capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur. Leo.

Expoſitio Iacobi.

Prima concluſio patientes quartanas nō ualde a ſpaſmis comprehenduntur. probatur. in patientibus quartanā non inueniť cā ſpaſmi cauſatiua. ergo cōcľo uera. patet conſequētia & aſſumptū circa litterā declarabiť.

Secunda concluſio. quartana ſuperueniēs patienti curat ſpaſmum. probatur. quartana exiccat uel conſumit materiam ſpaſmum cauſantē. ergo concluſio uera. patet conſequentia. & aſſumptum circa litteram declarabitur. Idem prima. iiij. tractatu ſecundo ca. de quartana periodica ad finē, dum inquit. Et quartana quę ſalua eſt liberat ab ęgritudinibus malis melancolicis. ſicut epilepſia & melancolia & in ea eſt ſecuritas a ſpaſmo. q̄m humor eſt ſiccus, & ſecunda tertij. quartana confert ad illud propter conſecutionē tremoris eius & propter multitudinem ſudoris ſui. & cui accidit quartana raro accidit ei ſpaſmus. nā ſecurus eſt ab eo. & ſexto epidimiarum allega. cap. & eſt utilis in actu practico, & ampliatur, ut patet. Primo no. per habitos a quartanis intelligendos eſſe fortes & longas quartanas patientes.

Secundo no. os etiam non ualde, quia raro a ſpaſmis cōphęhendi per ſpaſmos repletionales ſpaſmos intelligendo propter multa. primo quia corpore habito a quartana, ſignificatur in eo dominari humorē melancolicū, qui quia terreſtris eſt uehementer nō eſt aptus in ſubſtantiā nerui penetrare. & conſequenter ſpaſmos cauſare, quam cauſam explicat Aui. prima quarti allegato ca. dum inquit, & in ea eſt ſecuritas a ſpaſmo, quoniam humor eſt ſiccus. Secundo. quia quartana eſt corporis & humoris ualde exiccatiua. primo pro quanto fe. eſt quę eſt morbus calidus & ſiccus. ut colligitur. primo huius. cōmen. xvi. & xix. ſ. humide dictę. ſecundo etiā quia materia a qua pendet quartana eſt humor ualde ſiccus. & per conſequens exiccatiuus ad quā intentionem fortaſſe retulit Aui. nam in quartana eſt ſudoris multitudo ad quā ſequitur corporis exiccatio. & ꝑ conſequens neruorum ineptitudo ad ſpaſmum repletionalem. Similiter quia in ſudore euacuātur humores phlegmatici ſi qui in corpore fuerit, aut ſaltem ſubtiliantur. & delinquuntur ſolum terreſtres inepti ad faciendum ſpaſmum, ut ſupra dictum ē. Quarta cauſa poteſt eſſe fortitudo tremoris ſeu rigoris ad quē ſequitur fortis cōmotio. i. agitatio neruoſorum & lacertoſorum mem-

brorum in quo materiæ si quę lacertis imbibite sunt, aut resoluuntur aut expelluntur, uel saltem subtiliantur et resolutioni & euacuationi præparantur. ideo &c̄. & has duas ultimas causas tetigit Auic. secunda. tertij. allegato cap. cum inquit. Quartana quoq; confert ad illud propter consecutionem tremoris eius & propter multitudinem sui sudoris. Intelligendum est tertio. licet ita sit per accidens tamen posset quartana multū imbecilitando digestiuam uirtutem esse causa ut multiplicaret̄ humor frigidus crudus qui posset esse causa spasmi. uerū est tn̄ q̄ hoc est ualde raro. talis enim secunda quartana non esset salua. de qua in proposito non est sermo. ut patet in concordia superius allegata. Hic possent fieri leues instantiæ, fortes autem generaliter tetigit Galie. supra secundo huius. aphor. & commento. lvij. A spasmo & tetano & ibi uide &c̄.

Aphorismus. 71.

Quibus coria circuntēduntur sicca & dura sine sudore finient uitam. Quibus uero relaxata & rara cum sudore finient uitam.

The. Quorum cutis obtenditur squallida & sicca: ij sine sudore moriuntur. contra quorum cutis laxa solutaq; est, ij obeunt cum sudore.

Leo. Quibus cutes circuntenduntur aridæ & siccę, sine sudore moriuntur. Quibus uero laxæ & raræ cum sudore moriuntur.

Expositio Iacobi.

Prima conclusio. morituri quibus coria circundantur dura & sicca existentia. finient. i. morientur sine sudore. probatur. in talibus deficit sudoralis materia uel non saltem circa cutē expellitur. ergo conclusio uera patet. & assumptum circa litterā declarabitur. Secunda cōclusio. morituri quibus coria sunt rara et laxas finiēt. i. morientur cum sudore. probatur. In talibus propelletur iam materia sudoralis ad cutim ergo conclusio uera patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Similis sententia colligitur sexto epidimiarum allega. loco. & . x, continentis. primo cap. & secunda. iiij. ca, de speciebus mortis dum inquit. Et quando cutis est sicca &c. & est utilis & ampliatur ut patet. Primo nota per coria cutim intelligendam esse. quæ dura & tēsa fit propter uehementem solutionem & exiccationem. primo quia siccitas est causa duritiei. secundo de generatione. Secundo quia per resolutionem fortem euacuantur partes subtiles aereæ & aqueæ. quare remanent terrestres & dure & aspere, tenduntur autem propter cutis minorationem & corrugationem. paucificato enim humido substantifico cutis abbreuiatur in dimēsionibus suis. quare remanet ualde tensa circa corpus. Secūdo nota per cutem laxam raram intelligere debemus cutem quodāmodo fluidam & mollem quod prouenit ex materia humida multa ad cutim mota. sicut experimur in principio anteq̄ fiat sudor in corporibus. Tertio nota q̄ licet uirtus prope mortem succumbat. frequenter tamen in expellēdo materiam ultimum facit conatum, ad quem sequitur alicuius partis materię expulsio. quare q̄nq; prouocatur sudor quandoq; secessus in quo casu prius fit cutis rara laxa. ex isto patet ueritas aphorismi, dubitationes quæ caderent sunt leues &c.

Aphorismus. 72.

Icterici non ualde inflati fiunt.

The. Qui regio laborant: ij non admodum inflantur.

Leo. Qui regio morbo laborant, nō multum uentosi sunt.

Expositio Iacobi

Conclusio apho. est ista. Inflati non fiunt yctericiquorum yctericia est ex nimia caliditate epatis nimiam colęram multiplicantis quæ per totum dispersa corpus facit ycctericum. yctericia tamen ex opilatione contingere posset. Et dixit notanter non ualde. i. raro, quia aliquando posset esse sicut patet de tympanite quæ consequitur malam complexionem hepatis &c.

Finis quintæ particulæ. Incipit sexta.



Aphorismus 1.

IN diuturnis lienterijs, superueniens, prius non existens signum bonum.

The. In longis leuitatibus intestinorum ructus accidens superueniens, qui non extitit prius, signum est bonum.

Leo. In longis leuitatibus intestinorum si ructus acidus fiat, qui prius non erat, signum bonum.

Expositio Iacobi.

Prima cōclusio istius apho. est ista. Oxyregmia superueniens lienterijs diuturnis et prius non exn̄s est signū bonū. Probat̄, quia oxyregmia superuentēa significat lienteriam declinare & uirtutem tam retentiuam q̄ digestiuam confortari. ergo conclusio uera. patet consequētia & assumptum circa litteram declarabitur. Idē 13. trac. 5. ca. de lubricitate stomachi siue lenitate dū inquit. Et eructuatio acetosa est secūdum Hip. signum bonum, significat enim augmentum caliditatis diminutæ. nam si fuerit caliditas non erit uentositas nec eructuatio. & . 16. tertij. ca. 2. satis ad principiū. Et est utilis in actu pronostico et operatiuo, pro quanto facit medicum scire causam lienteriæ. Et ampliatur ad omnia in quibus contingit lienteria cum oxyregmia secundū modū inferius dicendū. Primo nota ut in cōmento colli̅r. Lienteria est uelox exitus cibi uel potus per inferiora in eisdem qualitatibus quibus sumpta sunt, & hoc propter impedimentum in uirtute stomachi contentiua & digestiua contingens. Ex quo patet primo q̄ per diuturnam lienteriam sit intelligendum. Secundo q̄ non omnis exitus cibi uel potus indigesti est lienteria, nisi cum hoc ponatur ipsum esse uelocem & in breui tempore factum, post eorum assumptionem, nisi etiam hoc ponatur cōtingere uitio stomachi, quia quandoq; medicina solutiua illud idem facere posset. sed non esset proprie lienteria. Tertio patet lienteriam proprie non esse ægritudinem sed accidens. est enim actio lęsa. Et per lienteriā intelligimus actum illum expulsionis pręter naturā, aut exiens mutatum. licet autem intelligatur per liēteriam res sic pręternaturaliter expulsa. Frequenter tamen per lienteriam intelligunt auctores malam complōnem uel ęgritudinem stomachi, ad quam sequitur fluxus iam dictus. Dicta. est autem lienteria, eo q̄ cibum tanq̄ p lineā intestinorū nullis obstantibus faciat prolabi. Quarto etymologiarum. 7. ca. enterō. n. grece latine intestinum. ideo lienteria & non liēteria proferatur. Secūdo no. In qualibet lienteria reperitur duplex actio lęsa. s. retentiua & expulsiua & fortasse attractiua. Principal̄r tamen ex impedimento digestiuę & retentiuę fit lienteria, & augmento expulsiuę, sed hę uirtutes in lienteria uario modo lęduntur. uer. g. digestiua quandoq; enim lęditur per essentiam. quandoq; per cōitatem & per colligantiam. Per essentiam quidem, quia per distemperiem instr̄i digestiuę essentialiter deseruientis puta caliditatis. hac enim distemperata, quia aucta uel diminuta tal̄r ut digestio impediatur, dicimus uirtutem digestiuā essential̄r lędi. Econuerso uero quādo nō est distemperantia in instr̄o primo uirtuti deseruiente, sed lęditur propter lęsionem alterius sibi subueniētis uirtutis dicimus ipsam per colligantiam lędi. sicut si lęsa retētiua impediretur actus digestiuę siue digestio obiecto digerendo non debito tempore retento lęderetur digestiua. quandoq; autem contingit utrunq;, quia simul est distemperies in instr̄o digestiuę et retentiuę. Ad propositum hic potissime est sermo de liēteria, in qua in uirtute digestiua est essentialiter nocumentū ad intellectum datū. nisi. n.

ita

Auicē.

Lienterię cañ. pnosticus & operatiuus.

Lienteria quid.

Isidorus.

Lienterię actō læsa duplex.

Digestiuę lęsio triplex.

Lienteriç cā quadruplex.

ẜta eſſet, non eſſet cōcluſio uera ut patet. Tertio nota. Lienteriç multiplex poteſt eſſe cauſa. Primo multa lubricitas & humiditas ſtomachi et inteſtinorū. Secundo ulcera in ſtomaco uel in inteſtinis uel excoriatio. Tertio multa frigiditas digeſtiuā impediens et contentiuam debilitās & de tali potiſſime eſt ſermo. Alia cauſa poteſt eſſe nimia caliditas uel ſiccitas eo q᷑ omnis immoderata qualitas dt ꝛ̃jcitactū &c.

Oxyregmia quid. Auicē. Oxyregmiæ cā multiplex.

Quarto not. Per oxyregmiā ītelligere debemus acetoſam eructuationem. Cuius cā poteſt eſſe multiplex ut. 13. tra. primo. de ſignis diſpōnum ſtomachi ſumptis ex eructuatione. Prima multitudo melancoliç effuſæ ad os ſtomachi. Secūda phlegma acetoſum a capite ad ſtomacū fluens aut etiam in ſtomaco generatum. Tertia mala cōplexio calida faciens ebullire cibum & ipſum in acetoſitate conuertens, ſicut lacti & muſto contingit. Quarta mala cōplexio frigida ī ſtomaco indebite digerens ſicut fructibus accidit anteq̄ matureſcant. Hæc autē omnia cognoſci debent p̄ ſigna propria q̄. 13. tertij colligēda ſunt. Ad propoſitum hic eſt ſermo de oxyregmia propter debilitatē digeſtionis a mala cōplexione frigida prouenıente. proueniens enim a melancolia uel phlegmate &c. proculdubio non ſignificant bonum ſi ſuperuenerit lienteria. Quinto nota. Licet ex oxyregmia ſignificetur nocumētum in digeſtione, non tamen ſignificatur digeſtionis ablatio. ideo minor leſio per eam ſignificatur q̄ per lienteriam ſimplicē a mala cōplexione frigida prouenientē p̄ quā fit per ſe ablatio digeſtionis Si ergo oxyregmia ſupueniat &c. ubi prius calor intantū debilitatus erat ut nullam faceret uaporis ſenſibilis eleuationem & nullam in cibo faceret tranſmutationem, nec cibus a uirtute retineretur per tempus ſenſibile uel amplecteretur nunc autem tranſmutatur tranſmutatione ducente ad acetoſitatem ſignat calorem intantum uigoratum eſſe ut in maiori tempore cibus contineatur, & a calore maiorem recipiat mutationem quare eſt ſignum bonum pro q̄to ſignificat reditum mēbri ad ſuam naturalē diſpōnem. & iſtam cauſam ſentit Aui. 13. tert ij. alle. cap. dum inquit. Significat enim augmentum caliditatis diminuteç. nam ſi non fuerit caliditas nō erit uētoſitas uel eructuatio. Sexto nota. Non ſolum eſſe hanc oxyregmiam ſignum bonum, ſed etiam eſſe bonum per uiam cauſç ſaltem acetoſitatem illam. acetoſum enim corrugat & inſpiſſat quare contentiuam uigorat, & ſic digeſtionē cibi contentiuç fortitudo iuuare poterit. Et iſtam ſnīam

Auicē.

collige. 16. tertij. alle. c. 2. dum Aui. inquit. Et Hip. quidem laudauit in ipſo eructuationē acetoſam, quoniā ſignificat caliditatem &c. & ſubdit infra. et q̄m acetoſitas quandoq̄ incidit & pręparat ſtomacum & facit acquirere retentionem, & tunc laudabitur per illud inquantum eſt ſignum, & inquātum eſt cauſa. Propter q̄d aūt addita ſit illa particula prius nō exiſtens patebit in cōmen. Sed contra dicta ſunt difficultates quā plurime.

Prima eſt. Non uidetur aliquam eſſe diuturnam lienteriam, quia in lienteria non tranſmutatur cibus nec cōuertitur in ſubſtantiam aliti, ſed cum tali diſpoſitione non poteſt uita longo tēpore permanere. ergo &c. Secunda eſt. Videtur q᷑ in cuiuslibet lienteriç pricipio ſaltem a mala complexione frigida pręcedente debeat apparere oxyregmia, quia anteq̄ actio tranſmutans cibū totaliter auferatur notabiliter debilitaē, ex qua debilitatione ſubſequitur cibi acetoſatio. ergo &c. Confirmaē, quia ſignetur menſura frigiditatis per q̄ exiſtentem fiet hac liēteria. ſiue oxyregmia q̄ ſit quatuor graduum, & ſit illa cum qua poſt fiet oxyregmia trium graduū. Be arguitur. in principio prius q̄ ſtomachus duceretur ad frigiditatem quatuor graduum productus fuit ad frigiditatem trium graduum. ergo in pricipio prius fuit oxyregmia. Tertia difficultas. Oxyregmia eſt accñs morbi. ergo non eſt ſignum bonum. Ad primam dicitē non eſſe intellectum auctoris in lr̃a ſic auferri tranſmutationem cibi q᷑ nihil penitus in ſubſtātiam muteē cibati. ſic enim in cibato nō ſaluaretur uirtus, ſed quia modicum de cibo tranſmutatur ſecundum plurimū tranſit in conuerſum ſub forma cibi, ideo dixit actionem illam auferri. Ad ſecundam dicitur q᷑ ſi mala complexio cauſana liēteriam induceretur paulatim. prius ueniret ad diſpoſitionem per quam fit oxyregmia. deinde ulterius alteratione procedente ceſſaret oxyregmia, quia ita diminueretur calor ut nullam eleuaret uentoſitatem. poſterius autem rediret ad oxyregmiā ſi paulatine mala complexio remoueretur. per prius ergo nō exiſtentem ītellexit prius perſeuerantem quç a phlegmate proueniret poteſt acetoſo uel conſimili. Ad tertiam dicitur negando illam conſequentiam, quia non repugnat idem ee accidens morbi & ſignum morbi demonſtratiuum, et tamen illud eſt ſignum ſalutis futurç pronoſticū, ut alias declaraui Addo adhuc unū notabile q᷑ ad ỽitatē apho. requiriē oxyregmiā non perſeuerare, ſed poſt paruum tempus remoueri ſuccedente eructuatione calidiori & minoris acetoſitatis. hac enim ſuperueniente ſignificatur calorem continue uigorando & melius digerendo procedere, & tunc ſtabit aphor. ueritas.

Aphoriſmus. 2.

Quibus nares humidæ naturaliter, & ſemen humidum, cito infirmantur. Quibus uero contraria, ſalubrius,

Quibus nares hument, aut genitura, ij ualitudinarij degunt. Quibus econtrario eſt, melius ualent. The.

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra ſanitate fruuntur. Quibus uero contraria, ſalubrius degunt. Leo.

Expoſitio Iacobi.

Iſte aphor. duas habet concluſiones. Secunda eſt ibi (quibus uero).

Nariū hūidarū & ſemīs ca- nō practicus & operatiuus Auicē. Meſue. Nares dicunē emūctoria quçlibet.

Prima concluſio apho. eſt iſta. Habentes naturalr̃ nares humidas et ſemen humidum cito infirmantur. Probatur. in talibus corporibus abundant materiæ ęgritudinum cauſatiuç. ergo concluſio uera. patet conſequentia & aſſumptum circa litteram declarabitur.

Secunda concluſio Habentes nares ſiccas & ſemen ſiccum ſalubrius ſe habent. Probaē per cauſam oppoſitā. Idem primo theo diſpoſitionis regalis. 4. cap. & quinta tertij. ca. dę catarro in ſumma & a Meſue in ſuo de appropriatis. ca. de catarro in ſumma. Et eſt utilis in actu pronoſtico & operatiuo. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Non ſolum per nares uoluit Hip. nares intelligere, ſed etiam aliorum principalium emunctoria & etiā ipſius cerebri emunctoria alia, ut aures, oculi & huiuſmodi, quia tamen plures ſuperfluitates ex naribus & manifeſtius expelluntur, quia ē t ex illis euidenter ſignificatur humiditas cerebri ex qua probabiliter arguitur humiditas totius, ideo de narium humiditate magis explicatā fecit mentionem.

Nares hūidæ

Secundo no. Per nares humidas intelligendas eſſe nares a quibus multç defluunt humiditates per comparationem ad corpus temperatum, & hoc huiuſmodi ſuperfluitatibus humidis & aquoſis potiſſime exiſtentibus. Tertio nota. In apho. reperiē naturaliter ad dandum intelligere, quia hoc eſt uerum ſi corpus in ſua diſpoſitiōe naturali ſit tale ſiue ex generatione ſiue ex tempore hoc fuerit. ſi enī corpus eſſet actu ęgrum aut neutrum ex inordinato regimīe uel alia cauſa non eſſet apho. uerus.

Semen hūidū quid.

Quarto nota. Per ſemen humidum intelligendum eſſe ſemen fluidum & aquoſum. Ex quo licet īmediate ſigñetur ſuper cōplexionem teſticulorum, mediate tamen et pro quanto materia ſeminis ſecundum medicorum ſententiam a mēbris principalibus oībus deciditur, arguitur totius humiditas. uel forte quia euidentiua arguitur humiditas cerebri, cum plurimum materię ſpermatis ſecundum intentionem Hip.

deciditur a cerebro, ut.20.tertij.ca.3. semen enī decisum a corpore conuenienter sano debet esse cōpactum & globosum, ut loco præalle. Quinto nota. Hæc corpora faciliter ægrotare ægritudinibus materialibus, scilicet humidis. stantibus enī his signis in toto est cōpl'o humida, quare plures in toto superfluitates superabundant quæ sunt materiæ ægritudinū. Similiter etiam ex hoc arguitur ex cerebro plurimam catarralē materiam descendere quæ plurimū ægritudinum potest esse causa, ut quinta tertij all.ca.& Mesue de appropriatis.alle. ca. quia fluens ad stomacū & intestina nauseam uomitum & indigestionem dyariam lienteriam causant. ad pectus pulmonem & guttur squinātiam tussim hasma. ad uentriculos cerebri epil'am apoplexiā. ad neruos spasmum tetanum tremorem paralisim stuporem &c. Ex quibus patet ueritas conclusionis apho. ad quod etiam facit q per humiditatem corpora talia redduntur magis passibilia. Sexto nota. Per corpora contraria modo se habentia intelligenda esse corpora a quibus superfluitates non defluunt q̄ possunt esse tpata. & intelligere possumus ēt siccas nares habentia respectu tēperati, ut corpora sicca quę minus ægrotant ,ppter causam oppositā.

Aphorismus. 3.

In diuturnis dyssenterijs, abstinētia, malum, & cum febre, peius.

The. In lōgis difficultatibus intestinorum, fastidiosæ, inediæ, malæ sunt, & peiores, si accidunt cum febre.

Leo. In longis difficultatibus intestinorum, inediæ ex fastidio, malum, & cum febre, peius.

Expositio Iacobi.

Iste apho. duas hēt cōclusiones Secūda ē ibi (Et cū).

Prima conclusio. Abstinentia est malum signū ī longis dyssenterijs Probatur. huiusmodi abstinētia ē causa multi defectus uirtutis, & cum hoc significat prauā esse dyssenteriam. ergo conclusio uera.

Secunda cōclusio. Huiusmodi dyssenteria cum febre est peius signū. Probatur ut prius. Primo nota. Si dyssenteria sit breuis & fiat abstinentia. i. abominatio cibi, hoc poterit esse propter humores malos īficiētes &c. sed postq̄ fuit longa significat uel mala ulcera uel humores totius esse corruptos cum in tanto tempore purgati non sint quare deterius signum est in ipsa longa. Secūdo nota. Per abstinentiam abominationem intelligi. Tertio no. Est mala per uiam signi & causæ ut patet. & declaratur primo modo. Quarto no. Cū febre adhuc peius quia per ipsam plus prosternitur uirtus &c.

Abstinentia quid.

Aphorismus. 4.

Circūfluētia ulcera malæ cōsuetudinis, malū.

The. Vlcera obglabrata, praua sunt.

Leo. Vlcera circūglabra, praua sunt.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus patet ex commento.

Aphorismus 5.

Dolores in lateribus, & pectoribus, et in alijs corporis partibus, si multum differunt ad discernendum, malum.

The. Dolores, aut pectoris, aut costæ, aut cuiusuis, membri, an multum infestent, animaduertendum est.

Leo. Dolores qui sunt in lateribus, & pectoribus, atque alijs partibus, si multum differant, perdiscendum.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Dolores in lateribus pectoribus & alijs partibus corporis multum differentes antequā cognoscantur sunt mali. Probatur. huiusmodi multa dilatio impedit curam dolorum horum. ergo conclusio uera. patet consequentia, & assumptum circa litterā declarabitur. Idem septimo epidimiarum. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota hanc lrām reperiri duplicem. Vna littera habet ad cognoscēdum. Alia lrā habet ad discernēdum. Et sub utroq; sensu uera est cōclusio apho. licet Gal'. secundum primā expositionē potissime uideatur exponere. Secundo nota. Non solum de dolore apho. esse uerum, sed de qualibet dispōne pręter naturam periculosa uel infesta multum ad se curam uertente. dolorem tamen tanq̄ dispositionem frequētissime occurrentem & a multis pendentem, quare difficilius est eius distincta cognitio. uirtutem etiam multū prosternentem principaliter hic introduxit. Tertio nota. Per dolores in lateribus maxime intelligendos eē dolores circa pleurā siue panniculum tegentem pectus interius in pectoribus maxime quātum ad anteriorē partem, ut in perypleumonia, & per alias partes intelligit alia mēbra extra hæc. Quarto nota. Hoc eē malum p uiam signi & per uiam causæ. Per uiam quidem causę, quia huiusmodi doloris ignorantia est causa, ut non debite applicentur remedia ipsius doloris remotiua, et per consequens q dolor & eius causa figatur & fiat mansiuus, & tandem corpus ad deteriorem dispositionem pducat. hoc autem est malum. Item malum est etiam medico, quia non potest de termino istius doloris cōsequenter pronosticari. Secūdo est malum per uiam signi, pro quanto significat uarietatem causę aut causarū facientium istum dolorem & pluralitatem, ut nunc uideatur unius maneriei nunc alterius, aut simul confusæ causæ plurium dolorum concurrent, ut causa pungitiui mordicatiui extensiui aggrauatiui, & sic de alijs hoc autem malum est ut patet. ergo &c. Quinto nota. De dolore plures possumus habere notitias. Vnam generalem qua scimus q est sensatio mala, aut q est fortis aut debilis aut continuus aut interpolatus, & secundū hoc faciliter quasi semper ab infirmi & a medici narratione etiā cognoscitur. Secundo possumus de ipso habere notitiā specialem, puta secundū specificam denominationem eius sumptam secūdum plurimū a specifica denominatione causę, ut an sit pungitiuus uel ulcerosus, an extēsiuus, an aggrauatiuus, & sic de alijs, an calidus fuerit &c. & hoc modo cōtingit medicū multum differre ad cognoscēdū dolorē propter causam in præcedenti notabili tactā. Et tu considera. Sexto nota. Licet in omnibus malum sit, deterius tamen in una parte q̄ in alia ut in parte nobiliori q̄ in parte minus nobili, & sic de alijs.

Te. cō. 25.

Dolor e lateribus.

Doloris notitia duplex.

Aphorismus. 6.

Nephritici & circa uesicam dolores, laboriose sanantur in senibus.

Theo. Vicia renum, et uesicę, senioribus difficulter sanant.

Leoni. Renū, et uesicę uitia, in senioribus difficul' sanant.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus patet ex commento.

Aphorismus. 7.

Dolores & tumores secundū uentrē exn̄tes, superiores quidē leuiores, inferiores, fortiores,

The. Dolores uentris, si suspensi sunt, leuius, si non suspēsi, grauius infestant.

Leo. Dolores uentris sublimes, leuiores. Qui uero non sublimes, fortiores.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Dolores & tumores supficiales circa uentrem existentes sunt leuiores profundis uel ,pfundioribus. Probatur huiusmodi dolores sunt in partibus grossioribus a principalibus distantioribus, quibus ēt melius possunt remedia applicari. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptū circa litterā decl'abiē.

Primo nota. Non solum dolores, sed etiam oēm aliam dispositionem p̄ter naturā intelligendum esse. Secūdo

nota,

Tumor quid. Venter — Tumor nota. Per tumores omnia apostemata cuiuscunque maneries fuerint intelligenda fore, & hoc alijs paribus. Tertio nota. Per uentre concauitaté mébra naturalia continentem. Quarto no. Per superiores superficiales, & per inferiores profundos, ut Cōmētator in commento.

Quinto nota. Hos esse leuiores &c. Primo quia exteriores partes plurimū ignobiliores. Secundo quia minus sensibiles. Tertio quia melius possunt medicamina approximari. Quarto quia partes profundiores sunt calidiores, quare ex dolore in apostemate magis inflammantur, & sic magis augetur nocumentum. Quinto quia a principalibus membris sunt distantiores &c. Ex quibus patet ueritas aphor.

Aphorismus, 8.

Hydropicis, quæ uulnera in corpore nascuntur, non facile sanantur.

The. — Vlcera aquæ inter cutem, quæ in corpora fiunt, non facile sanantur.

Leo. — Aqua inter cutem laborantibus, ulcera in corpore facta, difficulter sanantur.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Vulnera in hydropicis non faciliter sanantur. Probatur, quia in ipsis abundat humiditas superflua mala uulnerum prohibēs sanationē, ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem colligitur. 14. tertij. cap. de hydropisi. & quarta quarti. trac. 3. primo cap. & ampliatur non solum ad hydropicos. Primo nota. Per hydropicos intelligendos esse dr cuiuscunque speciei, potissime tamen de ascite & hyposarcha. Secundo no. Per uulnera oēs solutiones continuitatis inatas. s. ab intrinseco uel extrinseco illatas. Tertio nota. Tarde sanari propter defectum caloris naturalis debentis carnem regenrare ex debilitate hepatis, propter etiam aquositatem nutrimenti propter etiā superfluitates multas consolidationem impedientes.

(margin: Auicē. Hydropicus quid. Vulnus quid.)

Aphorismus. 9.

Latæ pustulæ, non ualde pruriginosæ sunt.

The. — Pustulæ latæ, non admodum pruriunt.

Leo. — Latæ pustulæ, non admodum pruriunt.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Latę pustulę non sunt magni pruritus causatiuæ. Probatur. ipsarū materia ē minus acuta, & cum hoc minus unita. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram deducetur. Et idem septima quarti. tra. 3. cap. de scabie. ad principium. Et est utilis. Et ampliatur ut patet. Primo nota Per pustulas bothor siue apostemata parua intelligenda, ut uariolę morbilli uerrucæ & pori. Secundo nota. Hę pustulę, ut secunda primi. doc. prima capi. de ægritudinibus compositis multipliciter distinguuntur. Primo ex parte materiæ, quia quędam ex calida quędam ex frigida materia, quædā sanguineæ, quædā cholericę, quędam ex mixta ut morbilli, quædam ex phlegmatica dictæ ampullę, quędā ex melancolica dictę uerrucæ, quędā ex uentositate dictę inflationes. Differunt etiam ex parte figurę de qua in proposito est sermo, quia quędam acutę eminentius, quædam latæ non multum eminentes. Tertio nota Materia faciens pustulas dum est acuta ualde a uirtute exterius expellir, propter eius subtilitatem & unitur in loco uno, quare fortem causat pruritum, existente autē latiori significat materiā grossiorē et frigidiorē, quare uide cōmētū apho. 10. et 11.

(margin: Auicē. Pustula quid. Pustularū diuersitas)

Aphorismus. 10.

Caput dolenti uel circundolenti, sanies, aut aqua, aut sanguis defluens secundum aures & nares, soluunt ægritudines.

The. — Dolēti caput & uehemēter laboranti, pus, aut aqua, aut sanguis effusus per nares ægritudinem tollit.

Leo. — Caput dolēti, et circūdolēti, pus, uel aqua, uel sāguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum soluit.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus patet ex commento.

Aphorismus 11.

Melancholicis & phreneticis, hæmorrhoides innatæ, bonum.

Vitijs atrę bilis, et renū si marisce supuenerit, bñ erit.

Atra bile uexatis, & renum passionibus, hæmorrhoides superuenientes, bonum.

Expositio Iacobi.

Iste aphorismus patet ex commento.

Aphorismus. 12.

Hæmorrhoidas sananti antiquas, si non una fuerit relicta, periculum est fieri hydropem, aut phthisim, aut maniam.

Theo. — A mariscis diutinis sanato, nisi una seruetur, periculum, uel aquę intercutem, uel tabitudinibus imminet.

Leoni. — A diuturnis sanato hęmorrhoidibus, si una nō seruatur, periculū est aquā inter cutem, uel tabem aduenire.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Periculosum est sanare hæmorrhoides antiquas si non una fuerit derelicta. Probatur. ex tali sanatione periculum est corpus euadere i hydropem aut phthisim aut maniam ergo conclusio uera. patet consequentia. et assumptum circa litteram ponēt. Idem. 16. tertij. capitulo de signis hęmorrhoidarum. Et est utilis in actu practico. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per hæmorrhoides ęquiuoce tria importanī. Quandoque enim intelligunt aliqui per hæmorrhoides uenas quasdam ad anum terminantes. Quandoque illarum apertionem uel apostemationem. Quandoque intelligitur proprie fluxus sanguinis. æma enim gręce latine sanguis. & rois fluxus, ide hęmorrhoides sanguinis fluxus, qui cum restringitur quandoque causat apostemationem in ano. Secundo nota. Per hęmorrhoides sanari intelligi debet hunc fluxum remoueri. quod multipliciter fieri potest, maxime autem cum ora istarum uenarum restringentibus, & sic potissime intelligitur hic. Tertio nota. Notanter dictum esse antiquas, ad denotandum quod materię huiusmodi naturaliter declinant ex longa cōsuetudine, ita quod natura sollicita est per hęmorrhoides sanguinis fecales superfluitates euacuarī. ubi. n. natura non sic esset sollicita non haberet euidentiā tantam apho. iste. Quarto no. Vnam relinquī oportet, ut sanguis non totus qui expellebatur retineatur, sed saltē pars fecalior et grossior expellatur. Quinto nota. Cū per fluxum hęmorrhoidarum euacuetur sanguis melācholicus ex ipsarum constrictione sequitur huiusmodi sanguinis retentio secundum plurimum qui sanguis ad hepar regurgitans potest esse causa apostematis hepatis duri & extinctionis calidi hepatis. Item multa melancolia secum admixta fortis etiam frigoris, ad quod sequi potest hydropisis. Item fluens. hic superfluus sanguis ad uenas pulmonis potest esse causa fracturę uenę potissime in pręparatis ad hoc ad quod cōsequi pōt phthisis. Ad cerebrū uero prouenięns potest esse causa melancolię, cum sanguis hic melancholicus, a quo prauus uapor est eleuatus spiritui commixtus reddat ipsum syluestrem, quare & mutantur cogitationes a naturali cursu, & p consequens &c. Ex quibus patet ueritas apho. quę uide a Marsilio, quia clara sunt.

(margin: Hęmorrhoidarū sanādari ca nō practicus. Hęmorrhoides sanari quid & quomō)

Aphorismus. 13.

A singultu habito, sternutatio superueniens, soluit ægritudinem.

The. Singulti si sternutamẽta suꝑuenerit, tollũt singultũ.

Leo. A Singultu habitũ, sternutatio superueniens liberat.

Deficit Commentum Iacobi.

Aphorismus. 14.

Ab hydrope habito, secundum uenas in uentre aqua fluente, solutio fit.

The. Ab aqua intercutem detentus, si aqua ꝑ uenas in uentrem defluxerit, morbo soluetur.

Leo. Ab aqua intercutem habito, si aqua e uenis in uentrem defluxerit, soluitur morbus.

Deficit Commentum Iacobi.

Aphorismus. 15.

A dyaria habito diuturna, spontaneus uomitus superueniens, soluit ægritudinem.

The. Fluore alui diutino detento, uomitus sponte superueniens, tollit fluorem.

Leo. A longo alui profluuio habito, spontaneus uomitus superueniens, morbum soluit.

Deficit Commentum Iacobi.

Aphorismus. 16.

A pleuretide habito atque perhipleumonia, dyaria superueniens, malum.

Theo. Costali aut pulmonia detento, si alui fluor superuenit malo est.

Leoni. A morbo laterali, uel pulmonia habito, alui profluuium adueniens, malum.

Deficit Commentum Iacobi.

Aphorismus. 17.

In oculis patientem, dyaria accipi, bonum.

Theo. Lippientem, prehendi alui fluore, bene est.

Leo. Lippientem, alui profluuio corripi, bonum.

Deficit Iacobus.

Aphorismus. 18.

Vesicam incisam, aut cerebrum, aut cor, aut diaphragma, aut hepar, aut uentrem, aut renes, aut intestinorum aliquod gracilium, mortale.

Theo. Si uesica præciditur, aut cerebrum, aut cor, aut prẹcordia, aut aliquod ex tenuioribus intestinis, aut uenter, aut iecur, letale est.

Leo. Vesica discisa, aut cerebro, aut corde, aut septo, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut uentriculo, aut iecore, letale est.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Mortale est uesicam esse incisam aut cerebrum, aut cor, aut diaphragma, aut aliqđ gracilium intestinorum, aut uentrẽ, aut hepar. Probatur sic. talem incisionem impossibile est sanare, et ad impossibilitatem sanationis eius sequitur mors. ergo. cõsequentia & assumptum circa litteram declarabuntur.

Mẽbrorũ Icisorũ canõ pronosticus.

Idem patet quarta quarti. 2. capit. Et est utilis in actu pronostico. Et ampliatur ad proportionalia membra.

Primo nota. Non solum uerificabilem esse conclusionem apho. de membris in apho. nominatis, sed etiam de multis alijs, quorum operatio est necessaria ad indiuidui conseruationem & uitæ, sicut splen cystis fellis pulmo & nucha, & sic de multis alijs. ista tamen hic per exẽpla introduxit. Secundo nota. Vesicam incisam non consolidari conditionibus duabus. Primo ꝙ incisio sit magna & notabilis. Secundo ꝙ sit in substantia neruea uesicæ & non carnosa. incisio enim facta in collo, quia carnosum est in extractione lapidis frequentissime consolidatur, ut experimento patet. Est autem hoc mirabile.

Vesicæ incisio nõ cõsolidatĩ duplici cã.

Primo quia cum sit neruosum membrum nocumenta continue communicat cerebro et nuchę & renibus. Secundo quia ex ipsa fit frequens dolor multum uirtutem debilitans, propter superfluitates serosas acutas solutis partibus occurrentes. Tertio nota. Incisionem in cerebro (ut in commento) reperiri duplicem penetrantem & non penetrantem. In proposito est sermo de penetrante usꝗ ad uentriculos. Non penetrantem enim curari contingit, licet raro ut Commentator in cõmento. Quarto nota. De corde uerum esse siue sit penetrans siue nõ, dum tamẽ sit notabilis propter sensibilitatem membri & inflammabilitatem sanguinis & spiritus eius. De diaphragmate etiam patet si notabilis fuerit, propter enim motum eius non recipit consolidationem, sicut de pulmone alias dictũ est. De intestinis gracilibus patet propterea quia ualde sunt exanguia & subtilia. De grossis non sic, dicitur cum minus sint exanguia & subtilia. Vẽdẽtur etiam habere aliquid carnositatis, licet etiam hoc uerum sit de ipsis si multũ notabilis fuerit incisio. Consimiliter de uentre, sed dici posset ꝙ sub uentre comprehendi possunt intestina grossa, quia ĩ compositione sua & complexione magis stomacho uicinantur. De hepate etiam uerum est si fuerit solutio ĩ hepate magna per quam magnę & notabiles uenæ deperdantur uel incidantur. tantus enim fit sanguinis fluxus quòd prius ꝙ restaurari possit moritur ægrotans.

Cerebri ĩcisio diciĩ duplex.

Aphorismus, 19.

Quando incisum fuerit os, aut cartilago, aut neruus, aut maxillæ tenues, aut præputium, neque crescit, neque conglutinatur.

The. Cum ꝑcisum os ẽ, aut cartilago, aut genæ particula tenuis, aut prẹputiũ, nec augeri, nec coalescere potest.

Leo. Cum discissum fuerit os, aut cartilago, uel neruus, aut genæ particula tenuis, uel præputium, neque augetur, neque coalescit.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. Quando incisum fuerit os uel cartilago aut neruus uel maxillę tenues aut prẹputium, non crescit neꝗ conglutinatur. Probatur sic. In talibus enĩ est uirtus debilis & nutrimentum resistens transmutationi. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idem quarta quarti. capi. primo. & prima primi. cap. de membris. & pluries alibi. Et est utilis & ampliatur. Primo nota. Per incisionem hic intelligendum esse solutionem cõtinuitatis, quę cum deperditione notabilis partis, uel ubi solutio ualde magna est et penetrans. Secundo nota. ut quarta quarti capitulo primo. in genere membrorũ nostri corporis reperiuntur extrema & medium in facilitate & difficultate restaurationis proportionaliter duritiei & mollitiei ipsorum membrorum. In duritie autem extremũ est os, in mollitie est caro, & in medio sunt cartilagines nerui &c. quorum aliqua sunt magis propinqua extremo mollitiei, & aliqua duritiei. & secundum hoc habemus extrema & medium in facilitate & difficultate restaurationis consolidationis & unionis. Quędam enim facillime ut caro. & quædam difficillime ut os, quædam medio modo, ut alia numerata quorum aliqua plus accedunt ad os & aliqua minus. Tertio nota. Causa facilitatis unionis in membris solutis est multiplex. Prima mollities, quare facilis fit inuiscatio & fortitudo caloris, quare, & multum nutrimentum potest attrahere & multũ conuertere. Secunda est facilitas nutrimenti uel aptitudo ad conuersionem quę omnia in carne reperiũtur. est enim mollis calida & humida & nutritur sanguine faciliter transmutabili &c. E contra uero os. Ex quibus patet hos esse difficulter unibile. est enim durum, propter quod difficilis fit inuiscatio et difficilis applicatio partiũ solutarũ, exangue, pauci caloris, vñ & modicũ sufficit

The. Leo. Auicẽ.

Quæ membra facilius ꝗ difficilius restaurẽt.

Ossis uniendi difficultas.

attrahere

attrahere nutrimentũ. eius ẽt nutrimẽtum est grossum terrestre, difficile transmutabile, quare &c. Ex quibus patet ꝙ os & spermatica mẽbra difficulter uniuntur & os difficillime. & sicut mẽbrum appropinquat naturæ ossis, ita difficilius unitur. Quarto nota. Penes causas dictas reperiri alias causas accidentales, ut motus membri, ut in pulmone & arterijs, & accidentia superueniẽtia ut in corde & partium solutarum, elõgatio ut in nerLuo soluto contingit. Quinto nota. In membris tã dictis dupliciter imaginamur fieri unionem. Vno modo per uiam primę intentionis, quia s. partes reuniãtur tali unione quali prius unitæ erant. Secundo modo per uiã intentionis secundę, quia s. loco deperditę partis regeneretur aliquid quod suppleat uicem eius, diuersę tamẽ rationis ab illa, & illud cõmuniter appellatur poros sarcoides. Ad propositum hic intelligitur primo modo, & hoc respectu ætatis prouectę, ut. 3. techni. Et istã sniam uoluit Aui. alle. cap̃. Causa autem potest patere ex dictis. facta enim solutione notabili, ex qua notabilis deperdit̃ pars in spermatico multum debilitatur uirtus eius, nutrimentum eius est grossum, & calor eius est debilis & substantia dura. igitur &c. Ex quibus patet ueritas apho. Hic eẽnt multa dicẽda, de qbus. 3. techni dicet̃.

Mẽbrorũ unio dupl̃r.

Porus sarcoides qd.

T. 114

Aphorismus 20.

Si in uentrem sanguis effundatur præter naturam, necesse est in saniem conuerti.

The. Si sanguis præter naturam in uentrem trasfunditur, suppuratur necesse est.

Leo. Si in uentrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari.

Deficit Commentum Iacobi.

Aphorismus. 21.

Maniacis, hæmorrhoydibus, aut uaricibus innatis, maniæ solutio fit.

The. Si uarices, aut marisce, insanienti superuenerint, insania soluetur.

Leo. In insanientibus si uarices, uel hęmorrhoydes superuenerint, insanię solutio.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 22.

Quibuscunq; dolores à dorso in cubitos transeunt, phlebotomia soluit.

The. Quęcunq; rupta de dorso ad cubitum descendunt, sanguinis detracto soluuntur.

Leo. Quęcunq; rupta ex dorso ad cubitum descẽdunt, uenæ sectio soluit.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 23.

Si timor & pusillanimitas multum habeant tempus, habentem melancholicum perficit.

The. Si mœstitia & metus longo tempore tenet, atra bilis in uicio est.

Leo. Si timor atq; mœstitia longo tẽpore habentes perseuerent, ex eo atra bilis significatur.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 24.

Intestinorum si incidatur aliquod gracilium, non conglutinatur.

The. Si quod intestinum ex tenuioribus pręcisum est, nunquam coalescit.

Leo. Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 25.

Erysipilam extrinsecus factam, intus conuerti, non bonum, intrinsecus uero, extra, bonum.

Ignem sacrum deforis, uerti introrsum, non bene est, intertius, foras, bene est. The.

Erysipelas ab exterioribus uerti ad interiora, nõ est bonũ, ab interioribus autẽ ad exteriora, bonum. Leo.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 26.

Quibuscunq; in causone tremores fiunt, alienatio soluit.

Qui per ardores contremiscunt, ijs delirium affert solutionem. The.

Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur. Leo.

Expositio Iacobi.

Cõclusio. Quibuscũq; corporibus in causone fit tremor, alienatio soluit i. est signum solutionis tremoris. Probatur. huiusmodi alienatio est signum resolutionis materię facientis tremorem. ergo conclusio uera. patet consequẽtia et assumptum circa litteram declarabitur.

Idem secũda tertij. cap̃. de tremore in fine. & prima quarti. cap̃. de causone. Et est utilis Et ampliatur ut patet: Primo nota. Quid per causonem intelligi debeat. Auicẽ.

Secundo nota. Tremor de quo in proposito est sermo causatur ex subito motu materię acutæ mordicatiuæ uel pungitiuę super musculos & lacertos, quare uirtus percipiens nocumentum forti concussione mouet membra, sicut apparet in principio tertianę. huius ergo causa excitans est materia illa taliter mota. motum uero faciens est ipsa uirtus. Ex quibus patet ꝙ quanto ipsa uirtus est fortior & materia est acutior & magis impressiua, tãto aliis paribus est rigor fortior. Tertio nota. Per alienationẽ in ꝓposito intelligendũ esse ꝑmixtionẽ rationis quæ in casu apho. consequit̃ motũ materiei uaporosę cholericę ad cerebrũ & permixtionẽ eius cũ spiritibus, quare &c. Quarto nota. Ad ueritatẽ apho. probabilẽ oportet presupponere alienationẽ esse leuẽ. Si. n. esset ualde fortis significat̃ magnũ nocumẽtũ principalibus mẽbris & esset significatio mala. Quinto nota. Tremor superueniens causoni significat materiam quę erat intra uenas expelli ad extra. Si ergo alienatio superueniat significat̃ prima materię expulsio ita ꝙ uenę perfecte ab hac materia mundificant̃, quare significãt materiã esse tãtã ꝙ necessario pars eius cõmunicatur cerebro, significat etiã neruos ex tremore calefieri, quare et supercalefactio cõmunicat̃ cerebro, ex qua tãdẽ fit alienatio, Si ergo alienatio sit leuis & uirtus fortis permanet, signũ est bonũ significãs cõpletã uenarũ mundificationẽ & materiei cõsumptionẽ, quare &c. Ex quibus patet ueritas apho. Hoc uoluit Aui. aliqualit̃ cõtra Gal. 2. tertij. alle. ca. dũ dixit. Et Hip. quidẽ dixit. Cui accidit in febre causonide tremor, tũc sensus ꝑmixtio resoluit eã ab ip̃o. Gal. uero nõ cõcessit hũc apho. Verũ tamẽ nõ est ex eis quę modũ nõ hñt. Et prima quarti. alle. ca. Et Hip. quidẽ dixit ꝙ si alicui accidit ĩ febre causonide tremor tunc permixtio mentis resoluit ab eo tremorem. Ee est sit̃e ut sit illud, quoniã cerebrũ calefit ualde & calefiũt nerui ualde. Et est sit̃e ut sit causõ & permixtio mẽtis, & resoluat̃ ab eo per tremorẽ ꝓpter expulsionẽ materiei ad neruos. & ꝑ cõsequẽs sicut alienatio superius potest eẽ signum curę tremoris, ita econtra ut uidetur uelle Aui. in littera.

Tremoris cã.

Alienatio qd.

Aphorismus. 27.

Quicunq; empyici, aut hydropici, uruntur, aut inciduntur, his effluente sanie, aut aqua multa & repente, omnino pereunt.

Theo: Qui suppurati, aut aqua intercutem laborantes, urũtur aut secantur, omnes intereunt, si pus aut aqua uniuersa effluxerit.

Leo. Quicunq; suppurati aut aquam intercutem patientes, uruntur, aut secantur, si pus aut aqua uniuersim effluxerit, omnes moriuntur.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 28.

Eunuchi non podagrizant, neq; calui fiunt.

Spadones, neque podagra laborant, neque calui efficiuntur.

Eunuchi, neq; podagra laborãt, neq; calui fiunt.

Expositio Iacobi.

Conclusio apho. est ista. Eunuchi non podagriçãt neque calui fiunt. Probať sic. Eunuchis absunt causę podagrę & caluitiei. ergo conclusio uera. patet consequentia. & assumptum circa litteram declarabitur. Idẽ. 22 tertij. ca. de doloribus iuncturarũ. & specialiter quãtũ ad secundã partem ab Hippocrate i libro de humana natura. &. 20. tertij. tra. 1. c. de nocumentis coitus. & septima quarti 2. cap. Et est utilis apho. Et ampliatur ut patet. Primo nota. Per eunuchos intelligendos esse illos qui carẽt testiculis, siue ex tempore castrati fuerint, siue a generatione spadones. Secundo nota. Non esse intellectum Hip. eunuchos nullo modo incurrere podagram, sed cum certis conditionibus, posito. s. q in cibo et potu debito utanť regimine. ipsis nanq; in cibo & potu male rectis contingens est ipsos podagram & alios iuncturarum dolores incurrere. Tertio nota. Licet causæ doloris iũcturarũ. & podagræ ab auctoribus plurimę distinguantur, ut debilitas iuncturarũ innata, & superfluitas cibi & potus, & maxime uini inordinata assumptio, & superuacuitatẽ inordinatus coitus motus, & sic de alijs, quia tamen tempore Hip. homines ordinate in cibo & potu utebantur dięta, nec sic copiose & delitiose uiuebant. In coitu autem tanq; in re magis eos alliciẽte magis errabant. hinc potissimam causam podagrę in dolore iuncturarum coitũ existimauit Hip. propter quod non utentes coitu illis temporibus raro uel nunq; podagra & iuncturarum doloribus molestabantur, unde & pręsentem protulit aphor. dicens q eunuchi eo q à coitu penitus uacant non podagriçant. Ex quo patet primo causa uerificans conclusionem apho. pro prima parte. Patet secundo q non solum ad eunuchos sed etiam ad debite abstinentes ex coitu ampliatur aphot.

Eunuchus dupl̃r.

Quarto nota. Capillos à capite cadere multis de causis. Primo ex causis pręter naturam extrinsecis ut adustio ignis uel aquæ feruentis. Aut ex causa pręter naturam intrinseca, ut humor corrosiuus materiam pili corrodens, sicut in alopicia contingit, & talis capillorũ drfectus non appellatur caluities. Quandoq; autem prouenit ab intra à causa naturali, & hęc causa potest ẽ multiplex, ut. 7. quarti. 2. cap. Prima cã potest esse multa frigiditas uaporẽ fumosum cõstringẽs & prohibẽs generationẽ pili, quare pręexistẽtes cadũt & nõ generanť noui. multa. n. fr̃iditas poros cõstrĩgit, unde, phibetur uapor penetrare. Secunda cã est humiditas nimia etiam poros claudens, sicut in infantibus & uiris effœminatis & mulieribus in quibus nõ nisi pauci pili generantur. Tertia causa potest esse nimia siccitas quãdo cutis fit testea seu terrestris & dura nõ recipiens materię generationem, & cũ hoc est materiæ exterminans paucificata enim materia paucificantur & pili. Quarta cã pendens ex hac ẽ nimia elongatio cerebri a craneo, quare nõ hũectatur sed exiccatur craneũ & consequenter cutis. Alia causa est caliditas nimia materiã consumẽs, & hoc non operatur illud nisi perducat corpus ad siccitatem nimiam. Alia causa est nimia pororum latitudo, quare nõ

Capillorũ casus causa multiplex.

Auicẽ.

retinetũr materia ex qua generandus est pilus. Ad propositum, licet omnes istę possint esse causę, potissime tamẽ coitum consequitur superfluũ. quia ergo in eunuchis adest humiditas pilos conseruans & fouens & sufficienter cuti conglutinãs. hinc est q eunuchos dixit non caluos fieri. Ex quo patet cã uerificans apho. qñtũ ad altã partem. Primum dubium. Per castrationẽ comparatur corpus ad podagram. ergo assumptũ probatur. quia totum corpus uehementer infrigidatur, & ,p consequẽs accidentaliter humectatur. ergo in ipso plurima abundant phlegmata, & cum hoc etiã iuncturę & totũ corpus debiles fiunt, ideo &c. Confirmatur, quia multiplicetur in forte in omni anno in uere libra una phlegmatis, quam calor fortis debiliter uincat & prohibeat flue re ad iuncturas, tunc si castreť crescet humiditas phlegmatica & calor debilitabitur. ergo non poterit prohibere. Secundũ dubiũ. Calui debent fieri merito castrationis, si primo habuerint capillos paucos propter abundantiam frigidi & humidi. his. n. castratis superfluet humidum & calor deficiet, ideo &c. Ad primũ dicitur cõcedendo q per castrationẽ corpus ad podagram pręparatur, non tamen sic sicut per superfluũ coitum. Ex quo patet q non castratus non nimio utens coitu minus pręparatur ad podagram q castratus. Pro confirmatione prima dicitur q mulier carens menstruis minus etiã podagriçant q superfluo utens coitu. Pro alia confirmatione dicitur similiter. Ad secundum dicitur etiam ipsos caluos quandoq; fieri, quia tamen hoc ualde raro contingit propter hanc causam. s. frigiditatem & humiditatem, ideo nõn procedit contra dicta.

Dubia

Iacobus de Forliuio non exposuit sequentes aphorismos huius sextę particulæ.

Aphorismus. 29.

Mulier non podagrizat, si menstrua non defecerunt in ea.

Mulier podagra nõ laborãt, nisi menstrua defecerit. The.

Mulier podagra nõ laborat, nisi mẽstrua defecerint. Leo.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 30.

Puer non podagrizat ante aphrodisiam.

Puer podagra nõ laborat anteq; concũbere incipiat. The.

Puer podagra nõ laborat ante usum uenereorum. Leo.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 31.

Dolores oculorũ meri potio, aut lauacrũ, aut pyria, aut phlebotomia, aut pharmacia soluit.

Dolores oculorum soluit aut meri potio, aut balneũ aut fomentũ, aut uena incisa, aut medicamentũ epotũ. The.

Dolores oculorũ meri potio, aut balneũ, aut uenę sectio aut medicamentum epotum soluit. Leo.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 32.

Trauli à diarrhœa maxime capiuntur longa

Balbi maxime ab alui profusione longa capiuntur. The.

Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur. Leo.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus. 33.

Acidũ ructuantes non ualde pleuretici fiunt

Qui acida ructãt, ñ admodũ costali morbo laborãt. The.

Qui acidum eructant, non ualde morbo laterali corripiuntur. Leo.

Deficit Cõmentum Iacobi.

Aphorismus.

Aphorismus 34.

Quicunque calui fiunt his uarices nō nascuntur magnæ. Quibuscunque uero innascūtur, rursus capillati fiunt.

The. Qui calui sunt, ijs uarices grandes non fiunt. Quibus autem caluis uarices superuenerint, ijs capilli denuo subnascuntur.

Leo. Quicunque calui sunt, his magnæ uarices non fiunt. Quibus uero caluis uarices magnę superueniunt, hi rursus capillati fiunt.

Deficit Commentum Iacobi.

Aphorismus. 35.

Hydropicis tussis superueniens: malum. Præexistens uero sine malo.

The. Aqua intercutē laboranti, si tussis superuenit malo ē

Leo. Aqua intercutē laborantibus, tussis supueniēs malū.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 36.

Dissuriam phlebotomia soluit, incidere uero uenam quæ intus in talo est.

The. Difficultatem urinæ, uena incisa soluit, incidendæ sunt interiores.

Leo. Difficultatem urinæ, uena secta iuuat, secare uero interiores. Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 37.

Squinantia habito, tumorem fieri in gutture, bonum. Extra.n. conuertitur morbus.

The. Ab angina detento, si tumor in collo extitit, bono est Foras.n. morbus decedit.

Leo. Ab angina habito, si tumor fiat in collo, bonum Foras.n. morbus deducitur.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 38.

Quibuscunq; abscōditi cancri fiunt, non curari, melius est. Curati enim pereunt citius, non curati, multum tempus perficiunt.

The. Quibus cancri occulti fiunt, eos non curari, melius est. Qui.n. curantur, celerius pereunt, qui non curantur, diutius durant.

Leo. Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim cito pereunt, non curati uero, longius tempus perdurāt. Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 39.

Spasmus fit aut ex plenitudine, aut euacuatione, ita & singultus.

The. Conuulsio fit uel inanitione uel repletione, eodemq; modo singultus.

Leo. Conuulsio fit, uel ex repletione, uel inanitione, ita uero & singultus. Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 40.

Quibuscūq; dolor fit circa hypocundriū, sine phlegmone, febris his superueniēs. soluit dolorē

The. Quorum ilia, dolores fatigant sine inflāmatione ija febris superueniens, soluit dolorem.

Leo. Quibus dolor circa ilium fit absq; inflammatione his febris superueniens, morbum soluit.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 41.

Quibuscunq; sanies facta in corpore non manifestatur, his propter spissitudinē saniei aut loci grossitiem, non manifestarur.

Quibus suppuratū quid in corpore abditum non innotescit, id, ppter crassitudinē uel puris uel loci delitescit The.

Quibuscunque suppuratio io corpore existens non inotescit, his ob crassitudioē puris, aut loci, ñ inotescit. Leo.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 42.

Icteritijs si hepar durum, fiat malum.

Arquatis iecur effici durum, male est. The.

Morbo regio laborantibus, si fiat hepar durū, malū. Leo.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 43.

Quicunq; splenetici à dyssenteria capiuntur, his superueniente longa dyssenteria, hydrops nascitur, aur lienreria, & pereunt.

Lienosis qui à difficultate intestinorū capiunē, si ea ipsa difficultas longa est, aqua intercutem superueniet, aut leuitas intestinorū, atq; ita interimentur. The.

Quicunq; lienosi à difficultate intestinorū capiūtur his superueniēte lōga difficultate intestinorū, aqua intcutē, aut leuitas intestinorū aduenit, & moriuntur. Leo.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 44.

Quibuscunque ex stranguria ileos innascitur hi in septem diebus pereunt, si non febre superueniente, multum vrina fluxerit.

Quibus per stillicidium urinæ superuenerit uoluulus intra septimum diem moriuntur, nisi febre superueniente, urina effluat satis. The.

Quibus ex stillicido urinæ ileos superuenerit, in septem diebus pereunt, nisi febre superueniente, satis urina fluxerit. Deficit Cōmentum Iacobi. Leo.

Aphorismus. 45.

Vulnera quæcunque annua fuerint, uel longius tempus habeanr, os necesse est emitti, & cicatrices fieri concauas.

In ulceribus annuis, aut etiam diuturnioribus, os discendere, cicatricesq; effici cauas, necesse est.

Vlcera quęcūq; annua sunt aut etiam diuturniora, os abscedere est necessariū, & cicatrices cauas fieri.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 46.

Quicunque gibbi ex asthmate fiunt, aut tussi ante iuuentam pereunt.

Qui curuati ex hanelatione, aut tussi, efficiuntur, ante pubertatem intereuot. The.

Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur. Deficit Cōmentum Iacobi. Leo.

Aphorismus. 47.

Quibuscunq; phlebotomia, aut pharmacia confert, hos uere phlebotomare, aut pharmaciā dare conuenit.

Qui leuandi sanguine sunt, aut medicamento purgādi, ijs uerno tēpore, uel cultello soluenda est uena, uel medicamentum adhibendum.

Quibuscūq; uenę sectio, uel purgatio, cū medicamēto cōuenit, hos uere purgare, uel uenā incidere oportet.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 48

Spleneticis superueniens dyssenteria, bonū.

The. Lienosis, difficultas intestinorum superueniens, bono est.

Leo. Lienosis, difficultas intestinorū superueniēs, bonū.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 49.

Quibuscunque tumores podagrici fiunt in quadraginta diebus deferuescentes resident.

The. Podagrici morbi, inflammatione sedata, intra quadragesimum diem desistunt.

Leo. Quibuscunque morbi podagrici fiunt, hi sedatā in quadraginta diebus inflammatione finiunt.

Deficit Commentum Iacobi.

Aphorismus. 50.

Quibuscunque cerebrum sursum cōcutitur, necesse est febrē, & fellis uomitum superuenire.

The. Quibus cerebrum pręcisum est, his febrem, & bilis uomitum super uenire necesse est.

Leo. Quibuscunque pręciditur cerebrū, his necesse febrē, & bilis uomitum superuenire.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 51.

Quibuscunque sanis dolores repente fiunt in capite, et cōtinuo sine uoce fiunt, et stertūt, pereūt in septē diebus, si non eos accipiat febris.

The. Quibus bene ualentibus dolores subito accidunt capitis, statimque obmutescunt, & stertunt, intra septimū diem pereunt, nisi febris prehendat.

Leo. Quicunque sani dolore capitis repente capiūtur & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 52.

Intendere oportet & indiciū oculorū in somnis. Si enim quid albi appareat cōmissis palpebris, non ex diarrhœa existente, aut pharmatiæ potione, malum signum & mortale ualde.

The. Oculorum suspectiones per somnum obseruare oportet. Nam si quid candidę partis inspicitur, palpebris non undique sibi commissis, nec alui fluor aut medicamenti potio in causa est, prauum hoc signum letaleque admodum est.

Leo. Oportet uero & considerare oculorum in dormientibus suspectiones. Nam si quid album commissis palpebris subinspicitur, neque ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum & letale ualde.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 53.

Desipientiæ cum risu quidem factæ securiores, molestæ uero cum tristitia.

The. Delitia quę cum risu accidunt, tutiora sunt quàm quę serio

Leo. Desipientiæ quę sunt risu fiunt, securiores, quę uero cum studio, periculosiores.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus 54.

In acutis passionibus cum febre, luctuosa suspiria malum.

The. In affectibus acutis qui affligant cum febri suspiria luctuosa mala sunt.

Leo. In acutis passionibus quę cum febre sunt. luctuosa suspiria malum.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 55.

Podagrica & maniaca, uere & autūno mouentur ut in pluribus.

The. Podagrici morbi, uere & autumno magna ex parte mouentur.

Leo. Dolores podragici, uere, & autūno magna ex parte mouentur.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 56.

In melancholicis ægritudinibus, periculosæ eruptiones, aut apopliam, aut epilepsiā, aut spasmum: aut cecitatem, aut maniam significant.

The. Atribilariis morbis, in pericula hęc decumbitur, stuporem corporis, aut conuulsionem, aut furorem aut cæcitatem indicant.

Leo. In morbis melancholicis, ad hęc periculosi decubitus, stuporem corporis, uel conuulsionem, uel furorem uel cæcitatem significant.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 57.

Apopletici, maxime fiunt ætatibus à 40. annis usque ad 60.

The. Stupores attoniti, potissimum eueniunt à quadragesimo ad sexagesimum annum.

Leo. Apoplexiæ autē fiunt, maxime à quadragesimo anno usque ad sexagesimum.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 58.

Si omentum eruperit: necesse est putrefieri.

The. Si omentum decidat, putrescat necesse est.

Leo. Si omentum excidat, necessario putrescit.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 59.

Quibuscunque à sciatica molestatis uertebrum resilit foras & rursus incidat in locum suum, his mucilagines factæ sunt.

The. Quibus à coxendice infestatis coxa recedit & redit, his mucores ea in parte gignuntur.

Leo. Quibuscūque à coxēdicum dolore molestatis excidit coxa, & rursus incidit, his mucores superueniunt.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Aphorismus. 60.

Quibuscūque à sciatica molestatis uertebrū resilit foras, his tabescit crus, & claudicāt, si ñ uranẽ

The. Quibus à coxendice infestatis diutina, recesserit coxa. his crus contabescit, & claudicat. nisi peruratur.

Leo. Quibuscunque à coxe dicum dolore molestatis diuturno, excidit coxa, his crus tabescit & claudicant, si non urantur.

Deficit Cōmentum Iacobi.

Explicit sexta particula apho. Hipp. cum expositione Iacobi in quosdam eorum.

Quia non repetitur expositio Iaco. de Forliuio sup septima particula aphorismorum Hippo. ideo loco eius ponemus expositionem Marsilij de sancta Sophia super eadem septima particula.

Aphorismus

Aphoriſmus. 1.



In acutis morbis, frigiditas extremitatum, malum.

The. In morbis, acutis, frigus partium extremarum, malo eſt.

Leo. In morbis acutis frigus partiũ extremarũ, malum.

Expoſitio Marſilij ſuper Apho.

Intẽtio 7. part. aphor.

Intentio Hip. in præſenti particula. 7. & ultima ẽ repetere quædã in p̃habitis poſita capitulis, & addere alia multa, quæ oĩa nos docent ꝓnoſticari in morbis & morborũ accidentibus. Specialis tamen intentio Hip. in hoc 1. aphor eſt per quoddam accñs præter naturam docere nos pronoſticari in morbis acutis & ſupra mortem futuram. Et uult concluſionem iſtã. Frigiditas extremitatũ eſt malum ſignum in morbis acutis. Cõcluſio probatur ſic. illud eſt malũ quod ſignificat ap̃a magnum in uiſceribus, ſed frigiditas extremitatũ ſignificat ap̃a magnũ in uiſceribus ergo maior nota. minor patebit per cõmentum. Concluſio in littera ponitur ſic frigiditas extremitatũ ſup. apparens in morbis acutis eſt malũ. ſ. ſignum.

Hippo. Raſis. Auicẽ. Extremorũ frĩdorũ ca nõ ꝓnoſticus.

Primo ad intellectum apho. eſt notãda apho cõcordia quæ colligitur 4. apho. apho. 48. In non deficientibus febribus. Et. 3. ꝓnoſticorũ cõmẽ. 10. &. 4. regiminis acutorum. cõmento. 15. colligitur etiã. 16. continentis cap̃. 1. colligiĩ ultimo ſecũda quarti. ca. de ſignis ex parte extremitatum in principio. Secundo eſt notanda utilitas. eſt enim pręſens apho. vtilis quantum ad actũ pronoſticum, ut notandum eſt. Tertio notanda eſt ampliatio dicendo ꝙ pręſens apho. cõtinet ueritatem in utroq; ſexu. maxime tamen in ſexu uirili, in quo minus uideẽ extrema frigida eſſe in morbis acutis. Continet etiã ueritatem in qualibet cõplexione & maxime in calida, in qua etiã minus uidetur extrema in morbo acuto eſſe frĩda. Continet etiam ueritatem in qualibet ętate, maxime tamen in ætate iuuentutis, in qua extrema minus probabiliter deberent eſſe frigida in morbo acuto. Quarto notanda eſt conuenientia & differentia præſentis apho. ad apho. 48. quartę particule. Nam primo conueniunt in ſigno, quia frigiditate extremitatũ. Conueniunt etiam in ſententia ſignificati, quia intelligitur mortale in utroq;. Conueniunt etiam in eo in quo ſignificatur generaliter. quia utrobiq; ſignificaẽ in morbis acutis. Differunt autẽ, quia illud in quo ſignificatur eſt magis ſpecificum ibidẽ dicendo in non deficientibus febribus. Itẽ ſignum eſt magis dearticulatum magis ibidem dicendo extrema eſſe frigida, interiora uero ardere & ſitire hominẽ. Itẽ ſignificatũ magis ſpecificũ ibidẽ dicẽdo mortale, ubi hic poniẽ malũ. Cã tamen repetitionis preſentis apho eſſe potuit, quia quę utilia ſunt repetere nõ dubitauit Hip. apho. 5. cõ. 65. in fine illius apho. Lac dari caput dolẽtibus. Cũ ẽt in uno loco materia una nõ poſſit diſcuti, vñ ut cõuenienẽ diſcutiaẽ nõ ẽ incõueniens idẽ repeteri pl'tes. Nã multotiẽs cribrat hõ unũ modiũ fabuli, ut inueniat unã margaritã.

Auer. Auer 4. coll'. coll'r ẽt dicta ſnĩa in hac parti. cõ. 27. illius apho. In forti dolore

Quinto nota. Nõ ſolũ in morbis acutis frĩditas extremitatũ &c̃. ſed in forti accñte & dolore dicente. Hip. in apho. 27. In dolore forti circa uẽtrẽ. Quia tñ forte accidẽs uertẽs ad ſe curã morbus appellaẽ. iõ per morbos acutos accñs intelligere potuit.

Extramitatũ frĩditas dupl'r.

Sexto notãdũ. Frigiditas extremitatũ apparere põt in principio acutorũ morborũ & apparere põt in ꝓceſſu. Si appareat in principio eſt peius mundificãdo, ut dicetur ſecundũ ꝙ patet 2. 4. ubi poſita eſt concordia. & cã eſt, quia denotaẽ morbũ ſtatim à principio eſſe ita malignũ ut ĩfrĩdenẽ extrema. Si appareat in proceſſu nõ eſt tantũ malum, pro quãto nõ denotatur tanta malitia & morbi acuitas. Septimo notandũ ꝙ talis frigiditas non eſt ſola frigiditas priuatiua imo frigiditas poſitiua, cum tractus comprehendat extrema eſſe frigida reſpectu temperamenti ponderis.

Extremitatũ frĩditas dupl'r. Auicẽ.

Octauo notandum Frigiditas extremitatũ eſt duplex quędam quæ per appõnem p̃anorum cito remouetur, quædam quę non. hic maxime intelligitur de frigiditate quę perſeuerat & non eradicatur, ut ſumiẽ. 2. quarti alleg. ca. cã huius tangeẽ.

Extremitas qd et qt modis

Nono notandũ. Per extremitates habemus intelligere partes exteriores longinq̃s à fonte caloris & corde & uiſceribus qualia ſunt enumerata in cõmẽ. 10. notandum. Ex parte extremitatum poſſumus ſignificare multipl'r. Primo ex qualitate prima mutata. ut frigiditate extremitatũ. Secũdo ex qualitate ſecũda, ut calore mutato etc. Tertio poſſumus ſignificare ex ſitu pręter naturã, ut ſpaſmo &c. ſeu ex motu preter naturã qualis eſt motus ſpaſmoſus, uel diminutione ſeu ablatione motus. Itẽ ex caſu ſeu corruptione extremitatũ. Hęc collecta ſunt. 2. quarti. alle. cap̃ quãuis autem omnibus iſtis modis ſignificetur, unũ tñ & primum modũ expreſſit Hipp. 11. notandũ ꝙ hoc ſignũ debet dici mortale, ut patet apho. 48. quartę particulæ. denotando mortificationẽ & quaſi ultimatã multitudinem calidi apoſtematis in uiſceribus &c.

Expoſitio Marſilij ſuper cõmen. Gal'.

In morbis diuturnis. Gal'. cõmentando præſentem apho. ſic præcedit. Nã primo pręmittit in quibus morbis apho. non intelligatur. Secundo in quo morbo intelligatur explicando malũ quod ſignificat hoc ſignũ. Tertio exponit hoc uocabulum acutis. Quarto uerificat & clarificat apho. De prima dicit ſic, ꝙ frĩditas extremitatũ ut antiũ nariũ plantarũ pedũ & manuũ nõ eſt ual de periculoſa in mulieribus ſiue decrepitis pacientibus morbos lõgos & maxime ſine febre. De ſecunda dicit ꝙ frigiditas extremitatũ non eſt modicũ p̃iculoſa ĩ morbo acuto, imo mortalis & moleſtiſſima; cũ eius cã ſit ap̃a tam magna & fortiora exñtia in uiſceribus. De tertia dicit Hip. dixiſſe alibi morbũ pacutũ eſſe ſicut febrẽ cal'iſſimã & cõtinuã. De quarta dicit ſic. ꝙ ſi hęc febris ſit ſine ap̃a te non eſt rõnabile extrema infrigidari ĩmo ſcẽdi debẽt & eſſe cal'iſſimę extremitates ſup. ꝓpter nimiã cal'itatẽ febris & lõge magis ſi ap̃a ſit in uiſceribus ſup. maior fiet intẽſio caloris. Interiora aũt ſup ple calefiũt, qa cũ uiſcera & ſupple interiora ſugãt ſicut uẽtoſa ſanguinẽ totius corp̃is ad ſe, oportet hęc uiſcera eẽ cal'iſſima & extrema ſic inanita & paucificata ſãguine eſſe frĩdiſſima, ꝓpter quorũ extremorũ caliditatem ita patientes ſupple nulla põt ſuſtinere cooperimenta tãta eſt arſura rerum incẽſarũ.

Dubiũ utrũ extremorum frĩditas ſit mortalis

Dubitatur. Vtrum frĩditas extremorũ ſit mortalis. Et ſine argumẽtis dicendũ ꝙ ſic. In morbo acuto propter cãs aſſignatas & modificatas, ut eſt tactũ, quãuis frĩditas extremorũ apparẽs in die critica, ut in rigore cauſonis ſit bona p̃p intentionẽ naturę ad pugnã contra materiam morbi, de quo rigore dicitur quarta aphoriſmorũ apho. 58. à cauſone habito rigore ſuperueniente ſolutio fit. Primo notandũ circa cõmentum ꝙ frigiditas extremitatũ in morbo chronico poteſt eſſe mortalis contingens ſeu contingere potens ꝓpter defectũ caloris & ſuffocationẽ, ipſa tñ ad mentem Gal'. nõ ẽ p̃iculoſa nec ex ſe mortale ſignum, cum non ſit ualde irrationale ꝓpter materiã frigidã morbi chronici infrĩdari extrema. Secundo notandũ ꝙ uiſcera apoſtemata trahũt ſicut uẽtoſa, qa ſicut uẽtoſa trahit à calido, ſic etiã trahũt hęc p̃p uehemẽtẽ caliditatẽ, q̃uis ẽt trahant p̃p uehementiam doloris, unde hæc attractio ẽ cõtra naturã & uehementer nociua naturę &c.

Aphoriſmus. 2.

In oſſe ægrotanti, caro liuida, malum

The. In oſſe ægrotante, caro liuens, malo eſt.

Leo. In oſſe ægrotante, caro liuida, malum eſt.

Expoſitio Marſilij ſuper apho.

P̃ns apho. continuaẽ ad p̃cedentẽ hoc modo. Poſtq̃ Hip. ĩ p̃cedẽti aph. docuit ſignificarẽ p̃ frĩditatẽ extremi

tatum in morbis acutis, nunc docet pronosticari in morbo ossis per liuidationem carnis. Et uult hanc conclusionem q̧ caro liuida est malũ signum in morbo ossis. Cõclusio probatur sic illud est malum signum quod significat pessimam putrefactionem ossis, sed liuiditas carnis est huiusmodi. ergo &c̄. illud etiam est malum quod significat congelationem & caloris naturalis extinctionem. sed liuiditas carnis est huiusmodi. igitur maiores notæ sunt, & minores in cõmento colliguntur. Conclusio in littera sic ponitur. caro liuida est quod malum in osse ægrotante. Primo ad intell'm apho. est notanda cõcordia quæ habetur in sententia quarta quarti. tractatu quarto. cap̄. de signis corruptionis ossis, ibi (Et cum discooperieris eam.) Secundo est notanda utilitas &c̄. est enim utilis ad debite discernendum an pars sit putrida uehementer uel non. Tertio notanda est ampliatio dicendo primo q̧ non solum in osse apho. continet ueritatē sed in quolibet spermatico mẽbro circundatũ carne, qa tamen os contingit maxime fore carne circundatũ. ideo per colorem carnis maxime explicuit significationē in osse ægrotante. in osse etiam omni continet apho. ueritatem. Quarto notandum ad ampliationē q̧ non solũ in ęgrotante osse caro liuida malum est, sed etiam econtra in ęgrotante carne os liuidum malum. In primo tamen ut notiori Hip. posuit aphor. plus n. notificatur os per carnem q̄ı econtra, cum caro circundet os magis subiecta sensibus. Quinto notandum. Apho. cõtinet ueritatem in osse ęgrotante qualicunq; morbo, quia solutione continuitatis aut mala complexione. Sexto notãdum Super malam putrefactionem ossis significare possumus per multa, ut patet per Aui. loco allegato. Primo per colorem ut loco pręsenti Secundo per fætorem. cum enim fętor significet putrefactionem, ut allegatur primo pronosticorum. cap̄. vltimo. nimius fętor carnis nimiam significat putrefactionem, in osse ergo ęgrotante carnis fætor nimius malus est. Tertio significatur p̧ mollitiem & duritiem si. n. imposito carnis stilo aut tenta in carne nimia reperiatur mollities, ut stilus liberę pertranseat per carnem nimia putrefactione denotata malum comprehendimus. ex tali uero mollitie cõprehendimus hoc modo putrefactionem, quia per putrefactionē dissoluuntur partes carnis. vnde per extractionem humidi à centro ad circunferentiam dissoluitur continuitas carnis & apparet caro in superficie humida Itē etiã ex mollitie apparente circa os cõprehendimus putrefactionem panniculi cooperientis os & in superficie ossis, ut cedat aliqualiter os. Item etiam ex asperitate ossis cõprehendimus malam. & uehementem fuisse putrefactionem quę exasperauerit & corroserit ossis superficiem. Item in osse ægrotante malum significare possumus ex diminuta uel ablata sensatione carnis circunstantis, qua ablatione uel diminutione cõprehenditur putrefactionem taliter processisse ut abstulerit seu remiserit sensationem. Et per oppositum bonum in osse ægrotantis significare possumus primo per calorem carnis, si liuidus est notans pręsentiam spiritus & caloris naturalis multi. Item etiam per debitam tenacitatem carnis, debitam etiam ossis resistentiam & carnis circunstantis sensationem. Ad propositum magis ueniendo uno solo modo ut est dictum, quia colore carnis circunstantis ossi ęgrotanti significare docuit. Septimo nota. Quãuis proprie liuere sit rigere, tamen liuedo sumitur pluries pro colore cineritio tendeote in nigrum qualis est pluries color albuminis oui aliqualiter ab igne seu fumo defumati qui color liuidus causatur per mortificationem caloris. per liuidum colorem intelligendo uiridē & nigrum qui omnes ut dicetur mordificationem denotane caloris. Octauo notandum Liuedo carnis causari potest ab intrinseco, quia propter corruptionem ossis, aut etiam propter proprium defectum caloris carnis. Potest etiam causari ab intriseco, quia primo à re colorante taliter aut etiã à re contundente, ut ibi mortificato sanguine & spiritu color causetur liuidus aut uiridis aut uiolaceus. Ad propositum maxime hic loquitur Hipp de liuedine causata ab extrinseco & sequente ossis putrefactionē quam cõsequi taliter cõprehendere poterimus cõprehenso primo q̧ os ęgrotabit q̄ı caro appareat sana, q̄uis etiam liuedo carnis ab intrinseco & proprio carnis defectu proueniēs sit mala & magis fouens ossis ęgritudinem. Nono notãdum. Talis liuor carnis malus est per uiam signi & per uiam causę. Primo per uiam signi significans quod dictum est & in cõmento ponitur. Ac etiam per uiam causæ, quia caro sic liuida fouet corruptionem ossis, sicut effectus consimilis causæ suam refouet causam, ut ignis ignem &c̄.

Ossis putrefactionē I dicãtia. Gal'.

Ossis ægrotãtis bonũ indicantia.

Liuere quid et liuedo & liuidus color.

Liuedinis cã.

Liuedo duplex.

Effectus sis cãę suã cãm refouet

Expositio Marsilij super cõ. Gal'.

Non. n. Galenus in cõmento pręsenti solum uerificat apho. Et dicit sic q̧ specialis color, quia liuedo non indicat paruum periculum in ęgritudine ossis, quia significat pessimam putredinem. s. ossis & congelationem carnis circũdantis os & extinctionem caliditatis naturalis.

Aphorismus. 3.

In uomitu, singultus, & oculi rubei. malum.

A uomitu, singultus & oculorum rubor, malo est. Theo.

A uomitu, singultus, & oculorum rubor malum. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. ad secundum continuatur sic. Postquã Hippo. docuit pronosticari & significare in morbo ossis per liuiditatem carnis, nunc docet pronosticari in uomitu seu significare, Et uult Hippo. conclusionem istam. singultus & oculi rubei sunt malum in uomitu. Conclusio probatur sic. illa sunt mala seu malum quæ significãt apostema esse in cerebro uel in stomacho. sed singultus & oculi rubei &c̄. significant &c̄. ergo maior nota est. patet minor in cõmento. Conclusio in littera ponit̄. Singultus & oculi rubei sunt sup. quid malum in uomitum. Primo ad intell'm pręsentis apho. est notanda concordia. 13. tertij. tractatu. 5. ca. de singultu. in fine in parte prima. in libro apho. dicitur. Secundo est notãda utilitas. est enim utilis pręsens aphor. ad significandũ et comprehendendum apostema esse in stomacho aut cerebro. Tertio notanda est ampliatio dicendo aphor. uerificari in utroq; sexu, & in omni complexione et ętate. Quarto ex pręhabitis memorandum uomitum esse motum, quo stomachus expellit rem in ipso existentem. Subuersio uero est motus quo stomachus nititur expellere & non expellit. Nausea uero est appetitus & inclinatio ad hos motus stomachi exequendos. Quinto notãdum. Singultum esse motum stomachi cõtractiuum factum multis causis ut quinto huius, ideo est sicut spasmus. sicut enim in spasmo non proportionato ad materiam fit contractio propter fugam à re nocente & conatũ pluries ad ipsam abijciendam sic conante stomacho rem nociuam expellere aut fugiente rem nociuam cõtrahit̄ stomachus & singultum facit. Sexto notandum. Sicut in uomitu singultus est malus, ita in singultu uomitus est bonus. per uomitum enim expulsa materia cessat singultus ut patet. per Auicen. loco allegato. Septimo notandum. Rubedo oculorũ aliquãdo causatur à cã extrinseca, ut propter splendorem nimium aut percussionem uel simile, de quo rubore nõ intelligitur in pręsenti. Cãtur aliquando à causa intrinseca, & hoc uel propter proprium nocumentum oculorum uel propter nocumentum eis à cerebro aut stomacho cõmunicatum. existente enim calido apostemate in stomacho aut cerebro calidi eleuantur uapores ad oculos oculorum sanguinem inflammãtes, unde rubedo oculorum causatur, de quo rubore pręcise intelligitur in pręsenti. Sunt ergo ista mala per uiam signi.

Singultus cã cõphēsiuus. Singultus qd.

Expositio

Expositio Marsilij super Cōmen. Gal.

Qualis passio. Gal. cōmentando apho. duo facit. Primo cōmentaē hanc partē, singultus. Secundo hanc partem, oculi rubei. De prima dicit singultum esse stomacho, sicut spasmum neruo prouenientem ab humoribus nociuis aliquando nocentibus toti stomacho aliquādo soli ori stomachi, & ideo superueniente uomitu necesse est statim quiescere singultum, & si non quiescit, statim significatur apostema esse in fundamento neruoꝝ, quia in cerebro uel stomacho. De secundo dicit suborē oculorū significare utrūq; s. apostema cerebri ac etiā stomachi &c. Notandum ꝙ licet multis ex causis & multorum compassione mēbrorum singultus accidere possit ut patet alleg. loco, dearticulatur tamen ad significandum quod positū est in cōme. per ruborē oculoꝝ. nā per remanentiam singultus soliti quiescere per uomitum cōprehendiē causam esse fixam, et per ruborē oculoꝝ cōprehenditur causam esse fixam i cerebro uel i stomacho cum alijs limitationibus apostematum cerebri & stomachi positis in locis particularibus.

Aphorismus. 4.

In sudore rigor, malum.

The. Horror a sudore, non bono est.

Leo. A sudore horror, non bonum.

Expositio Marsilij super Apho.

Presens apho. sic continuatur ad precedētem postq̄ Hipp. in præcedenti apho fecit quod est dictum, nūc docet significare in sudore per superuētum aut rigoris apparentiam. Et uult Hip. conclusionem istam Rigor apparens in sudore est malus. Conclusio probatur sic. illud est malum quod significat naturam esse territā in cōplendo crisim, sed rigor apparens in sudore significat naturam esse territam, ergo maior nota est. patebit per commentum minor, conclusio sic in littera ponit. Rigor supple apparens in sudore est quid malum. Primo ad intellectum apho. est notanda concordia, quę sumitur 17. cōtinentis. 2. cap. de sudore. habeē secunda quarti capi. de signis sumptis ex sudore. Secūdo est notanda utilitas ad recte significandum in critico sudore. Tertio est notanda ampliatio dicendo ipsum uerificari in utroq; sexu & in oī ætate & cōplexione. Quarto notandum ꝙ hic loquitur de sudore critico. Quinto notandum. Rigor aliquando sumitur pro frigore cōsequente retractionem caloris propter sparsionem cholericę materię supra membra sensibilia cum qua cōtractione est motus membrorum concussiuus, sumitur aliquando pro quocūq; frigore aut typo, quo secundo modo sumitur in proposito. Sexto notādum ꝙ talis rigor est malus per uiam signi. significat. n. naturā esse ipotētem ad complendā crisim & succūbentem materię morbi, & ideo cū tentet facere crisim per sudorem percipiens nocumentū materiæ terretur & retrahit calorem.

Rasis. Auicē. Sudoris cañ. significatiuus. Rigor multipliciter

Expositio Marsilij. super Com Gal.

Quod. Iudicatoria. Gal. commentatur apho. sic dicens Hip dixisse alibi ꝙ accidentia crisis facientia crisim sunt signum malę crisis aut mortis, quia natura terretur in his comprehendendis. fugiendo ergo morbum rigor causatur malus in sudore.

Aphorismus. 5.

In mania dyssinteria, aut hydrops, aut extasis, bonum.

The. Ab insania difficultas intestinorum, aut aqua inter cutem, aut mentis alienatio, bono est.

Leo. A furore difficultas intestinorum, uel aqua inter cutem, uel mentis alienatio, bonum.

Expositio Marsilij super Apho.

Apho. presens ad precedentem continuaē hoc modo. Postq̄ Hip. in præcedenti apho. fecit quod est dictum, nūc docet significare in mania. Et uult cōclusionē istā. Dyssinteria aut hydrops aut intēsio manię est bonum. Cōclo ꝓbaē sic. illud est bonum quod sigñat curā maniæ, sed dyssinteria &c. est hmōi, ergo maior, ē no. minor patebit. cōclo sic in lr̄a ponitur, dyssinteria aut hydrops aut intensio maniæ est quid bonū in mania. Primo ad intellm apho. est notanda cōcordia, quę habetur quantū ad partem primā prima tertij ca de mania q̄tū ad secundā partem de intensione pōt intelligi 5. huius cōmen. 6. Secundo est notanda utilitas dicendo aphorismū esse utilē in sigñando & ostendēdo maniā salutiferā. Tertio est notanda ampliatio dicendo apho uerificari in utroq; sexu & in oī ętate & cōplexione, nō solū in mania, imo & in alijs cerebri passionibus. Quarto ex p̄habitis memorandū quid sit mania aut dyssinteria. Per hydropē autē intelligit Hip non solū uerā hydropem, sed quēcunq; tumorem uentris, dato ꝙ non ꝓueniat propter hepatis passionem. Intelligit etiam p hydropē tumorem crurū uel pedū. Quinto notandum ꝙ hydrops aut dyssinteria &c. quia significat diuersionē materię a cerebro ad iferiora mēbra &c. ideo sit qd bonum in mania. Sexto notandum ut euiteē dubiū ꝙ q̄uis intensio morbi de se sit mala, tamen uehemēs intensio morbi cū constantia uirtutis maxime post signa digestionis est bona pro quāto significat naturā nō esse territā & pigrā, imo acutā excitatā & conantē contra materiā morbi. & iō hoc est bonum sigñans salutē citā manię, quia natura nō sustinet morbum magnū epe lōgo, ut colliḡ quinto huius cōmen. 7. & non solum intensio talis in mania est bona, imo etiā in morbis alijs.

Auicē. Maniæ canon sigña- tiuus.

Hydrops quid.

Expositio Marsilij super commē. Gal.

Difficultatem quidē. Gal. cōmentando apho. duo facit. Primo cōmentaē apho. p̄ter hāc partē extasis. 2. illam partem uerificat & cōmentatur. De prima dicit dyssinteriam & hydropem posse sigñare salutem manię significando res nociuas mutari a capite ad inferius. sed difficile a longe a ueritate uī extasim sigñare salutē manię, cum sit rationabilius ipsam ostēdere augmentū q̄ sanitatem. De secunda dicit, ꝙ ipse intelligit p extasim continuitatē & manię fortitudinem. nam dicit se uidisse quendā maniosum habuisse in primis puā maniā, quę postea augmentata fuit cā salutis. & rediens Gal. ad se, quia solus speculans iuestigauit fortitudinē motus materię manię fuisse cām salutis sicut in acutis morbis accñа fortia superuenientia sunt causa bonę crisis.

Extasis quid.

Aphorismus. 6.

In ægritudine diuturna, abstinentia, & egestiones cholericæ, malum.

In morbo diutino, inedia, & deiectiones sincere, malo sunt. The.

In morbo diuturno, fastidium cibi, & deiectiones sincerę malum. Leo.

Expositio Marsilij super Apho.

Presens apho. cōtinuaē sic ad precedentē. Postquā Hippo. in precedenti apho. fecit quod est dictum nunc docet pronosticari in morbo chronico. Et uult Hip. conclonē istā. prostratio appetitus & cholericę egestiones mala sunt in morbo chronico. Conclusio probatur sic. illa sunt mala quæ significant debilitatem appetitiuæ uirtutis & inflammationem substantificę humiditatis membrorum. sed prostratio appetitus & cholericę egestiones sunt huiusmodi ergo &c. maior est nota. patebit minor in notandis. Conclusio sic in lr̄a ponitur. prostratio appetitus & cholericæ egestiones sunt malę in ęgritudine chronica &c. Primo ad intellectum apho. notāda est cōcordia, quę habeē quātum ad illud quod poniē de abstinentia secunda quarti trac. prīo ca. de signis sumptis ex appetitu & siti, & specialiē in longa dyssinteria sexto apho apho. 3. Secūdo notāda utilitas. est. n. pñs aphorismus utilis q̄tū ad sigñandum in

morbo chronico. Tertio notāda est ampliatio dicē-do nō solū uerificari apho. i morbo uno chronico, imo in oī etiam in utroq; sexu in omni ętate et cōplexione.

Quarto notandum ꝙ prostratio appetitiua in morbo chronico est multum mala, cum enim morbus chronicus egeat propter sui longitudinem sustentatione uirtutis si sit prostratio uirtutis timor est de morte, unde in morbo chronico cum soleat intēdi appetitus propter resolutionem aut pręsentiam humorum frigidorum in stomacho, si prosternatur appetitus est malum signū, per appetitum intelligendo famem pręsentē, sicut prostratio appetitus ad potū, seu non sitire est malū signū in feb. acuta notans debilitatem appetitiuę uirtutis, ut patet secunda quarti. Quinto notandum ꝙ per cholericas egestiones intelligit egestiones de cholera rubea uel nigra uiridi uel eruginosa, ut patet per Gal. in commento & credo ꝙ hę debeāt esse unctuosę quę egēnes quiuis non appareāt forte merito materię morbi chronici, ꝓpter tamen nimiā putrefactionē caliditatis pręter naturā apparent hę egestiones & apparet unctuositas propter inflammatas substantiales humiditates.

Appetitus qd.

Egestio cholerica quid

Expositio Marsilij super Cōmen. Gal.

Fastidium. Gal. cōmentando dictum apho. duo facit. Primo exponit hanc partē, abstinentia &c. Secūdo hanc partem, egestiones cholericę. De prima dicit solam abstinentiam esse malam in morbo chronico cum euadentibus. i. cum extra per morbū chronicū ꝓcedētibus sit solitum intendi appetitum propter causam dictam quę abstinentia peior est si consequantur cholericę egestiones. De secunda dicit Hippo. intellexisse cholericas egestiones illas quę sunt de genere cholerę rubeę uiridis uel eruginosę significantes substantificam humiditatem incensam a calore febris.

Aphorismus. 7.

Ex multa potatiōe, rigor & desipiētia, malū.

Theo. Ex multa potione, rigor, aut delirium, malo est,

Leoni. Ex multa potatione, rigor, & desipientia, malum.

Expositio Marsilij super apho.

Conclusio apho. est ista. Rigor & desipientia ꝓuenientes ex multa potatione uini sunt mali. Conclusio ꝓbatur sic. illa sunt mala quę significant suffocationē caloris naturalis & uehementem cerebri lęsionem, sed rigor est huiusmodi et desipientia ex multa potatiōe &c. ergo maior est nota. minor statim patebit. Primo ad intellectum apho. est notanda concordia, quę habeē in sententia in generali. s. ꝙ ex multo uino frigidę ueniūt passiones. secundo de accidenti & morbo cap. iij. secūda ibi (Causa frigidi morbi.) Secundo est notanda utilitas, cōprehenditur enim per hunc apho. ꝙ potatio & ebrietas est mala. Tertio notatur ampliatio dicendo aphorismum uerificari in utroq; sexu omni ętate & cōplexione. Quarto notandum notanter esse dictū multa, quia si potatio sit pauca posset rigor prouenisse uel propter dissolutionem cholericarum materierum a uino, uel propter acuitatem uini & potentiam, si autē potatio sit multa probabile est ꝙ propter suffocationē caloris proueniat naturalis. Quinto notandum. Per rigorem intelligit quācunq; extremorum uehementē infrigidarionem, quāuis enī uinū sit potentia calidum, non quantū tamen sufficienter & multę quātitatis existens suffocando calidum materiale & prohibendo eius dispositionem & transitum admembra hunc rigorem causat. Sexto notandum. Per desipientiam intelligit corruptionē operationū interiorum, quę corruptio est quędā ebrietas, quę etiam corruptio perseuerat.

Potatōnis & ebrietatis canō practicus.

Rigor quid.

desipiētia qd.

Expositio Marsilij super Com. Gal.

Quod quidem. Gal. cōmentando apho. duo facit. Primo cōmentatur hanc partem, ex multa potatione et desipientia. Secundo hanc partē, rigorem. De prima dicit nulli esse dubium Hipp. intellexisse per multā potationem multum uini imbibitum, ad quam potationē sequitur desipientia repleto capite sanguine & uentositatibus calidis, ideo corpus ad tactum inuenitur calidū sup. hoc est secundum plurimum, repletur autē caput sanguine propter caliditatem capitis a uino factam trahere ad se sanguinem, aut repletur caput sanguine propter extensionem & rarefactionem sanguinis a calido factam. De secunda dicit rigorem raro contingere iuuenibus, sed senibus sic, quorum caliditas est cōgelata, quia supple remissa respectu caliditatis iuuenum & est extincta, & sic superata nimio uino sup. apparente rigore, sicut solet flamma ignis multis lignis appositis extingui, & lucerna multo oleo apposito.

Aphorismus. 8.

Ex apostematis intus ruptura, dissolutio uomitus, & defectio animi fit.

A uomice ruptione interna resolutio, aut uomitio, aut anime defectio accidit. Theo.

A tuberculi intus ruptione, exolutio, uomitio, aut animi defectio fit. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Nunc Hipp. ponit quędam signa significantia rupturam apostematis stomachi. Et uult conclusionem istā. Vomitus & defectus uirtutis sequuntur rupturā apostematis stomachi intus. Conclusio probatur sic. illa sequuntur &c. quę fiunt conante stomacho expellere nociuam materiā, sed ita est ꝙ ista cōtingunt stomacho, ergo maior nota. minor patebit. Primo ad intellectū apho. est notanda concordia, quæ habetur quantū ad partem primam. 13. tertij. trac 4. cap. primo de apostematibus calidis stomachi, quantū uero ad secundā habetur secunda primi doct. cap. ulti. de causis debilitatis &c. ibi ex summa earum &c. colligitur etiā concordia 14. Continentis cap. tertio. Secundo est notanda utilitas, est enim utilis ad debite cōprehendendum apostema stomachi intrinsecus fore ruptum. Tertio notāda ē ampliatio ampliando cōmunitate apho. utriq; sexui omni ętati & cōplexioni. Quarto notandum. Apostema potest esse in cerebro & membris spiritualibus pulmone pleura diaphragmate & corde &c. Potest etiā esse in naturalibus seu nutritiuis, ut in stomacho hepate & intestinis. Potest etiam esse in mēbris generatiuis. Hippo. tamē solius apostematis stomachi fecit mentionem, ut tangitur in cōmento. Quinto notandū. Per tale apostema intelligit qualecūq; apostema maxime tamē sanguineum apostema stomachi, ad cuius rupturā propter maiorem spirituum euanescentiam maior sequitur uirtutis defectus. Sexto notandum. Aphorismus continet ueritatem, siue hęc ruptura sit facta a natura siue per partem. Septimo notandū notanter esse dictum intus, quia quāuis ad rupturā interiorem uel exteriorem sequatur defectus uirtutis, ad exteriorem tamen nō sequitur uomitus necessario, ut dicetur. Octauo notandum notanter sequitur uomitus, quia transeunte materia apostematis ad concauitatem stomachi irritaē stomachus ad expellendum & causat uomitum, maxime apostemate existente uersus os stomachi, quia existente uersus partem inferiorē sequeē secessus & non necessario uomitus. Nono notādum ꝙ etiā sequiē defectus uirtutis, eo ꝙ eo rupto tali apāte euanescunt multi spiritus & resoluuntur & maxime si apā est magnum.

Auicē. Rasis. Stomachi apō si canon ꝓnosticus.

Decimo notandum. Signorum significantium rupturam apostematis siue apostematum intrinsecam quædam sunt communia, ut defectus uirtutis seu debilitas, diuersitas in pulsu & plura enumerata secunda primi. capitulo de signis apostematum. Ad propositum tetigit Hippo. unum signum satis proprium ut uomitum, & unum cōmune quia debilitatem uirtutis, cōmune est enim omni euacuationi debilitare uirtutē, quinta aphorismorū cōmen. 57. in fluxu muliebri &c. Apātis signū.

Expositio

Expositio Marsilij super cõ. Gal.

Tuberculum. Gal.cõmentando apho. procedit sic. Primo exponit hãc partẽ.ex apostematis ictus ruptura. Secundo exponit hanc partem.defectio autem. De prima dicit hoc dictum Hip.importare stomachum, qa uomitus sequitur rupturam apostematis stomachi, sed rupturam apostematis pectoris uel pl'onis non sequit' uomitus sed tussis & aliquando suffocatio, rupturam etiam apostematis intestinorum sequitur egestio saniei. De secunda facit quod dictum est dicens, omnem rupturam defectio animi comitatur exeunte calore naturali sicut mostrauit alibi Ga. &c.

Aphorismus. 9.

In sanguinis fluxu desipientia aut spasmus, malum.

The.

A sanguinis profusione mentis commotio aut conuulsio malo est.

Leo.

A pfluuio sanguis, desipientia, ac cõuulsio, malum.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. continuatur ad præcedentem hoc mõ. Postq̃ Hip. fecit quod dictum est, nunc docet significare in fluxu sanguinis p quædam accidentia. Et uult cõclusionem istam. Desipientia aut spasmus apparens i fluxu sanguinis est malum signum. Conclusio probat' sic. Illud est malum signum quod significat defectum uirtutis, desipiẽtia aut spasmus apparẽs in fluxu sanguinis est huiusmodi. ergo &c. maior nota est, minor patebit cum desipientia aut spasmus significet disturbationẽ uirtutis stomachi. cõclusio sic infra ponitur. desipiẽtia aut spasmus sup. apparens in fluxu sanguinis est malũ sup. signum.

Auicẽ.

Ad intellectum apho. primo est notanda concordia, quæ habetur ad primã partẽ de desipientia quarta quarti. tract. secundo cap. de fluxu sanguinis & retentione eius. in fine. ibi (Et scias q omnis.) Quantũ ad secundam partẽ de spasmo habetur secunda. 3. ca. de spasmo. & quinta aphor. aphor. 3 Sanguine multo fluente spasmus innatus &c.

Fluxus sanguis cañ pronosticus.

Secundo est notanda utilitas. est enim utilis aphor. ad pronosticandũ in fluxu sanguinis, ut est euidens. Tertio est notanda ampliatio dicẽdo q apho. continet ueritatem in omni sexu ętate & complexione, continet etiã ueritatem in omni euacuatione siue sanguinis siue humoris siue alterius per quãcunq; partẽ fiat, quia tamẽ ad sanguis exitum, ut humoris maxime spirituosi, quo etiam caliditas naturalis refouetur magna corpori debilitas consequitur, ideo in fluxu sanguinis psitem protulit apho. Quarto notandum etiam ad ampliationem apho. apho. intelligi de fluxu sanguinis facto a quacunq; causa interiori uel exteriori. Quinto notandum.

Desipientia multiplex.

Per desipientiam intelligere possumus non solum unum defectum uirtutis iudicatiuæ interioris, imo ablationem corruptionem uel diminutionem operationum, ac etiam cuiuscunq; uirtutis interioris defectum. Sexto notandum. Spasmus de quo intelligit' in pręsenti est spasmus de inanitione, ut colligi potest quinto apho. cõmento tertio. Septimo notandum. Hæc nota disiunctionis. aut. intelligenda est copulatiue, maxime ut denotetur maximum malum in fluxu sanguinis & mors. Octauo notandum q desipientia est malo signum notãdo defectũ uirtutis. Spasmus ẽt est malũ signum et cã. primo malum signum nimiam inanitionem denotando. Mala ẽt causa, quia motus p̃ter naturam mẽbro nervosorum, & causa uehemẽtis lęsionis et debilitatis &c.

Expositio Marsilij super commentum Gal.

Iste apho. etc. Gal. cõmentando apho. procedit sic. Primo exponit hanc partem. desipientia, & uerificat. Secundo hanc partem. aut spasmus. De prima dicit hunc aphor. nobis largiri magnam auctoritatẽ, et sic sup. esse ualde utilem. nam alienatio quæ sup. intelligitur per desipientia sequitur inanitionem, sicut ante dixit Gal. de tremore manuũ & pedum procedente pp defectũ motiuæ uirtutis propter quã eandem rationẽ, quia inanitionem disturbantur motus cerebri. i. operationes cerebri, & sup. causantur alienationes & desipientiæ. Secundo dicit q ideo desipientia non est fortis in significando malum, sed iuncta spasmo est incurabilis, & sequens fluxũ sanguinis est mala sola existens, iuncta spasmo uero est peior. Dicit ultimo q spasmus solus de inanitione malus est & mortalis, qui sup. sequitur fluxum sanguinis, sed alienatio sine spasmo non est tantum periculosa.

Aphorismus. 10.

In ileo, uomitus, singultus, spasmus, & desipientia, malum.

A uoluulo, uomitus, singultus, mentis incitatio, aut conuulsio, malo est. The.

Ab ileo, uomitus, singultus, desipientia, uel conuulsio, malum. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Hippo. nunc docet significare in iliaca passione p apparentiam quorundam accidentiũ. Et uult Hip. conclusionem istam. Singultus uomitus spasmus desipientia mali sunt apparentes in iliaca passione. Conclusio probatur sic. Illa sunt mala in iliaca passione quę significãt iliacam passionem ultimam & uehementem defectum uirtutis, sed uomitus singultus &c. sunt huiusmodi. ergo &c. maior est nota. statim minor patebit. Primo ad intellectum apho. est notanda concordia, quæ habetur. 16. tertij. trac. 4. capit. de ileos. circa finem. Inquit Hip. cum acciderit in colica &c. Secundo est notanda utilitas. est enim utilis præsens apho. ad comprehendendum iliacã passionem mortalẽ. Tertio est notanda ampliatio dicendo apho. non solum uerificari in passione iliaca, imo & i colica propter cõsimilem causam ei quæ ponit' pro uerificando apho. Quarto notandum. Per passionem iliacam habemus intelligere passionem intestinorũ gracilium quæ est oppilatio aut apostema, aut uehemẽs dolor.

Ilei cañ pronosticus.

Ileõ qd

Quinto notandum sumitur. 16. tertij. alleg. loco. Multæ sunt species iliacę passionis. Vna in qua stercus egreditur per os cæteris peior notando uehementissimam oppilationem inferiorum & defectum uehementissimum, in qua nihil descendit inferius, et de qua i cõmenti principio loquitur Gal. Quædam est in qua ẽ sudor fętidus totius corporis fętidis fumis et uaporibus tori cõicantes. Item tertia in qua anhelitus est fętidus. Itẽ quarta in qua eructuatio est fętida. Item quinta in qua egreditur uentositas fętida per inferius ultra debitũ.

Ilei spẽs quintuplex.

Ad propositum maxime loquitur de prima. Sexto notandum. Vomitus consequitur hãc passionem ultimatam, dum stercus ad superiora dirigitur. unde irritatur stomachus ad expellendum uomendo, & hoc pluries uidi. Cõsequitur etiam singultus nimium stomacho compatiente in intestinis gracilibus. Item consequitur etiam aliqñ spasmus. s. non proportionatus ad materiam pp nimiũ dolorem intestinorum & punctionẽ. Causan' etiã desipientiæ & manię cõicato cerebro nocumento mediante neruo colligante cerebrum stomacho & ecõtra. Ultimo notandum q ista appellantur mala, quia mortalia significantia ultimam iliacam passionem &c.

Expositio Marsilij super cõmen. Gal.

In ileis Galenus cõmentando apho. tria facit. Primo exponit hanc partem, ileon. Secundo uerificat aphoris. Tertio tangit causam dicti i parte prima. De prima dicit in ista passione iliaca nihil descendere inferius, quod approprietur huic passioni. De secunda facit quod ẽ dictum dicens. q uomitus non semper apparet in hac passione, sed patiente ueniente ad mortem, cuius augmentata passione euomitur stercus, et aliquando spasmus uenit in hac passione, ac etiam maniæ propter neruum alligantem stomachum & cerebrum. De tertia dicit, in-

testina moueri ad expellendū egestionem cum patiuntur, quā expellere per inferius nequeuntia propter conclusionem seu uehementē clausionē uie sup. inferioris angustiose mouentur et non naturaliter ad superiora pellendo nociua. Dubia. Dubitatur. Vtrū in qualibet iliaca passione coniungantur ista. Respondetur ꝙ secundū plurimū singultus & uomitus coniunguntur propter maximam & propinquissimā colligantiā stomachi et intestinorum. desipientia uero & spasmus nō ita contingūt seu sequuntur secundum plurimū. Dubitatur. Quare uomitus ueniat solū corpori ad mortē uenienti. Respondeo ꝙ uomitus sic consequendo fit nocumento existente tanto in intestinis, ut talr cōicet stomacho, ut stomachus irritet ad expellendū uomēdo ac si in se ꝓprtū hēret nocumētum, uel ēt misso stercore ad stomachū.

Aphorismus. 11.

In pleuretide perypleumonia, malum.

Theo. Costali, pulmonia, malo est.

Leoni. A morbo laterali, inflammatio pulmonis malum.

Expositio Marsilij super apho.

Nunc docet Hip. in pleuresi significare per perypleumoniā pleuresim superuenientē. Et uult Hip. cōclusionem hanc. Perypleumonia superueniens pleuresi ē mala. Conclusio probatur sic. Illud est malū in pleuresi qđ significat materiā pleuresis esse tantā, ut non solum faciat pleuresim, sed aliā passionem de se uehementer malā. sed perypleumonia superueniens pleuresi est huiusmodi, ergo &c. maior est nota. minor patet in cōmento.

Primo ad intellectū apho. est notanda concordia, quæ habetur decima tertij. tracta. 4. cap. de pleuresi. in fine. ibi (Et quando interficit.) Secūdo est notāda utilitas. Pleuresis canō pronosticus. Est enim utilis præsens aphorismus ad pronosticandū debite in pleuresi mortē uenturā. Tertio notatur ampliatio dicendo uerificari apho. in utroq; sexu ętate omni & cōplexione naturali. Quarto notandū ꝙ distincta pleuresi in uerā & non uerā ut est pluries habitū. & si apho. in uera q; continet ueritatem, intelligatur tamen in uera pleuresi. Quinto notandū. Non solū in pleuresi uerificandus est apho. imo & in alijs pectorum uehementibus passiōibus propter causam probantē apho. ut dictū est. Sexto notandū. Perypleumonia præcedere potest pleuresim, potest etiā inchoari secū & sequi. Et primo ꝓcedat dicendū est in perypleumonia malā esse pleuresim propter causam consimilē causę apho. tamen in pleuresi peior perypleumonia ꝙ̄ econtra, cū cōicari materiam a pleura ad pulmonem colericā secundum plurimū sit ualde malum propter pulmonis propinquitatē ad cor & colligantiā, sed ad perypleumoniā sequi pleuresim non est ita malum, cū materia perypleumoniæ sit phlegmatica secundū plurimum, & cōicata pleuræ a corde magis remouetur. Pleuresis utrū peius se quat perypleumoniā aut econtra. Potest etiam inchoare cum pleuresi, et quāuis sit mala, non est tamen appropriata in significando in pleuresi propter materias harum passionū non habere adinuicem dependentias nec passiones. Potest etiā sequi pleuresim ad sensum dictū in probatione apho. de qua intelligitur in præsenti. Vltimo notandū talē perypleumoniā esse malā per uiam signi & per uiā causæ. primo per uiam signi, ut est habitum in probatione aphor. est etiam mala per uiam causæ, quia est causa prostrationis uirtutis & sic ē causa ut magna pleuresis sit isanabilis.

Expositio Marsilij super cō. Gal.

In pluribus etc. Gal. cōmētando apho. procedit sic. Primo tangit scripturæ apho. diuersitatem. Secundo cōmentatur apho. De prima dicit ꝙ ipse inuenit in pluribus sic. In pleuresi perypleumonia. nec sequitur ista pars. malū, & ita credit Hipp. intendisse post pleuresim sequi perypleumoniā sup. cessante pleuresi. De secunda facit quod est dictum. Et primo exponit hanc partē. In pleuresi perypleumonia. Secundo uerificat hanc partē. Tertio ostendit iterū econtra. Si perypleumoniā sequaī pleuresis. De prima dicit Hip. inuenisse passionē ex alia passione uenientē, ut sup. peripleumoniā ex pleuresi priori permanente quę passio ueniens non est parua nec salubris, & ideo si Hip. non iungeret. hanc partē. malū, ex necessitate tamen mala est hæc passio. De secunda dicit ꝙ si augmentatur materia pleuresis & dilatetur i costis & deffluat, ipsa necessario fluens ad pulmonē faciet perypleumoniā & pleuresim. De tertia dicit ꝙ non necessario ad perypleumoniam sequitur pleuresis, quia si perypleumonia parua est & salubris eius materiam emittit cum tussi & screatu uirtus, sed si magna sit & mortalis ante suffocatur infirmus ꝙ̄ faciat pleuresim & coniungatur pleuresi perypleumonia.

Aphorismus. 12.

In perypleumonia, phrenesis, malum.

A pulmonia, delirium, malo est. The.

A pulmonis inflammatione phrenitis, malum. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. ad præcedentē sic continuatur. Postꝙ̄ Hip. in pręcedenti apho. docuit significare per perypleumoniā in pleuretide, nunc docet in perypleumonia significare per phrenesim. Et uult istā conclusionē. Phrenesis apparens in perypleumonia ipsam significat esse pessimam. ergo. maior est nota minor etiā est nota uerificando apho. conclusio ponitur in littera ut est habitū.

Primo ad intellectum apho. notanda concordia quę habetur decima tertij. tracta. 4 capitulo de perypleumonia. ad principiū satis ibi (Et quandoq; permutaī &c.).

Secundo est notanda utilitas. est enim utilis apho. ad recte significandū & ꝓnosticandū in perypleumonia, & ipsam pessimam ostendendum. Perypleumonię pessimę causa nō ꝓnosticus et & significatiuus. Tertio est notanda ampliatio. Et primo cōis dicendo apho. in utroq; sexu uerificari in omni ætate & cōplexione. Secundo ponitur ampliatio specialior dicendo apho. non solum uerificari per phrenesim imo & per corruptiōe cerebri. Quarto ex iam habitis memorandū perypleumoniā prouenientem ab acutis humoribus & cholericis fore ualde malam, ut colligitur decima tertij ut posita est concordia causa fuit assignata super cōmento præhabito, & etiam memoretur nunc. Est enim pessima propter nimiū incendiū consecuturū ad cholericitatem & acuitatem humorū acutorū & propter coriosionem aptā consequi ad humores acutos & cholericos. Vltimo notandū ꝙ licet per phrenesim Phrenesis duplex. possimus intelligere phrenesim prouenientem ab humoribus calidis & maxime cholericis, tn̄ intelligere possumus non ueram phrenesim aut quācunq; mentis alienationem a uaporibus seu acutis humoribus factam malum per uiam signi, quia significantem peripleumoniam ex cholericis humoribus malam, quia etiam debilitantem & prosternentem uirtutem.

Expositio Marsilij super cōmen. Gal.

Quando a calido. Gal. cōmentando apho. non facit aliud nisi ꝙ ostendit quomodo perypleumoniam sequatur phrenesis dicens, ꝙ si fiat perypleumonia de humoribus acutis ascendet necessario ad cerebrū uapor nimius propter quem conficietur phrenesis.

Aphorismus. 13.

In caumatibus fortibus, spasmus, aut tetanus, malum.

Per ęstus uehementes conuulsio, aut distētio malo ē. Theo.

Ab ęstibus fortibus, conuulsio, aut distentio, malū. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. ad præcedentem sic continuatur. Postꝙ̄ Hip. in præcedenti apho. fecit quod est dictum, nunc docet significare i fortibus uulneribus per spasmum aut tetanum. Et uult conclusionem istam, spasmus aut tetanus

nus apparens in fortibus uulneribus est malum. Cõclusio probatur. illud est malum quod uulnus significat esse mortale, sed spasmus aut tetanus in fortibus uulneribus est huiusmodi. maior est nota. minor patebit in cõmento. Cõclusio ponitur in littera. Primo ad intell'm apho. noteтur concordia quæ habetur q̃tum ad partem primam de spasmo secunda tertij. cap̃. de spasmo. ad finem. ibi (Et omnis quidem spasmus &c̃.) Quinta huius apho. secundo. In uulnere spasmus &c̃. Quantum uero ad secũdam partem habetur secunda tertij. cap̃. de tetano. ibi (Et omnis autem cuçeç.) Secundo est notanda utilitas. est enim utilis pręsens apho. ad recte in fortibus uulneribus significandum. Tertio notanda est ampliatio dicendo apho. uerificari in utroq; sexu omni ætate & cõplexione, dicendo etiam ipsum non solum uerificabilem in forti uulnere, sed in quacũq; euacuatione ad quam tetanus consequatur aut spasmus. Quarto notãdum. Vulnus dici potest forte multipliciter. Vno modo ratione dignitatis lęsę actionis, quia sit factum ut lædat uirtutem digniorem seu perfectiorem ut uulnus factũ in membro sensitiuo cæteris paribus, q̃ factum in non sensitiuo membro propter uirtutem sensitiuam fore naturali digniorem. Secũdo uulnus appellatur forte ratione uirtutis dispensantis nostrum corpus qualis est uirtus cordis. nam uulnus ad quod sequitur casus huius uirtutis quę est syncopis dicitur hoc modo fortis. Tertio uulnus appellatur forte ratione ꝓprię essenNę, quia alijs partibus difficilius ad curãdum, quia maius uel quia sub figura difficiliori factum ad curã ut uulnus circulare cęteris paribus fortius rectilineo dicitur esse. Quomodocunq; sumatur uulnus forte, dũmodo & ipsum tetanus aut spasmus cõsequatur continet apho. ueritatẽ. Quinto notandum. Nõ solum apho. uerificari in uulnere simplici, immo etiam in uulnere & ulcere cõposito, dũmodo spasmus consequatur & tetanus. Sexto notandum. spasmus aut tetanus potest multipliciter consequi forte uulnus. Vno modo propter euacuationẽ & corporis inanitionem. de quo. 5. apho. Secundum protulit apho. Poterit etiã imaginari spasmus consequi de repletione. Primo si forte uulnus obturetur & subito oppiletur ut trãseuntibus materijs ad loca neruosa spasmus aut tetanus consequatur. Potest etiam causari spasmus non proportionatus ad materiam propter uehementiam doloris in forti uulnere causati. Ad propositum & si de omni spasmo possit uerificari apho. ad mentẽ tamen Gal'. in cõmento in spasmo intelligendus est de inanitione. Septimo notandum. Hunc spasmum esse malum per uiam signi & causę ut satis est euidẽs notando uulnus esse mortale, à quo tamen euacuetur ut inde mors sequatur, ac etiam per uiam causę cum spasmus & tetanus habeant summe debilitare uirtutem maxime cõmunicati toti. & non solum sunt absolute malum signum, immo mortale ut colł'e quinta apho. 2. apho. allegato.

[Auicẽ.]

[Vulnerũ forti um cañ signifi- catiuus]

[Vulnus forte m'tiplicit'.]

Expositio Marsilij super commentum Gal'.

Multi expositores. Gal'. cõmentando apho. duo facit. Primo ponit scripturæ diuersitatem apud multos. Secundo eorum opiniones approbat. In prima dicit in pluribus libris hunc apho. esse talem, spasmus aut tetanus sequentes maximã incensionem est quod malũ. qui apho. sunt taliter plurimum coniuncti sup. sicut iacet litera. solus tamen Marinus loco nimię incensionis nimiũ apposuit motum, dicens hoc confirmari ex apho. sequenti, quia tumor spasmus & tetanus sequunẽ maxima uulnera ad nimiũ ergo motum, q̃a ad nimiã destructionẽ partiũ. spasmus cõsequeẽ & tetanus, cũtñ dicere icẽsionẽ sit dicere cõtius, q̃a sub incensione cõprehendere possumus omnem incensionem præter naturã. vnde si uulnus ualde incendatur aut maioretur dicemus hoc esse incensionem uulneris. & sic de motibus dicẽdum & alijs. est ergo necesse hoc exñte ut spasmus aut tetanus consequatur plurimos incẽsionem patientes, alij autem intẽdunt per incensionem feb. alij aerem, alij autem chirurgiam cum igne. omnia enim hæc ut est tactum possunt dici incensiones. In secunda facit quod est dictum dicens omnes hos dicere uerum, quia spasmus & tetanus consequentes has res quia incensionem &c̃. cõprehenduntur esse pessimi. si etiam cõsequantur uulnera, quia cognoscuntur esse de siccitate aut inanitione. Q̃ autem periculosus sit spasmus de inanitione iã dicit Gal'.

[Incẽsio multip' appel- lata.]

Aphorismus. 14.

In percussione in capite stupor, aut desipientia, malum.

In capitis ictu, stupor, aut mẽtis cõmotio, malo est. The.

In capitis ictu, obstupescẽtia, & desipiẽtia, malum. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Postq̃ Hipp. in pręcedenti apho. fecit quod est dictũ, nunc docet pronosticari per stuporem & desipientiam in percussione capitis. Et uult cõclusionẽ istam. Stupor aut desipientia in percussione capitis est quod malũ. Cõclusio probatur sic. Illud est malum in percussione capitis quod percussionem notat cerebro cõmunicatam, sed stupor & desipientia in capitis percussione apparentes sunt huiusmodi. ergo &c̃. maior est nota. minor patet ꝑ cõmentum. Conclusio ut est dictum in littera ponitur.

Ad intellectum apho. primo est notanda cõcordia quę habetur quinta. 4. tra. 3. cap̃. de fractura cranei ad principium. ibi (Cum ergo &c̃.) Secundo notetur utilitas per præsentis apho. intentionem colligenda. Tertio notetur ampliatio generalis ut dicatur apho. ueritatem cõtinere in utroq; sexu ætate & omni complexione. Secundo potest specialiter ampliari dicendo q̃ non solum nocumenta essentię cerebri cõmunicata sunt quod malũ. immo etiam nocumenta aliorum principalium essentijs cõmunicata. Quarto notandum. Percussio capitis potest esse muluplex. Quædam enim est sine manifesta solutione continuitatis. sicut concussio, ad quam tamen sequitur conquassatio, sicut etiam potest esse cõmotio cerebri consequens totius corporis cõmotionem. Quædam autem est cum manifesta solutione continuitatis multipliciter diuersificata, quia aliquando in sola cute, aliquando in craneo, aliquando in pãniculis, aliquando pertingens essentiam cerebri. Ad propositum hic intelligit de concussione, aut etiam manifesta solutione continuitatis cõmunicata cerebro. Quinto notãdum. Licet stupor proprie sumptus, ut patet secunda tertij cap̃. de ipso stupore. sit morbus officialis faciẽs euenire in sensu tactuale nocumentum condistinctum congelationi, hic tamen sumitur cõmuniter, ut per ipsum intelligamus congelationem, ac etiam uerum stuporem intelligere possumus. Sexto notandum Stuporem quẽdam esse uniuersalem, quẽdam minus uniuersalem, quẽdam uero particularem penitus & determinatum cõmunicato primo toti ob nocumentum cerebri cõmunicatum essentiæ. Secundus uero stupor mẽbris infra faciem cõmunicatus consequi potest nuchę nocumentum uel aliquarũ dorsi spondilium. Contingere uero potest tertius ꝓpter determinati membri appropriatum nocumentum per essentiam aut colligantiam. In proposito intelligitur stupor primo modo sumptus. Septimo notãdum. Licet desipientia proprie sumpta importet cogitationis corruptionem condistinctam ablationi cogitationis quę appellatur stoliditas, hic tamẽ sumitur cõmuniter ad quãcunq; cogitationis lęsionem pręter naturam. cum enim sapere perfectionem totalem importet cogitationis desipere est per quãcunq; cogitationum lęsionem pręter naturam. Octauo notandum. Stuporem esse quid malũ per uiam signi & causę significando uehemens cerebri nocumentum ut est dictum, est etiam aut desipientia cã mala ut stupore nõ debite cõprehendantur obiecta tangibilia, desipientia uero nõ debite ordinantur operatio

[Auicẽ.]

[Capitis ꝑcussio multi- pliciter acvaria]

[Auicẽ. Stupor dupl'r.]

[Stupor tripl'r.]

[Desipientia du pliciter]

nes uirtutum inferiorum cogitatiua ſubordinante ſibi uirtutes inferiores & motiuam localiter & conſimiles. Ięſa ergo cogitatiua ięduntur operationes uirtutum inferiorum. & hoc malum abſolute aut malum, quia mortale ſecundum ꝙ ſtupor uniuerſalis, aut deſipientia uehemens qui a amentia.

Expoſitio Marſilĳ ſuper cōmen. Gal.

Deſipientia &c̄. Gal. cōmentando apho. primo ponit quorundam uocabulorum expoſitionem. Secundo uerificat aphoriſmum. In prima dicit oportere intelligi per hoc ꝙ eſt deſipientia infirmum non loqui aut dicere ſecundum ꝙ oportet. per ſtuporem uero non loqui infirmum nec facere aliquid, ſed ſtare tantū apertis oculis ſicut timentes faciunt. In ſecunda dicit ꝙ hi patientes ſupple ſtuporem aut deſipientiam ſine dubio in cerebro patiuntur in quo dicimus haberi uirtutem corporis regitiuam, oportet ergo intelligi ſtupore & deſipientia exiſtentibus ſupple percuſſionem cerebri eſſentię cōmunicatam eſſe, & ſine dubio hæc communicatio eſt quid malum.

Aphoriſmus. 15.

In ſanguinis ſputo ſaniei ſputum, malum.

Theo. A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum.

Leo. A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum.

Expoſitio Marſilĳ ſuper Apho.

Præſens apho. ad præcedentem continuatur ſic. Poſt quam Hippo in pręcedenti apho. fecit quod eſt dictum, nunc docet ſignificare in ſputo ſanguinis per ſputū ſaniei apparentiam. Et uult concluſionem hanc. Sputum ſaniei apparens poſt ſputum ſanguinis eſt quid malum. Concluſio probatur ſic illud eſt quid malum quod ſignificat phthiſim. ſed ſputum ſaniei poſt ſputum ſanguinis ſignificat phthiſim. ergo. maior eſt nota. patebit minor. Concluſio ponitur in littera. Primo ad intellectū Aphor. notetur concordia quę habetur. 13. tract. 3. ca. de ſputo ſanguinis ī fine. Secūdo notetur utilitas apho. eſt enim utilis ad cōprehendendum phthiſim ſecundum ꝙ apparebit. Tertio notetur generalis ampliatio ut eſt pluries dictum. Quarto notandum. Per ſputum ſanguinis intelligit ſputum ſanguinis uenientis à pectore aut pulmone, cuius ſigna diſtīcta ſunt tacta illo aphor. quarti apho. Sanguis quidem ſurſum. Quinto notandum. Sputum ſaniei intelligi poteſt aduenire in ſputo ſāguinis dupliciter. Vno modo ꝙ ſimul expuatur ſanies et ſanguis. Secundo aduenire poteſt in ſputo ſanguis poſt ſputum ſanguinis. Quomodocunqꝫ exponatur pars cōtinet ueritatem. Sexto notandum Apho. continet ueritatem ſputo perſeuerante & in multa quantitate apparente. quamuis enim quodcunqꝫ ſaniei ſputum ſit malū tamen ſi eſt in quantitate multa et perſeuerans peius eſt denotando uehementiorem putrefactionem. Septimo notandum. Tale ſputum eſt malum per uiam ſigni. ſequendo enim ſputum ſanguinis ſignificādo putrefactionem ulcus ſignificat in pulmone & phthiſim, & ideo notanter eſt dictum ſequendo ſputum ſanguinis, quia rupto a ſpate, ſi etiā poſt epidimiā appareat ſputum ſaniei, tamen denotabit hanc malitiam neceſſario.

Phthiſis cau. cō p̄ hē. ſluus.

Sputū ſanguis quid.

Sputū ſaniei ſputo ſā guis accidere dupl'r.

Expoſitio Marſilĳ ſuper cō. Gal.

Quod omnis. Gal. cōmentando Aphor. duo facit. Primo exponit hanc partem in ſanguinis ſputo. oſtendē do quid intelligat per hanc litteram Hip Secundo uerificat apho. Dicit primo ꝙ Hip. notauit ſupra ex hac littera in ſanguinis ſputo &c̄. paſſionem naſcentē ex alia paſſione quia ſup. ſputum ſaniei ſequens ſputum ſanguinis de quo Praxagoras fecit librum non minimum. Dicit ſecundo uerificans aphor. quod non ad quodcunque ſputum ſanguinis ſequitur ſaniei ſputum. niſi ſanguine exiſtente peſſimo & ſupple deplexione, ad quod ſanguis ſputum ſequitur ſemper ſaniei ſputum, & ſic patet ueritas apho. quia tale ſputū ſignificat ulcus eē ī pulmōe.

Aphoriſmus. 16.

In ſaniei ſputo phthiſis & fluxus malum, ubi uero ſaliua tenetur, moriuntur.

The. A puris ſputo tabes & fluor cunque ſaliua ſubſtitit, moriuntur.

Leo. A puris ſputo phthiſis, & fluxus, cum uero ſputum retinetur, moriuntur.

Expoſitio Marſilĳ ſuper apho.

Pręſens apho. ſic continuatur ad pręcedentem. Poſt quam Hippo. in pręcedenti apho. fecit quod eſt dictum, nunc oſtendit quędam accidentia quę conſequuntur ad ſputum ſaniei, tangit etiam quodam in phthiſi mortale ſignum. Et continet duas partes. Primo tangit accidentia quę conſequuntur. Secundo tangit ſignum mortale. Secunda ibi (Vbi uero ſaliua tenetur.) In prima uult concluſionem hanc. Caſus capillorum & fluxus uentris & phthiſis fiunt in ſputo ſaniei. Concluſio probat̄ ſic. Ibi fiunt prędicta ubi fiunt cauſę prędictorum. ſed in ſputo ſaniei fiunt cauſę prędictorū. ergo. maior eſt nota patebit minor. Concluſio ponitur in apho. deinde cū dicit. In ſecunda uult iſtam concluſionem. Retēto ſputo phthiſici moriuntur. Concluſio probatur ſic. Illi moriuntur retento ſputo qui ſuffocantur &c̄. ſed phthiſici retēta ſaliua ſuffocantur. ergo. maior eſt nota. minor tāgitur in cōmento. Cōcluſio ponitur modo dicto in aphoriſmo. Primo ad intellectum apho. notetur concordia quę habetur decima tertĳ. tractatu quarto. cap̄. de ſignis phthiſis. Secundo notatur utilitas per apho. intētionem cōprehendendam. Tertio notetur etiam amplatio generalis. Quarto notandum ꝙ per ſputum ſaniei intelligit Hipp. ſputum ſaniei ſequens ſputum ſanguinis ex uulnere pulmonis, non enim in omni ſputo ſaniei fit phthiſis &c̄. nam in ſputo ſequēte empyema nō contingunt iſta neceſſario. Quinto nota. ꝙ continet apho. ueritatem tali ſaniei ſputo perſeuerante, continet etiam ueritatem quantum ad unam partem phthiſi perſeuerante. Sexto pręter mittēdū Hipp. intelligere per phthiſim conſumptionem totius corporis ulcus pulmonis conſequentem, & merito. pulmone enim ſic ięſo cordi figitur nocumentū, cuius conſumptione & exiccatione conſumitur totum corpus. Septimo notandum. Per fluxum Hipp. intelligit caſum capillorum, ac etiam fluxum uentris cholericum ut tangitur, phthiſi. n. perſeuerante & ultimata exiſtente primo in membris extremis deficit nutrimentum, & ideo in cute etiam ut ſic dicam deficit pabulum capillorum. cum ergo detineātur in poroſitatibus per humiditates quaſi colligantes, conſumptis his humiditatibus & latificatis poris conſequitur caſus capillorum, ac etiam incuruatio unguium. Conſequitur etiam fluxus cholericus. i. humoralis. primo debilitata ſtomachi & inteſtinorum contentiua uirtute, ac etiā caliditate pręter naturam cholericante, ut ſi dicam egeſtiones & fluxum. Octauo notandum. Per ſaliuā non intelligit Hip. tantum uerā ſaliuā in ore repertam, ſed materiam catarralem aut ſanioſam more ſaliuę ore expellibilem. quando ergo talis ſaliua tenetur moriuntur per uiam ſuffocationis hac ſanioſa materia ſuffocante & extinguente calidum.

Phthiſis qd.

Saliua quid.

Expoſitio Marſilĳ ſuper commē. Gal.

Quā propric. Præſens cōmentum diuiditur in duas partes. Primo ponit quorundam uocabulorum expoſitionem. Secundo uerificat apho. Prima in duas. Primo exponit illam partem. phthiſis exponendo cauſam aliqualem. Secundo exponit illam partem fluxus. De prima dicit ſe intelligere p phthiſim totius corporis conſumptionem cum leui febre exiſtentem propter uulnera pulmonis. De ſecunda dicit per fluxum intelligi caſum capillorum uel fluxum uentris cholericum. Ambo. n. Nunc facit quod eſt dictum. Et primo uerificat apho.

Phthiſis qd.

apho. quantum ad partem primam. Secundo quantum ad secundā. Primo dicit hęc duo solutionē uentris & casum capillorum aduenire ipsis phthisicis propter siccitatem & uirtutis defectum. Dicit ultimo Hipp. notauisse per hanc partem ubi saliua retinetur &c̄. quomodo moriantur phthisici. nam ipsis tussientibus & spuentibus semper consumuntur deficiente uero tussi & sputo materia iterius permanente & clausis uijs anhelitus suffocati moriuntur.

Phthisicorū modus moredi

Aphorismus. 17.

In phlegmone hepatis singultus, malum.

Thei Ab iecoris inflāmatione singultus, malo est.

Leo. In hepatis inflāmatione singultus, malum.

Expositio Marsilij super Apho.

Præsens apho. sic continuatur ad præcedentem. Superius Hippo. tetigit quędam nocumenta uel passiones uel alijs passionibus contingentes, nunc tangit nocumētum ex passione hepatis contingens, & uult in apostemate hepatis per singultum intendendo hanc conclusionem. Singultus est quidem malum in phlegmone hepatis. Conclusio probatur sic. illud est malum in phlegmone hepatis quod significat phlegmonem esse magnū & calidissimum. sed singultus apparens in phlegmone hepatis est huiusmodi. ergo. maior est nota. minor sumitur ī cōmento. Conclusio uero in apho. ponitur. Pro intellectu apho. primo notetur concordia intelligenda. 14.3 tertio. cap̄. de signis ap̄atum hepatis ad finem. Secundo notetur utilitas per apho. intentionem habendam.

Tertio notetur ampliatio generalis ut est dictum.

Phlegmone multipliciter

Q uarto notādū. Licet phlegmon multiplicem habeat significationem, quia aliquando importat omne ap̄a inflāmatum, aliquando ap̄a calidū per essentiam qualecunq; sit, aliquando uero ap̄a factum ex sanguine solo, hic tamen ampliari potest apho. ad apostema hepatis à qualicunq; materia prouenitat, ipsum tamen dearticulat in cōmento. Gal. ad magnum & cholericum apostema hepatis. Q uinto supponendum hepar ad suam concauitatem stomacho plus colligari, parua tamen per subtilem neruum intra stomachum & hepar existente colligantia. hepar uero quantum ad partem gibbosam plus est spiritualibus colligatum ratione panniculorum hepatis &c̄. & ideo ad apostema gibbositatis hepatis plus in spiritualibus nocumenta consequuntur ut tusses difficultates anhelitum, ut notatur. 14. tertij posita est concordia. ad postema uero concaui plus consequunī stomachi nocumenta. Ex isto patet q; si singultus consequatur ad apostema gibbi hepatis peius est q̄; si consequatur ad apostema cōcaui, quia ad hoc ut ad apostema gibbi consequatur singultus requiritur apostema esse maius, aut etiam peius. consequitur etiā singultus ad ep̄is apostema secundum Gal. in cōmento. cū enim apostema sit magnum & calidissimū cholericā ad duodenum intestinum emittendo materiam eum ascenderit ad os stomachi pungendo singultum causat. Ex isto patet ut dicebatur singultum esse malū, primo in uia signi, quia significat calidissimum & magnū ap̄a, pro quanto uero singultus prosternit uirtutē p uiā causæ dicit eē malus.

Singultus cur malus ī hepatis inflāmatione.

Expositio Marsilij supee Cōmen. Gal.

Dixi &c̄. Gal. cōmentando apho. duo facit. primo huius apho. ad quosdam pręhabitos ponit cōuenientiā. secōdo uerificat apho. In prima dicit hos omnes apho. sup. narrantes passiones ex alijs passionibus contingentes se inuicē sequi, quia nunciant passiones & accidentia nascentes ex alia passione & sequentes seu cōmunicantes illas acutas passiones sicut singultus sequens apostema heptis. In secunda dicit q; non ad qualecunq; apostema hep̄is, sed ad ita magnum & calidissimū ut os stomachi & partes superiores patiantur. nam stomachus et hepar licet colligantur per neruū, tamen secundū Hip. in secundo epidimiarum, hic neruus est subtilissimus, et ideo non patitur stomachus singultum propter hepar nisi apostema sit magnum & pessimum. nam tale facie rubeam choleram transeuntem primo ad intestinum duodenum quæ transiens ad os stomachi pungendo facit singultum.

Aphorismus. 18.

In uigilia spasmus aut desipientia, malum.

Ab insōnia conuulsio aut mentis cōmotio malo est, Theo.

In uigilia, conuulsio uel desipientia, malum. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Postq̄; Hippo. in pręcedenti apho. fecit quod est dictū, nunc docet significare in uigilia per spasmum aut desipientiam. Vult Hip. conclusionem hanc. spasmus aut desipientia apparens est quid malum. Conclusio probatur sic. Illud est quid malum quod significat uehementem exiccationem et uirtutis debilitatem, sed spasmus aut desipientia est huiusmodi. ergo. maior est nota. minor sumitur ex cōmento. Conclusio (ut est dictum) in littera ponitur. Primo ad intellectum apho. notetur concordia quæ habetur in continente cap̄. de somno & uigilia: & ē in fine continentis. habetur etiā quantum ad partē secundam. secunda primi. doc. 2. cap̄. de his quę prouenint à somno. ibi (Cum autem sint multe.) Secundo notetur utilitas. est enim utilis pręsens apho. ad recte p nosticandum in uigilia superfluentis. Tertio notetur ampliatio generalis ut est dictum. notetur etiam specialior ampliatio dicendo q; non solum in uigilia ista sunt mala, immo etiam in somno, in uigilia tamē peiora sunt exiccationem consequendo & inanitionem. Q uarto notandum hic maxime mala sunt sequendo uigiliam superfluentem cum significetur maxime debilitas uirtutis & exiccatio. Q uinto notandum. Talis spasmus maxime intelligitur de inanitione pro quanto sequitur uigiliam superfluentem ut est dictum, q̄uis non sic conueniens fieri in uigilia spasmum de repletione, desipientia etiam causatur propter nimiam exiccationem & debilitatem uirtutis ut sumatur desipientia pro diminutione aut ablatione cogitationis. cum enim cogitatiua uirtus multa egeat quantitate spirituum lęditur his deficientibus. Sexto notandum. Hęc accidentia ultimata sunt mortalia notando etiā irreparabilē exiccationē & debilitatē, sunt etiā hęc mala per uiam signi & cāę.

Rasis. Auicē.

Vigilię superfluētis cañ pronosticus.

Desipiētia qd

Expositio Marsilij super commentum Gal.

Q uidam &c̄. Gal. in cōmento tria facit. Primo nobis quādam spasmi memorat distinctionē. Secundo uerificat apho. Tertio tangit q̄dam litterę diuersitatem.

Dicit primo se dixisse omnē spasmū esse de repletione & inanitione. Dicit secundo uigiliam cum inanitione esse peiorem. Alia littera habet inanitionem cum uigilia exiccet, & ideo spasmus cum uigilia & inanitione est pessimus. Et dicit ulterius hanc uigiliam exiccando esse causam alienandę mentis. Dicit tertio in quibusdam libris non nominari desipientiam, sed haberi apho. sic. In uigilia spasmus est malum. Dicit autem Gal. se arbitrari sup. nominari desipientiā etiam Hip. inuente hic peiora accidentia morbos sequentia.

Aphorismus. 19.

In ossis denudatione erysipila, malum.

Ab ossis exutione, sacer ignis malo est. The.

In ossis exutione, erysipelas, malum. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Postq̄; Hippo. in pręcedenti apho. fecit quod dictum est. nunc docet significare in ossis discoopertura pee erysipilam. Et uult Hippo. conclusionem istam. Erysipila apparens in osse discooperto est mala. Conclusio probatur sic. Illud est malum quod significat uehementem putrefactionem & prohibet consolidationem & ossis sana

tionem. sed erysipila est huiusmodi. ergo maior est nota. minor patebit. Conclusio ponitur in littera ut est dictum. Primo ad intellectum apho. notetur concordia que habetur tertia quarti. trac. primo. cap. de erysipila ibi (Et quando accidit erysipila &c.) secundo notetur utilitas per aphor. intentionem comprehendenda.

Auicē.

Tertio notetur ampliatio generalis, ut est pluries dictum. Notetur etiam specialis dicendo quod non solum in discoopertura ossis uerificatur apho. sed etiam nerui & aliorum spermaticorum, quia tamen ossa erant ad consolidandum ineptiora, ideo de ipsis potius Hippo. protulit apho. Quarto notandum. Non solum in discoopertura ossis erysipila est quid malum, sed etiam in osse coopertu ut apparebit. Quinto notandum. Erysipila potest sumi dupl'r. Primo proprie pro apostemate cholerico. Secūdo pro apostemate corrosiuo ut ampliando per erysipilam quodcunque corrosiuum intelligamus apostema, & quia probabile est plus choleram esse corrosiuā, ideo dictum est erysipila. Sexto notandum. Hoc est malum, quia pessimum ut tangitur in cōmento, eo quod denotatur pessima putrefactio ex quo est corrosiuo. denotat etiam ex hoc impossibilitas sanationis & consolidationis corrodente materia prohibente debitā nutricationē.

Erysipila dupl'r.

Expositio Marsilij super cōmen. Gal.

Hoc in loco. Gal. in commento primo exponit hanc partem, malum. Secundo tangit quidam ampliationem. Dicit primo oportere intelligi per hoc dictum malū pessimum. Dicit secundo non in sola denudatione ossium raro uel semper apparere omne circundans carnem faciendo erysipilam pessimum esse & molestissimum.

Dubitatur quomodo uigiliæ exiccant. Omitte do uerba Alberti dicendum quod uigiliæ nō exiccant tanquā agēs positiue distinctū à calido naturali &c. sed uigiliæ exiccant hoc est calidum naturale aut aliud calidū uigilando exiccat humidum. Primo quia in uigilia est calidum naturale dispersum supra totum. Item uirtutibus actualiter operātibus peramplius uerso calido spirituoso supra humidum. Vlterius notandum circa. 14. cōmentum omnem spasmum ad mentem Gal. materialem esse de inanitione uel de repletione. spasmus ergo non proportionatus ad materiam non est de repletione uel inanitione quamuis quodāmodo ad spasmum de inanitione reducibilis, ut colligitur quinto apho. cōmento primo.

Vigiliæ quæ nō exiccāt

Aphorismus. 20.

In erysipila putredo aut sanies, malum.

The. Ab igne sacro putredo aut suppuratio, malo est.

Leo. Ab erysipelate, putredo, aut suppuratio.

Expositio Marsilij super Apho.

Postquam Hippo in præcedenti Apho. fecit quod est dictum, nunc docet in erysipila significare per putredinē aut saniei præsentiam. Et uult Hipp. conclusionem hāc, Putredo aut sanies apparens in erysipila est quid malū. Conclusio probatur sic. Illud est quid malum quod est malum per uiam signi & causæ, sed putredo aut sanies est huiusmodi, ergo maior est nota. minor patebit. Cōclusio in littera ponitur. Primo ad intellectum aphor. notetur concordia quæ exprimendi potest per prædicta de erysipila, tertia quarti. trac. primo ca. de erysipila. Secundo notetur utilitas. est. n. utilis præsens apho. ad cōprehendendum malam erysipilam. Tertio notetur generalis ampliatio ut supra dicendo. Quarto notandum hic sumi erysipilam proprie pro apostemate facto ex cholera. Quinto notandum choleram apostemantem esse corrosiuam sui subtilitate faciliter resolubilē.

Auicē. Erysipilę canō cō phē siuus.

Sexto notandum Hippo. intelligere per putredinē malam putredinem quę non est cum uictoria caliditatis naturalis, immo cum opposito. per saniem uero intelligit Hip saniē in qua est uictoria caliditatis naturalis & maturatio quā tangit Gal. 5. de simplici medicina. Septimo notandum hanc putredinem esse malam per uiam signi & causæ. Primo per uiam signi significando impotentiam uirtutis ad resoluendum materiam quę cōmuniter solita est resolui per calidum naturale. Est etiā mala per uiam causę. nam talis corrodit membrum quod ē ualde malum, & ideo uolebat Gal. in cōmento non sequi putredinem & saniem, nisi apostema sit pessimum, quia de materia cholerica non potente resolui, immo saniante & corrodente membrum.

Putredo mala quid, et sanies

Gal.

Expositio Marsilij super cō. Gal.

Clarum est. Gal. in cōmento non facit aliud nisi quod uerificat apho. dicens hęc accidentia ut putredinem et saniem fieri quando apostema quod est erysipila est pessimum. Propterea notandum putredinem & saniem merito appellari accidentia, quia sunt exeuntia murata pręter naturam, & ideo accidentia ut colligitur tertio de accidenti & morbo. cap. 6. Notandum secundo quod apostema appellatur pessimum quando est cum corruptione & corrosione membri & curę difficilis, quia ergo erysipila cum qua est putredo aut sanies est cum corrosione & corruptione membri, est etiam ob hoc curę difficilis me, ideo talem dicimus esse pessimam.

Aphorismus. 21.

In litargico tremor malum.

The. Leo.

Deficit apho. iste à Theo. & Leon.

Expositio Marsilij super apho.

Postquam Hippo. in pręcedenti aphor. fecit quod est dictum, nunc docet per tremorem significare in litargia. Et uult Hippo. conclusionem hanc, Tremor est malus in litargia. Conclusio probatur sic. Illud est malum in litargia quod significat materiā litargiæ esse multam & malam, sed tremor est huiusmodi. ergo maior est nota. patebit in cōmento minor, conclusio ponitur in aphor.

Auicē.

Primo ad intellectum apho. notetur concordia, quę habetur prima tertij. cap. de signis litargiæ. Secundo est notanda utilitas per apho. intētionem colligenda. Tertio notetur ampliatio dicta multotiens. Quarto memorandum litargiam esse apostema phlegmaticum posterioris partis cerebri phlegmate apostemante meatus seu uias cerebri, non autem pāniculos sua grossitie, neo etiam substātiam cerebri medullarem uiscositate phlegmatis & substantiæ cerebri & uocatur litargia ab obliuione, quę sequitur ad tale apostema, ut colligitur prima tertij. ca. de litargia. Quinto memorandum tremorē esse morbum officialem euenientem propter defectum motiuę uirtutis à motu lacertorum secundum continuitatem comparis grauitati compari in sua motione intromittente motionem uoluntariā. Hęc notificatio sumitur secunda tertij. cap. de tremore. in prin. Et primo dicitur morbus officialis, quia in situ sumendo situm, pro loco. Sumitur tamen aliquando tremor pro accidente pręter naturam, quia est actio læsa. mēbrum enim tremēs mouetur qualiter moueri non debet, quia tremor ut tactum est, & dicitur in commento, causatur per quādam paritatem seu æquipotētiam uirtutis ad grauitatem mēbri. conante enim grauitate moueri deorsum & uirtute sursum mouetur membrum motu composito ex motu sursum & deorsum. Sexto notandum tremorem cōsequi litargiam propter materiam litargię fore multam fore etiam fluxibilem & inconstantem ut currat ad origines neruorum & grauificando membrum aut debilitata uirtute tremat membrum. Septimo notandum, tremorem esse duplicem scilicet uniuersalem & particularem. Causatur uniuersalis communicato nocumento totin uchæ & omnibus originibus neruorum motiuorum. Particularis autem causatur à particulari neruorum motiuorum nocumento. In proposito maxime intelligitur de tremore uniuersali.

Litargia qd.

Tremor est morbus officialis

Tremor duplex

Aphorismus

Aphorismus. 22.

In forti pulsu in uulneribus, hemorrhoagia, malum.

A forti ulcerũ pulsu, sanguinis ꝓfusio, malo est.

A forti in ulceribus pulsu, ꝓfluuiũ sãguinis, malũ.

Expositio Marsilij super Apho.

Postq̃ Hip. in pręcedenti apho. fecit quod est dictũ, nunc docet in forti pulsu uulnerũ per fluxum sanguinis significare. Et uult Hip. conclusionem hanc, Fluxus sanguinis apparens in forti pulsu uulnerum bonus est. Conclusio probatur sic. Illud est bonum in forti pulsu uulnerum per quod remouetur hic pulsus & lesio. sed per fluxum sanguinis remouetur hic pulsus in uulneribus. ergo &c. maior est nota patebit minor. cõclusio in littera tangitur ut est dictum. Primo ad intellectum pręsentis apho. notetur concordia colligenda per iuuamentum fluxus sanguinis ex Auicẽ. quarta tertij. Secundo notetur utilitas est. n. pręsens aphorismus. utilis ad pronosticãdum, ut est tactum. Tertio notetur ampliatio generalis dicendo apho. in utroq; uerificari sexu alia reponenda ut est tactum. Quarto notãdum ꝙ per fortem pulsum intelligere possumus primo fortem pulsationẽ arteriarum in uulneribus contingentem propter caliditatem ebollientis sanguinis. Quinto notandum Hip. hic intelligere non solum uulnera, sed etiam ulcera. Sexto notãdum. Hippo. intelligere per hęmorroagiã fluxum sanguinis immoderatus est malus. Septimo notãdum hanc hęmorroagiam esse bonam per uiam signi ee causę. Per uiam signi significando potentiã uirtutis ad expellendum. Per uiam causę cum sit causa per quam euacuatur materia mala.

Fluxus sanguis in uulneribus canõ pronosticus.
Pulsus fortis quid.
Hęmorroagia quid.

Expositio Marsilij super commẽ. Gal.

In ulceribus. Gal. cõmentando apho. procedit sic. Primo pręmittit modum quo generatur pulsus in uulneribus. Secundo uerificat apho. In prima dicit pulsũ in uulneribus esse ex pessimis apostematibus ꝓpter carnes circundãtes & arterias uix motas & cũ dolore. Cũ ergo dilatatur membrum facit magnum dolorẽ ex sua percussione. arteria autem existente in debita natura bene dilatatur sine impedimento. sed cum nascitur calidũ apostema in membro strictura & dolor faciunt sensationem nociuam ab hominibus uocatã pulsus qui erit pulsus augmentatus. In secunda dicit se monstrauisse in libro de uirtutibus naturalibus uirtutem expulsiuam expellere nociua per egestionem sudorem & fluxum sãguinis in die critica quam cum iuuet naturalis actio mutatur maxime pulsus & cogitur res expellere nociuas, & ideo sequitur fluxus sanguinis.

Aphorismus. 23.

In dolore diuturno circa uentrẽ sanies, malũ.

A uentris dolore diutino, suppuratio, malo est.

A uentris dolore diuturno, suppuratio, malum est.

Expositio Marsilij super Apho.

Postq̃ Hippo. in pręcedenti Apho. fecit quod est dictum. nũc docet significare in dolore diuturno circa uẽtrem per superuentum saniei. Et uult Hippo. hanc conclusionem. Sanies apparens circa uentrem in dolore diuturno est quid malum. Conclusio potest sic deduci. Illud est quid malum quod significat apostemationem stomachi et uehementem putrefactionem, sed sanies est huiusmodi. ergo. maior est nota. patebit minor. Conclusio ut est dictũ in littera ponitur. Ad intellectũ apho. primo notetur concordia quę colligitur. 13. tertij. trac. 4. c. i. de signis apostematum stomachi. Secundo notetur utilitas per apho. intẽtionem colligenda. Tertio notetur ampliatio generalis dicenda ut prius. Notetur etiã specialior ampliatio dicendo non solum uerificari apho. in dolore circa uentrem existente, sed etiam circa partẽ aliam, quia tamen apostema uentris de quo intelligitur in pręsenti erat ualde periculosum, ideo in ipso pręsentẽ protulit apho. Quarto notandum. Dolor quidam dicitur parui temporis cum non significet fixionem & materię permanentiam non significabit apostemationem. Dolor autem multi temporis significat apostemationẽ significando fixionem materię aut est causa apostemationis attrahendo materiã apostemantẽ ad se. Quinto notandum. Hip. intelligere per uentrem stomachum secundum ꝙ sumpsit uentrem Gal. 2. techni illa parte. Ventris cognitiones. Et ꝙ hoc modo sumatur uenter patet per Aui. vbi posita est concordia. Sexto notandum Talẽ saniem esse malam per uiam signi ut est notum significãtem apostemationem & collectionem quę est difficilis curæ in stomacho cõprehenditur autem hic sanies per signa oppropriata posita. decimatertia tertij. vbi dictum est. concordia.

Auicẽ.
Dolor dupl'r.
Vẽter ẽ stomachus. Gal.

Expositio Marsilij super Cõm. Gal.

Siue frigus. Gal. cõmentando apho. non aliud facit nisi ꝙ ponit causam doloris diuturni primo. Secundo infert quomodo ad talem dolorem diuturnũ sequitur apostemano. In prima dicit hũc dolorem diuturnum esse ex frigiditate uel diuersa stomachi complexione seu à grossa uentositate uel ex re acuta pungente. In secunda dicit ꝙ nullo totũ remanente quia frigiditate &c̃. infirmus perfecte euadet. his autem mutatis necessario in apostema uel collectionem necessario sequitur sanies.

Primo circa cõmentum notandũ dolor diuturnus causari potest à frigiditate cũ materia & sine materia. ꝓbabilius tamen à frigiditate cũ materia continue alterante de nouo. Secundo notandum. Per cõplexionem diuersam stomachi intelligit Gal. cõplexionem calidam ac frigidam quę appellatur mala complexio diuersa, cuius aliquid est productum & aliquid diuersum producendum, licet aliquando Gal. sumat malam cõplexionem diuersam pro mala complexione aggregata ex malis & contrarijs cõplexionibus, ut calida & frigida &c̃. vt tangit Gal. secundo de accidenti & morbo. Tertio notandum. A materia acuta pungente potest etiam causari dolor diuturnus ipsa fluente cõtinue. Quarto notandum. Hęc nomina reperiri apostema collectio dubellati, & similia. Collectio autem potest importare adunationem materiæ in loco siue apostemet siue non, unde habens saniem in mediastino pectoris dici potest habere collectionem q̃uis non habeat apostema. Apostema uero importat materiam collectam denotando ibi esse triplicis naturę læsionem ex qua cousurgit unus morbus. dubellati uero importat apostema denotando saniem & dispositionem ad rupturam. Exitura aut quasi ab exeundo dicta importat etiam apostema inclinatum exitui & rupturæ.

Cõpl'o diuersa quid.
Cap̃. 6
Collectio.
Ap̃a.
Dubellati.
Exitura.

Aphorismus. 24.

In colerico secessu dyssenteria, malum.

A deiectione sincera difficultas intestinorũ, malo ẽ. The.

A deiectione sincera difficultas intestinorũ, malum. Leo.

Expositio Marsilij super Apho.

Postq̃ Hippo. fecit quod est dictum, nũc docet significare in fluxu cholerico per dyssinteriam. Et uult Hip. Conclusionem istam. Dyssinteria apparẽs in fluxu cholerico est mala. Conclusio probatur sic. Illud est malũ quod significat excoriationem uehementem à pura materia prouenientẽ. sed dyssinteria proueniẽs i fluxu cholerico est huiusmodi. ergo &c̃. maior est nota. patebit minor. Conclusio in littera ponitur. Primo ad intellectum apho. notetur concordia quæ colligitur sextadecima tertij. cap̃. de fluxu uentris omnium modorum. Secundo cõprehendendatur utilitas per apho. habitam intentionem. Tertio ponatur ampliatio generalis ut prius. Quarto notandum, Hipp. intelligere per secessum

Auicẽ.

Secessus cholericus quid & dysenteria.

cholericū secessum de pura cholerica rubea aut nigra. per dysenteriam intelligimus fluxum cum excoriatione intestinorum. Vltimo notandum dysenteriam esse malam, quia ex quo humor purus est denotatur uehemens dominium & malitia humoris comprehensa per dysenteriam superuenientem.

Expositio Marsilij super Cōmen. Gal.

Egestionis puræ rubeæ aut nigræ significatio. Hippo.

Deiectiones. Gal. præmittit causam dysenteriæ dicens egestionem puram rubeam aut nigram corrumpere intestina & inde fieri dysenteriam &c. Nota circa commentum q egestio pura rubea aut nigra dicitur esse mala significando absolutum dominium caliditatis, ut etiam de uomitu tangitur secundo pronosticorum. commen. 38. illius partis. Laudabilis est uomitus.

Aphorismus. 25.

In ossis fractura desipientia, si in uacuum acceperit.

The. Ab ossis præcisione stupor & delirium incidit, si partem inanem prehendat.

Leo. In ossis præcisione desipientia, si in uacuum appræhenderit.

Expositio Marsilij super Apho.

Postq̄ Hippo. in præcedenti Apho, fecit quod dictum est, nunc iterum docet significare in fractura cranei per desipientiæ apparentiam. Et uult. Hip. cōclusionē hāc. Desipientia apparens in fractura ossis mala est si acceperit in uacuum, Conclusio probatur sic. Illa desipientia est mala quæ significat fracturam ossis propinquare pāniculis cerebri. sed desipientia accipiens in uacuum est huiusmodi. ergo &c. maior est nota. minor sumitur ex commento. Conclusio ponitur in littera. Primo ad intellectum apho. notetur concordia apho. quæ habetur, ut est habita concordia apho. 14. Secundo notetur utilitas per apho. intentionem colligenda. Tertio notetur ampliatio generalis habendam ut prius. Quarto notandum quod licet apho. possit intelligi in fractura alterius ossis hic tamen solum intellexit craneum ut patet per Gal. in commento. Quinto notandum Hippo. intelligere per desipientiam quod est dictum supra. Sexto notandum ly si stare potius causatiue q̄ conditionaliter. ut sit littere sensus si pro quia in uacuum acceperit ut sit sensus q ad fracturam cranei se prope pelliculas perfundantem sequitur desipientia, & tunc erit sensus apho. in ossis fractura desipientia est quid malum si pro quia acceperit in uacuum, quia fractura acceperit & fuerit ad partem uacuam, ut taliter sit fractum craneum q sinē rupeæ pelliculæ cerebre uel saltem multum pressæ. Vltimo notandum hoc esse malum, quia mortale secundū plurimum cum denoteī uehemēs cerebri nocumētum.

Expositio Marsilij super commentum Gal.

Osse quòd. Gal. cōmentando. Apho. duo facit. Primo præmittit apho. verificationem & expositionem. Secundo reprehendit quēdam exponentem apho. In prima dicit Hippo. hic intelligere per os solum craneum capitis non intendentem absolute omnem fracturam, sed intrinsecus perforantem usq; ad uacuitatem circundantem cerebrum, qua sic existente fit desipientia passione propinquante duabus pelliculis & essentiæ cerebri. In secunda facit quod est dictum dicens, se nescire quid coegerit Marinum detruncare dictum Hippo. cum dicens in ossis fractura tacuit desipientiam, deinde sic inchoauerit apho. sequentem. Si in uacuum acceperit in pharmacie potione spasmus mortalis Et dixit Hip. intelligeī spasmum de inanitione, & ideo dixit, si in uacuum acceperit, & bene, quia spasmus de inanitione mortalis, & ideo dixit spasmum esse mortalem de potione pharmaciæ. Errauit ergo falsificando apho. primū cum desipientia sequatur solum fracturam ossis, si us tamen fractura sit in capite siue in membris alijs nemo decipit nisi pertingente percussione usq; ad pelliculas cerebri. Circa apho. notandum ipsum differre à. 14. pro quanto implicat causam, quara desipientia dicitur esse mala, quia denotat fracturam cerebro & pelliculis communicatam, quia acceperit in uacuum uel non inconueniens idem repetere pluries, quia multotiēs cribrat homo unū modium sabuli ut inueniat margaritam. Notandum circa commentum q nunq̄ causatur desipientia nisi qualitercunq; nocumentum cerebro communicetur. cum desipientia sit læsio operationum intrinsecarum sensitiuarū non sequitur tamen desipientia fracturam cranei immediate seu statim nisi pertigerit percussio ad panniculos cerebri, quàm percussionem pertigisse non est aliud q̄ panniculos esse incisos aut saltem uehementer percussos uel extentos seu cōpressos, & ideo cerebro cōmunicato nocumento consequitur desipientia.

Aphorismus. 26.

In pharmaciæ potione spasmus mortalis.

Conuulsio ex medicamenti potione letalis est. The.

Ex medicamenti potione conuulsio letalis est. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Postq̄ Hipp. in præcedenti apho. fecit quod est dictū, nunc docet significare per spasmum sequentem potum medicinæ dicens. Spasmus sequens potionem pharmaciæ, mortalis est. Conclusio probat sic. Ille spasmus est mortalis qui est de inanitione. sed spasmus sequēs &c̄. est huiusmodi ergo &c̄. maior est nota. minor patebit. Conclusio ponitur in aphorismo. Primo ad intellectum apho. notetur concordia quæ habetur in generali. quinte apho. quarto. & secunda tertij. cap̄. de spasmo.

Secundo notetur utilitas per apho. intentionem colligenda. Tertio notetur ampliatio generalis. Quarto notandum Hippo. intelligere per pharmaciam medicinam euacuantem per secessum etiam uomitum. ita ponit in cōmen. Gal. Quinto notandum q spasmus contingere potest ante euacuationem pharmaci, propter ipsius malitiam & uenenositatem aut propter agitationē materierum humoralium de quibus spasmus non intelligitur in præsenti. Potest etiam cōtingere spasmus post euacuationem pharmaciæ, quæ si nō sit confirmatus ut uult Mesue potest recipe curam. confirmatus uero de quo intelligit in præsenti notificatus supra mortalis est.

Pharmacia quid.

Spasmus duplex.

Expositio Marsilij super cō. Gal.

Medicamenti. Gal. cōmentando apho. duo facit. Primo exponit hanc partem pharmaciæ. Secundo uerificat apho. Dicit primo Hippo. absolute ponentem pharmaciam intelligere eam quæ euacuat soluendo uentrem aut prouocando uomitum. Dicit secundo nullum dubitare resoluentem dicta nostra corpore fortiter purgato per pharmaciam spasmum inde secutum mortale esse & pessimum.

Aphorismus. 27.

In dolore forti circa uentrem, frigiditas extremitatum, malum.

In uentris dolore forti, algor partium extremarum, malo est. The.

In forti dolore uentris, partium extremarnm frigiditas, malum. Leo.

Expositio Marsilij super Apho.

Postq̄ Hippo. in præcedenti apho. fecit quod est dictum, nunc docet significare in forti dolore per frigiditatem extremorum. Et uult hanc conclusionem. Frigiditas extremitatum est quid malum in forti dolore uētris. Conclusio probatur sic. Illud est malum in forti dolore uenrris, quod significat apostema uentris aut aliam uehementem læsionem. sed frigiditas extremitatum apparēs in forti dolore est huiusmodi. ergo &c̄. maior est nota minor

ta minor patebit, conclusio ut est dictum in littera ponitur. Primo ad intellectum apho. notetur apho. concordia que colligatur sententialiter. 13. tertij. ca. de doloribus stomachi. Secundo notetur utilitas per apho. intentionem colligenda. Tertio notetur ampliatio generalis ut prius. Notetur etiam specialior ampliatio dicendo q non solum in forti dolore uentris ueritatem cōtinet apho. sed etiam in dolore alterius partis interioris.

Dolor fortis qd. Q uarto notandū. Per foetem dolorem intelligit Hip. ualde intensum sui intensione uirtutem ualde prosternentem. per uentrem autem intelligit quod est dictum supra. per frigiditatem uero extremitatum intelligatur ut est dictum super apho. primo huius. Exponatur etiā malum ut est dictum ibidem.

Expositio Marsilij sup cōmen. Gal.

Fit quidem. Gal. pręsentem commentando aphor. procedit sic. Primo tangit causas frigiditatis extremitatum. Secundo dubio satisfacit. Dicit primo frigiditatē extremitatum sequi magnum apostema uiscerum quæ frigiditas contingit aliquādo propter nimium defectum animæ uel propter materiam frigidam suffocantem calidum naturale, & etiam aliquando apparet angustia stomachi constringens naturam, idest caliditatem naturalem sup. trahendo ab extremitatibus ad locum doloris. portat enim secum sanguinem à tota cute corporis & multum ualde ab extremitatibus manibus & pedibus. Dicit secundo quod dictum est hic, est causa singulorū, quia frigiditas extremitatum consequitur ad prædicta sicut in multis locis dixit idem bis repetendo uniuersaliter, nec mirandum cum possit de una re multa excutere in uno loco. Notat ergo singula in singulis locis sup. repetendo idem. Hic tertio ponitur commentum paruum quod dubium est an fuerit Gal. & dicit q per talem frigiditatem extremitatum significatur forte apostema interiorum ut pectoris uel stomachi ad quod caliditas reuocatur & apostema sup. cum tali frigiditate est pessimum. Circa hunc aphoris. non dubitatur, quia omnia quę tanguntur hic pendent à materia primi aphorismi huius septimæ.

Aphorismus. 28.

In utero habēti tenesmus supueniēs, abortit.

The. Si mulieri uterum gerenti tentia acciderit, abortum patietur.

Leo. Mulieri utero gerenti, si tentio superuenerit, facit aborsum.

Expositio Marsilij super apho.

Postq Hipp. in prehabito apho. fecit quod est dictū, nunc docet pronosticari in pregnante aborsum per tenesmum apparentem. Et uult Hipp. conclusionem hāc. tenesmus superueniens pręgnanti facit abortire pręgnātem. Conclusio probatur sic. Illud facit abortire pręgnātem propter quod comprimitur ualde maxime & commouetur. sed tenesmon est huiusmodi. ergo &c. maior nota est. minor patebit. conclusio ponitur in littera ut est dictum. Primo ad intellectum apho. notetur cōcordia quę habetur. 21. tertij. trac. secundo. cap. de causis aborsus & quinta apho. aphor. 48. Secundo notetur utilitas per apho. intentionem colligenda. Tertio notetur ampliatio dicendo aphor. in muliere cuiuscunq complexionis uerificari posse maxime tamē in exili et macilenta. Q uarto notandum. Aphor. continet ueritatem in quocunq tempore impregnati ōis, maxime tamen in primis et ultimis mensibus. In primis autem propter exilitatem ligamentorum foetus. In ultimis uero propter

Tenesmus qd nimiam aggrauationem foetus. Q uinto notandum q ponitur tenesmus, & per tenesmū habemus intelligere appetitum ad expellendum sine proportionata expulsione appetitus qui tenesmus dicitur passio intestini recti, quia propter punctiones recti intestini contingit iste appetitus ad frequenter ascellandum, quamuis Gal. quinto huius cōmento allegato dicat tenesmon esse passionē colon exponente Thadeo, idest culon, quia est passio recti intestini, cuius extremitas terminatur ad culum, & ideo dicitur bursus culi. Et si queratur hic quid sit tenesmus aut ægritudo &c. possumus dicere q est accidens prǽter naturam, quia appetitus ad expellendum intē sus sequens actionem læsam, quia punctionem & mordicationem intestini. Sexto notandum. Per tenesmum habemus intelligere tenesmum perseuerantem & magnū & consimiliter omnem causam matricis uehementer commotiuam.

Expositio Marsilij super cōmen. Gal.

Circa intestinum. Gal. cōmentando aphor. duo facit. Primo exponit hanc partem tenesmus. Secundo tangit ueritatem apho. Prima in duas. Primo describit tenesmon ratione loci. (Secundo eius exponit multiplicitatem implicite.) secunda ibi (Est autem uerbum.) Dicit primo tenesmum esse passionem recti intestini propter egestionē sanguinis, ppter hoc intestinum uulneratum. Tenesmus du plr.

Dicit secundo hoc nomen tenesmus esse æquiuocum & positum hic abusiue & appropriatiue expressioni uel huic. s. passioni recti intestini. Est autem nomen expressionis, quia sæpe quis fugit ad ascellam & exprimit. & ideo sępefatigatur totum corpus & maxime matrix ppter colligantiā & coniunctionem sui cum intestino. Dicit tertio non esse mirandum, si abortiat mulier ppter tenesmonem cum abortiat à motu leuiori. Notandum circa cōmentum tenesmonem aliquando importare passionem recti intestini, quia ulcerationem illius intestini, quę comprehenditur per sanguineā egestionem ex uulneribus intestinorū contingentē, & ideo est nomen equiuocū, quia aliquando īportat appetitum ad frequenter expellendū, & ideo dicere tenesmonem hanc passionē esse abusiuū est, cum proprie importet illum appetitum ad frequenter expellendum.

Aphorismus. 29.

Quibuscunq os aut carthilago incisum fuerit in corpore, non augetur.

The. Q uodcunq os aut carthilago pręciditur in corpore, non increscit.

Leo. Q uando os, aut carthilago aut neruus abscinditur in corpore, non augetur.

Expositio Marsilij super apho.

Postq Hip. fecit quod est dictum, nunc pmittit quędā membra soluta non posse coniungi uere Et uult Hippo. conclusionem hanc. In quocunq corpore incisa fuerit carthilago aut os uere non continuabitur. Conclusio probatur sic Illa incisa non uere continuantur quæ sunt spermatica pauci caloris naturalis & duræ substantię. sed os & carthilago sunt huiusmodi. ergo &c. maior nota est. patebit minor. cōclusio in littera ponitur ut est dictum. Primo ad intellectum apho notetur concordia, quę habetur quarta quarti. cap primo. & sexta aphor. 19 aphor. Secūdo notetur utilitas per apho. intentionē colligēda. Tertio notetur ampliatio generalis ut prius ac etiam specialis dicendo q non solum in osse & carthilagine contineri ueritatem aphorismus, sed etiam in alijs spermaticis, quia tamen in istis plus continet ueritatem, ideo de ipsis facit precise mentionem. Q uarto notandū. Apho. continere ueritatem de omni carthilagine & osse, incisione tamen existente notabili, & maxime tū cum perditione partis. Vltimo notandum. Coniūctio seu unio est duplex. Q uędam secundum uiam primę intentionis quę non est uera unio, sed est quędā coniunctio per porum sarcoidem circūligantem. De uera coniunctione & unione loquitur apho. Auicē. Coniūctio seu unio est duplex.

Expositio Marsilij super cōmen. Gal.

Et hic aphor. Gal. cōmentando aphor. non aliud facit nisi quia excusat se à commentatione dicti apho. dicto. 8. apho.

cens hunc aphor. contineri in illo aphor. Quandocunq; inciſum fuerit os aut cartilago aut neruus uel maxillæ cenues uel preputium non creſcunt nec conglutinantur. Nō hic ergo expedit repetere expoſitionem cum ſit expoſitus ibi.

Aphoriſmus. 30.

Si ab albo phlegmate habito diarrhœa ſuperuenerit fortis, ſoluit ægritudinem.

Theo. Apituita alba detento ſi alui fluor ſuperuenerit uehemens, ęgritudinem tollit.

Leo. Qui alba pituita detinetur, ſi fortis uentris fluxus ſuperuenerit, à morbo liberatur.

Expoſitio Marſilij ſuper apho.

Poſtq; Hippo. in pręſenti apho. fecit quod eſt dictū, nunc tangit quandam cauſam curatiuā hydropiſis hypoſarchæ. Et uult concluſionem hanc. Fortis fluxus humoralis ſuperueniens hypoſarcho ſoluit hypoſarcha, qa remouet eius cauſam, ſed fluxus uentris eſt huiuſmodi. ergo &c. maior eſt nota. minor patebit concluſio ponitur in littera. Primo ad intellectum apho notetur concordia quæ habetur decimaquarta tertij. tractatu quarto. ca. de cauſis hypoſarchę ibi (Et fluxus quidem &c.) habetur ſecundo quarto breuiarij. ca. 7. de hydropiſi ibi (Et propter iſta Hippo.) Secundo notetur utilitas per apho. intentionem colligenda. Tertio notetur ampliatio generalis ut eſt dictum. Quarto notādum Hippo. per phlegma album intelligere hydropiſim et hypoſarcham quæ eſt cum ſanguine aquoſo & phlegmatico & albo totius colore corporis. & ideo appellant album phlegma quia ab albo phlegmate pendet & ſibi in colore aſſimilatur. Quinto notandum notāter dictum eſſe fortis diarrhœa, quia cum materia hypoſarchę multa proportionatam euacuationem oportuit eſſe multam. (Phl'a album idē qđ hydropiſis et hypoſarcha.) Sexto notandum hanc diarrhœam ſoluentem ęgritudinem eſſe cum conſtantia uirtutis & non propter debilitatem contentiuæ uirtutis, quia fluxus uentris contingens propter debilitatem uirtutis in hydropiſi eſt mortalis. Adquam intentionem loquitur Auicen. decimaquarta tertij. tract. quarto. cap̄. de hydropiſi ad finem. Ex quo euitatur contradictio ad ſenſum dictum inter Auic loco dicto & Hippo.

Expoſitio Marſilij ſuper cōmen. Gal.

Conſueuere. Gal. cōmentando aphor. procedit ſic. Primo exponit hanc partem albo phlegmate. Secundo oſtendit cauſam quare dixerit albū. Dicit primo Hippo. & omnes medicos conſueuiſſe uocare phlegma albū unam ſpeciem hydropiſis noſtro tempore uocatam hypoſarcham. Dicit ſecundo Hippo. dixiſſe phlegma album, quia phlegma aliquando eſt liuidum aliorum humorum cōmixtionibus. omne tamen phlegma naturaliter eſt album. dicendo tamen album ſuum confirmauit naturalem colorē ſicut in libro de concatenatione dixit ſpondiles dorſi non q alibi ſint q̄ in dorſo conſumendo dorſum ut comprehendat etiam collum ſup. & ſic dixit hoc gratia maioris expreſſionis. Vltimo tangit ueritatē apho. dicit ergo q per fortem diarrhœam ſuperuenientem curatur hęc ęgritudo.

Aphoriſmus. 31.

Quibuſcunq; ſpumoſæ ægeſtiones in diarrhœa, his a capite phlegma defluit.

Thet Quibus per alui fluorem deiectiones ſpumant, ijs pituita a capite defluit.

Leo. Quibus in alui profluuijs excremēta ſpumoſa ſunt, his ex capite pituita defluit.

Expoſitio Marſilij ſuper apho.

Poſtq; Hipp. in p̄cedenti apho. fecit quod eſt dictum nunc docet ſignificare per quendam modum egeſtionū ſupra fluxum phlegmatis à capite. Et uult Hippo concluſionem iſtam. Quibuſcunq; corporibus fluunt ſpumoſæ egeſtiones, his defluit phlegma à capite. Cōcluſio probatur ſic. His fluit phlegma a capite in quibus phlegma fluens eſt materia egeſtionū ſpumoſarū. ſed in habentibus egeſtiones ſpumoſas phlegma fluens eſt huiuſmodi. ergo &c. maior nota eſt. patebit minor uerificando apho. concluſio ponitur in littera, ut eſt dictum. Primo ad intellectum apho. notetur concordia colligenda. 17. continentis. cap̄. 3. de egeſtione. Secundo notetur utilitas colligenda per apho intentionem. Tertio notetur ampliatio generalis ipſam ponendo ut pluries dictū eſt. Quarto notandum. Per ſpumoſas egeſtiones intelligit egeſtiones habentes ſpumam albam. quia habentes ſpumā citrinam plus atteſtantur cholę. habentes etiā ſpumā ſatis tenacem phlegmati plus atteſtantē. Quinto notandum, apho. uerificari maxime ſuppoſito q adſit catarrhus quo comprehendimus repletionem cerebri & defluxum à cerebro &c. (Raſis.) (Egeſtio ſpumoſa qd.)

Expoſitio Marſilij ſuper cō. Gal.

Hoc indiſtincte. Gal. cōmentando apho. duo facit. Primo ponit ueram apho. commentationem. Secundo quandam falſam opinionem. Prima in duas. Primo tangit neceſſitatem commentandi apho. Secūdo exequitur intentum. De prima dicit q niſi hic dictus apho. explanetur & determinetur non intelligetur, quia aliquando humores commixti uentoſitati cum ſpumoſa egeſtione deſcendunt à capite ad ſtomachū aliquando ſunt in inteſtinis ſtomacho. Nunc facit quod eſt dictum dicens, & continet partes duas. Primo ponit quoddā. Secūdo tangit cās uentoſitatis has exemplo confirmando. De prima dicit q ſiue ſup. humores ſint in ſtō uel in inteſtinis aut cerebro habet unā cām propriā et unā non propriā. Propria cā eſt, quia groſſa uentoſitate forte mouētes illos humores, illi humores phlegmatici diuidūtur in partes diuerſas, & ſup. hęc cauſa appellatur propria, quia p appropriatos phlegmaticos humóres ſtomacho cerebro aut inteſtinis cauſatur iſta ſpumoſa egeſtio. Nunc facit quod dictum eſt dicens, uentoſitatem moueri per ſuā naturam ac per caliditatem nimiam, quod eſt manifeſtum in his quę apponuntur igni & coquuntur per ignē. quia ipſa ſpumoſantur propter nimiam caliditatem ignis maxime materia exiſtente uiſcoſa, ſicut uidemus in tempeſtate maris uentis ad ſeinuicem collidentibus, & ſupp. ſpumoſantibus aquam ſua agitatione & commotione. Nūc facit quod eſt dictum. Et poſſet diuidi pars in multas partes, ſed gratia breuitatis de parte tota dicit ſic q opinantes egeſtione ſpumoſam eſſe propter deſcenſum phlegmatis ſpumoſi à pulmone ad ſtomachum, dicit Galenus ſe neſcire quomodo intelligant in catarrho, & quare deſcenſus à capite ad pulmonem non exit ſpumoſus niſi ſit de ſubſtantia pulmonis. & ſi aliquando exit ſpumoſus & in pleureſi & perhipleumonia, hoc eſt per caliditatem tempore paſſionis. ſi etiam à capite ad canales pulmonis deſcendat primo & poſtea a cannalibus tranſeat ad ſtomachum & inteſtina nulla uidetur uia tranſitus niſi prima per cordis uentriculum deſcendente materia ad uenam uocatā concauam uel ad gibbū hepatis. Secunda uero uia eſt in interiora eius, deinde in uenas quæ diuiſim ramificantur à porta, & circundant inteſtina, uel deſcendit hęc à uentriculis cordis in maximam uenam, deinde tranſit ad uenas ab hepate diuiſim procedens. Si ergo eſt quomodo remanet tale quod expellitur ſpumoſum mixtum ſanguini per tam longam uiam manans.

Aphoriſmus. 32.

Quibuſcunq; in febribus in urinis crimnoides hypoſtaſes fiunt, longam ægritudinem ſignificant.

Quibus

The. Quibus febricitantibus urinæ sedimentum speciē farinę refert crassioris, longā fore ægritudinē significat.

Leo. Quibuscunq; febricitantibus, in urinis fiunt sedimina, ueluti farina crassior, longam ægritudinem fore significat.

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. sic continuatur ad pręcedentem. Superius Hip. fecit quod est dictum, nūc docet significare lōgitudinem ęgritudinū per quasdam hypostases. Et uult conclusionem istā. Quibuscunq; corporibus eo febribus apparent hypostases crimnoides significāt in urinis longam ęgritudinē. Conclusio probat sic. In illis longa significatur ęgritudo in quibus grossa significatur materia, sed habētes hypostases crimnoides sunt huiusmodi. ergo &c. maior est nota. minor patebit. Cōclusio ut est dictum in lrā ponitur. Primo pro intellectu apho. notetur concordia, quę habetur. 2. continentis. cap. 1. Secundo notetur utilitas per apho. intentionem colligēda. Tertio notetur amplia tio generalis ut multotiens habitū est. Quarto notandū Hip. intelligere per hypostases crimnoides hypostases habentes frustra quędā sicut est grossa farina frumenti, ut patet per Gal. in cōmēto. Quinto notandum φ dictum Hip. continet ueritatem uirtute existente forti, quia uirtute existente debili & materia existente debili cita mors consequitur.

Expositio Marsilij super cōmen. Gal.

Et hic sermo. Pręsens cōmentum diuiditur in tres partes. Primo aphor. experimento confirmat. Secundo Hip. auctoritatibus. Tertio infert quoddā correlarium. Dicit primo uerum esse & experientia probatum φ apparentibus crimnoidibus urinę quę sunt sicut grossa farina frumenti mortale est, & sup. morbus etiam denotatur longus constāte uirtute, cum denoteī grossa materia, per quod supplementū patet ueritas apho. Nunc facit quod est dictum. Et diuidit in quatuor partes secundum numerū quatuor auctoritatū adductarum. Dicit primo. Hip. dixisse in ꝓnosticis φ apparentibus hypostasibus crimnoidibus morbis festinat ante morbum ꝓlongatum potius φ̃ prolongeī mors. Si uero morbi sint salubres prolōgant, quia crudissimi, idest de materia crudissima tarda ad digerendū. ergo &c. Dicit secundo Hipp. subintulisse in epilepsia multos infirmos in quorum morbis apparuit talis urina, & quosdā cito mortuos, & quosdā longo tempore post supple esse mortuos aut saluos. Dicit tertio φ Hip. in prima particula epidemię post notitiā qualitatum trium tēporum morbi dixit hoc φ infirmus nomine Silenus recitauit suam passionem. Et dixit Hip. talem minxisse multā urinam & cito & grossam quę apparuit mota & conturbata & quasi crimnoides habentes albedinem. & habuit extremus extrema frigida, mortuus tandē in undecima. Dicit quarto in tertia particula epidimiæ cū inciperet hanc passionem narrare dixit Hip. infirmo profecto in sollicidia, idest male recto uenit urina diuersa in partibus & simul habentes res minimas suspensas & sup. non stātes in fundo quę erāt quasi crimnoides, cui uenit crisis in. 40. Dicit quinto φ ex istis intelligitur morituros cito mori & euadentes non sanari nisi longo tēpore post, omnes ergo hi in quibus apparet talis urina uel cito moriuntur uel sanantur longo tempore post.

Aphorismus. 33.

Quibuscūq; cholericę hypostases fiūt, superius uero tenues, acutā ægritudinē significant.

The. Quibus sedimen biliosum, desuper tenue est, acutū significat morbum.

Leo. Quibus autem biliosa sedimina supra tenuia, acutū morbum significant.

Expositio Marsilij super apho.

Postφ̃ Hip. in ꝓcedenti apho. fecit quod est dictum, nunc per quasdā hypostases & quandam dispositionem earum docet significare supra acutatem morbi. Et uult Hippo. hanc conclusionem. Quibuscunq; corporibus fiunt cholericę hypostases his denotatur morbus acucus. Conclusio probatur sic. Illis corporibus denotatur morbus acutus in quibus denotatur cholerica materia quæ est materia morbi. sed in habentibus cholericas hypostases hoc denotaī. ergo &c. maior est nota, quia materia cholerica facit morbum acutum. patebit autem minor. conclusio uero ponitur in apho. Primo ad intellectum apho. notetur concordia secunda primi cap. de significationibus sumptis ab hypostasi. Secundo notetur utilitas colligenda per apho. intētionem. Tertio notetur ampliatio generalis ut prius dictum est. Quarto notetur Hippo. intelligere per hypostases cholericas hypostases citrinitas aut rubeas claras attestantes choleræ. Quinto notandum φ hæc litera. superius tenues dupliciter potest itelligi. Vno modo φ hæc litera superius tenues intelligatur de hypostasibus tenuibus. Alio modo φ intelligatur hypostases esse cholericas & substantiam urinę esse tenuem. Quomodocunq; intelligatur ueritatem continet apho nam ex tali tenuitate denotatur pśentia humorum subtilium & non grossorum, & sic breuitas morbi. Sexto notandum, φ per morbum acutum habemus intelligere morbum citæ terminationis siue tamen sit uere acutus, quia cum difficultate accidentium siue non.

Auicē. Hypostasis cholerica quid. Morbus acutus qd.

Expositio Marsilij sup cōmen. Gal.

Bilis quidem. Gal. commentando aphor. duo facit. Primo ponit ueram cōmentationem. Secūdo quorundam falsam expositionem. Prima in tres. Primo tangit causam ueritatis Secundo ponit hanc partem. cholericę. Tertio exponit hanc partem, tenues. Dicit primo quanto plus cholera dominatur tanto magis morbi denotatur acumen. Nunc facit quod est dictum dicens se dixisse in locis multis cū absolute dicatur cholera intelligi rubeam. nam antiqui consueuerunt cum uelint intelligere choleram nigram aut alios humores determinare hoc per colores & proprias qualitates humorum. Nunc facit quod est dictum dicens tenues φ Hippo. dicens urinas tenues intellexit subtiles & aquosas. nam sic consueuit intelligere Hippo. Nunc facit quod est dictum dicens alios opinari Hippo. dicere falsum, cum urina subtilis significet cruditatem & tarditatem morbi dicentem Gal. se nunφ̃ uidisse urinam habentem hypostasim cholericam & aquosam. Et ideo quidam exponunt superius non locum sed tempus, ac si dicat Hippo. Si hypostasis aut si urina superius quia tempore superiori aut anteriori fuerit tenuis &c. & postea dominetur cholera, acumen morbi denotaī. Ioanniculus &c. Nunc ponitur commentatio Ioanniculi dicentis Hippoc. intelligere per urinam tenuem superius formā urinæ. nam possibile est urinam esse tenuem et subtilem superius & hypostasim esse grauem grossam & crudam. hoc confirmat auctoritas Hipp. &c.

Ioāni.

Aphorismus. 34.

Quibuscunφ̃ urinæ distantes fiunt, his in corpore turbatio fit fortis.

The. Quibus urina disiecta est, iis perturbatio uehemens in corpore est.

Leo. Quibuscunq; urinæ distantes sunt, his turbatio fortis in corpore fit.

Expositio Marsilij super apho.

Postφ̃ Hippoc. in præcedenti apho. facit quod est dictum, nunc docet significare & ꝓnosticari supra fortē

turbationem humorum in corpore per quandã distantiam urinarum. Et uult istam conclusionem. Quibuscunq; corporibus fiunt urinæ distantes, his fit in corpore turbatio fortis. Conclusio probaẽ sic. In his fit turbatio fortis in quibus denotaẽ diuersa materia contra quã natura non pugnat. sed in habentibus urinas distantes denotatur diuersa materia &c. ergo maior est no. minor patebit. Conclusio ut est dictum ponitur in littera. Primo pro intellectu apho. notetur concordia, quę habetur secunda primi cap̃. de signis sumptis ex substãtia urinę, si bene inspiciaẽ sententia. Secundo notetur utilitas colligenda per apho. intentionem. Tertio notetur ampliatio generalis dicenda ut prius. Quarto notandũ Hipp. intelligere per urinas distantes urinas abinuicem differentes secundũ subtilitatem & grossitiem in suis partibus. Quinto notandum Hippo. intelligere per fortem turbationem fortem agitationem humorum consequentem pugnam naturæ contra humorem.

Vrina distans quid.
Turbatio fortis qd.

Expositio Marsilij sup cõmen. Gal.

Si uerbum. Gal. exponendo hoc uerbum. distãtes. uerificat apho. dicens q; si intelligamus distantes sup. loco differentes fortificabitur aphorismus, quia nullus est locus in urina uacuus. sed si per distantes intelligamus habentes diuersas partes, bene dictum est turbationem in corpore fieri fortem, quia natura uincente & dominãte fit urina ęqualis in omnibus partibus. repugnante uero causa morbo pars in qua p̃ualuit natura non assimilatur parti in qua põt morbus. Si uero plurimę partes significantes præualitudinem morbi appareant maiores erunt significationes disturbationis.

Aphorismus. 35.

Quibuscunq; in urinis ampullæ supernatant nephreticã significant & lõgã ægritudinẽ fore.

Theo. Quibus urina bullat, ijs fore morbum renalem, & longum significat.

Leo. Quibus in urinis bullę subsistunt, morbum renalẽ, & longum significant.

Expositio Marsilij super apho.

Apho. sic continuatur ad p̃cedentem. Supius Hipp. fecit quod est dictum, nunc docet per quoddã apparens ex urina longam renum significare passionem. Et uult Hip. istam conclusionẽ. Ampullę supernatantes urinis significant longã renum passionem. Conclusio probaẽ sic. Illa significãt longam renum passionem quę uentositatem significant grossam & grossam materiã. sed ampullę sunt huiusmodi. ergo etc. maior est nota. minor patebit. Conclusio tangitur in littera ut est dictum. Primo pro intellectu apho. notetur concordia, quę habetur secunda primi. cap̃. de signis ex spuma. in fine. Secundo notetur utilitas colligenda per apho. intentionẽ. Tertio notetur ampliatio generalis ut prius. Quarto notandum. Per ampullas quę sunt facientes spumam & aliquando non faciẽtes significare possumus ratione quãtitatis ratione caloris & ratione temporis dissolutionis. Primo ratione q̃titatis secundũ q; sunt magnæ uel paruę. Parua enim ampulla maiorem significat grossitiem & uiscositatem. significat enim materiam uentosam impotentiorem ad ampullandũ & fortiter materiam subleuandum. Ecõtra est dicendum de ampulla magna. Ratione uero coloris significatur, qa ampulla alba significat materiam phlegmaticã magis, citrina uero plus attestatur choleræ. Idem rõne dissolutionis, quia quanto ampulla tardius dissoluitur, tanto maior uentositas & grossities denotatur. Frangitur autem ampulla aut propter grauitatem materię aut etiam ꝑpter uentositatẽ descendentem & ingrossatam aut ascendentem & frangentem ampullam. Ad propositũ applicando per ampullas intelligamus paruas ampullas albas. Quinto notandũ notãter esse dictum supernatare. non quia de rõne ampullę non sit superesse urinę, sed dictum est ad denotandũ separationem ampullę à substantia urinę ut denotetur ampulla decidi à parte satis propinqua ex quo denotetur passio renum. Sexto notandum. Passio nephretica denotata potest esse mala complexio frigida pendens à materia frigida. Septimo notandum. Denotatur longa ęgritudo uirtute constante, quia denotaẽ materia grossa frigida, ut est tactum &c.

Auicẽ.
Ampulla dupliciter.
Nephretica passio.

Expositio Marsilij super cõmen. Gal.

Bullę fiunt. Pręsens cõmentum diuiditur in partes duas. Primo ponit ueram cõmentationem. Secũdo quorundã expõnẽ. Prima ĩ duas. Primo notificat nobis ampullas rõne materię. Secundo tangit aphor. ueritatem.

Primo dicit q; ampullę sunt ex humiditate cũ grossa uentositate maxime humiditate existente uiscosa. Dicit secũdo, ideo consequiẽ frigidum morbum in rebus, qa de frigida materia in qua adunaẽ uẽtositas grossa, et ita sigñatur lõgitudo morbi, quia oĩs morbus frigidus difficilius digeriẽ. Dicit tertio q; alij opinanẽ urinã acutam sua acuitate aperiri orificia arteriarũ renum & ĩde parte spiritus exeunte per eam fit ampulla.

Aphorismus. 36.

Quibuscunq; pinguis hypostasis & conglobata, his nephreticam, & acutam ægritudinem fore significatur.

Quibus sedimen pingue congestumq; est, ijs renale uitium acutum significatur. The.

Quibus insidens pingue ac simul totum, his renum uitium acutum significatur. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. sic continuatur ad p̃cedentem. Superius Hip. fecit quod dictũ est, nunc nobis per quoddã signum notificat breuem renum passionem & acutã. Et uult istã conc̃onem. Pinguis hypostasis & globosa significat acutã passionem reniũ. Conclusio ꝓbatur sic. quod sigñat uehementẽ caliditatem renum, sigñat &c. sed hypostasis globosa & pinguis est hmõi igiẽ. maior propõ pro tanto est nota, quia natura non sustinet tempore longo fortẽ morbum, ut patet quinto huius cõmẽ. 6. Quicunq; a tetano &c. minor patebit. Conclusio ponitur in lr̃a ut est dictum, nephreticum .i. renum. Primo pro intellectu apho. est notanda concordia, quę habetur secũda primi. cap̃. de signis sumptis ex hypostasi. Auicẽ.

Secundo noteẽ utilitas per apho. intentionẽ colligẽda. Tertio notetur ampliatio generalis. Quarto notãdũ. Per pinguem hypostasim Hipp. intelligere unctuosam admodum olei. Quinto notandũ, q; cum hypostasis sumatur aliquando proprie pro hypostasi stante in fundo &c. ut patet per suã deriuationem, aliquãdo uero cõmuniter importando hypostasim improprie sumptã & stantem in supremo quæ appellatur nephelis uel nebula, & stantem in medio quę appellatur eneotima, hic sumitur hypostasis cõmuniter. Sexto notandũ. Globosum ut sumitur ex cõmento potest sumi pro glomerato siue adunato in partibus, sic dicimus globum a mulieribus filo cumulatum. Secundo aliquid dr̃ globosum ut cito factum ut pars cito consequatur partem ac si parti accumuletur. Quocunq; pars exponatur est uera nã si passio est in renibus cum sint propinqui uijs urinę cito euacuatur & apparet talis hypostasis, similiter apparet magis globosa & separata ab urina cum ueniat a parte propinqua. Septimo notandũ Aegritudo acuta quę significaẽ est mala cõplexio calida pendens à materia calida, cuius est dissoluere uentositatem rerum & cõtinet apho. ueritatem ubi perseueret hęc hypostasis. Octauo notandum, hanc hypostasim apparere aliquando ad modum notantis tabis, aliquando uero ad modum oculorum aut guttarum grossatum olei & hoc secundum grossitiem & tenuitatem pinguedinis.

Hypostasis pinguis qd.
Hypostasis tripl̃r.
Nephele.
Eneorima.
Globosum dupl̃r.
Globũ

Expositio

Expositio Marsilij super Cōmen. Gal.

Sicut alui. Cōmentum presens diuiditur in duas partes. Primo cōmentatur apho. Secundo tangit quandam scripturæ diuersitatem. Prima in duas. Primo exponit istam partem, pinguis. Secundo istam partem, globosa. Dicit primo q egestio uel urina pinguis qñcunq; appa ret significat dissolutionem nō magis tamen in renibus q̃ toto corpore non ergo per talem pinguedinem significatur solus morbus renū sed potius dissolutio pinguedinis in toto sup. indifferenter, quę pinguedo dissoluitur per caliditatem igneam hoc est ualde intensam, quę dissolutio potest dupl'r intelligi, quia potest esse passio in renibus uel toto, uel non denotat specialis passio, sed acuitas passionis. Aliter tamen à quibusdam expositoribus exponit apho. qui loco nephresis posuerunt frenesis cū talis dissolutio non significet absolute phrenesim licet si gnificet nimiam incensionem nā est signum uniuersale omnium febrium dissoluentiū corpus. Dicit secundo q hoc quod est globosum intelligi pōt adunatum uel subito apparens. nam illa sunt globata quæ sunt iuncta ut cumulus. nam proprie globus est dum filum filo cumulatur à mulieribus, globatum ergo contrarium est distanti, & ita exposuerunt expositores antiquiores usq; ad nostrū tempus. Dicit uerò Gal. se per globosum intelligere cito apparens significans proprie dissolutionem pinguedinis renum, quia pinguedo consumpta in toto non uenit subito ad urinam, immo paulatine uadēs primo ad membra propinquiora illis, & ita de membro in membrum usquequo ueniat ad renes, sed pinguedo dissoluta à renibus uenit subito & adunata, ut experimenta testantur. Dicit ultimo Gal. hunc aphoris. inueniri diuersum in libris. Quidam enim habent sic. Quibuscūq; uenit inferius pinguedo hypostasis. Alij habent. superius quibus assentio quia omnis pinguedo solet natare superius & non descendere.

Globa tū qd, & globus.

Aphorismus. 37.

Quibuscunq; nephreticis existentibus, predicta signa accidunt, & dolores acuti circa musculos spinales fiunt, siquidem circa extrinsecos locos fuerint, apostema futurum excepta extrinsecus. Si uero dolores magis circa interiores locos, apostema futurū expecta magis intus.

The. Quibus igitur uicio renali detentis, prędicta accidūt signa, eos, dolores circa musculos spinæ fatigant, qui si locis exterioribus accidunt, abscessus quoq; futuros eodem expectato. Sed si interioribus magis laboratur, intus quoq; fore expecta.

Leo. Quibus autem morbo renali laborantibus, prędicta accidunt signa, doloresq; circa spinæ musculos fiunt, siquidem circa loca exteriora fiant abscessus quoq; exterius futuros expecta. Si uero dolores magis circa loca interiora fiant, etiā abscessus expecta futuros interius.

Expositio Iacobi.

Presens apho. sic continuat ad precedētem. Superius Hippo. fecit quod est dictū, nunc docet significare supra apostema renum. Et diuidit in duas. Primo docet significare supra apostemate partium quorundā exteriorum circa renes existentiū. Secundo magis existentium intrinsecus. secunda ibi (Si uero dolores &c.) In prima uult istā conclusionē. Dolores acuti apparentes circa musculos exteriores spinę significant in patientibus in renibus apostema extrinsecus esse uenturū. Cōclusio probatur sic. Illud significat apostema &c. quod significat materiam ibi colligi & adunari. & isti dolores sunt huiusmodi. ergo &c. maior est nota. minor patebit. Conclusio in littera ponitur ut est notum. In parte secunda uult istā conclusionem. Dolores acuti apparentes circa musculos intrinsecos significant apostema intrinsecus fore uenturū. Cōclusio probatur quia illud significat apostema ibi uenturum, quod significat materiā ibidem colligi & adunari. sed dolor actus est huiusmodi. ergo &c. maior est nota. Primo pro intellectu apho. notetur apho. con cordia, quę habetur secunda primi in sententia. cap. de causis apostematū. ibi. (Quem dolor.) Secundo notetur utilitas & ampliatio generalis secundū modos phabitos. Tertio notan. Hippo. intelligere per signa prędicta, signa posita in phabitis aphos significantia passiones renum, quorum cum quędam significent morbum calidum, quędā frigidum, quędam grossam materiā etc. non sunt intelligenda apparere simul, sed successiue. de musculis uero dicam post.

Auice.

Expositio Marsilij sup cōmen. Gal.

In prioribus. Presens cōmentum diuiditur in partes tres: Primo ponit cōparationem huius ad phabitos. Secundo ponit quandam musculorum notitiam. Tertio tangit aliqualem defectum Hip. siue eius generalem & non spālem significationem. Dicit primo Hipp. in duobus pcedentibus apho monstrauisse quomodo comprehendantur passiones renum. hic autem ostendit renibus diu patientibus signis prędictis apparentibus per dolores musculorū spondilium significare apostema uenturum. Dicit secundo q horum musculorū unus est subcutaneus circundans ambo latera totius dorsi. Alter ue ro non est extensus intus per totum dorsum, sed solū per inferiores spondiles, quorum musculorum quicunq; patiatur expectatur apostema. Dicit tertio Hip. non mo strauisse si apostema sit uenturum in renibus uel lacertis, uel utrisq;. Experimētum autem ostendit hoc q apostema potest esse in solis lacertis uel renibus, quo existente aliquando tendit sup. apostema uel dolor ad interiora, & aliquando ad exteriora.

Musculus duplex.

Aphorismus. 38.

Quicunq; sanguinē uomunt, siquidem sine febribus, salutare, si uero ex febre, perniciosum. Curatur uero stypticis & infrigidantibus.

Vomitio sanguinis sine febri, salutaris est, cum febri malo est. Curandum acerbis & refrigerantibus. The.

Quicunq; euomunt sanguinem, si sine febre quidē, salutare, si uero cum febre, malum. Curare uero acerbis, & refrigerantibus. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Presens apho. sic continuat ad pcedentem. Superius Hip. fecit quod est dictum, nunc tāgit uomitum sanguinis salubrem & pniciosum. Et duo facit. Primo tangit salubrē sanguinis uomitū. Secundo pniciosum. secunda ibi. (Si uero ex febre.) Prima i duas. Primo facit qd' dictū est. Secundo tāgit unum canonem in cura dicti uomitus attendendum. secunda ibi (Curat uero.) Primo uult conclonem istā. Vomere sanguinē sine febre salutare est oībus uomētibus sanguinē. Cōclusio probatur sic. Illud est salutare quod significat corporis mundificationem, sed uomere sanguinem sine febre est hmōi. ergo &c. maior nota est minor patebit cōclusio in lrā ponitur ut est dictū. Secundo facit quod est dictū dicens nos curare hūc uomitū per styptica & infrigidātia. Tertio facit quod est dictū. Et uult istā conclonē. Si uomitus sanguinis sit ex febre est mortalis. Cōclusio pbatur sic. Ille uomitus est mortalis q signat magnū apā apertū ante maturitatē aut corrosionē & stōi fistulationē, sed uomitus sanguinis ex feb. est hmōi. igitur &c. maior est nota. minor patebit. Conclo ut dictū est in lrā ponitur. Primo pro intellectu apho. notādū est cū cordia, quę habetur. 13 tertij. tract. 5. cap. de uomitu sanguinis ibi. (Et omnis uomitus sanguinis.) Secundo notetur utilitas per apho intentionem colligendam. Tertio notet ampliatio generalis ut dictū est multotiēs. Quarto notandum, ut sumit ex cōmento q uomitus sangui-

Auicē.

Vomitus sanguinis duplex. nis significat expulsionē sanguis a meri aut stomacho. Quinto notandum q̄ talis uomitus dicitur salutaris, quia aptus esse salubris, licet aliquādo possit esse malus ut superfluens. Est aūt salutaris, quia aliquādo generas nimium de sanguine, propter nimiā comestionem & potum, aliquādo membrum mutilatū est. ideo ubi hepar membrum nutriendo sanguinem transmittebat, nūc ipsum transmittit ad stomachum, aut etiā hemorrhoides retentæ sunt siue fluxus hæmoroidales, aut etiā in muliere menstrua sunt retenta, & tunc etiā regurgitante sanguine ad stomachum causaē uomitus sanguinis, cui

Vomitus sanguinis canon curatiuus. cum non cōiungatur feb. sed alleuiatio cōsequēter hoc est salutare, quia tamen contingēs est aliqñ hunc uomitum esse superfluentē, ideo expressit Hip. canonem curatiuum quia approximentur styptica & infrigidantia exterius faciendo inunctionē ac etiam interius exhibē do potum, quæ frigida stypticantia ac styptica infrigidantia colligantur. 13. tertij. tract. alleg. cap. de cura uomitus sanguinis. Quando uero ex feb. fit mortalis, dicam in suo dubio.

Expositio Marsilij super Cōmen. Gal.

Quę uomimus. Præsens cōmentum diuidit in tres partes. Primo pręmittit à qua parte ueniat sanguis per uomitum expulsus. Secūdo quorundā expositorum remouet cōmentationem. Tertio tangit apho. uerificationem. Dicit primo uomentes sanguinē sine dubio emittere sanguinē à meri aut stomacho. nam sanguis ueniēs à pulmone et suis cānalibus non appellatur uomitus, sed sputum cum tussi. Dicit secundo q̄ quidam expositores opinātur Hip. intendere sanguinē exeuntem a pulmone et suis cānalibus quorum intellectus falsus est, q̄a sanguis exiens a pulmone cum sputo &c. sine febre non est salubris, licet hanc passionem sputi sanguinis elongatam necio sequatur febris. dicens ergo Hip. uomitum, significauit certam rem pulsam à stomacho aut meri cuius est nomen s. uomitus. Dicit tertio q̄ quomodo intelligatur hunc uomitum sanguinis esse salubrē, uel nō cōprehenditur ex qualitatibus infirmi, si februerit aut non, nā non febriente ipso locus in quo exit sanguis non habet apa sed uenę sunt apertę sine apostemate, uel uulnus est quod cito sanabitur per stiptica. sed si uomitus sit cum febre & magno apostemate, & per consequens erit hoc incurabile aut mortale supple cito.

Aphorismus. 39.

Catarri in superiori uentre, in saniem conuertuntur in uiginti diebus.

Theo. Destillationes in uentrem superiorem, suppurantur intra dies uiginti.

Leo. Distillationes in uentrem superiorem, suppurantur intra uiginti dies.

Expositio Marsilij super Apho.

Præsens apho. sic continuatur ad pcedentem. Supius Hip. fecit quod est dictum, nunc tangit terminum trāsmutationis catarrhorum in saniem in pectore. Et uult istā conclusionē. Catarrhi in uētre superiori, quia in pectore in saniem conuertuntur in. 20. diebus. Conclusio sic arguitur. Illa transmutatio fit in uiginti diebus quę tenet medium inter acutā transmutationem & chronicam. sed transmutatio catarrhorum in saniem tenet medium inter acutam transmutationē & chronicam. ergo &c. maior ut probabilis patet, quia dies uigesima est dies critica tenens medium inter quadragesimā & terminum acutorum morborū. patebit tn̄ notādo minor. Conclusio in littera ponitur ut est dictum. Primo pro

Auicē. intellectu apho. notetur cō cordia, quę habetur. 10. tertij trac. 4 de pure & sanie in prin. ibi(Ex quibus currit sanies &c.) Secundo notetur utilitas per aphor. intentionem colligēda. Tertio notetur generalis ampliatio, ut dictum est, dicendo tū apho. uerificari potissimū in calidis & robustis natura, & uiris in dicto tēpore catarrhum saniare potentibus. Quarto notādū catarrhum

Catarrhus dr̄ tripl̄r. multipl̄r sumi. Cōtter enim pro omni defluxu de parte ad partem, ut patet secunda primi. cap. de morbis compositis. Secundo sumitur catarrhus pro defluxu humiditatum à cerebro ad quācunq; partem indifferenter, & isto modo catarrhus diuiditur in branchum & coriçam & uerum catarrhū, & branchus proprie sumptus sit catarrho decurrente ad fauces, coriça uero ad nares. Tertio sumitur catarrhus pro defluxu humiditatū ad partes pectorales à cerebro defluentiū & sic sumitur hic catarrhus. Quinto notandum, uentrē diuidi in uentrē

Venter duplex superiorem & inferiorē. Per inferiorē intelligendo uentrem cōtētiuum nutrimē torū, qui situaliter & uia ignobilitatis inferior ē. Et per uētrem superiorē spiritualium contentiuū qui appellaē superior ratione situs & nobilitatis. Sexto notandum, per saniem Hip. intellige remaxime saniem bonā & laudabilem. Septimo notandum, qua dicitur cōuertuntur. i. transmutātur siue habent transmutati esse. uel conuertuntur. i. saniantur uel saniantur, ut expellantur in uiginti diebus, expulsionem dicamus esse creticā in. 20. die. Octauo notandum. Cum catarrhi sint de materia phlegmatica secundum plurimū de se longo tempore digeruntur. contenti tamen in loco calido quia pectore, non ex toto faciunt longum morbum sed digestionē suam tardant tēpore medio & expulsionē in die critica, quia uigesima. Nono notandum q̄ dictum Hip. continet ueritatē secundum plurimū, quia non est incōueniens pter multam quantitatem catarrhi & uirtutis debilitatem hanc saniationem tardari peramplius. Decimo notandū nō esse intentionem Hip. q̄ omnes catarrhi isto modo terminētur cum insensibiliter absq; possunt uel mō alio, sed uult catarrhos transmutabiles in saniem hoc termino transmutari, ut dictum est.

Expositio Marsilij super Cōmen. Gal.

Ventrem superiorē. Commentum p̄sens diuiditur in duas. Primo exponit partem istā. uentrem superiorem. Secundo uerificat apho. Dicit primo Hip. intelligere per uentrem superiorem concauitatem pectoris circundantem pulmonem. Dicit secundo si catarrhi descē

Gal. dant à capite ad cānales pulmonis, primo patitur & sequitur sanies in die. 20. & non. 21. nam alibi in uentum est uigesimā diem secundū Hip. esse criticam & non uigesimamprimam, sicut ostendit Gal. in lib. criticorū.

Aphorismus. 40.

Si sanguinem & trumbos mingat, & stranguriam habet, & dolor incidit in peritoneon, & sub uentrem & pectinem, ea quæ circa uesicam sunt ægrotare significant.

The. Si quis sanguinem mingit & grūmos, atq; urinę stillicidio affligitur, & dolore femorum uentris imi pectinisq; infestaē, morbū circa uesicā esse significatur.

Leo. Si quis sanguinem minxerit, & grummos, & stillicidio urinę laboret, & dolor inciderit in fęmur, et imum, uentrem pectinemq;, quę circa uesicam, male se habere significatur.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. habitus est in quarto huius & expositus. et hic explicabit sola cōclusio sine notabilibus. uult ergo Hip. istā conclusionem. Si aliquis mingat sanguinem & trumbos &c. significatur uesicā ęgrotare. Cōclusio sic persuadet. Illi tunc significatur uesicā ægrotare quando cōprehenditur uesicam dolere et materiam in uesicam contentam esse & ulcera. Sed qñ aliquis mingit saniem & trombos & cę talia denotārur. ergo &c. maior est nota & superius patuit minor. Cōclusio ponitur in littera ut est dictum &c.

Expositio Marsilij super cō. Gal.

In omnibus. Præsens cōmentū nihil aliud facit nisi quia

quia dicit hunc apho. superius explanari & in multis libris non haberi dicens sic. q iste apho. non inuenitur in multis lib. expositus tñ est per Gal. 4. huius apho. 80. dum dicitur. si sanguinem mingunt, & trumbos.

Aphorismus. 41.

Si lingua intemperata repente fiat, aut apopleticum aliquid corporis, uel melancholicum huiusmodi efficit.

The. Si lingua subito incontinens facta est, aut pars aliqua corporis stupore elanguit, uicium hoc esse atræ bilis certum est.

Leo. Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melancholicum.

Expositio Marsilij super apho.

Presens apho. sic continuat ad precedentem. Superius Hip. fecit quod dictū est, nunc docet significare sup passionem melancholicā per quędam signa. Et uult istā cōclusionem. Si lingua fiat subito intemperata aut aliquid corporis appoplecticū tale corpus est melācholicū. Probatur sic. illud corpus est melancholicū in quo apparēt accidentia. ergo &c. maior est nota. minor patebit. Conclusio ut dictum est in līa ponitur. Primo pro intellectu apho. notetur cōcordia colligenda primo breuiarij. cap. 22. ibi (Significationes uero harū.) Secundo notetur utilitas & ampliatio generalis, ut prius. Tertio noterur linguā esse intemperatā est linguam esse ęgram & impotentem ad producendas operationes ꝓprias, & maxime locutionē per quam homo maxime separatur ab alijs animalibus, dicente Q uintiliano de institutione oratoria Et hercle deus ille parens princepsq; rerum fabricatorq; mundi nullo magis hoiem separauit à cæteris quæ quidē sunt mortalia animalibus, q̃ facultate dicendi. Q; uero ęgrum appelleē intemperatū, colligitur primo de accidēti, & morbo. ca. 1. ad principiū. Q uarto notandū notanter esse dictum repente ad denotandū intensionē malitię morbi ad quam repente consequitur intemperies. Q uinto notandū. Per appoplecticū intelligit illud in quo sensus aufert & motus. Sexto notādum. Hęc signa non adęquate significane passionē melancholicā. & est notum, cum hoc accidere possit à materia phlegmatica, tñ hęc cōicari possunt & sequi ad passionem melancholicā nam existēte graui apostemate in cerebro et existente ibi multa materia melancholica per congelationē fit lingua intemperata, ac etiā aliquod corpus appoplecticū facta opplatione per talem materiam, ac etiam propter nimiam frigiditatem materię hęc consequuntur, uel etiam multa existente materia melancholica propter tumorē lingua balbutit & intemperate operatur. Item etiā fit tāta spirituum retractio, ut membra quędam saltem extrema sensu priuentur & motu.

Sera. Ligua ītēperata qd. Q uint. Gal. Appoplecticū qd.

Expositio Marsilij sup cōmen. Gal.

Incontinentem. Cōmentū pręsent diuiditur in tres. Primo exponit istam partē. intemperamentū. Secundo istā. appoplecticū. Tertio istā partem. repente. Dicit primo linguæ intemperamentū esse cum lingua nō potest rectum formare sermonē secōdum debitum uel cū totam uirtutem loquendi amiserit, ut se mouere nō possit. Dicit secundo se intelligere per aliquid appoplecticum illud in quo ablatus est sensus & motus. Dicit tamen se nescire, quare per hæc accidentia dicat sequi melancholiā, cum alibi monstrauerit accidentia passionis melancholicę. in nullo aūt loco monstrauit ista, nec aliquis antiquorū. Dicit tertio per repente intendere Hippo. molestiam propter graue apostema, & non de facili remoueri intemperamentum complexionis &c.

Aphorismus. 42.

Si super purgato seniori singultus superueniat, non bonum.

Si natu maioribus per purgationes singultus superuenit, non bono est. The.

Si senioribus supra modum purgatis, singultus superuenerit, non bonum. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Apho presens cōtinuatur ad pcedentes sic. Superius Hip. fecit quod dictum est, nunc docet significare p singultum in corpore purgato seniori apparentē. Et uult istam conclusionē. Singultus superueniens purgato nō est bonus. Cōclusio probaē sic. Ille singultus non est bonus qui consequitur uehementē exiccationem cum magna debilitate uirtutis, sed talis singultus est huiusmodi ergo &c maior est nota. minor patebit. Cōclusio in līa ponitur, ut dictum est. Primo pro intellectu apho. notetur concordia quę colligitur quinto huius apho. 4. Spasmus & singultus &c habetur & in Mesue de consolatione medicinarū intentione quarta. cap. 7. Secundo notetur utilitas et ampliatio generalis ut prius. Tertio notandū, notanter esse dictum super purgato ad denotādum hunc singultū propter nimiam purgationem prouenire & inanitionē uel factam per artem, siue per naturam itiolatā & synthomatice operantem. nam singultus pōt preuenire purgationem multis ex causis, de quo non intelligitur hic. Q uarto notādum, notanter esse dictum seniori intelligendo primum senem qui dicitur senior respectu iuuenis. uel intelligēdo decrepitum qui appellatur uere senior. nam singultus in tali corpore ætatiue debiliori dicitur esse peior. Q uinto notandū talem singultū esse malum per uiam signi, qa mortalem significando ultimatā inanitionē, ut est tactum.

Mesue

Expositio Marsilij sup cōmen. Gal.

Communis. Cōmentum pręsent diuiditur in duas. Primo amplificat apho. Secūdo uerificat ipsum quo ad hanc partem. senior. Primo dicit spasmum & singultum uniuersale esse malos ubicunq; superfluat euacuatio per secessum aut uomitum. Dicit secundo q; propter defectum ętatis illaudabile est in senioribus, scilicet singultus.

Aphorismus. 43.

Si febris non a colera habeatur, aqua multa calida infusa in capite, solutio fit febris.

Si febris ortum non ex bile trahit, calidę copia capiti affusa tollit febrem. The.

Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti superinfusa, solutio fit febris. Leo.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. sic continuatur ad precedentem. Superius Hippo. fecit quod dictum est, nunc ponit quoddam remedium in cura feb. non humoralis. Et uult istā conclusionem Aqua multum calida infusa capiti soluitur feb. non humoralis. Conclusio probatur sic. illo soluitur febris non humoralis, per quod remouetur caliditas pręter naturam, sed hoc est per aquam calidam. ergo &c maior nota. minor patebit. Conclusio ut dictum est in littera ponitur. Primo pro intellectu apho. notetur cōcordia, quæ habetur prima quarti. de cura ephimerarum & cura heticarum, & sumitur etiam. 17. cōtinentis. Secūdo notetur utilitas & ampliatio ut prius. Tertio noterur Hippo. intelligere per choleram quēcunq; humorem sicut etiam secundo huius aphor. 15. ubi fauces ęgrotant, Q uarto notandum ipsum intelligere per aquam calidam aquam dulcem calidam actu licet frigidam potentia, cuius non est intendere, sed remittere feb. quę notanter debet esse multa ut possit remouere feb. Q uinto notandum per caput Hippo. intelligere etiam alias partes corporis per principale dans intelligere etiam alias partes corporis. Sexto notandū hęc infusio potest fieri per modum embrocę uel qualiscūq; alterius approximationis aquę ad partes.

Auicē. Gale.

Chola est quicūq; humor. Aqua dupl'r.

Expofitio Marfilĳ fuper Cōmen. Gal.

Ex hoc fermone. Cōmentū prǫfens diuidit in duas partes. Primo ponit ueram apho. cōmentationem. Secū do quorundam falfam expōnem. Prima in duas. Primo premittit feb. quibus competit infufio aquæ calidǫ. Secundo in quibus non cōpetit. Dicit primo Hippo. innuere nobis non oēm feb. fieri de cholera. omnis tamen non facta à cholera curaŕ per multam aquā infufam capiti. Et filr dictū eft de epilepfia de quodā uocato Meli tore qui liberatus eft à febribus infufa multa aqua capiti, quia feb. de caliditate folis uel frigiditate & de labore uel oppilatione pororū conftrictione pororū aqua calida infufa confert intendendo per eam exhalationē caloris febrilis & diffolutionē. Dicit fecundo ꝙ fi fit apoftema cum feb. non confert, fi etiam fit putredo humorū, nifi primo nocentes humores euacuētur. Et dicit ꝙ apoftemata quæ funt cum feb. cōfueuerunt antiqui uocare pleurefim perypleumoniā paffionem hepaticā & fpleneticam, & feb. confequētem ifta appellāt accidentalem et non fubftantualē. Dicit ulterius ꝙ dicentes aliquē febrire non habentē apoftema intelligūt iftum febrire propter cām exteriorē dictam. Et fi febriat caufa interiori effe propter putredinē humorum intra uafa. Dicit ulterius ꝙ eft una febris nominata Hepialon in qua fentiuntur calor & frigus in eodem loco. Item eft alia dicta lypyria & lipodis & elodis & typhodis. Febris uero limodis facit corpus interius calidiffimū & exterius frigidiffimum eft cum nimia humiditate. Limodis per Galenū nominatur peftilentialis. Eft etiā alia febris caufon quæ dicta eft incenfio. Nullus tñ antiquorum nominauit febrem perhipleumonicā uel hepaticam. Hip. tñ hic intendit de febribus fine apoftemate. Nunc facit quod eft dictum dicens in multis libris inueniri ubi habemus aqua fudor, ac fi dicatur &c. & fic exponentes intelligunt effluere fudorē non à folo capite, imo à toto corpore, dicentes Hip. intelligere per membrū principale totū corpus, fed dixit Gal. fi hoc effet uerū febrē à cholera procedentem non iuuaret fudor, fed uidemus multas febres choleræ curari cum fudoribus. ergo priorum ponentiū f. aqua multa infufa intentio multo melior.

Aphorifmus 44

Mulier utrafq; dextras habens, non fit.

Theo. Mulier ambidextra, nequaq; efficitur.

Leo. Mulier ambidextra non fit.

Expofitio Marfilĳ fuper apho.

Apho. prǫfens continuatur fic ad prǫcedentē. Superius Hipp. facit quod dictum eft, nunc innuit quandam drīam inter fexum mafculinū et fœmininū. Et uult iftā conclufionē. Mulier non fit ambidextra. Cōclufio probatur fic. Illius fexus animal non fit ambidextrū quod fexualiter eft naturę debilis, fed mulier fexualiter eft naturæ debilis. ergo &c. maior eft nota, quia ambidextrū fupponit uirtutis motiuǫ potentiā. minor propofitio colligitur ex cōmento. Conclufio in lrā tangitur ut dictū eft. Primo pro intellectu apho. notetur concordia, qa licet litteraliter non ponatur, fumitur tñ caufa apho. 5. apho. 37. mulieri in utero habenti, &c. 41. mulier fi cōcepit mafculū &c. Secūdo notetur utilitas. cōprehendimus enim ex hoc debilitatem uirtutū mulierum, ex quo ē r comprehendendū eft non ita fortes pharmacias, & alia fortia poffe mulieribus exhiberi. Tertio notetur ampliatio generalis, dicendo hoc cōmuniter in fexu muliebri cōtinere ueritatē, licet et fi non fit uifa mulier ambidextra non fit impoffibile aliquā unam talem exiftere, ficut dato ꝙ uir fexualiter fit muliere calidior, nō eft inconueniens tñ aliquem frigidiorē exiftere, & aliquē muliere in moribus fore muliebriorē, ficut ueftientes & calciantes mulieres. Quarto notandū ꝙ manus dextra ideo dextra appellatur quafi cōmoda & apta ad producendas opōnes in quas manus principaliter ordinatur cum plus uigoris requiraŕ ad has operationes producendas, ideo hanc partē docet cōmuniter effe uigorofiorem. Similiter fi ambæ manus fint dextræ comprehendet manuum commoditas & fortitudo. cū ergo mulier fexualiter fit debilis, fit etiam multæ humiditatis, ideo ambidextra non fit.

Dextra quid.

Expofitio Marfilĳ fuper Cōmen. Gal.

Ambidexterum. Cōmentum pſens diuidiŕ in duas. Primo exponit apho. Secūdo tangit opiniones exponentium. Dicit primo multos mafculos ambabus manibus operari ac fi dextræ fint, fuo tñ tempore non audiuit mulierem hoc facere propter defectum fuæ naturǫ. mafculi uero hoc pñt fortitudine neruorū & lacertorum. mulieribus uero pars dextra eft temperatǫ fortitudinis, quia fup. nō ualde fortis nec ex toto debilis, adhuc hoc modo temperatior eft finiftra. Et dicit Hip. affirmare debere intendi id eft fortificari dextras mulierū fclauarum accipiendo plus cibi ut confortentur, quia in taligente dextrǫ naturaliter funt debiles. Nūc facit quod dictum eft. Et duo facit fecundū numerum duarū expofitionum. Primo dicit alios loco ambarū dextrarum habere dextrā uuluǫ, dicentes Hippo. intendere mulieres non fǫcundare in parte dextra, & ideo fup. non fiunt ambidextræ ad fǫcundādum. Dicit fecundo. Alĳ uero ab Hip. difcordant & male dicentes eū intelligere hermaphroditos, qui habent muliebria & uirilia, fed mulieres non fiunt hermaphroditǫ, & fic fup. non fiunt ambidextrǫ, ut habeant inftrumenta utriufq;.

Aphorifmus. 45.

Quicunq; empyici uruntur, aut inciduntur, fiquidem fanies pura fluxerit & alba, euadunt fi uero cœnulenta & male olens, pereunt.

The. Qui fuppurati aduruntur fi pus effluit purum & candidum, euadunt, fi cruentum, & fǫculentum, & fǫtidum, pereunt.

Leo. Quicunq; fuppurati uruntur, uel fecantur, fi pus purum fluxerit, & album, euadunt, fi uero fubcruētum, & fǫculentum, ac fǫtidum, pereunt.

Expofitio Marfilĳ fuper apho.

Prǫfens apho. fic cōtinuatur ad prǫcedentem. Superius Hippo. fecit quod eft dictum, nunc per qualitatem faniei docet fignificare in empyicis. Et duo facit fecundum numerū duarum fignificationū. fecunda ibi (Si uero cǫnulenta). Primo uult iftam conclufionē. Omnes empyici ufti & incifi cum alba & pura fanie euadunt. Conclufio probatur fic. Illi empyici euadunt in quibus uirtus eft fortis fupra materiam, fed empyici cum fanie alba funt huiufmodi. ergo. maior eft nota. & minor patebit. Conclufio in littera ponitur ut dictum eft. Secundo uult iftam conclufionem. Si fanies fuerit cenulenta & fǫtens empyici pereunt. Conclufio probatur fic. Tunc pereunt empyici quando putrefactio eft fortis potens fupra uirtutem, fanie exiftente cenulenta &c. contingit hoc. igitur &c. maior nota. minor patebit. Conclufio habetur in littera ut dictum eft. Primo ad intellectum aphor. notetur concordia, quǫ habetur. 10. tertĳ. tract. 5. cap. de empyimate. ibi (Deinde confideretur.) Secundo notetur utilitas & ampliatio ut prius. Tertio notandū empyima poteft dupliciter fumi. Primo communiter pro omni uulnere & apoftemate faniato fiue pro fanie quacunq; in quocunq; loco collecta. Secundo fumitur proprie pro fanie collecta in mediaftino pectoris, quia in concauitate pectoris inter pulmonem & coftas exiftente. Quomodo fumatur in propofito patet per Galenum in cōmento. Quarto notandum, quòd aliquando tanta eft abundantia faniei, ꝙ uirtus effet impotens ad hanc faniem expellendam, & ideo aliquando uritur & incidiŕ inŕ coftas, ut poffit emanare fanies. Quinto notandum per faniem puram

Auicē. Empyima dupliciter.

Hippo,

Saniei pura qd. Hippo. intelligit saniem debite permixtam in partibus, cui non permisceatur aquositas ex qua puritate digerentis uirtutis potentia denotatur & uigor, alba etiam de notat potentiam radicalium siue spermaticorum membrorum, ut saniem sibi assimilem in colore ut colligitur primo pronosticorum. Cōmento ultimo. Euadunt ergo isti supposito q̄ empyema non sit consecutum ulcus pulmonis, sed sit genitum ex catarrho defluxo aut ex pleuresi &c. Sexto nota cenulenta sanies & mala olens cum fœtore significat uehementem putrefactionem fæ toren im significat putrefactionem. primo pronosticorum cōmento allegat. color uero cęni nigri notat etiā adustionem & pessimam putrefactionem, & ideo tales empyici pereunt &c.

Saniei cęnulētę et male olentis iudicium.

Expositio Marsilij super Cōm. Gal.

Suppurationes. Præsens cōmentum diuiditur in duas. Primo exponit istam partem empyici. Secundo dicit apho. esse uerum & non dubium. Dicit primo Hippo. intendere per empyema omnia uulnera & apostemata mutantia suam collectionem in saniem, tamen Hip. maxime intellexit collectionem inter pectus & pulmonem existentem propter quod empyema antiqui semper solent incidere, ut eijciatur sanies. Secundo dicit non esse dubium albam saniem esse laudabilem, fætentem autē & cænulentam esse pessimam.

Empyema qd.

Aphorismus. 46.

Quicunq; in hepate propter saniem uruntur, si quidem sanies pura fluxerit & alba, euadunt, In tunica enim illius sanies ē, si uero uelut amurca fluxerit, pereunt.

The. Quorum iecur suppuratum aduritur, si pus effluit putum & candidum, euadunt, ijs enim pus conclusum in membrana est, sed si qualis amurca est tale effluit, intereunt.

Leo. Quorum hepar suppuratum aduritur, si pus purum effluxerit, & albū, euadunt, in tunica.n. his pus cōtinetur, si uero qualis amurca fluat, pereunt.

Expositio Marsilij super apho.

Apho. pręsens sic continuatur ad pręcedentem. Superius Hippo. fecit quod est dictum, nunc docet pronosticari per dispositionem saniei supra salutem aut mortē. Et duo facit. Primo docet pronosticari salutem. Secundo docet pronosticari mortem. Secunda ibi (Si uero uelut.) Primo uult istam conclusionem. Quęcunq; ut ū tur propter saniem in hepate contentam fluentem purā & albam euadūt. Cōclusio probatūr sic. Illi euadūt &c. quorum sanies continetur in panniculo hepatis digesta & à uirtute superata, sed quicunq; uruntur sunt huiusmodi. ergo &c. maior est nota. minor patebit. Conclusio ut est dictum ponitur in littera. De ista ratiōe Hip. duo facit. Primo ponit conclusionem in littera. Secundo tangit minorem. Secunda ibi (In tunica enim illius.) In prima parte ponit conclusionem ut est dictum. Secundo ponit minorem ut est habitum. Secundo uult conclusionem hanc. Quicunq; uruntur in hepate propter saniem, quę est sicut amurca pereunt. Conclusio probatur sic. Illi pereunt in quibus hepatis substantia corrupta est, sed in istis propter saniem &c. hepatis substantia corrupta est. ergo &c. maior est nota. minor patebit. Conclusio ut est dictum in littera ponitur. Primo ad intellectum apho. notetur concordia colligenda. 14. tertij. cap. de dubellati. ibi (Et sanies &c.) Secundo notetur utilitas & ampliatio generalis ut prius. Tertio notandum aliquos uti circa dextram partem & hepatis regionem propter nimietatem saniei contentę in hepate.

Quarto notandum per saniem putam & albam Hip. intelligere quod est dictum in apho. pręlecto. Quinto notandum propter albedinem comprehendimus saniem circa hepatis panniculum fore contentam, cum albedo attestatur membro spermatico ut panniculo, ex qua albedine & saniei puritate, ut in hepatis contenta panniculo non significamus absolute salutem nisi compręhē so digestionem esse perfectam & uirtutem esse potentē.

Sexto notandum saniem uelut amurca et saniem cęnulētam fętens quodam tubore participans, quibus comprehē dimus hepatis corruptionem. cum uero ad hepatis corruptionem tantā mors sequatur omnino, ideo isti pereūt. &c.

Saniea uelut amurca qd.

Expositio Marsilij super cōm. Gal.

Ipse causam. Cōmen. pręsens diuiditur in duas partes. Primo cōmentatur partem primam. Secundo secūdam. De prima dicit Galenus nobis monstrare. quando pereunt infirmi & qualiter euadunt in hepate saniē habentes nam sanit existente in panniculo hepatis sana hepatis existentes substantia & sine macula euadunt.

Dicit de secunda q; substantia hepatis existente corrupta necessario moriuntur, cuius mortis signum dedit intelligi per pessimam saniem, uelut amurca existentem & existentem in hepatis substantia &c.

Aphorismus. 47.

Oculorum dolores, meri potio & lauacrum & phlebotomia soluit.

The. In oculorum coloribus sanguinem detrahe, cum prius uinum per potionem exhibueris, & ex calida aqua multa dilueris.

Leo. Dolores oculorum, post meri potionem, & aquæ calidę balneum, uenæ sectione curato.

Expositio Marsilij super apho.

Aphorismus iste patet ex aphorismo. 31. sextę particulæ. Dū tamen dicatur & pro aut. nam teste Galeno aliter non esset dicendus fuisse Hippocratis.

Aphorismus. 48.

Hydropicus si tussim habeat, disperatus sit.

The. Qui aqua inter cutem laborat, si à tussi tenetur, desperandus est.

Leo. Aqua intercutem laborans, si à tussi habeatur, desperatus est.

Expositio Marsilij super apho.

Aphorismus iste patet ex aphorismo. 35. sextę particulę cum eius expositione.

Aphorismus. 49.

Stranguriā et dysuriam, uini potio phlebotomia soluit, Incidere uero uenam quæ intus in talo est, bonum.

The. Stillicidium, & difficultatem urinę, potio uini, & detractio sanguinis tollit. Cultellum interioribus adige.

Leo. Vrinę stillicidium, & mingendi difficultatē uini potio, & uenę sectio soluit, Incidere autē interiores.

Expositio Marsilij super apho.

Pręsens apho. sic continuatur ad pręcedentem. Superius Hippo. fecit quod dictum est, nunc tangit quędam remedia strangurię & dysuriæ, Et uult istam conclusionem. Potatio uini & phebotomia facta de interiori uena clauiculę curat stranguriam & dysuriam Conclusio probatur sic. Illa curant stranguriam & dysuriā, quę remouēt causam stranguriæ, ac etiam dysuriæ, sed potatio uini & phlebotomia sunt huiusmodi. ergo &c. maior est nota per cōmunem propositionem, quia morbi & accidentia pendentes à causis per suarum causarū remotionem abijciuntur. minor patebit. Conclusio in littera ponitur ut dictū est. Primo p intellectu apho. notetur concordia colligenda. sexta aphorismorū apho. 36. & 19. tertij. tra. 2. ca p. de cura difficultatis urinę.

Secundo notetur utilitas & ampliatio generalis ut prius.

Tertio notandum, ut sumitur ex cōmento Hippo. intelligere per stranguriā uelocem emissionem urinę &

Strāguria.

guttatim contingentem propter acuitatem urinæ incitantis ad uelocissimam expulsionem ac etiam frequentem ut non dentur uesicę inducię ad aggregandum urinam in quantitate notabili, immo cōtinue guttatim expellatur, aut contingenter propter defectum uirtutis cōtentiuę uesicę. Dysuria uero est cū duritie et angustiose expellitur urina. Item nota q potatio uini aliquando competit in his passionibus & aliquando non. Si enim à frigido iste contigerint passiones non existente materia uinum poteos conueoit calefaciendo & abijciendo frigus. Si etiam contigerit aliqua earum propter apostema de sanguine grosso oppilans corpore existēte plethorico uel pleno conuenit phlebotomia minuendo plethoriam & prohibendo defluxum materię per consequens ad uesicam apostematam, in quo casu non conuenit uinum, cuius est agitare materias & eas subtiliare & in fluxu ponere ad uesicam patientem, sed corpore nō existente pleno conuenit uinum subtiliando sanguinē grossum apostemantem & opilantem uesicam. vinum autē in his casibus conueniens debet esse quantitatis multæ, ut effectum producat cōuenientem ad partem ualde distantem qualis est uesica. debet etiam esse aliqualit' aquę permixtum, ut per aquam recipiens in substantia subtilitatem plus ualeat penetrare. Si etiam contigerit passio propter grossam uētositatem, uinum etiam proprie corpore non existente plethorico conueniret grossam subtiliando & resoluendo uentositatem. Item notandum q phlebotomia de parte interiori tali, quia facta est de uena nominata saphena habente aspectum ad matricem et uesicam, ideo euacuando ab illis partibus confert, corpore tamen existente pleno pręcedat phlebotomia de basilica siue uena cōmuni, per quam remouetur repletio totius, & deriuatur materia & prohibetur à fluxu ad partem uesicę.

Dyssuria.

Vini potatio qñ cōferat strāguriç et dysuriç, qñ uero ñ.

Phlebotomādi cañ. à saphena & à basilica ul cōi.

Expositio Marsilij super com. Gal.

Q uid urinę. Pręsens cōmentum diuiditur in duas partes In prima notificat nobis ftranguriam & dysuriam. Secundo uerificat apho. Primo dicit esse strāguriam urina guttatim & uelociter exeunte, esse uero dysuriam urina duriter & angustiose exeunte, & uesica non complente suam actionem quę est expulsio sine magno labore. Stranguria uero causatur uel propter acuitatem urinę aut propter defectum contentiuę uesicę, deficit aut: m sup. uesica ab expellēdo etē, vel deficiat aut eius contentiua aut propter apostema, aut propter uulnus, aut propter complexionem interpretatam & malam, aut propter grossam uentositatem. sola tamen dysuria causatur ex defectu uirtutis etiam si non sit apostema. Dicit secundo utramq; istarū passionum à frigiditate procedentē per uinum potatum su uari intendendo multam quantitatem urini parum mixti quod uinum iuuat apostema de sanguine grosso opilans corpore nō existente plethorico uel pleno, cui plethorico uel pleno cōpetit phlebotomia. Hoc autē dictū incidere intus expositum est superius sup. apho. 6. com men. 36. ibi, ubi phlebotomiā dixit soluere dysuriā.

Aphorismus. 50.

Squinante habito, tumor & rubor in pectore superueniens bonū, foras. n. cōuertit ægritudo,

The. Ab angina detento, si tumor aut rubedo pectoris superuenit, bono est.

Leo. Ab angina habito, tumor, & rubor in pectore super ueniens, bonū, extra enim uertitur morbus.

Expositio Marsilij super Apho.

Iste apho. patet ex aphor. 37. sextę particulę.

Aphorismus. 51.

Quicunq; sphacelon in cerebro patiuntur, in tribus diebus pereunt. Si uero hos effugerint sani fiunt.

The. Q uibus cerebrum sideratum est, intra tertium diem moriuntur. Q, si ab his diebus euaserint, sanitatē restituuntur.

Leo. Q uibus cerebrum sphacelatum. idest corruptum est, in tribus diebus pereunt. Si uero hos euaserint, sani fiunt.

Expositio Marsilij super Apho.

Præsens apho. sic continuatur ad præcedentem. Superius Hippo. fecit quod dictum est, nunc docet pronosticari salutem uel mortem per quādam cerebri passionem. Et duo facit. Primo docet pronosticare mortem. Secundo salutem. Secunda ibi (Si uero hos.) Primo uult conclusionem istam. Omnes patientes sphacelon seu pāthirion in tribus diebus pereunt. Probatur sic. Illi pereunt in tribus diebus q patiuntur. passionē uehemētem sed patientes sphacelon sunt huiusmodi. ergo. maior est nota, quia uehemens morbus est peracutæ terminationis, patebit minor per notitiam sphacelon. Cōclusio ut dictum est in littera ponitur sic Hip. dicente. Secundo facit quod dictum est. Et uult istam conclusionem. Si patientes sphacelon non moriantur in tribus diebus saluari possunt. Probatur sic. Illi saluari possunt in quibus uirtus non ex toto opprimitur à morbo, sed supra morbum poterit inualescere, sed patientes sphacelon nō mortui in tribus diebus sunt huiusmodi. ergo &c. minor patebit. Conclusio ut dictum est in littera ponitur. Primo pro intellectu apho. notetur concordia colligenda 4. regiminis acutorum. tex. cōmen. 26. Secundo colligitur prima tertij. trac. 3 cap. de phlegmone accidente ipsi substantiæ cerebri. ibi (Et est secundum plurimum.) Aut etiam colligitur eodem trac. cap. de erysipila. ibi (Et plurimum eius pernecat in, 3.) Secundo notetur utilitas & ampliatio generalis ut prius. Tertio notandū q hæc noīa reperiūtur ut patet per cōmē. sphacelon & gāgrena Chiphronia uero est passio à quo cunq; membro indifferenter, in quo à multa materia calidītas naturalis confunditur & mortificatur. Sphacelō uero proprie est confusio cerebri. confusio in quam calidītas naturalis cerebri quæ non est aliud q̄ quędam oppressio & suffocatio calidi & mortificatio per uiam suffocationis multa existente sanguinea aut qualicun; alia opprimente calidum hoc modo. Ex isto patet sphacelon posse contungi apoplexiæ, licet tamen penes notitias distinguantur, aliquando tamen abusiue sphacelon importat confusionem in quacunq; parte contineri tem. Item notandum sphacelon esse fortem passionem cerebri multipliciter. Et primo ratione dignitatis læsæ actionis, cum lædat actionem dignam ut cerebri, ratione etiam uirtutis dispensantis nostrum corpus cum lædat membri principalis principatum, & cum per talem confusionem lędatur etiam uirtus cordis et etiam magna passio ratione propriæ essentię cum proueniat talis passio à multa materia lædente fortiter. Item notandū Hippo. per tres dies non uelle quin possit mori ante nel post, sed quia dies tertius est dies morborum perperacutorum, ideo &c. Item notandum q si isti effugiāt diē tertium, quia non significatur tanta oppressio uirtutis, licet isti mori possint, possunt tamē saluari secundū cōtingentiā pręualētiæ uirtutis supra materiā morbi &c.

Gal. Auicē.

Sphacelon qd. Gāgrena quid

Morborū ppe racutorū terminus.

Expositio Marsilij super cōm. Gal.

Sphacelare. Pręsens cōmentum diuiditur in duas partes. Primo tangit nominationem & significationē huius nominis sphacelon. Secundo tāgit ueritatē apho. propter breuitatem non diuidendo. De prima dicit sic hanc passionem nominari multotiēs hoc modo in libro Hippo. de discatenatione membrorū, intendens per ipsā solam cerebri confusionem subinferens, si tres dies effugerit. nam si hæc passio non est aliud q̄ confusio totius cerebri uel membri in quo habetur hæc passio impossibile est hanc confirmatam in cerebro sanari. Abusiue ergo ponitur hoc nomen, quia sup. ppriē importat hāo passionem

passionem confirmatam & certam, a qua non euadit infirmus. Si uero incipiat & nondum sit perfecta sup. euadere possunt, sicut gangrena uocatur à grecis in quo mortificatur caro, quę nascitur ex magno apostemate sensum auferente & motum nigrefaciente colorem ut carnis mortuæ, quę incipiens nondum cōpleta curatur, quod de sphacelon cerebri pariformiter debet intelligi, quam passionem nominatam gangrenam in aliquo mēbro contingentem medici uocauerunt sphacelon, ideo Herodotus dixit de coxa Cambysis Cambyses passus est sphacelon in coxa & sup. sphacelon solet dici esse in cerebro. De secunda facit quod est dictum, dicēs quod causa citę mortis est magnitudo morbi, quia sphacelon est nobilitas mēbri, sed si infirmus progrediatur usq; ad quatuor dies et non moriatur in tribus diebus prioribus possibile est præualere uirtutē & nō mori infirmum.

Aphorismus. 52.

Sternutatio fit a capite, ex cerebro calefacto, & humectato quod est in capite uacuo. Aere descendente in illud uacuum, & faciente sonitum, quoniam exitus est ei per angustum.

The. Sternutamentum fit ex capite, cerebro calefacto, aut humefacta parte inani capitis. Aer enim ibi contentus erumpit, & cum strepitu quodam quoniam per angusta exitus datur.

Leo. Sternutamentum fit ex capite calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite inani. Aer enim intus contentus extra erumpit. Sonat autem quoniam per angustum ipsi est exitus.

Expositio Marsilij super Apho.

Præsens apho. sic continuatur ad precedentem. Superius Hippo. fecit quod est dictum, nunc tangit modum factionis sternutationis. Et diuiditur in duas. Primo facit quod est dictum. Secundo premittit in sternutatione siccitatis & sonitus causam tangit Secunda ibi (Et faciente sonitum.) Primo uult istam conclusionem. Sternutatio fit à capite calefacto cerebro & humectata uacuitate cerebri & aere illam uacuitatem ingredientem. Conclusio probatur sic. Illius mēbri & modo illo causatur sternutatio, quod membrū maxime apparet moueri in sternutatione, & quo modo posito fit sternutatio. sed in sternutatione apparet caput potissime moueri hoc etiam modo posito fit sternutatio &c̄. maior est nota. minor patebit. Conclusio ponitur in littera ut est tactum. Secundo facit quod est dictum. Et uult istam cōclusionem. Sternutatio fit aere faciente sonitum. Probatur, quia illud fit aere faciente sonitum, quod fit multo aere exeunte per locum strictum & subito, sed sternutatio est huiusmodi. ergo &c̄. maior est nota. & minor patebit. Conclusio ponitur in littera ut dictū est. Primo pro intellectu apho. notetur concordia quæ colligitur in sententia. 5. tertij. trac. 2. cap̄. de sternutatione.

Secundo notetur utilitas. est. n. vtilis ad notificandum nobis quendam modum sternutationis ex hoc in operatione inferendum, quia scita causa sternutationis cōprehendimus remedia cerebro fore applicanda. Tertio notetur generalis ampliatio, ut prius multotiens dictū est. Quarto notandum q; sternutatio quia secundum Aui loco allegato est motus proprius cerebri ad expellendum humorem aut aliam materiam adiutorio aeris attracti per nares & os. Primo ponitur motus propriua cerebri, licet etiam mēbra alia ut pectoralia, immo quasi totum corpus moueatur in sternutatione. Etiam ex hoc dicat̄ maior motus tussi. quinto de accidenti & morbo. quia tamen principaliter motum & concussum etiā manifeste est cerebrum & notabiliter, quia etiam efficiens istum motum immediate est uirtus cerebri expulsiua, ideo hunc motum cerebro appropriamus dicendo ipsum esse cerebro, sicut tussim pulmoni ut patet p Auic. allega. ca. ergo fit à capite tanq; ab efficiente principali. Dicitur ulterius ad expellēdum humorem aut materiā aliam ex quo comprehenditur causa incitationis, quæ aliquando est humor sua acuitate pungens & incitās ad expellendum. Aliquando etiam uentositas consimiliter incitatiua. Item dicitur adiutorio aeris. aer enim subito cōmotus est causa eductionis uentositatis aut humoris.

Sternutatio qd

Cap.4 Sternutatiōis et tussis locus prius.

Ex dictis patet utrū sternutatio sit res naturalis &c̄. Nam dicendum q; accidēs preter naturam, eo q; est motus corruptus ad quem afficiendum concurrit res præter naturam incitans. Concurrit etiam ut efficiens principale uirtus. q; autem sit motus preter naturam patet per Gal. quinto de accidenti. vbi sternutationem dicit malo supponi motui. Item notandum, quod licet propter multas causas possit accider̄ sternutatio, specialem tamen modum expressit Hippo. sternutationis, quia factę à uentositate in cerebro, & ideo cerebrum oportet uirtualiter esse calefactum & potens supra materiam humoralem ut ipsam transmutet in uentositatem, & ē dictum calefacto cerebro. Et ē dictum humectato uacuo, per uacuum intelligendo uacuitatem uentriculorū cerebri aut substantiam medullarem cerebri. Et notanter debuit ista humiditas ibi contineri, ut uentosata in loco amplo possit subito expelli, quare autem discendat aer ad illam uacuitatem dictum est, quod etiam dixit sonitu satis est notum. Cap.4

Expositio Marsilij super cōm. Gal.

Tales sermones. Gal. cōmentando aphor. procedit sic Primo enim tangit huic apho. duplicem posse dari intellectum. Secundo remouet opinionē quorūdam. Tertio uerificat principaliter istam partem, sonitū. In prima dicit talem sermonem qualis est presentis apho. intelligi duobus modis. s. vniuersaliter aut particularit̄. uniuersaliter sic dicendo q; omnis sternutatio est à cerebro calefacto & humectato uacuo capitis. particulariter uero ut solum dicatur uel intelligatur de quadam sternutatione, quod intelligere uerum est, quia non omnis sternutatio est a cerebro calefacto. nam filo panno aut festuca imposita naribus sternutatur, uentositate etiam ascēdente cum tussi aliquando fit sternutatio proueniente uentositate ad foramina narium. De secunda dicit q; decipiuntur opinantes causam sternutationis esse solū aerem exeūtē à capite, quia uidemus manifeste aere exeūte à pulmone stringi pectus. et sic supple poterit esse alia causa sternutationis. Hoc autem dictum Hippo. de aere certificatur, quia natura congregat multum aerem ut faciat sternutationē. necesse est ergo ut intelligatur hic sternutatio quia conat̄ natura expellere grossam inflatiuam uentositatem a capite. Nec totum dictum ab Hip. fuit necessarium dicere superfluitate ista humectata uacuitate capitis, nisi sup. ad bonum intellectum reducatur, quia si humiditas abundet in capite non fiet sternutatio, nisi prius dissoluatur in uentum. nam manifeste uidemus multos homines non sternutare, effluentibus tamen à naribus multis humoribus, nisi humores forēt acuti, uel aliquod acutum naribus imponatur. Et ideo dico q; sicut per tussim purgantur naturaliter cānales pulmonis, sic sternutatio mūdificat foramina narium, quorum quędam lata sunt ad os uadētia, quędam stricta uadentia ad cerebrum. vadentia ad os mundificāt uentositate ascendente ab inferioribus, sed uadētia ad cerebrū mundificāt à cerebro uētositate descendente. Et ideo inuestiganti bene patebit per sternutationem alleuiari caput, cum humiditas cerebri dissoluitur in uentositatem quam post natura expellit, quę humiditas non dissoluit̄ nisi per caliditatem naturalem excitatam sup. supra humiditate quę humiditas adunatur propter defectum caliditatis per locum uero capitis uacuum habemus intelligere uentriculos cerebri aut uacuitatem circuntegētem cerebrum nam possibile est inde aerem exire & penettare substantiam cerebri, ut primo tangat humidita

tem illā, deinde ueniat ad nares. De. 3. dicit Hip. dicere sonitum fieri in sternutatiõe propter malum aerem subito exeuntem. q̃ sic facere sonitum commune est aeri undecunq; prouenienti aut exeunti &c̃.

Aphorismus. 53.

Quicunq; circa hepar dolent, his febris superueniens soluit ægritudinem.

The. Q ui dolore iecoris admodum cõflictantur, ijs febris superueniens tollit dolorem.

Leo. Q uicunq; hepar circũ dolent, his febris superueniẽs soluit dolorem.

Expositio Marsilij super apho.

Presens apho. sic continuatur ad præcedentem. Superius Hippo. fecit quod dictum est, nunc tangit quoddam remedium specialis doloris hepatis. Et uult istam conclusionem. Febris superueniens dolentibus circa hepar curat dolorem. Probatur. illud curat dolorem hepatis q̃ remouet causam doloris, sed feb. superueniens &c̃. remouet causam doloris. ergo. consequens est nota. minor patebit. Conclusio ponitur in littera ut est dictum.

Primo pro intellectu apho. notetur concordia quę habetur. 14 tertij. trac. 2. ca. ultimo de dolore hepatis satis ad principium. Secundo notetur utilitas aphor. per apho. intentionem colligenda. Tertio notetur ampliatio generalis primo ut prius. notetur etiam specialis ampliatio dicendo non solum in dolore circa hepar existente hoc conuenire remedium, immo existente circa partem aliam. Q uarto notandum notanter esse dictũ circa hepar ad denotandum q̃ dolor non potest esse in substantia hepatis, sed in panniculo suspendente aut circũtegente hepar. Hepar uero non sentit nisi hoc modo ut

Hepatis dolor duplex. asserit Aui. 14. tertij. cap. 1. Q uinto notandum dolorem hepatis aliquando esse aggrauatiuum, aliquando extensiuum dicitur dolor aggrauatiuus, quia membrũ dolens si ue mediante membro percipitur quasi responderans et grauificans. talis dolor prouenit secundum plurimum à materia humorali grauificante de quo non intelligitur in pręsenti. Aliter autem est dolor extensiuus in quo percipitur quasi hepatis extensio & non deorsũ grauitatio quæ extensio prouenit propter uẽtositatem flantem & extendentem, de quo dolore extensiuo intelligitur hic. Sexto notãdum Hippo. intelligere per feb. alia calida resolutiua uentositatum, de quibus habetur

Febris quõ curat dolorẽ uẽtosum. suo loco. Septimo notandum feb. curare dolorem uentosum corpore nõ existente ualde repleto, quia tũc plua generaret uentositatis ipsa fe. q̃ dissolueret, & sic eodẽ modo facerent carminantia uentositatem, immo in hoc casu primo euacuandũ est regulariter operando.

Expositio Marsilij super Cõm. Gal.

Verbum. Præsens cõmentum diuiditur in quatuor Primo exponit istam partem. superueniens. Secundo distinguit de dolore hepatis eligendo dolorem in quo conuenit feb. Tertio tangit quendam alium dolorem hepatis, signum tamen innuendo distinctiuum. Q uarto infert ueritatem apho. Dicit primo q̃ dicẽdo superueniẽs monstrat dolorem hepatis superuenire non febricoti.

Dicit secundo nunc Gal. q̃ hic dolor existens in hepate maior uel est ex apostemate magno calido aut ex grossa uentositate inflatiua. sed secundum Hippo. nõ est ex calido apostemate, quia cum ipso oportet accidere feb. erit ergo ex grossa uentositate inflatiua. Dicit tertio Gal. q̃ aliquando est ex oppilatione dolor, sed paruus quia magis grauat q̃ doleat sup. acute, & hoc sup. propter materiam oppilando grauantem. Vltimo dicit Gal. q̃ dolor magnus sine febre erit ex grossa uentositate, cui febris superueniens sine dubio erit cura sua.

Aphorismus. 54

Quibuscunque conuenit sanguinem auferre ex uenis, hos oportet phlebotomare in uere.

The. Q uibus sanguinem detrahi prodest, ijs uero detrahendus est.

Leo. Q uibus à uenis sanguinem mittere confert, his uere uenam oportet secare.

Expositio Marsilij super apho.

Iste apho. expositus fuit in. 6. part. apho. 47.

Aphorismus 55.

Quibuscunq; inter phrenes & uentrem phlegma conduditur, & dolorem præstat, nõ habẽs exitum in neutrum uentrium, his secundum uenas in uesicam conuerso phlegmate, solutio fit morbi.

The. Q uibus inter uentriculum & uenas pituita constituta infert dolorem, utpote quæ ad alterutrum uentrem exitu careat, ijs pituita per uenas in uesicam delapsa, morbus leuatur.

Leo. Q uibus inter uentriculum, & septum pituita reposita est, & dolorem affert, non habens exitum, neq; ad alterũ uentrem, hiaper uenas ad uesicam pituita uersa, soluitur morbus.

Expositio Marsilij super apho.

Præsens apho. continuatur ad præcedentem sic superius Hippo. fecit quod dictum est, nunc tangit quendã modum solutionis doloris prouenientis à phlegmate existente inter diaphragma & stomachum. Et uult istam conclusionem. Q uibuscunq; clauditur phlegma inter diaphragma & stomachum non transeundo ad pectus aut stomachum faciendo dolorem his à uenis transeunte phlegmate in uesicam fit solutio morbi. Conclusio ꝓbatur sic. Illud quo remouetur causa &c̃. soluit ægritudinem, sed taliter conuerso phlegmate remouetur causa &c̃. ergo. maior est nota. minor patebit. Cõclusio ut est dictũ in littera ponitur. Primo ad intellectũ apho.

Auicẽ. notetur concordia colligenda. 14. tertij. tract 4. de causis ascytiapost communes causas in fine. ibi (Inquit. Hippo.) Secundo notetur utilitas colligenda etiam per apho. intentionem. Tertio notetur generalis ampliatio ut prius. Q uarto notandum Hip. intelligere per phre

Phrenes. nes diaphragma phrenans nutritiua & ipsa separans à spiritualibus. per uentrem uero stomachum intelligit, in quo autem loco contineatur hoc phlegma dicetur in dubio. Q uinto notãdum q̃ hoc phlegma à natura primo subtiliatur & diuiditur. grossum ergo existens et uiscosum tandem si ex natura paratum per uias nobis occultas propellitur ad uesicam &c̃.

Expositio Marsilij super cõm. Gal.

Non absq; ratione. Cõmentum pręsens diuiditur in duas partes. Primo tangit opinionem cuiusdam circa istum apho. Secundo uerificando tangit quę cõmentatio apho. sit tenenda. Dicit primo Marinum dubitasse circa apho. & habuisse causam dubitandi, quia phlegma non solet uenire ad ista loca. s. media inter phrenes et uentrem. si autem ueniat illuc descendit cito ad ossa inferiora pectinis. Dubitauit etiam Marinus quia phlegma sua grossitie uenas penetrare non potest sicut aquosa humiditas hydropicorum penetrat uenas & exiẽs uenas expellitur per urinam. Dicit autẽ Gal. se dicere adhuc remanere dubium uolendo intelligere sic marinus, quomodo phlegma possit penetrare, quia si debeat transire ad renes & inde currere per uenas, hoc est falsum cum peritoncon sit longe uersus sum. q̃ debet deriuari materia. Dicit secundo. est ergo bonum taliter intelligere, sicut alij exponunt pręter marinum, ut intelligaẽ spacium inter renes & peritoneon certificando prius tamen dictum Hippo. forti naturę nihil posse repugnare in expellendis rebus dato q̃ materia sit grossa & uiscosa, quia uidemus q̃ materia apostematis expellitur à quibusdam

busdam locis transeundo ossa. non est ergo impossibile phlegma posse deforare uenas & expelli per urinam, necessario tamen precedente subtiliatione materię ut posset fluere, sicut etiam natura parat saniem adunatam inter pectus & pulmonem.

Aphorismus. 56.

Quibuscunque hepar aqua impletum in omẽtũ eruperit, his uenter aqua implet̃, & moriunt̃.

The. Quibus iecur aquę repletũ in omentũ eruperit, his uenter aqua impletur, atq; ita emoriuntur.

Leo. Quibus hepar aqua plenum in omentũ eruperit, his uenter aqua repletur, & moriuntur.

Expositio Marsilij super apho.

Apho. presens ad precedentem continuatur hoc modo. Superius Hippo. fecit quod est dictum, nunc docet significare in hepate spleto aqua facta eruptione. Et uult istam conclusionem. Quibuscunq; hepar est impletum aqua & erumpat aqua in uacuitatem uentris his implet̃ uenter aqua & moriuntur. Conclusio probatur sic. Illi moriuntur in quibus ualde rumpitur panniculus hepatis & succumbit uirtus. sed habentes hepar aqua impletum &c̃. sunt huiusmodi. ergo &c̃. maior est nota. minor patebit. Conclusio in littera ponitur ut est dictum.

Primo pro intellectu apho. notetur concordia colligen da. 14. tertij. trac. 4. cap. de causis hyposarchę. post cõmunes ibi Hyp inquit. Secundo notetur utilitas & ampliatio generalis ut prius. Tertio notandum hepar impleri aqua repletis uenis existentibus in substantia eius aquositate repleta, aut etiam repletur aquositate contenta inter substantiam & panniculum circuntegentem he par, ut uesicet hepar de qua repletione intelligit hic. Repletur autem hepar multis ex causis. Primo propter oppilationem ob quam aquositas transitura ad renes in hepate retinetur, aut propter debilitatẽ hepatis in expellendo & segregando aquositatem, aut propter debilitatẽ hepatis in digerendo, ut propter hanc debilitatem multam multiplicet aquositatem, quocunq; hepar aqua impleatur ex his causis apho. continet ueritatem. Inter cętera membra hepar potest impleri aqua tanq̃ membrum humorum factiuum. & aquositatis. Quarto notandum q̃ ista eruptio aquę intelligitur cum fractura notabili panniculi hepatis propter nimiam acuitatem et extensionem prouenientem ab aquositate. Per omentũ uero habemus intelligere coopertimentum, quia syphac erumpat in omentum. i. cum cauitatem syphac, aut etiam per omentũ habemus intelligere syphac iuxta apho. 58. sexti. Si omentum eruperit &c̃. Quinto notandũ q̃ per uentrem habemus intelligere stomachum siue cõ cauitatem inferiorem. Sexto notandum q̃ isti moriũtur, quia panniculus hepatis est ualde ruptus & quia aquositatem supponitur retineri quæ calidum suffocan do mortificat.

Hepar repleri aqua multipl'r

Omẽtũ quid.

Expositio Marsilij super cõm. Gal.

Aptissimum. Cõmentum presens diuiditur in tres partes. Primo premittit, quare à qua plus transeat ad hepar implicite. Secundo exponit istam partem. veter. Tertio ostendit utrum apho. contineat ueritatem. Primo dicit aquam uesicarum pluscito transire ad hepar & maxime ad pelliculas circundantes hepar q̃ ad membra alia sup. propter principatum hepatis respectu factionis humorum, quare uidemus in animalibus quę comeduntur hepar ita aqua circundantum, sed si illę uesicæ aliquando rumpantur curret aqua in spacium panniculorum extensorum supra uentrem in quo solet semper aqua hydropicorum adunari quia isti pãniculi sunt qua si solidi nusq̃ perforati continentes solum stomachum colon sup. & alia intestina & splenẽ. Dicit secundo cũ dic̃ Hip. uentrem impleri aqua non intelligit interiores pelliculas siue panniculos, sed stomachum potius in quo adunantur cibus & potus. Item dicit Hippo. intendisse spacium in uentre inferiori. nam multotiẽs dicimus uẽtrem intelligendo locum illum, sicut dicendo habere aliquem magnum uentrem, & fœminam habere magnũ fœtũ. Dicit tertio q̃ oportet inuestigari si semper uel raro maioratur &c̃. quia uidemus hydropicos aliquando euadere & habere aquam in uentre sed humiditas eorum euacuatur bibendo medicinas euacuatiuas & prouocatiuas urinę & cataphlasmando cum medicinis resolutiuis, quia apponendo aquam in qua coctæ sunt medicinæ cum substantia medicinarum necessaria, sed sup. in casu apho. detinetur aquositas & est ruptura panniculi hepatis.

Aphorismus. 57.

Alyce, oscitationes, rigores, uinum mensurate bibitum soluit ægritudinem.

Pandiculationem, obscitatiõnẽ, horrorẽ, uinum par pari ingestum, tollit ęgritudinem.

Alyce, anxitudo, oscitatio, horror, uinum æquale æquali potum, soluit ægritudinem.

Expositio Marsilij super Apho.

Apho. presens continuatur hoc modo. Superius Hip. fecit quod dictum est, nunc tangit quædam iuuamenta uini temperati. Et uult istam conclusionem. Vinum moderate bibitum curat alyces oscitationes & rigores. Conclusio probatur sic. Illud curat alyces &c̃. quod remouet causas, sed uinum temperate bibitum est huiusmodi &c̃. maior nota. minor patebit. Conclusio ut est dictum in littera ponitur. Primo pro intellectu apho. notetur concordia quę habetur tertia primi. cap. de alycibus. in fine. ibi(Vinum uero ad medium temperatũ.) Secundo tangitur. 10. tertij. trac. 1. cap. de ægritudinibus stomachi. circa finem. ibi(Et huiusmodi quidem sũt.) Tertio notet̃ utilitas & ampliatio gñal' ut prius. Quarto notandum Hippo. per alyces intelligere motum quendam & eleuationem brachiorum quę dici pos sunt quodãmodo al;, qui motus appellatur. 5. de accidẽti. cap. 5. pandiculatio tam in sano q̃ in infirmo, ut tangit Cõmentator. & hoc in infirmo propter nociuum humorem existentem in ore stomachi à quo ad musculos alarum pluries fumositas eleuatur & appellatur in uulgari stendaruola. Oscitatio uero non est aliud q̃ motus oris contenta materia humida aut fumositate circa partes pulmonis contenta, & tandem deriuat à musculis maxillarum. oscitatur ergo ut talis materia expellatur. Rigor autem hic intelligitur non à causa exteriori, immo potius à causa interiori, quia ab humore pungente delato supra sensibile membrum. Quinto notãdum q̃ per uinum moderatum intelligit uinum ęqualiter permixtum ex aqua & uino ęqualiter. i. q̃ proportionabiliter, ut tam proportionabiliter q̃ aqua subtiliet uinum, ne nimis calefaciat, tam etiam proportionabiliter ut obtundat aqua uinum supponendum etiam uinum esse mensuratum in quantitate quod intelligatur uinosum aromaticum & subtile. Sexto notandum etiã uinum conuenire quibusdã conditionibus præsuppositis. Primo q̃ non sit corpus ualde plenũ, quia uinum cõmouendo humores & dissoluendo plus noceret q̃ conferret. Secundo q̃ iste non habeat cerebrũ ualde debile & neruos. nam uinũ uaporando tunc plus noceret. Tertio ẽt supponẽdu q̃ talis sit ineptus spasmo, si enim esset aptus, uinum etiam quia facile acetosatur in neruis pararet ad spasmum. Item supponendo tale corpus non sit uehementer paratum feb. uinum. n. calefaciendo dispo neret ad feb. His conditionibus obseruatis uinum resoluendo uẽtositates & humores remouet ea quę in apho. ponuntur.

Alyce qd.

Pãdiculatio qd.

Oscitatio qd.

Vinũ moderatũ qd

Expositio Marsilij super cõm. Gal.

Solœcophanęs. Presens commentum diuiditur in

tres. Primo exponit hęc nomina alyces oscitationes rigores. Secundo exponit istam partem. vinum moderate. Tertio causam ueritatis apho. Prima in tres. Primo notificat alyces. Secundo oscitationes. Tertio rigorem. Primo dicit alyces esse in sanis grauatis pręsenti dispositione siue situ cum mutent se de actionibus in actiones contingunt etiam infirmis non potetibus iacere in uno situ, sed de situ in situm permutantibus propter quosdam humores nociuos in ore stomachi contentos & inclusos a pelliculis eius & non contentos ex spatiositate siue largitate stomachi. Dicit secundo oscitationem prouenire cum materia sit humida & fumosa uentositas in pulmonis contenta natura. De tertio. rigor uero causatur malis humoralibus currentibus sup. cutim. de quo rigo re interiori intelligitur & non de exteriori. Dicit quarto principaliter uinum propinquum uino puro hotum accidentium facere sanitatem, cuius cōmixtionis mensuram tangit dicens mensurate, quia intendens tantum debere esse uini quantum aquæ sup. proportio oabiliter ut nocumētum uini temperetur & remittatur fortis ui ni caliditas. Dicit ultimo uinum sup. facere hanc curam temperatum totum calefaciendo corpus et membra perforando & temperando humores sup. per suam caliditatem & humiditatem temperatas & excitando calorē naturalem sua caliditate temperata & sua conuersione ad substantiam spumosam.

Aphorismus. 58.

Hic deficit unus aphor. qui in aliis tradu ctionibus reperitur.

The. Quibus tubercula in urinario meatu oriunt, iis suppuratione facta, & eruptione, leuatur dolor.

Leo. Quibus in urinario meatu tubercula fiunt, his suppuratione facta, & eruptione, soluitur dolor.

Aphorismus. 59.

Quibuscūq; cerebrum motū fuerit ab aliqua actione, necesse fieri sine uoce statim.

The. Quorū cerebrum cōcussum aliqua ex causa est, eos de repente obmutescere necesse est.

Leo. Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit necesse est statim mutos fieri.

Expositio Marsilii super Apho.

Præsens apho. ad præcedentem continuatur hoc modo. Postq; Hippo. superius fecit quod dictum est, nunc docet pronosticari siue significare per cerebri cōmotionem priuationem sensus & motus. Et uult istam conclusionem. Necesse est illos fieri statim sine uoce, quibuscunq; cerebrum fuerit cōmotum ab aliqua actione quę cōclusio sic probatur. s. Illos necesse est statim fieri sine uoce &c. in quibus prohibetur delatio spirituum sensibilium & motiuorum, sed in cōmotis secundū cerebrū prohibetur &c. ergo. maior est nota. minor patebit. & conclusio ut dictum est in littera ponitur. Primo pro intellectu apho. notetur concordia quæ colligitur prima tertii. 5. ca. de signis apoplexiæ in sententia. Secundo notetur utilitas & ampliatio ut prius. Tertio notandū Hippo. intelligere per cerebrum totum aggregatum ex medullari cerebri substantia panniculari dicta cooperiente substantiā medullarem. Quarto notandum intelligi principaliter hanc cōmotionem localem quæ dici potest concussio siue cōquassatio licet ab aliis causis posset prouenire, intelligitur tamen maxime causa primitiua conquassante siue cerebrum concutiente. Quinto notandum notāter fieri ablationem sensus & motus. nā impedita uirtute cerebri impedit impulsio spiritus sensibilis & motiui, impeditur etiam dependentia spirituū existentium in membris cerebro & spiritibus eius à quibus pendent spiritus membrorum sicut splendor solis à sole primo interiorum cap. ultimo.

Auicē. (margin)

Cerebr. qd. (margin)

Expositio Marsilii super cōm. Gal.

Etiam in hoc Apho. Commentum præsens diuiditur in quatuor. Primo exponit istam partem. sine uoce. Secundo tangit causam huius. Tertio præmittit cui ætati plus nocet hæc cerebri conquassatio. Quarto tāgit aliqua lem apho. veritatem. Dicit primo Hippo. consueuisse intelligere per sine uoce ablationem sensus & totius motus uoluntarii, ut patet in apoplecticis. Dicit secundo q; huius ablationis causæ sunt multæ quamuis solum maiorem tetigerit Hippo. sicut est casus a loco alto quo cerebrum maxime turbatur, ac etiam nerui quibus con iunguntur spondiles & medullæ spondilium, quia motu existente forti rumpuntur nerui sicut monstrauit in libro de anathomia. Dicit tertio hoc necesse maxime senioribus uirtute eorum animata existeote defecta. Dicit quarto quosdam oeruorum exeuntium a cerebro relaxari in tali forti conquassatione, & ideo infirmus efficitur sine sensu & motu totius corporis usquequo uirtus animata expergefacta ad se regredia tur, sed rupto cerebro uel aliqua sui parte uel pelicula infirmus morieť. Sine uoce qd. (margin)

Aphorismus. 60.

Corporibus humidas carnes habentibus, famem adhibere conuenit, fames enim desiccat corpora.

The. Corporibus humiditas habētibus carnes, fames afferenda est, fames enim corpora siccat.

Leo. Corporibus carnes habentibus humidas famem adhibere conuenit, fames enim corpora siccat.

Expositio Marsilii super Apho.

Apho præsens ad præcedentem continuatur hoc modo. Superius Hippo fecit quod est dictum, nunc tangit quoddam remedium attendendum in corporibus humidis. Et uult istam conclusionem. Conuenit adhibere famem corporibus habentibus humidas carnes. Conclusio probatur sic. Illis conuenit adhibere famem quę meliorantur per famem, sed corpora humidas habentia carnes meliorantur per famē. ergo &c. maior est nota. minor patet, quia fames desiccat corpora. Cuius rationis, Hippo. tangit primo conclusionem ut dictum est. Secū do probationem minoris. Secunda ibi (Fames. n. desiccat.) Conclusio & minor in littera ponuntur ut dictum est. Primo ad intellectum apho. notetur concordia quę habetur tertia primi. cap. de regimine eius quod comeditur & bibitur. & habetur secundo & quinto. Continentis. cap. primo. Secundo notetur utilitas & ampliatio ut prius. Tertio notandum Hippo. intelligere per corpora habentia carnes humidas corpora humida secū dum naturam uel humida artificialiter. Quarto notā dum Hippo. intelligere per famem abstinentiam cibi et potus siue adsit appetitus siue non. Quinto notandū hanc abstinentiam taliter proportionari ut non destruatur uirtus nimium. Sexto notandum famem ut tangitur in cōmento per accidens exiccare, quia facta abstinētia calidum supra humidum inualescens maiorem facit humidi consumptionem.

Auicē. Rasis. (margin)

Cor-pus habēs carnes hūidas qd. Fames quid. Famē exiccare du-plicē (margin)

Expositio Marsilii super cōm. Gal.

Quod omnia. Cōmentum pręsens diuiditur in duas partes. Primo ponit cōmentum apho. Secundo dictis imponendo finem hunc esse finalem explicat apho. Pria in tres. Primo pręmittit per se exiccans corpora. Secundo tangit modum exiccationis famis. Tertio quia de dissolutione fecerat mentionem ipsam describit eius explicando causas. Primo dicit nulli fore dubium omnem medicinam exiccatiuam sanatiuam esse morborum humidorum quia contraria consueuerunt curari contrariis. Dicit secundo famem per accidens desiccare, quia si corpus dissoluatur secundum suam consuetudinem, cum re soluta non restaurentur per cibum non assumptum fiet corpus siccus. primo resoluetur pars hūidior, quia sup. conuertetur

conuertetur in unum non exiſtente alia diſſolutione, niſi cum humores corporis facti uapores egrediuntur per poros. Dicit tertio diſſolutio cauſatur propter cauſas duas, aere exteriori & caliditate interiori, & ideo animalia hyeme accubantia terræ quaſi dormientia nullã quaſi caliditatem intrinſecus habentia uel extrinſecus non diſſoluuntur, & ſi ſecundum aliquid diſſoluantur, hoc eſt minimum. & ideo quædam non egent cibo, quędam uero minimo egent cibo. Dicit ultimo ꝙ completis omnibus apho. ipſe inuenit duos alios in multis libris expoſitos à paucis antiquorum, quidam tamen expoſuerunt quaſi obliti prioris expoſitionis. tamen dicit Gal. ſe eos expoſuiſſe in quarta particula & eorum uerba ſunt eadem hic & ibi, niſi quia prius non eſt ſcriptum deglutire non poſſit.

Diſſolutionis cã duplex

Primus apho. ita habet ſcilicet.

Si à febre habito tumore non exiſtente in collo ſuffocatio repente innaſcitur, ut deglutire non poſſit, mortale.

Secundus tamen inuenitur.

Si à febre habito torqueatur collum, ut deglutire non poſſit & tranſglutiendo anguſtietur ſine tumore manifeſte, mortale.

Iſti duo apho. paucis uerbis mutatis repetiuntur in quarta particula quorum primus eſt. 34. illius particulę. & ſecundus iſtorũ eſt. 35. eiuſdem quartę particulę. vide ibi eos cum eorũdem expoſitionibus.

Aphoriſmus. 61.

Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rurſus caleſit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi ſignificat.

Hic etiã apho. expoſitus eſt in. 4. cõmẽtario eiſdẽ fere uerbis quibus nunc ſcribitur.

Aphoriſmus. 62.

Sudore multo frigido, calido ſuperfluẽte oportet mitti humiditatem, à corporibus fortibus, ſuperius, debilibus uero, inferius.

The. Sudoris copia calidi, aut frigidi, aſſidue fluentis, hũorem deduci, robuſto ſupra, debili infra, ſignificatur.

Leo. Sudor multus, calidus, uel frigidus, ſemper fluens, humorem abduci, robuſto quidem ſupra, debili uero infra, ſignificat.

Expoſitio Marſilij ſuper apho.

Iſte apho. ſecundum Gal. non eſt Hippo ſed ab alijs eſt hic appoſitus. cum nanq; reprehenſione dicit eſſe dignum. in eius tamen principio aſſimilatur aphoriſ. 42. quartę particulę. vide ibi (Nonnulli addunt hic quadrageſimumtertium quadrageſimumquartum & quadrageſimumquintũ apho. quartę particulæ.

Febres quæcunq; non deficientes tertia die, ſunt fortiores, & periculoſæ. Quæcunq; uero ſic defecerint, ſignificat quoniã non periculoſæ.

Theo. Febres quęcunq; non intermittentes, tertio die uehementiores redduntur, magis periculoſę exiſtunt. Sed ſi quouis modo intermittunt, ſecuritatẽ ineſſe ſignificat.

Leoni. Febres quęcunq; non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, periculoſę. Quocunq; autẽ modo intermiſerint, ſignificant ꝙ non ſunt periculoſę.

Quibus feb. longæ, his puſtulę diuturnæ, aut in articulis dolores fiunt.

Theo. Quibus tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decumbunt.

Quibuſcunq; febres longę, his uel tubercula, uel ad articulos dolores decumbunt. Leoni.

Quibuſcunq; ex febribus, aut puſtulæ diuturnæ, aut in articulis dolores fuerint, hi amplioribus cibis utuntur.

Quos febres diutinę habent, ijs in articulos abſcedit ſi labor accidit. Quibus autem in articulos abſceditur ſi labor ex febre accidit, ij cibo pleniore utuntur. The.

Quibuſcunq; tubercula diutina, aut in articulos dolores, ex febre decumbunt, hi cibo pleniore utuntur. Leo.

Aphoriſmus. 63.

Cibus quem accipiunt febricitantes, ſanis eſt uirtus, infirmis uero morbus.

Si cibum febricitanti des, ut uires ſano, ſic morbum ægro dederis. The.

Si quis cibum febricitanti dederit, ut ſano robur, ſic laboranti morbus. Leo.

Expoſitio Marſilij ſuper apho.

Dicit Gal. hunc aphoriſmũ eſſe longiquũ ab intentione Hip. ideo aliquem alium inſeruiſſe hunc apho.

Aphoriſmus. 64.

Quæ per ueſicam excernũtur inſpicere oportet ſi talia qualia ſanis excernuntur, quæ igitur minime. Similia ſunt his, hæc morboſiora. Quæ uerò ſunt ſanis ſimilia. hæc minime morboſa.

Hic apho. apud Gal. repetitur quãquam indignus Hippocrate. exiſtimetur.

Aphoriſmus 65.

Præmiſſis aliquibus exeuntibus non motis, ſi quaſi raſura inteſtini ſupernatauerit, parua, paruus eſt morbus, ſi multa, multus, horũ uero multa neceſſaria eſt uentris ſolutio. Si uero uenter non mundificabitur, ſed potius iuſcula dabuntur, quanto magis dabit. tanto magis plus peiorabitur.

Quorum in deiectionibus, ſi ſtare ſinas, nec moueas, deſident quaſi ſtrigmenta, ſi pauca ſunt parum morbi contractum eſt, ſi multa, multũ. His aluum purgaſſe conducit, ꝙ ſi, aluo non purgata dabis ſorbitiones, nocebis, & quo plus dederis, eo magis nocebis. The.

Et quibus deiectiones, ſi ſtare permiſeris, & non moueris, ueluti ſtrigmenta ſubſiſtunt, & ſi pauca, paucus eſt morbus, & ſi multa, multus. His confert alui purgatio, quod ſi, aluo non purgata, dederis, ſorbitiones, quãto plures dederis, tanto magis nocebis. Leo.

Expoſitio Marſilij ſuper apho.

Gal. multas ponit diuerſorũ ad hunc apho. expoſitiones, tandẽq; concludendo iſtum apho. nõ eſſe Hippocratis, ſed aliquem ſophiſtã uerboſum hunc conſtruxiſſe, dicit ſe non putare hunc apho. eſſe obſcurum uel difficilem, ſed falſum & nullius momenti.

Explicit Liber Septimus, & vltimus Aphoriſmorum Hip. ſecundũ antiquã Conſtãtini Africani translationem.

Aphoriſmi ſequentes ſolũmodo in alijs duabus traductionibus reperti. Qui ſupra eiſdem fere uerbis expoſiti ſunt.

Excreationes in febribus non interpellatis, liuidæ, cruentæ, billioſæ, fætidæ, malæ, ſunt omnes, Ac ſi bene Theo.

excernitur, bene est. Et quod tum per uẽtrem, tum per uesicam, & quacunq; secedens aliquid subsistit nõ purgatum, malo est.

Leo. Excreationes in febribus non intermittẽtibus, liuidæ, sanguineæ, biliosæ, & fætidæ, omnes malę. Cũ uero bene excernuntur, bonum est, & per uentrem, & p uesicam, & ubi aliquid secedens steterit non purgatum, malum.

The. Corpus efficere fluidum oportebit, quacunq; euacuandum censueris. Si supra, firmari aluum, si infra, solui necesse est.

Leo. Corpora oporter ubi quis purgare uoluerit, fluida facere. Et si supra, sistere aluũ, si uero infra, humectare.

The. Somnus, aut insomnia, si alterutrum, ultra debitum fiat, morbus accidet.

Leo. Somnus, uigiliæ, utraq; modũ excedentia, morbus.

The. In febribus nõ interpellatis, si exteriora frigent, interiora urunt, si febris habet, & fiunt, letale est.

Leo. In febribus non intermittẽtibus, si exteriora frigẽt, interiora uruntur & febris habeat letale.

The. In febre non interpellata, si labrũ aut oculus, aut supercilium, aut nasus, peruertitur, si uisus, si auditus defecerit, ægro iam debili, quicquid ex his accidit, mors in propinquo est.

Leo. In febre non intermittente, si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium, peruertitur, si non uideat, si non audiat, & iam debilis sit, quicquid horum fuerit, mors prope est.

The. A pituita candida, aqua intercutem accidit.

Leoni. A pituita alba, aqua intercutem superuenit.

Theo. A fluore alui, difficultas intestinorum.

Leo. Ab alui profluuio, difficultas intestinorum.

Theo. A difficultate intestinorũ, leuitas intestinorũ accidit.

Leoni. A difficultate intestinorum leuitas intestinorum superuenit.

Theo. A sideratione, abscessus ossis.

Leo. A corruptione, abscessus ossis.

Theo. A sanguinis uomitione, tabes, & puris purgatio supra. A tabe fluctio de capite. A fluctione, profusio alui. A profusione alui, astrictio purgationis superioris. Ab astrictione, mors.

Leonis. A sanguinis uomitu, tabes, & puris purgatio supra. In tabe, fluctio ex capite. In fluctione, alui profluuiũ. In alui profluuio, adstrictio purgationis superioris. In adstrictione, mors.

The. Qualiscunq;, aut p r uesicã, aut per aluum, aut per carne, excretio fit, quacunq; omnino corpus excedit, naturam, si parũ excedit, parua est ęgritudo, si multum, magna, si admodum multum letalis est.

Leo. Qualia fuerint uesicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus, si multum, multus, si ualde multum, letale est.

Clarissimi philosophi, præstantissimiq; medici Iacobi Forliuiensis quæstiones cũ supplemento quæstionũ Marsilij ubi deficit Iacobus, Feliciter incipiunt.

Quæstio. I. Aphor. I.



TRVM VITA HOminis sit breuis. Arguitur multipliciter q non.
Primo quia homo inter cætera uiuentia maxime abundat principijs uitæ. ergo &c. cõsequentia est nota. & antecedens colligitur in libro de longitudine & breuitate uitæ.
Arist. Item in toto libr. de hystorijs animaliũ non explicatur aliquod animal quod sit longioris uitæ q̃ homo
Aĩalia longioris uitę. & elephas & ceruus, sicut dicitur in fabulis Medeę. uiuacior; cerui. sed philosophus nõ multum asserit de illo.
Secundo arguitẽ sic. complexio hominis cõparatione aliorum animaliũ est tẽperatissima. ergo &c. patet consequentia, quia cum perfectiori tẽperamento multo & longiori tpe debet forma in materia cõseruari. & colli-
T.c.ul. giẽ assumptũ. primo complonũ et prima primi. cap̄. de
Auicẽ. complonibus membrorũ. Tertio arguitur principal'r
Señ. auctoritate Senecę in libro de breuitate uitę. ubi dicĩ,
Vale. uirtuose uiuere uolẽti tempus angustũ non esse. Et Valerius libro 2. cap̄. de senectute. de longeuitate mirãda
Rasis. scribit. Et Ras. 4. Almans. ult. cap̄. ponit hãc scientiam esse breuem respectu uitæ si secundum semitas & canones auctorum incedere uoluerit.
Virgi. Ad oppositum primo est Hip. in lr̃a. Et Virgilius. 10.
Ouid. æneidos. Stat sua cuiq; dies &c. Et Ouidius nono meta-
Sene. morphoseos. Omnia debent nobis paululumq; morari. Et in eodem alibi. Labitur occulte &c. Et tragędiarum primo. Properat cursu. Vita citato, uolucriq; die Rota pręcipitis uertitur anni. Et Ras. ubi supra. Huius enim doctrinę q̃titas uitę hoĩs mensurã multũ excedit. quod non solũ in hac uerũ est, sed in oĩbus alijs doctrinis.
In quęstione ista primo pręmittenda sunt preambula quędam. Secundo conclusiones de quęsito.
Quantum ad primũ sunt quędam notanda. Primo
Vita hominis duplex. sciendum est q cum uita sumpta siue pro actu primo siue secundo denominanda sit breuis uel longa in cõparatione ad alterum respectu multorũ potest denominari longa uel breuis. Primo respectu uitæ aliorũ aĩalium, Secundo respectu illorum quę sempiterna sunt, ut cœlum & elementa, aut respectu aliorum longeuę durationis ut sunt maria montes &c. Tertio respectu temporis requisiti ad medicinæ sciam capescendam. Consimiliter
Medicinę scia põt acqri dupliciter. põt dici ars longa uel breuis, ut patet intuenti. Secundo sciendũ est sciam medicinę dupliciter acquiri posse, scilicet per inuentionẽ & per doctrinã. Per inuentionẽ multi empirici hanc scientiam multis adiutorijs perfici crediderunt, ut in libro hęresum scribitur à Gal. s. reue
Gal. latione, fortuna, & similitudine uel exemplo. Reuelatione quidẽ dupliciter. s. demonum inuocatione, ut philosophus in quibusdã problematibus suis à Conciliatore allegatis testatur. Inest enim demonibus plus q̃ humanæ infirmitati rerum naturaliũ clara cognitio, partim subtilissimi sensus acumine, partim etiã longeuissimæ uitę experientia. unde gręci quasi demones. i. peritos ui
Isido. ros futurorum p̄scios ueteres appellant, ut. 4. etymol. Perficitur etiã reuelatio somnio uel uisione, ut de sple-
Auicẽ. netico legitur. 2. cañ. cap̄. de urina. Fortuna etiã inuentioni quãdoq; aliquid addit, ut tertia quarti sanati sunt plures a lepra fortasse interficiendi intentione &c. cap̄. de cura lepræ. Similitudo etiã & exemplum non modicum inuentioni huius artis dr̄ attulisse. fertur enim enematis argumentũ ab Hip. nobis traditũ fore, & inuentum illius ciconię exemplũ quę rostro aqua maris impleto et ano supposito, superabundantẽ chimum per secessum eiecit. Putant etiam Dioscoridẽ serpentem latebras ueris tempore egredientem, herbaq; feniculi oculos fricantem confortatũq; aspexisse, & ex hoc utilitatem fęniculi in oculorũ passionibus cognouisse. Qualiter autem per doctrinã scientia medicinæ acquiratur notum est. Tertio sciendum q per doctrinam dupliciter contingit scientiam medicinæ acquiri. Primo habita perfecta & exquisita notitia scientiarum illi deseruientium. Secundo sine tali acquisita notitia.
Quantum ad secundum sunt hæ conclusiones.
Prima conclusio. Vita hominis cõparata uitę aliorũ animalium non est iuxta cõmunem modum loquendi breuis denominanda. Pro ista cõclusione faciunt plura argumenta ante oppositũ adducta. Secunda cõclusio. Vita hominis cõparata multarum rerum perdurationi est breuis. Pro ista etiã conclusione sunt plures auctoritates adductę post oppositum. manifestũ est enim q cõparatione durationis montium fluminũ & marium & rerum æternarum ipsa est ualde breuis. Istam sumpsit Se Sene.
neca. 6. epistolarum. epistola. 7. dum inquit. Punctum est quo uiuimus & adhuc puncto minus. Et in de consolatione ad Helbiam matrẽ. Omnia humana breuia atq; arida sunt & infiniti tẽporis nullam partem occupãtia.
Et Dantes. Tutte le cose nostre hanno lor morte. Si co- Dant.
me uoi ma che lati in alcuna. Che dura molto, e le uite son corte. Tertia conclusio. Tempus mensurans nostræ uitæ perdurationẽ breue est respectu temporis requisiti ad scientiã medicinæ per inuentionem acquirendam. Istam uoluit Hippoc. in litera. Et Ras. ubi supra. Si enim uelles aggregare reuelationes somnia & exempla stares infinito tempore ad discendũ. Quarta conclusio. Vita hominis nõ est breuis respectu temporis requisiti ad hanc scientiam per doctrinam acquirendam. Istam uoluit Ras. cap̄. alleg. ad finem. Et arguitur ratione sic, quia aliquis in breui tempore potest addiscere, quod à mille in pluribus mille annorum fuit inuentum. ergo &c. patet consequentia cum antecedente.
Quinta cõclusio. Paucis hominibus est uita longa respectu temporis requisiti ad acquirendũ scientiam medicinæ cum integra notitia scientiarum ei deseruien-
tium. Ista cõclusio declaratur ab Isidoro sexto etymo- Isido.
logiarum. cap̄. ultimo. Ibi uide quia pulchrum est ad laudem medicinæ.
Ad argumenta patet solutio intelligenti. Sed tamen ad primum cum dicitur q homo abundat maxime principijs uitæ, idest operationibus uitæ proportionalibus. sed tamen non perdurationis, ut est principium perdurationis montium uel fluuiorum.

Quęstio. ij. Aphor. ij.

VTRVM aliquis uomitus sit denominandus naturalis. Ad partem negatiuam arguitur multipliciter.
Primo. Quilibet uomitus fit ab agẽte extrinseco uel contrario passo. igitur &c. patet consequentia & colligitur assumptum. 13. tertij. tractatu. 5. cap̄. 8. quod est de uomitu. Secundo. Motu uomitus mouetur graue sursum puta fundus stomachi. igitur &c. Tertio. Motus deglutionis inest stomacho naturaliter. igitur uomi-
tus inest ei uiolenter. cõsequentia ex primo cœli est ma T.cõ.
nifesta. cui enim mobili inest motus naturaliter, eidem 14.
sibi oppositus inest præter naturam. quare &c. Quarto. Vomitus est motus uel dispositio ex toto genere pręter naturam eo quòd nulli indiuiduo potest naturaliter inesse. igitur &c. Quinto. Simile est de uomitu & sternutatione. sed nulla sternutatio est nisi præter natu-
ram, ut quinto de accidenti. cap̄. primo, & aliqualiter Gal.
quinta tertij, igitur &c. Auicẽ.

Ad oppositum est Hip. in apho. p̄nti. In perturbationibus uentris & uomitibus qui sponte fiunt &c. Itē q̄a fit ab intra. Itē quia cuilibet enti naturali naturale est suū contrariū à se repellere, igit̄ & motus quo p̄ se contrariū expellit̄ est nālis. sed uomitus est hmōi. igit̄ &c.

In q̄ōne primo ponenda sunt notabilia. Secundo conclusiones.

Motuū hūanorum diuersitas.

Primo p̄mittendū q̄ motus qui fiunt in corpore humano, quidam fiunt ab anima tm̄ mediantibus suis instrumentis siue à uirtute, quidam à morbo siue à causa morbi tm̄, quidam ab utroq;. Exemplum primi ut anhelitus & motus cordis. Exemplū secundi, ut iectigatio. Exemplum tertij, ut tremor prout est accīns uirtutis motiuę. Colligitur hęc distinctio quinto de accīti. cap. 1.

Gal.

Nota tamen q̄ istorum motuū qui fiunt à natura, quidam fiunt ab ea nulla causa p̄ternaturali concurrente naturam incitante ut anhelitus, quidam uero à causa pręter naturam incitāte ad motum, ut sternutatio tussis &c.

Vomitus qd. & un̄.

Secundo p̄mittendum quid per uomitū intelligere debemus ex declaratione tertia tertij. trac. 5. ca. 8. de uomitu. Et ex hoc patet non fieri uomitum nisi natura incitata à re pręter naturam in stomacho contēta uel qualitercūq; stomachū aliter alterāte p̄ternaturaliter.

Naturale quadrup̄r

Tertio notādum q̄ naturale apud auctores medicinę & philosophię ualde equiuoce dicitur. Quandoq; enim sumit̄ prout distinguit̄ contra animale siue cognoscitiuum uel sequens cognitionē. Quandoq; cōtra artificiale. Quandoq; contra uiolentū. Q̄nq; contra p̄ternaturale. Intelligendo per motum, & dispōnem pręternaturalem iuxta cōem usum & medicorum s̄niam omnem dispōnem uel motum à causa disconuenienti prouenientem, uel etiā à uirtute cā aliqua pręternaturali cum ea p̄ternaturaliter concurrēte, sicut spasmi dispōnem dicimus esse p̄ter naturam, sil̄r & sternutationem &c. cui contra distinguit̄ naturale acceptū pro eo quod à natura uel uirtute prouenit nulla cā cum ea concurrente p̄ternaturali. Prima concl̄o. Capiendo naturale primo modo uomitus nō est naturalis operatio. Patet, q̄a est operatio sequens apprehensionē. igit̄ &c. Secunda cōclusio. Capiendo naturale p̄ut est distinctū contra artificiale aliquis uomitus debet dici nālis. Patet, quia aliq̄s fit à natura non cōcurrente auxilio artis. igit̄ etc. Tertia cōclusio. Capiendo naturale p̄ut distinguit̄ contra uiolentum q̄libet uomitus est actio naturalis stomachi. p̄bat̄ur. Primo, quia p̄uenit à principio intrinseco stomachi primi. igit̄ &c. Itē talis motus fit à forma stomachi suię naturalibus instrumētis mediantibus. Item cuilibet enti naturali inest motus quo suum repellit contrariū. igitur &c. Item quia est naturale graui extra suum locum situato &c. Itē naturaliter aqua ab intra alterat̄ & expellit caliditatem sibi contrariam etc. Plura alia adduci possunt. Ex isto sequit̄ q̄ cuiuslibet membri quelibet actio ab intra p̄ueniens est naturalis. Seq̄tur secundo appetitū caninum esse actionem naturalem. Sequitur tertio dolorem esse actionē naturalem. Et infinita quasi alia sequuntur ex his.

Appetitus caninus est naturalis.

Quarta concl̄o. Capiendo naturale, ut distinguit̄ contra p̄ternaturale ad sensum medicoꝝ nullus uomitus est naturalis. Probat̄, quia nullus talis fit à natura non concurrente cā p̄ternaturali. igitur &c. patet consequentia & añs sil̄r. Ex quo sequitur quēlibet uomitum esse p̄ter naturā, quia ad quemlibet talem cāndum concurrit cā p̄ternatural̄r imprimens.

Ad argumenta ante oppositū r̄ndetur. Ad primum conceditur consequētia ad intellectū quartę cōcl̄onis. sed ad intellectū tertię concl̄onis negat̄, quia nō est motus uiolētus. Ad secundū negatur consequētia & dr̄ q̄ motus naturę, q̄ nō est aīa sed solum natura, est inclinatus naturalr̄ tm̄ ad unam dr̄iam pōnis, sed motus naturę q̄ est aīa non est limitatus, & sic hic motus ascensus fundi stomachi est naturalis huic inquantū animatus est. Ad tertiū negatur consequentia. nā aīata p̄ñe moueri motibus contrarijs, s. ante retro sursum deorsum, ut tu potes saltire sursum & infra etc. Ad quartū cōcedit̄ consequētia ad itellectū quartę concl̄onis. Ad q̄ntū conceditur q̄ nō est naturalis ut distinguit̄ contra p̄ter naturam, sed bene est naturalis, ut contra uiolentū distinguitur.

Quæstio. iij. Apho. ij.

VTRVM possibile sit humorē uel humorem nostri corporis peccare solū in quali. Ad partē negatiuam arguitur multipl̄r. Primo sic. quilibet humor peccans in quali peccat in quanto. igit̄ &c. consequentia est nota. & assumptum probat̄, quia q̄libet humor peccās in quali nocet sui quantitate. patet, quia plus nocet q̄ noceret si esset minoris q̄ntitatis igit̄ &c. patet consequentia & assumptum. Secundo quodlibet superfluēs naturę membroꝝ peccat in quanto, sed quilibet humor peccās in quali, saltem intensiue, sup̄fluit naturę membrorū. igitur &c. patet cōsequentia, & assumptū arguit̄, quia non superfluit aliquid nisi rōne q̄ntitatis nimiæ. Sil̄r si stante malitia qualitatis ęquali minoraret̄ humor, minoraret̄ peccatum, sed non qualitatis. igitur quātitatis. & per cōsequens &c. patet cōsequentia cum añte. Tertio quia euō respicit quantitatē peccantem. igit̄ cui debetur euō, illud habet q̄ntitatem peccantē. sed cuilibet humori peccanti in quali debetur euō. igitur &c. patet consequentia cū añte. Quarto purgatio de qua loq̄tur Hip. hic in apho. debet esse sufficiens. igitur respicit q̄ntitatem sufficientē euacuandā. sed oīs quantitas euacuanda est peccans. igitur &c. consequentia cū antecedente.

Ad oppositum uidetur Cōmenta. in prin. cōmenti.

In ista q̄ōne ponam primo quædā notabilia. Secundo conclusiones inferā. Tertio respondebo ad argumenta.

Primo sciendum est q̄ ad permanentiā sanitatis nostri corporis req̄ritur temperamentū humorum, non solum rōne qualitatū, sed ēt rōne suę q̄ntitatis Non enim solū oportet humores nostri corporis habere qualitates naturę membrorū nostri corporis cōuenientes, sed cum hoc requiritur suas quātitates non esse nimis excedentes nec diminutas nimis, ideo sicut signanda est mensura debita siue temperamentū debitum in qualitatibus humorum, à qua si recesserint humores dicuntur peccantes in quali & distēperati, ita signanda est earum debita mensura siue tēperamentū in quātitate, à qua si recesserint dicuntur peccantes in quanto. Ex quo patet primo q̄ possibile est humores nostri corporis non esse excedētes nec diminutos rōne suarum qualitatum, et tamen ipsos fore excedentes, uel diminutos rōne suarum quantitatum, ut si in forte naturaliter disposito debeat esse p̄cise una libra cholerę duorum graduū caliditatis, & in eo essent duę librę duorum graduū caliditatis. Secundo patet q̄ possibile est humores nostri corpis non esse excedentes nec diminutos rōne suæ quātitatis, qui tamen rōne suarum qualitatum erunt excedentes uel diminuti, ut si in for. debeat esse una libra choleræ duorū graduum caliditatis, & in eo foret una libra choleræ trium graduum caliditatis. Similiter patet humores posse secundū utrunq; ab utroq; temperamento recedere, quia s. excedētes uel diminutos in tēperamento ratione quantitatis & similiter qualitatis. primū uocatur peccatum in quanto secundū in quali. & tertiū in utroq;. Si enim in primo casu non esset excessus quantitatis, & si in secūdo nullus foret in humoribus qualitatis excessus, nullum foret in humoribus peccatum. Prima conclusio. Possibile est humores nostri corporis peccare in quanto & non in quali. Patet, quia possunt recedere à temperamento ratione quātitatis, non recedendo ab eo ratiōe qualitatis. igitur &c. patet consequētia. & assumptum sil̄r ex dictis supra. Secunda concl̄o. Possibile est hūores nr̄i corporis peccare in quali & non peccare in quanto. Patet sil̄r ut p̄cedens. Ex ista conclusione sequitur q̄ euacuatio quę debetur humori peccanti in quali tm̄ non debetur sibi ratione suę quantitatis, sed ratione suę qualitatis, q̄a quantūcunq; foret in corpore quātitas humorum

morum modica, adhuc illi humori peccāti in quali debe tur euacuatio. Sīr quia tali humori non cōpetit euacua tio, nisi ratiōe qua est uirtuti membrorū dsconueniēs, sed hoc non est nisi ratione suę qualitatis, quia quamcito foret ab ea remota mala qualitas, tam cito foret uirtu ti membrorū conueniens. igitur &c. Ex quo sequitur φ humoribus nostri corporis, nec in quali nec in quanto peccantibus stante superueniente peccato qualitatis superueniente peccatum in quanto naturali, quia φcito aliqua pars illorum est facta peccans in quali, tam cito est quantitas minor humorum laudabilium φ esse debet secundum naturam. igitur. Tertia conclusio. Hippo. in 2. aphor. solum loquitur de peccato humorum in quali. Patet ex modo suo loquendi.

Ad argumenta principalia respondet. Ad primū dicitur negando assumptū ad intellectum datum. Ad pbationem dicitur negando illam secundā consequentiā, scilicet quilibet humor &c. sua quantitate nocet. igiē &c. licet enim noceret sua quantitate, non tamen est quantitas secundum se disproportionata uirtuti uel naturę membrorum, quod tamen reqriţur. Ad secundum dr̄ negādo assumptū. & ad probationem similiter negeē antecedens. pōt enim humor superfluere ranō e suę qualitatis.

Ad aliam confirmationē dicitur negando antecedens, quia cęteris paribus non potest minorari quantitas humorum quin minoreē peccatum in quali. licet enim nō minoretur mala qualitas humorū intensiue, minoratur tamen extensiue. igiē &c. Ad tertiū dicitur φ licet euacuatio respiciat quantū peccans, non tamē necessario respicit illud peccans ratione suæ quantitatis. Ad quartū argumentū dicitur φ licet omnis quantitas euacuanda sit peccans, tamen omnis talis eēt peccans ratione quantitatis. & sic est finis huius quęstionis.

In respondendo ad qōnem tactus est cōmunis modus respondendi ad quęstium, nunc aūt tangetur alter probabilis modus respondendi ad quęstionem in quo primo ponentur distinctiones, secundo conclusiones. Prima distinctio. Duplex est quātum seu quantitas. s. generalis & specialis in humore peccāte. Intelligendo per quantitatem generalē omnem dspōnem, qua humor peccās denominaē superfluus siue sit propter grossitiē uel subtilitatem eius uel oiscositatem nimiā. Per specialē qua denominatur auctus uel diminutus ultra uel citra mediocrem quantitate illius humoris naturę conuenientis. Cōsimiliter in humore in quali peccante duplex est quale uel qualitas. s. generalis & specialis. Qualitas generalis est omnis dispositio in humore reperta, per quā humor denominaē nociuus uel impeditiuus naturę uel mordicatiuus uel stimulatiuus, omnis igitur dspō per quam humor naturę redditur nociuus uel disconueniēs est qualitas generalis. & sic φtitas erit qualitas ad istū sensum. Qualitas specialis est quando per aliquā specificam qnalitatē redditur humor nociuus, ut quia nimis calidus. uel propter frigiditatem naturę nociuam uel īproportionatam. Vel eēt spāls qua denominatur calidus uel frigidus, uel alia specifica denominatione de genere qualitatis. Tertia distinctio sequens ex pcedenti. humorem peccantē in quanto non peccare in quali possumus intelligere, uel quali generali uel speciali. Prima cōclusio. Omnis humor peccans in quanto generali, ga superfluus peccat in quali generali, quia nociuus et ecōuerso. Patet, ga quilibet talis est nociuus & supfluus. Secunda cōclusio. Quilibet humor peccans in quāto speciali, quia auctus uel diminutus peccat in quanto generali, quia superfluus, & quali generali, quia nociuus. Patet ut pcedens. Tertia conclusio. Omnis humor peccans in quali speciali peccat in quali & in quanto generali. Patet, quia quilibet talis est supfluus & nociuus, ga detur humor nimis calidus tunc est superfluus. ergo peccans in quanto generali. & si est superfluus tunc est nociuus. igitur peccat in quali generali. Quarta conclusio. Non quilibet humor peccans in quali speciali peccat in quanto spāli, nec econtra. Patet, qa non quilibet humor diste peratus est auctus uel diminutus respectu mediocris φtitatis & mensurę illius humoris. nec econtra. patet intelligēti. Quinta conclusio probabiliē poniē. Stat aliquem humorē peccare in quāto generali, & in quali generali, qui tñ non peccat in quanto spāli nec in quali spālt à temperamento graduaē recedente. Patet de sanguine ad gradū temperamenti ducto per cholerā putridam secū mixtā. Vltima cōclusio. Licet ita sit, tñ iste humor peccat in quali spāli temperamento ſ dsproportionato mertio suę complōnis. patet intelligenti.

Quan tū siue φtitas dr̄ duplr.

Quale uel φlitas duplr.

Huor peccās ī φto & non in quali di ciē duplicī.

Quęstio. iij. Aphor. iij.

VTRVM in corporibus athletarū repletis nutrimento sua qualitate laudabili possit naturalis appetitus ad cibum insurgere. Ad partē negatiuam arguiē multipliē. Primo. In his corporibus nunφ inaniuntur mēbra. igitur in talibus nunφ causaē fames naturalis. Assumptū arguitur, quia semper in talibus corporibus ut nę replerę sunt naturali sanguine & laudabili. & patet consequentia, quia fames naturalis nēcio psupponit oe narum inanitionē, ut quarto de accidenti alleg. cap. 7. Secūdo. nunquā in his corporibus attrahit hepar à sto macho mediantibus meseraicis, eo φin talibus semper est in hepate copia laudabilis sanguinis alias enim non essent hęc corpora repleta sanguine solo quanto peccante, cuius oppositū supponitur in qōne. igitur &c. Tertio. in talibus membra grauantur superfluo nutrimento, quia peccat in quanto. igitur uirtus membrorū naturalis superfluum illud nititur expellere. sed non simul illud nititur extrahere et expellere. ergo donec stat superflua multitudo, uirtus naturalis membrorum non nititur à uenis attrahere, & per consequens nec fames causatur naturalis. Quarto. sequeretur φ in corpore mediocris habitudinis naturaliē se habēte semper chilo ex stomacho ad hepar attracto insurgeret fames. Arguiē consequentia, quia tunc multo magis inanitę sunt uenę & hepar in corpe mediocris habitudinis φ in corporeīā dicto plethorico. sed in aliquo tpe in corpore plethorico attrahunt uenę ab hepate & hepar à stō median tibus meseraicis fi qō est uera. igitur &c. Quinto pręsentia multitudinis humoris crudi apti cōuerti in sanguinem et nutrire corpus est cā destructionis appetitus, igitur à fortiori pręsentia multitudinis sanguinis laudabilis. Assumptū colligitur. 4. de accidenti. alleg. cap. 7. et 13. tertij. ca. de causis destructionis appetitus, ubi exēplariter inducitur ursus & ericius & plurima animalia à cibis abstinentia in hyeme tēpore extenso quoniā occupatur natura in rectificando illud, quod est in corporibus eorum ex humoribus crudis, et digerendo ipsum, & administrādo loco eius quod dissoluiē. Pro isto uidetur intēno Gal. 3. uirtutum naturaliū. 13. ca. Et nō esuriendi demū quandoφ animali copia escę, quę in hepate cā est. meliorem. n. & paratiorē habens uenter escā neφ indiget eam quę extrorsum. Vnde. 13. tertij. alleg. ca. Et ad ultimum necessitas cibi est, ot suppleat locum eius, quod resoluitur. Cum igitur non est resolutio aut est resolutio parua nō est necius cibus extrinsecus.

Gal. Auicē. Aīalia abstinētia à cibo tpe hyemis Gal.

Oppositū colligiē prima apho. apho. & cōmen. 3.

Multi uero sunt modi respondendi ad hanc qōnem.

Primus quem cōmuniter sequuntur Pataui pręmittit quędam. Primo pręmittit φ appetitus generaliter est inclinatio appetentis in appetibile, quia eēt duplex. s. animalis & naturalis, ut supra declaratum est. Secūdo pmittit ad famem naturalem quinφ motut concurrere, de quibus in. 2. techni quęstione. 45. in tertio pręmisso primæ responsionis ad quęstionem usum est. Quorū primus ponebatur esse membrorū inanitio. secundo uero naturale desiderium quo sanguis à uenis attrahiē ab hepate. Tertius est suctio uenarum à stomacho. Quartus est sensus stomachi humidi suctionem percipientis.

Appetitus qd. Appetitus duplex. Famis natura lis motus qnque.

Quintus est animatū desiderium, qui est omnium finis, quo .s. stomachus cibum petit ab extra, ut hanc tristem sensationē amoueat, & hæc est fames.

Appetitus aīal' mēdosus siue caninus

Tertio prȩmittit prȩter appetitum naturalē reperiri appetitū animalem mendosum qui fit à re p̄ter naturam sicut appetitus caninus, & uoluptuosus, qui consequitur frequenter uoluptatem in cibo & in potu, sicut parere dicunt in bibulis patauis.

Arist. Gal. Haly. Cap. 1

Quarto p̄mittit ꝙ licet natura mentem non habeat, quia tamen in suis actionibus regulaꝝ ab intelligentia non errante. 12. meta. 18. con. ideo inconueniens respuit & attrahit conueniens q̄uis unum ab altero non discernat ut. 4. regiminis acutorū, & Haly. cō. 25. secundi techni trac. testiculorū. His prȩmissis infert has conclusiones. Prima conclusio. Probabiliter sustineri pōt nunquā huiusmodi corpora naturalī imo uoluptuoso appetitu appetere. Q̃ .n. non appetant appetitu naturali, patet p plura adducta ante oppositū.

Appetitus mendosi origo.

Q̃ tamen appetant docet experimentū, cum igitur non appetant appetitu naturali, ut tactum est nec mendoso qui fit à re p̄ter naturam, sequitur ipsa appetere appetitu uoluptuoso. Dicunt ulterius hunc modum sequētes, ꝙ nisi istis taliter appetentibus exhiberetur cibus affligerentur & fierent cacochymi, multum agitatis et cō motis humoribus. Secunda conclusio. Conformiter loquendo dictis auctorum tenendū est in istis corporibus uerum & naturalē appetitum insurgere.

Fames ī athletis q̄ pacto fiat.

Modus autē ab his ponitur multiplex. Primus, quia cum hæc corpora sunt multum calida, fit in eorum membris magna resolutio & per consequens inaniuntur, ex quo insurgit naturalis appetitus attrahendi nutrimentū ad porositates inanitas, & per consequens à uenis traheretur nutrimentum ad porositates membrorū, & sic deinceps donec in meseraicis fiat aliqua inanitio, quare sugunt ab ore stomachi, & consequenter fit uere appetitus. Hic modus contra se habet difficultatem non paruam, q̄a donec in uenis est superflua sanguinis plenitudo uirtutem aggrauans naturalem uenarum, licet illius plenitudinis fiat aliqua minoratio, non tamen uenȩ ab hepate attrahent, similiter nec hepar attrahendo uidetur in meseraicis aliquam facere minorationem. grauaꝝ enim uirtus hepatis sanguine nimio, non igitur appetit nouum sanguinem attrahere, sed potius quem habet expellere. Et per illud apparet ꝙ stante plenitudine iam dicta nō debet chilus per meseraicas attrahi uirtute hepatis. uirtus enim naturalis hepatis potius appetit se superfluo degrauare. Secundus modus est ꝙ in p̄dictis corporibus uerus causatur appetitus, quia licet sit in eis prȩsentia multi nutrimenti, tale tamen quia superfluū non regulatur à uirtute, sed extraneaꝝ, propter quod membra ipsum respuunt & inclinanꝝ ut melius attrahant. Hic secūdus modus non minorem habet difficultatē prȩcedentē. supponitur enim in quȩsito hȩc corpora esse repleta nutrimento laudabili solo, scilicet quanto peccante cuius oppositum hic supponiꝝ. Tertius modus sustinendi conclusionem eorū est ꝙ membra respuunt hoc nutrimentum. in quanto peccans tanq̄ disconueniens. ideo ipsum alterant alteratione p̄parante ipsum ad expulsionē qua fit hoc nutrimentū membris inconueniens, quemadmodum uirtus naturalis ossis propriū nutrimentum attrahit, superfluitatem tamē expellit alterando ipsum alteratione p̄parante ad expulsionem. hoc ergo nutrimentum taliter alteratum non amplius conuenit nutricationi membrorū propter quod membra coguntur nouum appetere nutrimentum & sic à uenis attrahunt et uenȩ ab hepate & hepar à stō mediantibus meseraicis &c.

Hic modus respondendi licet uideatur bene coloratus, plures tamen recipit instātias. Prima. quia in q̄one supponitur hæc corpora esse repleta nutrimento laudabili, & per consequens apto nutrire membra. Item taliter alterant membra sanguinē nouiter attractū à uenis qualiter alterabant p̄existentem antequam factus esset inutilis ad nutriendum, sed primū alterabant alteratione prȩparante ad expulsionem. igitur & secundū. probaꝝ maior, quia agens utrobiq; est idem, & passum simile, & finis idem, cum alijs paribus igitur &c. Item in synocha sine putredine nullus sanguis deberet nutrire membra, quia plus grauat uirtutem membrorū & sibi disconuenit q̄ sanguis solo quanto peccans in plethoricis. igiꝝ ipsum plus resoluit uirtus membrorū & alterat alteratione p̄parante ad expulsionē. Item semper in talibus corporibus deberet fieri sanguinis expulsio donec tolleretꝝ superflua plenitudo, quia iam sanguis prȩparatus est ad expulsionem, & uirtus expulsiua in talibus corporibus est fortis tentans & intendens illum sanguinem expellere. igiꝝ &c. Et p̄ra alia induci possent contra modū istū.

Alij respondent ad quȩsitum prȩmittentes quædam.

Aristo:

Primo prȩmittunt ꝙ una & non parua de causis refrigerij caloris nostri naturalis. est nutrimentum ab extra adueniens, ut colligi potest ex libro de morte & uita, & ex libro de respiratione. ubi dicitur plantas & animalia exanguia sufficiens habere caloris refrigerium à nutrimento & continente, propter quod ieiunij tolerātia usq; ad certum tempus aliquando ita calorem inflammat ut sanguis quantuncunq; laudabilis uertatur ad naturam cholerȩ, eo ergo ꝙ alimentū quod in principio contrariū est alteo, ut. 2. de anima, refrigerat calorem uel saltē superincensioni caloris resistit, ideo subtractiuo & nutrimenti ab extra uenientis defectus est causa inflammationis caloris naturalis. Secundo prȩmittunt ꝙ sanguis inflammatus reductus uersus naturam cholerȩ non est conueniens nutricationi membrorum. Tertio prȩmittunt ꝙ uirtus naturalis membrorū naturaliter sanguinem ineptū nutricationi respuit, & laudabilem quȩrit quo membra restauret. Ex his colligiꝝ modus, quo iam dicta corpora famem naturalem incurrunt: eo enim ꝙ sunt uehemēter calida plurimo indigent refrigerio, ideo non adueniente cibo ab extra refrigerante inflāmatur calor, & sanguis quantūcunq; laudabilis fuerit uersus naturam cholerȩ ducitur, & per consequens fit ineptus nutricationi membrorū, & sic uirtus naturalis mēbrorum hunc sanguinem respuit, unde cogitur à uenis aliū sanguinem laudabilē quȩrere & uenæ ab hepate & hepar à stomacho mediantibus meseraicis, unde prȩdictis corporibus naturalis insurgit appetitus. In summa ergo ex dictis eorum colligitur primo ꝙ stante plenitudine sanguinis non peccantis in quali non potest in p̄dictis corporibus insurgere naturalis appetitus. Secundo ꝙ si causatur in eis naturalis appetitus, hoc non est nisi quia sanguini ipsorum superuenit peccatum in quali secundū modum iam dictum. Ex quibus inferunt canonem in regimine talium corporū per cibum, ipsis offerendus est cibus, ne p̄dicta incurrant nocumenta, sed in quantitate paucus ut minuaꝝ plenitudo, uel saltem non augeatur.

Gal.

Vnde Gal. 4. de regi. sani. ampliora dare his qui euacuatione indigent certe contrarium, rursus uero nequaq̄ nutrire anxium, & cholerȩ generatiuū, & nociuum stomacho, & uirtutis destructiuū, & cacochymiȩ augmentatiuū. Iste tamen modus respondendi nō paruas recipit instantias. Prima quia nunquā hæc corpora uerum incurrent appetitū, nisi notabili & sensata prȩcedente calefactione. consequens est contra experimentū. arguitur consequentia. quia non causatur in eis uerus appetitus, nisi tanta prȩcesserit superincensio spiritus & sanguis qua sanguis reddatur indecens ad nutriendum membra. Patet autem talem superincensionē necessario esse sensibilem & manifestam. malitia. n. humoris qua sit ineptus ad nutriendū membra est malitia intensi gradus, ut. 2. apho. cōmē. 17. Item talia corpora essent cibanda antequam incurrerent appetitū, quia prius sunt hȩc corpora cibāda q̄ sanguis & humores inflāmentur inflāmatione qua indecētes fiāt mēbrorum nutricationi, sed non incurrunt hæc corpora famem nisi

prius

prius sanguine & humoribus inflammatis. prius igitur sunt cibanda hæc corpora quàm appetitum incurrant.

Item multo plus inflammatur humor & sanguis quilibet in eplumerante quàm in talibus corporibus quando famem naturalē incurrunt. sed ꝓpter inflāmationem ex ephimera acquisita sanguini & humoribus nō desinunt humores esse conuenientes nutricationi membrorum. igitur &c. Itē quia quęstio quęrit. an stante peccato humoris in solo quanto possit naturalis appetitus insurgere. Et hic modus ponit humores prius fieri qualitate peccātes.

Athletarū corporꝫ cōplexio.

Ideo aľr ꝓbabiliter respondetur ad qōnem pmissis quibusdam. Primo pmittendum ꝙ talia corpora athletarū (de quibus est sermo) sunt corpora calida & humida multum habentia de calore in quanto, ꝓpter quod est in eis humidi membralis resolutio multū uelox. Secundo pręmittendū in talibus corporibus restaurationē nutrimentalis humidi ualociorē & maiorem esse ꝙ̄ sit substāntifici membrorū resolutio aut nutrimentalis in substantificum conuersio. aľs enim in talibus non cresceret continue plenitudo, nec propter hoc periculū suffocationis incurrerēt aut crepaturę uenarū. Et tota causa est, quia licet in talibus corporibus sit calidum resolutiuū multum, cum hoc tamen in ipsis est humidū multum resolutionē retardās, non tamen īpediens sed potius promouens multiplicationem nutrimentalis humidi. Tertio supponiť ex supradictis ꝙ secundū uarias naturales habitudines corporū hepar & uenę uarias sibi limitant naturalis sanguinis mensuras, citra quas corpore naturaliter se habēte, cum minoratur sanguis in hepate uel uenis naturaliter uenę promouentur ad trahendū ab hepate, & hepar à stomacho mediantibus meseraicis. non. n. apparet rōnabile ꝙ tantam expectent inanitionē & minorationem sanguinis hepar & uenę sanguinei sicut melancholici antequam promoueantur ad attrahendū, immo probabile apparet multo maiorem esse copiam sanguinis in hepate & uenis sanguinei naturaliter appetentis quàm in hepate & uenis melancholici quātuncūqꝫ naturaliter refecti. Quarto pmittēdum per corpora repleta nutrimento laudabili siue plethorica intelligenda esse illa in quibus est plenitudo maior quàm in corpore mediocris habitudinis &c̄.

Plethoricū corpus qd.

Prima conclusio. Stante plenitudine uenarum & hepatis sanguinis laudabilis in talibus corporibus excedente mensuram naturalē in eisdem non pōt in eis naturalis appetitus insurgere. Patet per plura argumēta adducta ante oppositum. Stāte enim plenitudine tanta, uenę non attrahūt ab hepate nec hepar à stomacho mediantibus meseraicis etc.

Secunda conclusio. Stante plenitudine sanguinis laudabilis hepatis et uenarum respectu mediocris habitudinis, potest in pdictis corporibus uerus & naturalis appetitus insurgere. Patet, quia stante plenitudine sanguinis &c. respectu mediocris habitudinis, stat uenarum inanitio et sāguinis minoratio citra mensurā naturalem sanguis naturaliter competentē uenis & hepati tempore quo non famescunt. igitur tunc uenę naturaliter promouenť ut ab hepate attrahant & hepar à stomacho mediantibus meseraicis. Siľr in hmōi corporibus est resolutio humidi substantifici membrorū uelox, quare coguntť à uenis frequēter & uelociter sanguinem attrahere. Pono igitur ꝙ tunc sit in uenis quantitas ista sanguinis quam uenæ sibi naturaliter limitant. Et patet ꝙ si citra istam fiat sanguis diminutio. & sic uenę ab hepate trahent &c. Cōtra. talia corpora nō egerēt euacuatiōe. cōtra Hipp. 1. apho. apho. 3. dicentē. Horum igitur causa bonam habitudinē soluere confert &c. Arguiť consequentia, quia necessitas huius eūonis non insurgit nisi timore suffocationis aut crepaturę uenarum. sed non īminet hic timor, eo ꝙ non causatur appetitus in ipsis nisi inanitis uenis, & minorato sanguine citra quantitatē, quam corpus in dispōne non famelica sibi naturaľr limitat. igitur &c. Tertia conclusio ponitur proisto. Licet huiusmodi corpora modo iam dicto naturalem appetitū incurrant ex cibatione, tamen periculum

Hippo.

suffocatiōis incidūt aut crepaturæ uenarum. Patet, quia in talibus restauratio humidi nutrimētalis multo maior est quàm resolutio substantifici aut conuersio nutrimentalis in substantificū, ut supra positum est & deductum. igitur per assumptionē cibi et eius conuersionē in sanguinem fit continue additio eius in plenitudine, & per consequens &c. Exempli grā. sit naturalis quantitas sanguinis in dispōne non famelica talis libris corporis libra una, & minoreť hęc quantitas per actionem membrorū per uncias quattuor, & sit in forte plethorico sanguis boni libra una & uncię duæ. Tunc superueniente attractione membrorū minorabitur hęc plenitudo per uncias quatuor. ergo minorabiť citra quantitatem librę. i. & per consequēs attrahent uenę ab hepate & consequēter hepar à stomacho &c. Quia tamen maior est resumptio nutrimentalis humidi ꝙ̄ eius conuersio & attractio ad membra, exhibito cibo generabūtur plures quàm quatuor uncię sanguinis. Pono igitur ꝙ generentur quinqꝫ. Et patet ꝙ ubi primo erat plenitudo. 14. unciarū facta cibatione ex sanguinis regeneratione erunt in corpore sanguis uncię. 15. & sic deinceps. Corpus ergo incurret suffocationis periculum aut crepaturę uenarum. Ex quo sequitur primo ꝙ ꝙ̄diu stabit hoc corpus sub plenitudie excedente librā. s. non incurret appetitum naturalem. Patet secundo ꝙ hęc corpora sine cibo stare non possunt, ne inflāmatis humoribus hęc plenitudo conuertat in cacochymiam. & si cibarentur caderent in plenitudinem, ideo necesse est minorationem facere, ut rursus nutrimenti principium accipiat corpus, ut dicit Hippoc.

Ad argumenta principalia respondeť. Ad primum. negatur assumptum saltem de inanitione intelligendo potente promouere attractionem uenarum ab hepate, ut patet ex dictis. Et consequenter dicendum est ꝙ licet in his corporibus sint semper uenę plenę laudabili sanguine respectu corporis mediocris habitudinis, non tamē plenę sunt ad sensum supertus expositum. Et per idem patet respōsio ad secundum. Ad tertium argumentum dr̄, ꝙ nō semper in talibus est superflua membrorum plenitudo, ut patet ex dictis. Ad quartum etiam patet non enim uniuersaliter maior inanitio uenarum maiorem promouet attractionem ab hepate nisi cum alijs paribus. Ad quintum conceditur. ꝙ pręsentia multi sanguinis laudabilis respectu naturalis multitudinis est causa destructionis appetitus, sed hoc non repugnat dictis.

Quæstio. V. Aphor. iiij.

VTRVM in aliquo morbo chronico competat dięta grossa. Arguiť multipliciter ꝙ non. Primo per diætam grossam impeditur pugna uirtutis contra materiam sed nunquam licet impedire talem pugnam. igiť nunquā licet uti dięta grossa. consequentia nota. & assumptū est de se notum. Secundo in quolibet morbo debet minorari quantitas nutrimenti, ideo in nullo est ingrossanda dięta. cōsequentia & assumptū patent, quia in quolibet morbo est uirtus debilis, quare multum nutrimentum exhibitum non sufficit immutare. ideo &c. Tertio. in statu morbi oportet uti tenuissima diæta. ergo &c. cōsequentia tenet & assumptū probatur, quia tunc est natura maxime occupata. Quarto in cura ascytis oportet uti tenuissima diæta. igiť &c. cōsequentia & assumptū patēt p Auic. in cañ. 3. 14. fen. ca. de cura ascytis ubi pręcipiť cibi minoratio quantū est possibile. Quinto. oportet uti in acutis diæta tenui. sed quādoqꝫ utimur in chronicis minus de cibo quàm in acutis, ut in statu quartanę minus ꝙ̄ in statu tertianę. Vltimo. in quartana oportet uti tenui dięta, ut Auic. prima quarti caꝑ. de quartana.

Auicē.

Auicē.

Oppositum patet per ea quæ dicta sunt circa illum. 4. aphor. Tenues & certæ diætæ. Primo nota pro solutione ꝙ diætam quæ debetur in chronicis possumus cōparare, aut ad illam, quæ debetur sanis eisdem, aut ad diętas quę debentur in alijs morbis puta acutis & peracutis. Secundo nota ꝙ dięta est duplex sicut regimen, scilicet uľis,

Dięta et regimē duplex.

quę discurrit per omnia tempora uniuersalia morbi, & particularis, quę respicit particulare tempus, puta tempus unius paroxismi. Tertio nota ꝙ quando comparamus dięta, quę debetur in chronicis respectu eius, quæ debet̃ in alijs morbis dietandis dicendo ꝙ ipsa est grossior, debet intelligi cęteris paribus. Quarto nota ꝙ quia causa minorationis cibi est fortitudo pugnę uirtutis contra materiam, ideo stante pugna minori, minor est necessitas subtractiõis. ergo &c. Prima conclusio. Cõparando dięta, quę debetur in morbo ad illam, quæ debet̃ tempore sanitatis, in illo cõpetit grossa dięta. Patet cõsequẽtis per argumentũ secũdum superius adductũ ante oppositum.

Secunda conclusio. Cõparando dięta quæ debentur in morbis adinuicem in chronicis cõpetit dięta grossa respectu aliorũ, patet. Primo, quia tunc non est pugna tãta uirtutis cõtra materiã morbi sicut in alijs. Secundo, quia cũ nulla alia diæta posset uirtus conseruari usq; ad statum.

Tertia conclusio. Licet ita sit, tamen quãdoq; particularis dięta in morbo chronico põt esse tenuis. Patet de illa, quæ debetur in statu paroxismi quartanę. Quarta conclusio. Nõ semper in morbo chronico cõpetit dięta ęqualiter grossa. Patet, quia grossior competit in principio q̃ in statu. competit enim in statu tenuissima diæta respectu aliorum temporum.

Ad argumenta principalis responder̃ per ordinem. Ad primum dicitur ꝙ licet per grossam dietã aliqualiter remittat̃ pugna saltem hora cibationis, non tamen impedit̃. Et ulterius dr̃ ꝙ istam pugnam aliquando licet remittere, ut ex illo sequatur aliquod aliud iuuamentũ maius, puta custodia uirtutis usq; ad statum. Ad secundũ dicitur, ꝙ illud argumentũ probat ꝙ in nullo morbo est dięta ingrossanda respectu dietę conuenientis tempore sanitatis. Et hoc bene conceditur. Ad tertiũ dicitur ꝙ in statu uniuersali oportet uti dięta tenuissima respectu aliorum tẽporum, sed hoc nõ est contra dicta. Ad quartum dicitur ꝙ in cura ascytis debet attenuari dięta quãtum possibile est iuxta tenorem uirtutis. Ipsa tamẽ debet esse grossa respectu diætę conuenientis in acutis morbis. Ad quintũ conceditur ꝙ in aliquo tempore particulari alicuius chronicę ęgritudinis datur dięta magis tenuis q̃ in aliquo dato certo tempore ægritudinis acutę, sed hoc non repugnat dictis Auicennę. Ad ultimum dicitur sicut ad quintum. Et sic fuit mens Auicennę.

Quęstio. vi. Aphor. v.

VTRVM in regimine corporis per dięta declinare ad dietas subtiles sit deterius quàm ad grossas declinare. Arguit̃ multipl'r ꝙ non. Primo in aliq̃bus ęgritudinibus regul'r operando oportet declinare ad subtiles dietas & non ad grossas ergo &c. Assumptum patet. in morbis enim acutis & peracutis oportet uti tenui & tenuissima dięta. Secundo facilius tolerat uirtus debilis dietam tenuem q̃ grossam sed in omni ęgritudine uirtus est debilis. igitur in qualibet ęgritudine facilius est uerti ad tenues. sed qd' est uirtuti facilius est eidẽ melius. ergo &c. consequentia nota, & assumptum probatur, q̃a quod exhibet̃ in dięta tenui exceditur à uirtute, unde uirtus optime regulat illud, sed quod exhibet̃ in grossa excedit uirtutem. ergo &c. Tertio. nocumentũ sequens tenuem dietam est nocumentũ per accñs, & nocumentum sequens dietam grossam est per se. sed plus nocet quod per se nocet quàm quod per accñs. ergo &c. consequentia tenet & assumptum probat̃, quia nocumentũ sequens ad grossam est proueniens à contrario. s. nutrimento resistente calori. sed nocumentũ sequens ex subtili diæta est per accñs ab ipsomet calore resoluente propriũ humidum. Itẽ nocumentum à grossa proueniens est positiuũ, et à tenui est solum priuatiuum, sed plus nocet illud quod nocet positiue, quàm illud quod nocet priuatiue solum. igitur &c.

Quarto per dietam tenuem resoluitur & consumit̃ materia morbi, & per grossam augetur. sed melius est materiam morbi diminui q̃ augeri. ergo &c. consequentia nota. & assumptum posuit Gal. in cõmen. illius apho. Tenues & certę dietę. ubi posuit in firmis uirtutem nõ esse augendam. Quinto peccata diminutionis dietę & ingrossationis sunt ęqualia ergo quęstio falsa. patet consequentia & assumptũ probatur. Primo quia defectus & abundantia ad easdem ducunt differentias tertio techni.

Confirmatur quia maximum nocumentum sequens ex attenuatione dietę est pręcise ęquale maximo peccato, quod sequitur ex ingrossatione eius. igitur non est deterius declinare ad tenuem quàm ad grossam dietam. consequentia patet & assumptum probatur, quia effectus sunt ęqualiter mali. pessimus enim effectus sequens subtiliationem est mors per uiam resolutionis, & sequens ingrossationem est mors per uiam suffocationis, sed isti effectus sunt ęqualiter mali, ut patet. Item ultimate tenuis dięta est corpori conuenientior quàm dięta ultimate grossa ergo &c. assumptum probatur, quia alicui corpori conuenit dięta ultimate tenuis, puta tenuissima. nulli autẽ competit ultimate grossa. ergo &c. Sexto dięta tenuis & grossa possunt æqualiter recedere à temperata siue cõuenienti dięta, sed pęnes æqualitatem talis recessus attenditur ęqualitas malitię. ergo &c. Item Auic. cum ignoras ęgritudinem subtilia regimen.

In oppositum sunt uerba Hippo. expresse in aphor. 5. Omne enim malum quodcunq; fit magnum maius fit in tenuibus &c.

In ista q̃one premittenda sunt quędam in ꝓposito necessaria. Secũdo respondebit̃ ad quęsitum. Primo nota, ut tactũ fuit circa apho. 5. Dięta põt dici subtilior dupl'r. Primo in cõparatione ad aliam dietã. s. sanorum & ęgrorum. Secundo in comparatione ad id quod cõpetit uirtuti ut si uirtuti competeret diæta grossa & exhiberetur tenuis, & sic intelligitur in titulo huius q̃onis. Est ergo sensus q̃onis, utrum declinare ad subtiliores dietas q̃ conueniat uirtuti sit deterius q̃ declinare ad grossiores q̃ eidẽ uirtuti conueniat. Secundo nota ꝙ in ordinando diætas quãdoq; sumitur indicatio à uirtute & quandoq; à morbo, quia aliter indicat uirtus & aliter morbus. s. materialis, de quo est ad p̃sens sermo. Tertio nota ꝙ regimen siue dieta est duplex. Quędã est ul'is, & quędam particularis. Quid sit utraq; dictum est prius. Prima cõclusio. Absolute in aliquibus corporibus melius est subtiliare q̃ ingrossare diætã. Patet, q̃a in aliq̃bus cõuenit dięta subtilis & nõ grossa, ut in ęgritudinibus acutis. ergo &c. Secunda conclusio. Ecõtra absolute in aliquibus melius est ingrossare dietã q̃ subtiliare. Patet conclusio, quia in aliquibus competit dięta grossa, ut in quartanis. sed istę conclusiones non ꝓcedunt ad sensum q̃onis superius datum.

Dieta subtilior dupl'r.

Tertia conclusio. Sumendo indicationẽ à morbo declinare ad diætã subtilem est melius. Patet, q̃a cum morbus indicet de sui remotione, & per dietã grossam fiat additio in ipsum, & prohibeat̃ eius remotio, sequitur &c. Quarta conclusio. Seq̃tur ꝙ sumendo indicationẽ à uirtute nũquàm est dięta subtilianda. Patet, quia per nutrimẽtum uirtus conseruatur, ut al's dictum est. Quinta cõclusio principalis est. Declinare ad dietas subtiliores q̃ competat uirtuti est deterius q̃ declinare ad grossiores q̃ eidem cõueniat cęteris paribus. Hæc conclo ꝓbatur multipl'r.

Primo. quia declinare ad subtiliores q̃ uirtuti cõueniat ducit corpus ad inanitionẽ, & declinare ad grossiores ducit corpus ad repletionem, sed cęteris paribus deterior est inanitio q̃ repletio. ergo &c. cõsequentia nota. & assumptum declaratũ fuit superius in illo. 3. apho. In exercitantibus ad summũ. Item per diætã subtiliorem deperdunt̃ immediate partes substãtiales membrorũ, & calor naturalis resoluit̃, sed per grossiorem solum immediate grauatur uirtus nutrimento nimio, sed deterius est partes substantiales membrorũ immediate deperdi q̃ uirtutẽ grauari à re accidentali. ergo &c. Item facilius remouetur lapsus, qui acquiritur per ingrossationem diætæ cæteris paribus quàm qui acq̃ritur per subtiliationem utroq; existẽte reducibili.

ducibili. ergo &c. consequētia nota. et assuptū patet, qa per solam euacuationem corrigitur lapsus per repletionem sed lapsus per inanitionē reficitur per solā restaurationē deperditi quę difficillima est. qa per multas trāsmutationes oportet transmutare nutrimentum anteq̄ restaurentur & regenerentur spiritus. cito autem euacuatur repletio per phlebotomiā. sed notū est q̄ si cętera sunt paria facilius & citius fit euacuatio q̄ restauratio. ergo &c̄. Et intelligo hanc conclusionē uniuersalit̄ siue comparentur diætæ uniuersales ad ul'es siue ptīcu lares ad ptīculares, & tā in corporibus sanis q̄ ægris. Ex ista conclusione sequuntur corrolaria quędā. Primū si per subtiliationē diætæ & p ingrossationē eius sortes, & plato ducātur ad lapsus. s. graduales æquales, plato per ingrossationē & sortes per subtiliationē, perfectionaliter plus remouetur à cōuenienti diæta sortis, q̄ pla. si cætera sint pia i uirtute. Quod patet q̄ ad æqualiter lædendum requiritur maior ingrossatio q̄ subtiliatio. Secundo sequit̄ q̄ plus distat à conuenienti grossa dięta perducēs ad mortem secundum q̄tum, q̄ dięta subtilis perducens ad mortē. Tertio sequitur q̄ posita æqualitate fortitudinis in sor. & pla. & q̄ æqualiter continue subtilietur diæta in sor. sicut ingrossabitur in pla. & continuatis his usq̄ ad mortem, citius morietur sor. q̄ pla. quia semp labet̄ lapsu deteriori ad uitā. ergo &c̄.

Quarto sequitur q̄ sor. & pla. existentibus sub eodē gradu sanitatis & peccantibus utrisq̄ æqualiter q̄tum ad q̄titatem in se diætato uno puta sor. subtiliando diætam & platonem ingrossando, citius fiet æger sor. quā pla. quia deterior lapsu sub æquali gradu citius facit sensibilem lęsionem operationū. Quinto sequitur q̄ in casu sor. & pla. habent uirtutē æqualiter fortē omnino & occurrēt causę æquales pręcise inter se una faciēs inanitionem in sor. & alia repletionē in pla. & tamen morieī sor. & pla. non. Patet, quia q̄uis istę sint in se ęquales magis tamen est nociua causa occurrens sorti q̄ platoni. Plura alia possunt concludi.

Ad argumenta principalia respondet̄. Ad primū dicitur q̄ illud argumentū non procedit contra determinata in quęstione, quia in nulla istarum ægritudinū p tunc subtiliatur dięta plus q̄ competat uirtuti, uerūtamen si in aliqua illarū contingerit subtiliari dietā plus q̄ uirtuti esset cōueniens, illa subtiliatio foret deterior q̄ ingrossatio cęteris paribus. Ad secundum dicitur. q̄ licet uirtus debilis facilius toleret nutrimentū exhibitū in diæta subtili q̄ grossa, quia illud facilius transmutat, tamen difficilius tolerat nocumentum sequens ex attenuatione diætæ q̄ ex īgrossatione cęteris paribus. Ad tertium conceditur quandoq̄ nocumentū per accidens in malitia nocumentū per se excedere. Ad confirmationem dicitur q̄ nocumentū sequens ex diæta subtiliori, licet sit per accidens, est tamen positiuū, ut patet intelligenti. Ad quartum dicit̄ q̄ licet per diætæ attenuationem maiorē q̄ uirtuti competat materia morbi resoluatur, tamen cum hoc etiā uirtus resoluitur & instrumētum eius & partes substanciales mēbrorū, ideo dicitur pro minori illius argumenti q̄ ubi cętera sunt paria melius est materiā morbi minui q̄ augeri. vbi autē cætera non sunt paria, hoc non oportet. Ad quintū dicitur negando assumptum, ubi cętera sunt paria. Et ad auctoritatem, quia defectus & abundantia &c̄. Dicendū est q̄ hoc est uerū ad easdem differentias secundum genus. nō tū ad ęquales lapsus ul' malitias, quia licet tā diminutio q̄ ingrossatio ducant ad ægritudinē, non tamen ad ęquales ęgritudines perducunt. Ad confirmationē dicitur negando consequentiā, quia licet possint subtiliatio & ingrossatio ducere ad æque malos lapsus, hoc tū facere non possunt, cum fuerint in mensuris ęqualibus, ut patet ex dictis. igitur &c̄. Ad aliā confirmationē dicitur q̄ dięta ultimate tenuis non est conuenientior corpori cui non conuenit uel minus nociua q̄ dięta ultimate grossa corpori tamen, cui cōuenit hoc nō repugnat. ergo &c̄. Ad sextū dicitur q̄ licet poneretur q̄ q̄ntatiue recederet diæta tenuis à conuenienti præcise sicut grossa, q̄ adhuc tenuis foret secundū gradū malitię à conuenienti magis distans. Ad ultimā confirmationē dicitur, q̄ ad cognoscendū ęgritudinē melius est regimen esse subtilius in cura putridarū. licet tamen nō sit uirtuti melius nisi per accidens pro q̄to ægritudine cognita per subtiliationē regiminis melius curabis. Vel dicunt q̄ licet Aui. pręcipiat subtiliari regimen, non tamen magis q̄ competat uirtuti.

Quæstio. vij. Aphor. vi.

VTRVM In morbis perperacutis dięta ultimate tenuis sit magis conueniens aliis diętis. Et arguit̄ multipliciter q̄ non. Primo, quia regulariter operando nō debet fieri ultima euacuatio. ergo nec ultima dięta. ista consequentia tenet & assumptum declaratum est in illo apho. In exercitantibus. Secūdo in huiusmodi morbis uirtus est debilior q̄ in aliis. ergo eget maiori confortatione. sed hoc non fit, nisi per exhibitionē aliqualē nutrimenti. igitur &c̄. Tertio. melius est infra subsistere q̄ exquisitissime eūare, ergo melius est infra dięrare q̄ exquisitissime. consequentia uidet̄ esse nota. & assūptum est Aui. 4. primi. cap̄. 3. Quarto. in diuersis tēporibus morbi est aliter & diuersimode ordināda dięta. quia est aliter ordināda dięta in principio, & aliter in augmēto, & aliter in statu. sed in statu debet esse dięta tenuissima, ergo in principio & augmento non debet esse dięta tenuissima. Quinto dięta tenuissima nō excedit morbū pperacutū. igit̄ nō sufficit ipsū remouere. cōsequentia nota est. antecedens patet de se.

Ad oppositū est Hip. in apho. secūdū introductionē Cōmentatoris hic. Nota quod licet nihil dare dicat̄ te- Dięta tenuissima.
nuissima dięta, tamen nihil dādo possumus magis & minus subtiliare dietā. quia nihil dādo in die naturali magis attenuamus dięeā q̄ solū nihil dādo in artificiali die & nihil dando in toto t̄pe morbi est dięta magis tenuis q̄ nihil solū īmediate illius t̄pis. Secundo nota q̄ licet in regulari cura nō cōueniat ultima euacuatio, tamen bene potest competere ultimitas tenuitatis dięrę, quia hāc potest uirtus tolerare. licet. n. p dietā tenuē nihil detur, uirtus tū non ultime minuitur. cū uero ultime inanitur non potest uirtus tolerare. & hoc in perperacutis.

Prima conclusio. In perperacutis cōpetit dięta tenuissima. Probatur, quia ibi sunt causę sufficientes, ut dięta sit tenuissima, puta fortis pugna, & propinquitas status. Et debet hęc conclusio intelligi stante fortitudine uirtutis modo iam dicto. Secunda conclusio. licet ita sit illa dięta debet dici magis tenuis in statu q̄ in principio uel augmento. Patet conclusio de se, quia per illam magis extenuatur ęger in statu q̄ in principio uel augmēto. ergo &c̄. patet consequentia & assumptū similiter.

Contra, quia in principio erat tenuissima. igitur &c̄.

Dicendum q̄ erat tenuissima q̄tum ad id, quod administratur uel subtrahitur per ipsam dięram, sed non q̄sū ad actionē quę in corpore sequitur per dięgam.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū dicitur concedendo assumptum & negando consequentiam. & hic loquendo de dięta tenuissima q̄tum ad illud quod per dięram subtrahitur. Si tamen intelligatur de dięta ultima quantū ad effectum quo ex ea debet seq̄ illud consequens, bene conceditur q̄ non est corpus ultimate inaniendum. Ad secundum dicitur negando consequentiam, quia bene ualeret ubi cętera essent paria.

Ad tertium dicitur q̄ illud argumentū probat corpus non esse ultime inaniendum. sed non ultime inanitur p dięram tenuissimam in perperacuto morbo. Ad quartum dicitur. q̄ illud antecedens non est concedendum, nisi in his in quibus in principio non cōpetit tenuissima dięta. Ad quintum dicitur. q̄ dięta tenuissima non curat, sed uirtus est illa. Totum patet intelligēti ergo &c̄.

Questio viij. Aphor. vi.

VTRVM in aliquibus morbis cõpetat dieta tenuissima. Arguit́ multipliciter q non. Primo sic, in quolibet morbo reficiendus est ęger plus q̃ tempore sanitatis. igitur &c. consequẽtia tenet & assumptũ probatur, quia in quolibet morbo est uirtus debilior & resolutio maior q̃ tpe sanitatis. igit́ in quolibet morbo est maior necessitas restaurationis. cõsequẽtia tenet, qa resolo & restauratio debent adinuicẽ ꝓportionari. Secundo. in morbis perperacutis nõ cõpetit tenuissima dieta. igit́ in nullis. consequentia tenet & assumptũ probat́, quia accidentia contingentia in morbis perperacutis sunt uirtutem maxime prosternentia. Accidentibus autẽ uirtutẽ prosternentibus ilico dãdus est cibus. Item natura nõ sustinet repentinas mutationes. igitur &c. Tertio plus resoluitur uirtus à morbo perperacuto q̃ à chronico, ergo maior refectio & confortatio uirtutis requiritur in peracuto q̃ in chronico, et hoc non fit nisi per nutrimentum. igitur &c. Quarto per exhibitionẽ nutrimenti in morbis peracutis uirtus efficitur potentior ad resistẽdum morbo & ad pugnandũ contra ipsum. ergo sumendo indicationẽ à morbo debet exhiberi nutrimentum. consequentia nota & assumptũ patet, qa ꝑ nutrimentũ multiplicant́ sanguis & spũs, qui sunt instrumenta uirtutis in actione contra morbũ. Quinto per dietam tenuissimã non custoditur uirtus. igitur ipsa nõ debet uti medicus. consquentia tenet, eo q summa intentio medici debet esse in uirtutis custodia, ut Auic. quarta primi. & Gal. 9. terapẽ. Itẽ quia in tenuibus dietis peccãt ęgrotantes, ut in apho. 5. dicebatur. Item dieta tenuissima nocet sanis, ut in cõmen. ergo ęgris consequẽtia colligitur. 2. regiminis acutorum. 20. cõmen. Quę nocent sanis nocẽt ægris. Oppositum patet per ea quę dicta sunt circa aphor. 6. Primo nota. pro responsione ad quęstionem q nõ repugnat aliquã operationem medici esse infirmo per accidens iuuatiuã, quę tamẽ per se est nata nocere & ecõuerso. Exemplũ primi ut euacuatio sanguis laudabilis per phlõmiam per se est nociua. per accidens q̃nq; est multum iuuatiua, pro quanto q̃nq; ad talẽ euacuationem sequitur euõ humoris corrupti & uenenosi, aut diuertitur materia à loco qui apatur. Et ideo quantũcunq; talis euacuatio per se noceat. in casu tñ est adhibenda. Exemplũ secundi, exhibitio nutrimenti boni & laudabilis per se nata est prodesse. in casu tamen per accidens est nata obesse, ubi per illam operatio naturæ impediretur magis necessaria. Secundo nota ut circa aphorismũ tactum est, quidam sunt morbi in quibus necessaria est magna pugna & fortis conatus uirtutis contra morbũ propter prauitatem materię facientis morbum, ut sunt peracuti morbi. & quidam non, ut chronici in quibus modicum stimulat́ uirtus à materia. Tertio nota q per nutrimentũ exhibitum tempore fortis pugnæ minorat́ actio uirtutis in materiã morbi propter duo. Primo quia nutrimentũ resistit uirtuti in ipsum agẽti propter contrarietatẽ. Secundo quia spiritus & calor naturalis quo uirtus prius utebatur solum in digestiõe materiæ morbi occupatur circa digõnem nutrimenti exhibiti, & ex consequẽti debilitatur res illa qua resistit uirtus morbo, ut patet. Quarto nota q in peracutis quandoq; est ultima uirtutis prostratio, & q̃nq; stat uirtutis constantia. Quinto nota q alia sumit́ indicatio a morbo quantũ ad dietationem infirmi, & alia à uirtute, qa & istę indicationes sunt contrarię. Virtus enim indicãs de sui conseruatione & custodia quę fit per nutrimentum indicat de cibi exhibitione. Morbus uero indicans de sui remotione indicat de forti pugna uirtutis contra materiã. & per consequens uirtutẽ non esse circa aliud occupatã et sic indicat de cibi subtractione. Sexto nota q q̃nq; indicatio sumpta à uirtute est fortior, q̃nq; ecõtra, et quãdoq; sunt illæ indicationes medię et ęquales. Ex quo patet q adueniente uera declinatione, multum remittet́ indicatio sumpta à morbo cũ iam sit uicta materia, & per cõsequens tunc est dieta ingrossanda. Prima conclusio. Stãte uirtutis ultima ꝓstratione in nulla ęgritudine debemus uti dieta tenuissima. Patet cõclusio per Gal. dicentem. Accidentibus uirtutem prosternentibus ilico cibus exhibendus est &c. Secunda cõclusio. In peracutis morbis stante uirtutis constãtia parũ uel nihil de nutrimento est exhibendũ. Patet, quia per talem exhibitionẽ impedit́ actio uirtutis, & augetur malitia morbi. ergo &c. Tertia conclusio. In aliqua ægritudine, quia in perperãcuta competit dieta tenuissima. Patet conclusio ex dictis.

Indica tio dupliciter

Aliter possunt formari conclones. Prima cõclusio: Nunq̃ uirtute non constãte sed prostrata per uiã resolutionis cõuenit uti tenuissima dieta. Dico autẽ notanter per uiam resolutionis, quia si per uiã aggrauationis esset uirtus multũ debilitata, aliter dicendum foret, qa sic fortius indicat uirtus ꝑ eius prostrationẽ q̃ morbus qualiscũq; fuerit. ergo &c. Secunda cõclo. Virtute constãte quanto morbus est acutior & molestior tanto est uirtus cibo minus occupãda. Probat́, quia tãto oportet uirtutem fortius pugnare contra morbum, & ꝑ consequens tanto minus diuerti & impediri. ergo &c. Tertia cõclusio. In aliqua ęgritudine acuta uel peracuta cõstãte uirtute conueniens est ęgrotantẽ tenuissime dietare. Probat́ sic conclusio. quãto morbus est molestior tãto magis tenuiter ęgrotantẽ cibare conuenit. ergo morbo molestissimo existente est tenuissime dietandũ. sed acutissimus est huiusmodi ergo &c.

Ad argumenta principalia rñdetur. Ad primum dr̃ negando assumptũ. s. q in quolibet morbo plus reficiendum est &c. Et ad ꝓbationem, quia in quolibet morbo est uirtus debilior etc dr̃ negãdo consequentiã. Et cũ arguitur quia restauratio proportionat́ solutioni, dicitur q nõ oportet, & maxime ubi est necessaria magis actio uirtutis contra materiã q̃ resumptio, sicut quãdoq; est in peracutis. Ad secundũ dicitur concedendo q q̃nq; in peracutis non cõpetit dieta tenuissima. ubi enim superueniant in peracutis accidentia uirtutem prosternentia hoc non conuenit. Ad confirmationẽ cum dr̃. nam non sustinet. dicitur q uerum est quando ad illas sequit́ aliquod nocumentũ maius iuuamento. & non ita est in casu isto. ubi concedit́ q aliquod seqtur nocumẽtum, sed tñ iuuamentum est maius. Ad tertium dr̃ negando consequentiã. Illud tñ argumentũ bene concluderet si forent cætera paria sicut non est, quia morbus acutus cito uenit ad statũ, chronicus autẽ tarde. Ad quartũ dr̃ negando assumptũ. s. q per exhibitionẽ cibi uirtus efficitur potentior q̃ foret si nõ exhiberetur ad resistendũ & ad pugnandũ contra morbũ. Et causa est multiplex. Prima, quia licet cõpleta nutricatione sit uirtus fortior q̃ esset si nõ esset nutricatio tñ cum hoc morbus est fortior q̃ esset si non fuisset exhibitus cibus, eo q toto illo tpe quo digestus est cibus multum impedita fuit actio uirtutis contra materiã. Secũdo qa per exhibitionem cibi tpe, quo fuerint accidentia fortia, uirtus occupata a forti pugna cibũ male transmutat & ad malã materiam cõuertit. unde magna pars eius tendit in cãm añtem uel coniunctã morbi. ideo &c. Ad qntum dr̃ q licet per se non uideat́ uirtus custodiri per tenuẽ dietam, per accñs tamen custodit́. pro quãto per dietã tenuem uirtus intẽdit circa digõnem & resolonem materię morbi ad quã seqtur uirtutis releuatio. ideo &c.

Morbi status dupl'r.

Questio. ix. Aphor. vi.

VTRVM i acutissimis morbis cõpetit dieta tenuissima. Arguit́ multiplr q non. Primo, qa non competit in syncopalibus & pestilẽtialibus. Secundo, quia in talibus uirtus multum prosternitur. Tertio, nunq̃ est delinquenda uirtus propter morbũ. sed ipsa totaliter relinquitur per dietam tenuissimam. ergo nunquam competit dieta tenuissima.

Ad

Ad oppositum est Hippo. in littera. Nota ꝙ in febribus acutissimis quandoq; nō percipitur uirtutis constātia ut in febribus pestilentialibus. quandoq; sic. Et pone duas conclusiones quæ sunt positę in quæstione quadam. s. vtrum in aliquibus morbis competat diæta tenuissima. Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. x. Aphor. vij.

VTRVM in statu morbi labores & accidētia ultimentur. Et arguitur multipliciter ꝙ non. Primo, qa contingens est in statu febris alicuius accidentia fore remissiora q̃ i aliqua data certa hora principij eiusdem. ergo &c̄. patet cōsequentia & assumptum arguitur, quia in declinatione paroxismi status tertianę sunt accidentia remissiora q̃ fuerint in statu paroxismi principij uel augmenti, ut patet. ergo &c̄. Confirmatur, quia contingit ęgrum in principio uel augmento uniuersali uel particulasi mori, ergo protunc ultimantur accidentia,
Cap.9 & non in statu. ergo &c̄. patet consequentia & assumptum colligitur tertio de crisi. & prima quarti. cap̄. de hora febrium ubi ad litterā inquit. Et timor est à prin-
Cap.3. cipio usq; ad statum. Secundo ad principale. in statu febris epachmasticę aut parachmasticę aut etiam homotenę accidentia non ultimantur. ergo &c̄. patet consequentia & assumptum arguitur, quia epachmastica continue procedit augendo parachmastica minorando. Homotena continue uniformiter affligit. igitur &c̄. patet consequentia. Tertio principaliter. in statu materia est minoris quantitatis & malitiæ saltem morbo existente salubri q̃ in principio. igitur &c̄. assumptum arguitur, quia usq; tunc continue in ipsa procedit resolutio & digestio. ergo &c̄. patet consequentia cum antecedente. Item quia materia uidetur in principio uirtutem fortius opprimere cum sit multum maioris q̄titatis. ergo &c̄. Quarto per totum statum continue accidentia maiorantur. ideo in statu non ultimantur. patet consequentia & assumptum arguitur sic. usq; ad statum processit uirtus continue debilitando & morbus processit maiorando. ergo in statu maior est proportio morbi & materię ad uirtutem q̃ aliquando fuerit. & per consequens fortius sufficit tunc morbus imprimere & accidentia maiorare. ergo &c̄. tota consequentia patet. Item nec in prima medietate ultimantur neq; in secunda. ergo &c̄. consequentia et assumptum deducitur prius. Quinto in statu pleuresis non ultimantur accidentia, sed continuo remittuntur. igitur &c̄. patet consequentia & assumptum colligitur, quia in statu pleuresis est copia sputi, & tunc minorantur accidentia, ut Auicē. decima tertij. tract. 4. cap̄. quinto. quod est de signis horarum pleuresis &c̄.

Ad oppositū est Gal'. in cōmento septimi apho. primę particulæ. Vbi ergo secundum acumen.

Respondendo ad quæstionē, primo præmittam quasdam distōnes & notabilia. Secundo ponā conclusiones ad quæsitum responsiuas. Prima distictio. Morborum
Morbi quidam sunt materiales. & quidam imateriales. quid sit
dupl'r. uterq; istorum patet. & de utroq; istorum erit sermo in proposito licet principaliter de materialibus morbis.

Secunda distinctio. Morborū materialiū adhuc sunt
Morbi quidam salubres, quidam mortales, & de utrisq; erit in
materi sermo in proposito. Tertia distinctio principalis. Cum
ales du quilibet morbus salubris habeat quatuor tēpora, & sic supponatur pronunc, huiusmodi tamen tempora quandoq; distinguūt medici penes actionē uirtutis in materia, & quandoq; econtra penes actionē materiæ in uirtute siue contra uirtutem & membra. Quæ distō cōsueuit poni sub his uerbis ab antiquis. Huiusmodi tem-
Mor. tē pora quandoq; distinguūtur penes digestionem quæ est
pora di actio uirtutis in materiā, & quandoq; penes accidentia
stiguūt quę sequitur actionē materiæ & morbi mēbra. Exēplum primi. Tunc dicimus esse principium quando materia est occulte digesta, Tunc augmentū quando digestio in materia notabiliter maioratur. Tunc status quādo ipsam est cōplete digesta. vnde tunc apparent signa completæ digestionis, ita ꝙ non uidetur sensibile maiorari in eo digestio. Nota tamen ꝙ non est imaginandū ꝙ status sit tempus in quo cessat uirtus, aut quo nihil agit in materiam de digestione, sed sic uidetur digestio stare, quia non notabiliter maioratur. Sed contra, tūc est maior conatus uirtutis, ut digestionem faciat. & cū hoc materia est magis disposita, ut digeratur. igitur tūc maior est & uelocior digestio materiæ. igitur si in augmento fuit sensibilis & tunc consequentia nota, & assūptum patet. Pro isto negetur consequentia ꝙ si prima digestio fuit sensibilis, & illa quę in statu. Tunc dicitē esse declinatio quando materia extraducitur uel à natu Declīa
ra expellitur. Exemplum secūdi. Tunc dicimus prin tio qd.
cipium quando accidentia ut operationum læsiones sūt remissa. Tunc augmentum quando notabiliter maiorātur. Tunc status quando ultimantur & stant in eodem. quare status dicitur à stando. Tunc declinatio quando huiusmodi accidentia notabiliter remittuntur. Consimiliter in mortali distingui possunt huiusmodi tempora uel penes impressionem quam recipiunt uirtus et mē Morbi
bra materia morbi, & hoc est penes accidentia uel pe- mortal'
nes prauitatem ipsius materiæ acquisitam per actionē. tempo-
scilicet calidi prēter naturā in eā. quæ duo tempora licet ra du-
in mortali plurimum coincidant non tamen necessario. plex.

Quarta distinctio. Accidentia in morbis materialibus contingentia sunt duplicia. quędam ui solius morbi quędam autem non ui solius morbi, sed etiam ui naturæ ipsam materiā morbi agitantis & expellere tentātis. Exēplum primi sicut sunt accidentia consequentia impressionem quam facit materia in mēbra sua praua qualitate. Exemplum secundi. vt in crisi contingit, quia uirtute tentante materiam expellere, & ipsam agitante causantur syncopis lipotymię siue casus uirtutum dolores capitis & huiusmodi. Hęc distinctio consueuit poni taliter. Accidentium &c̄. quędam sunt propria morbo
quædam cōmuuia. quæ ideo cōmunia dicuntur quia tā Morbi
uirtus q̃ materia cōmunicāt in causando accidentia illa accidēs
ut ariditas linguę propter malos fumos, & dolor capitis dupl'x.
fit ui morbi. sed illi motus in crisi ut uomitus fluxus uētris, tortio uentris fiunt à uirtute & etiā à materia, ideo illa sunt communia. & de his omnibus est in quęstione sermo. Quinta distinctio. Accidentia solius materiæ actionem consequentia sunt duplicia. quędam insequū
tur impressionem à materia sua malitia uel mala quali- Accūs
tate prouenientem. quædam uero consequuntur aggra mate-
uationem uel oppressionē uirtutis grauitatem uel mul rię acti
titudinem uel grossitiem materię consequentem. Exē- onē cō
plum primi, sicut est ęstuatio uigiliarum instantia &c̄. sequēs
Exemplum secundi, sicut suffocatio caloris submersio dupl'r.
& pulsus profundatio. & de omnibus his in quęstione
poterit esse sermo, & hoc tam in temporibus uniuersa- Mor-
libus q̃ in particularibus, ut intelligenti patet. Sexta busna-
distinctio. Morborum materialium salubrium quidā tural'sa
sunt seruantes materiā ad unicā criticā expulsionem et lubris
quidam non. sed ad plus perceptibiles expulsiones. Exē dupl'r.
plum primi, sicut est causon & synocha & sic de alijs. Exemplū secundi, sicut est pleuresis & frequenter empyema & collectio saniei in pectore & pluries tusses et sic de alijs. Potest autem hęc diuersitas contingere tā ex parte materię q̃ ex parte loci in quo continetur materia, q̃ etiam ex uirtutis habitudine ad materiam. Ex parte quidē materię, ut si materia est tantæ acuitatis ut prius q̃ tota possit fluere uel congregari, cogatur uirtus ipsam expellere uel partem eius & insurgat contra, sicut in pleuresi. s. propter fortem dolorē, ad quod coadiuuat subtilitas ipsius materię et etiam facilitas digestionis eius. vnde uelociter & cito aliqua parte digesta ipsa est obediens expulsioni. econtra autem si materia esset grossa paucę molestationis & tardę digestionis. Ex

parte etiam loci, ut si membrum in quo ipsa continetur sit rarum laxum, per quod faciliter transpiret materia, econtra si densum, ut si conculcata est materia multa intra uenas. Similiter etiam ex parte fortitudinis & debilitationis uirtutis, propter quod quandoq; potest expellere materiam extra uenas, & quandoq; non potest expellere sed totam dimittit colligi quando debilis est, sed nõ dum ipsa est fortis. Prima cõclusio. in cuiuslibet morbi immaterialis salubris statu accidentia ultimant̃. Probatur, quia aliquando ultimantur. non autem nisi in statu, ut patet discurrendo. ergo &c̄. patet consequentia et assumptum similiter. Item quodlibet accidens per aliquod tempus continuæ acutum in fine illius temporis intensius est q̄ aliquando ante. sed usq; ad statum augentur continue illa accidentia. igitur in statu sunt maiora q̄ aliquando ante. & sunt etiam maiora quàm aliquando post erunt eo ꝙ continue post hoc remittuntur. ergo &c̄. patet consequentia cum antecedente. Secunda conclusio. ut plurimum in statu digestionis morborum salubrium materialium reseruãtium materiam ad unã expulsionem accidentia ultimantur. Patet, quia ut plurimum tunc aduenit crisis. ergo &c̄. patet consequentia & assumptum similiter intelligenti. Et hanc conclusionem puto uoluisse Gal. in littera. Dico autem notanter ut plurimũ, propter illud quod supra in quæstione ostẽsum est, sed ꝙ non semper in crisi sunt accidentia fortiora. Patet primo, ubi materia elongatur à corde, cui prius erat propinqua. Secundo ubi ingrossata est materia per digestionem. Ex conclusione præcedenti sequitur ꝙ in huiusmodi ægritudinibus ut in pluribus tempora distincta penes accidentia & penes materię digestionẽ coincidunt. patet satis intelligenti. Tertia conclusio. licet ita sit, stat tamen in aliqua parte principij accidentia fore seuiora q̄ in aliqua parte status. Patet, quia in declinatione paroxismi status accidentia sunt remissiora quàm in statu paroxismi principij uniuersalis ut arguebat̃ in primo argumento. Veritamen comparatis consimilibus temporibus inter se, semper sunt accidentia status seuiora. Quarta conclusio. in statu digestionis materię non ultimantur accidentia in morbis non restaurantibus &c̄. probatur, quia tunc remittunt̃, ut in pleuresi. Ex quo concludo ꝙ principium quoad digestionẽ in pleuresi includit in se tempus principij augmenti & status accidentium. Ex quo ultra sequitur declinationẽ fore alijs temporibus multo longiorem. Quinta conclusio. licet ita sit in cuiuslibet tamen morbi statu accidentium accidentia ultimantur, patet ex quid nominis status accidentium. Sexta conclusio. accidentia consequentia aggrauationem uirtutis non necessarie ultimã tur in statu quo ad digestionem uel in statu accidentiũ consequentium impressionem à materia sua mala qualitate prouenientem. Patet, quia talia in principio ultimãtur. ergo &c̄. patet consequentia & assumptum intelligendi. Licet imaginabile sit oppositum. Imaginando ꝙ continue plus & plus de antecedente causa fiat coniuncta usq; ad statum, ut iam imaginatus es. Nota tamen ꝙ tunc cum ultimantur ista accidentia est status istorũ accidentium. Septima cõclusio. licet ut plurimũ in statu indigestionis materię morbi mortalis ultimentur accidentia, contingens est tamen oppositum contingere. Patet, quia contingens est uirtutem esse ita debilem, ut prauitatem in suo statu contingentem expectare nõ possit, ut suo loco melius est declaratum. ergo &c̄. patet cõsequentia cum antecedente.

Ad argumenta principalia per ordinem respondetur. Ad primum conceditur antecedens. & negatur cõsequẽtia, quia fit cõparatio accidentium temporum dissimilium in similibus &c̄. Ad confirmationem conceditur ꝙ potest mori in principio prauitatis materiæ. moritur tamen in statu accidentium. Ad secundum dicitur ꝙ non est uerum ꝙ homotena sic sit uniformis, sed propter breuitatem suorum temporum nos latet status de epachmastica dicitur ꝙ est ita breuis ꝙ non percipitur quando fuit status. tamen fuit status in quo ultimabantur. Ad terrtium dicitur, ꝙ non est necessarium ꝙ sit minoris q̄titatis. & hoc de coniuncta. Aliter dicitur, licet sit minoris q̄titatis plus sunt parata membra pati & plus materia imprimit. & licet sit digesta quo ad expulsionem tamen est deprauata. Ad confirmationem dicitur ꝙ erunt remissiora in statu digestionis q̄ in principio accidentium. Ad quarrum dicitur negando maiorem. immo in statu status ultimantur & non in declinatione status. Ad probationem. licet uirtus processerit debilitando materiam, tamen processit melius disponendo, quia pręparauit ipsam ad expulsionẽ. unde uirtus efficitur postea fortis super ipsam. Ad quintũ patet solutio per quartam conclusionem quam uideas.

Quæstio. xi. Aphor. viij.

VTRVM In cuiuscunq; morbi statu competat diæta tenuissima. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo post principium in phlegmatica est diæta continuo ingrossanda, ut Auicẽ. prima quarti. tract. 2. cap̄. 58. Auicẽ.
quod est de phlegmatica quotidiana. Secundo hęc diæta non competit in statu morbi mortalis. Tertio in statu pleuresis. s. quando abundat sputum non cõpetit diętatenuissima, ut Auicẽ. 1 o. tertij. cap̄. 2. tract. quinti.

Quarto in quibusdam morbis status est ita prolixus ꝙ ita nõ tolerarent tenuissimam dietam. Quinto quia quandoq; in statu uirtus est nimis debilis.

Oppositum uult Aphor. 8. Prima conclusio. stante uirtute debili in statu non competit dięta tenuissima.

Secunda conclusio. in statu prolixo nimis puta morbi chronici nõ competit dięta tenuissima. Tertia conclusio. in statu morbi peracuti quo ad accidentia stante fortitudine uirtutis competit dięta tenuissima. Quarta cõclusio. in statu morbi non reseruantis, qui est status accidentium competit diæta tenuissima. Quinta conclusio. in statu eiusdem q̄tum ad digestionem materiæ non conuenit diæta tenuissima. Vltima conclusio. semper in statu accidentium siue morbus sit chronicus siue acutus competit dięta subtilior q̄ in alijs temporibus eiusdem morbi stante uirtute.

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. xij. Aphor. ix.

VTRVM In conuenienter diætando sit necessarium indicationem sumere a uirtute. Arguitur multipliciter ꝙ nõ. Primo nec est necessarium propter subtiliare, nec propter ingrossare diætam. igitur &c̄. patet consequentia. & assumptum arguitur. Primo ꝙ nõ propter subtiliare, quia per q̄libet subtiliationem uirtus debilitatur, nec propter ingrossare, quia per ingrossationem morbus augetur & uirtus grauatur. sed nec cõuenit uirtutem debilitari, nec morbum augeri, nec uirtutem grauari. igitur &c̄. patet consequentia. & assumptum intelligenti satis notum est. Secundo aliquãdo à uirtute nulla sumitur indicatio. igitur &c̄. assumptũ patet, ubi debet̃ tenuissima diæta. Tertio in ephimera à uirtute parua uel nulla sumitur indicatio, ut 8. terap̄. Sed possibile est aliquam febrem putridam debiliorem esse aliqua ephimera data. igitur &c̄. patet consequentia & assumptum similiter.

Ad oppositum est Hippo. & Gal. in cõmento. 9.

Primo in quęstione uidebitur declaratio istorum terminorum indicatio à uirtute, indicatio à morbo, & sic de alijs indicatio fortis, indicatio debilis &c̄. Secundo respondebitur ad quæsitum. Primo notandum ꝙ per indicationem in proposito intelligere debemus iudicium in mente medici generatum ex notitia alicuius circunstantiæ circa corpus ęgrotantis consideratę uel cognitę: propter quod medicus sic uel taliter iudicat esse operandum. v. g. dicimus puero indicatione sumpta ab ætatę deberi cibum mollem, quoniam ex notitia huius particularis

cularis circunstantiæ quę est in hoc corpore in pueritia, quia molle corpus est iudico & aspicio huic deberi humida. Indicatio igitur sumpta à uirtute non est nisi iudicium uel assensus quidam in mēte medici generatus ex notitia modi se habēdi uirtutis, quo iudicat uel assentit medicus sic uel taliter operandum. Cōsimiliter per omnia de indicatione sumpta à morbo ętate &c. dicēdum est. Per indicationem autem forte intelligere debemus iudicium iam dictum quo assentit medicus sic uel talit multum fore operandum. Econtra autem per debilem.

Indicatio sumpta à tribus.

Secundo principaliter præmittendum est uirtutem dupliciter contingere debilitari. Primo per cōparationem sui ipsius in primo tempore. Secundo per comparationem ad morbum eodem modo fortificari. Consimiliter per omnia dicēdum est de morbo. Tertio pręmittēdum est q licet uirtus semper indicet se esse conseruandam cum sit res naturalis, & morbus se auferendū, cum sit res pręter naturam, non tamen semper æqualiter indicat uirtus sui conseruationem & morbus sui ablationem. Ipse enim fortiori existente minus indicat & debiliori plus, & econtra morbus. Ex quo patet q sicut indicationes morbi & uirtutis sibijnuicem opponuntur, ita & opposito modo fortiter & debiliter indicant. quanto enim uirtus est fortior, tanto indicatio sumpta ab ea debilior est ceteris paribus, & econtra fortior. & quanto morbus est maior, tanto indicatio sumpta ab eo est fortior, & ecōtra debilior. Quarto principaliter pręmittendum est q contingit uirtutem dupliciter debilitari. scilicet per resolutionem & aggrauationem. & quando que fortius indicat debilitas aggrauationis q̄ resolutionis. & quandoq; econtra. Vnde quandoq; assentimus uirtutem aliquam debilitari per resolutionem ut tollat debilitas aggrauationis, sicut in morbo multę repletionis. Quandoq; autem econtra facimus, ut uirtute multum debili ingrossamus, ut tollatur resolutio, licet augeamus morbum & uirtutem aliqualiter grauemus.

Virtus contingit debilitari duplex simili mor-bus.

Virtus contingit debilitari dupl'r.

Prima conclusio omnis dięta circa corpus ęgrotās debite ordinata indicatione sumpta à uirtute mediate uel immediate siue subtilietur siue ingrossetur est ordinanda. Probatur sic. in qualibet ęgritudine taliter ordinate debemus dięta siue subtiliemus siue ingrossemus, q uirtus remaneat ex ea potentior supra morbum quā prius uel q̄ esset sine illa. patet. igitur &c. consequētia & assumptum colligitur in cōmen. 9. vi. n. uirtus custodiatur & non morbus &c. Ex ista conclusione sequitur q tam tenuissima q̄ grossa diæta exhibetur indicatione sumpta à uirtute. Patet satis ex conclusione intelligenti. Secunda conclusio. Licet ita sit, non tamē quælibet indicatio in ordinanda diæta sumitur mediate à uirtute. Patet, quia aliqua immediate sumitur à morbo, ut in uirtute forti in peracuta ęgritudine indicatur esse dādam tenuissimam dięta, quia indicatur morbo maxime resistendum & opponendum, ideo sit mediate sumitur indicatio à morbo, mediate tamē à uirtute, quia nō talem ordinamus dietā, nisi ut uirtus reddatur fortior supra morbum. Tertia conclusio. Aliquando sumitur indicatio de ordinanda diæta à sola uirtutis dispositione & non morbo. Patet in uera declinatione, ubi uirtus remanet multum resoluta & in sanitate & uera conualescentia &c. Quarta conclusio. Licet ita sit semper tamen in corpore ægrotantis ordinando dietam sumitur indicatio à uirtute in comparatione ad morbum. Patet satis ex pręcedentibus. Quinta conclusio. Licet post tiem subtilitationem dięte fiat uirtus absolute debilior q̄ prius in morbis tamen salubribus ipsa debite ordinata sit uirtus respectu morbi proportionabiliter fortior q̄ prius. Patet quia in morbo salubri est proportio maioris in æqualitatis uirtutis ad materiam morbi. per dięta uero tenuissimam non plus resoluitur uel debilitat absolute uirtus q̄ morbus. ergo remanet maior proportio. similiter quia melius morbo applicat instrumenta,

Secunda conclusio. Licet per ingrossationem in chronico morbo absolute plus augeatur morbus q̄ per attenuationem. non tamen in comparatione ad uirtutem plus maioratur, sed potius minorantur. ista satis patent intelligenti.

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio xij. Aphor. ix.

VTRVM Indiętando oporteat sumere indicationem ab his duobus. s. à morbo & uirtute. Arguit multipliciter q non. Primo. indicatio sumpta à uirtute sufficit. ergo &c. cōsequentia nota et antecedēs patet, quia aut uirtus est fortis, & sic diæta est attenuanda. vel uirtus est debilis, & sic ingrossanda. Secundo nota oportet sumere indicationem à uirtute propter ingrossare nec propter subtiliare diætam. igitur nullo modo. Non propter subtiliare, quia uirtus debilitatur propter subtiliare. Nec pp ingrossare, quia augetur morbus. sed nec uirtus ē debilitāda, nec morbus augēdus. ergo etc.

Ad oppositum est Aphor. Nota ut est dictū in quæstione q uirtus potest dici fortificari aut debilitari dupliciter, aut in comparatione ad morbum, aut absolute. Eodem modo distinguendo de morbo. s. q potest augeri aut diminui dupliciter Prima conclusio. In ordinādo diætam non debemus considerare uirtutem absolute aut morbum absolute. Patet, quia tunc semper deberemus uti dięta grossa aut tenuissima, quia sumendo indicationem à uirtute ipsa debet esse grossa. sed à morbo oportet subtrahere maxime. Secunda conclusio. Sem per oportet uirtutem cōsiderare in cōparatione ad morbum. Ex quo sequitur q oportet istas duas indicationes habere. Tertia conclusio. Quantuisper tenue ut tenuissimam diætam ordinatam uirtus fiat absolute debilior, s. cōparatiōe tñ ad morbū efficit fortior. Quarta conclusio. Quāuis p dięta grossam debite exhibita fiat morbus absolute maior q̄ fieret cum tenui, in cōparatione tamen ad uirtutem fit debilior.

Virtus pōt fortificari aut debilitari dupl'r.

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. xiij. Aphor. x.

VTRVM Ægrotantes in statu uel parum ante statum sint magis tenuiter dietandi q̄ in principio uel augmento notabiliter pręcedente & in principio sint grossius reficiendi q̄ uersus statum. Et arguitur multipliciter q non. Primo sic. in principio uirtus est magis intēta digestioni & occupata q̄ in statu. igitur &c. assumptum arguitur, quia tunc materia fortius resistit digestioni. ergo oportet fortius operari naturam ad digerendum ipsam. & per consequens &c. Secundo s sta tu ægritudinis immaterialis est ægrotans magis reficiēdus. igitur &c. assumptum probatur, quia tunc nulla ē causa a qua sumatur indicatio de subtili dięta cum non sit in ea materia circa quam dirigendā oporteat uirtutē occupari, tunc tamen existēte causa fortiter indicante oblationem cibi & est. s. uirtutis resolutio maior igit etc.

Tertio stante in principio morbi repletione suffocatiua uel uirtutis ualde oppressiua morbo chronico existēte conuenit à principio uti diæta magis tenui quàm in statu uel uersus statum. igitur &c. patet consequentia & assumptum intelligenti. Et colligitur de mente Auicē. prima quarti. tra. 2. ca. de cura phlegmaticæ. vbi prius subtiliat regimē & post ingrossat ipsum. & cap. de cura quartanæ. & cap. de cura sanguineæ. Quarto atē pore nulla sumitur indicatio diætæ ordinandæ. igit etc. patet consequentia & assumptum colligitur. 3. & 5. de ingeniosa. Quinto ad principale arguitur auctoritatibus. Primo Aui. 10. tertij. tract. 6. cap. de pleuresi, quando est copia sputi. s. quando est in statu oportet ingrossare diætam. Et secundo regiminis acutorum quādo est plus digestionis ipsi sunt magis reficiendi. & de hoc satis patet ad finem. Item. 11. taerapeu. in processu febrium competit uinum. Et in. 12. in processu docet exhibere carnes testiculorum gallorū &c. Sexto quia

Ca. ult.

Ca. 56

Ca. 9.

ęgritudine à principin incognita coouenieus est subtiliatio regiminis.igi t &c̄.patet consequentia & assūptū colligitur prima quarti.cap̄.de cibatione febricitantiū. Auicē. & cap̄.de cura putridarum io generali. Item in parachmastica econtra proceditur.

Ad oppositum est Hippo.primo apho.aphor.10. Et Auicē. Gal.in cōmento.illius apho. Q uibus ergo continuis. Et Auic.1.canon.fen.quarta primo.cap̄. Et prima.4. cap̄.de cibatione febricitantium.

In ista quęstione primo pręmittenda sunt quędam.p̄ambula.Secundo est respondendum ad quęsitum. Primo pręmittendum est in quæstione esse principalē sermonem de morbis materialibus.de talibus.n. loquitur Hippo.in apho.& non de immaterialibus. Secundo p̄mittendum est q aliquando medico cognitus est status ęgritudinis distinctæ ab alijs tēporibus, sic q habet con iecturam cartę ueritati propinquam de distantia et propinquitate status,& quandoq; non. Exemplum primi. sicut frequenter in tertiana. Exemplum secundi. sicut in phlegmatica frequenter aduenit. Cibatio triplex Tertio pręmittendum iuxta mentem auctorum triplicem esse cibationem.quædam est regularis siue electiua.quędam est irregularis siue coacta. & quædam tentatiua. Intelligo autem per regularem illam quam sponte secundum cationes eligit medicus nulla forti indicatione ipsum promouente ad oppositum, sicut uirtute existente forti & morbo acuto q tenuis exhibeatur dięta. Econtra autē appello coactam quam sponte eligit medicus ægrotanti aliquod nocumentum notabile inferendo ut maius euitet,& existente aliqua forti indicatione ad oppositum medicum promouente, sicut q in statu ęgritudinis peracute exhibeatur dięta grossa dicemus esse cibationē coactam.ad hanc.n.sequitur notabile nocumentum ut inflammatio,& augmentatio morbi,ut maius periculum.s.casus uirtutis euitetur,& est fortis indicatio ad Aristo. oppositum.s.peracuitas morbi. Et colligitur hic modus loquendi ex philosopho.3.ethi.tract.de uoluntario.ca. de operationibus mixtis ex uoluntario,& inuoluntario ut patet de projciente merces in mari.ille actus.n. dicitē partim uoluntarius & partim inuoluntarius. Per dięta autem tentariuam intelligo diætam corpori ægrotantis exhibitam, ut morbus aut dispositio morbi innotescat, Gal. sicut et in cuius stomacho cibus acetosatur docet Gal. primo interiorum ca.4. exhibere mel & cibos ineptos acetosari ad cognoscendum an ex dispositione stomachi uel cibi prouentat acetosatio iam dicta. Q uarto principaliter præmittendum titulum quæstionis intelligi posse tam i ægritudinibus materialibus materiam reseruantibus q̄ non reseruantibus.& tam de statu & principio accidentiū q̄ quo ad digestionē materiæ.

Q uantum ad secundum primo uidebitur de materialibus reseruantibus. Secundo de non reseruantibus materiā habentibus statū remotum,aut non multū ꝓpinquum,de quibus in quęstione est sermo.

Q uantum igitur ad primam partem huius secundi principalis sint hę conclusiones. Prima conclusio. In morbis reseruantibus materiam ad unicam expulsionem criticam debitam temporū morbi cognitione stante,debet medieus in principio uti diæta grossiori, uirsus uero statum ipsam attenuando procedere regularit̄ Gal. diætando. Hęc conclusio uidetur de mēte Hip. in apho. Auicē. 10.& Gal.in cōmen.& Auicē.in locis allegatis. Et persuadet ratione. qa sicut pugna uirtutis est fortior &c̄. ita uirtus minus est diuertenda & cibo occupanda. sed in ęgritudinibus iam dictis sicut plus ad statum proceditur sic est pugna uirtutis contra materiam fortior igitur &c̄.patet consequentia cum antecedente. Ex isto sequitur q semper indicatione sumpta à uirtute constante & morbo in comparatione ad statum debemus uersus statum procedere subtiliando. Secunda conclusio. licet ita sit in casu, tamen coacte & irregulariter diętando conueniens est in statu morbi grossius q̄ ante statū Dietę grossę necessariæ casus triplicit. ęgrotantem cibare. Hęc conclusio patet in multis casibus. Primus est ubi timeatur uirtutis casus, & colligit̄ in cōmeo. Secundus casus est ubi sit corpus paratū arefactioni uel exiccationi propter quod timeatur casus in hetticam, quem casum colligere poteris prima quarti.capit.de cibatione febricitātium cum pluribus alijs. Tertius casus est ubi in principio esset multa q̄titas materię,propter quod esset maior suspicatio de suffocatione subita q̄ de casu uirtutis aut augmento morbi, si grossa dięta taliter daretur usq; ad processum status. Et generaliter ubicunq; fuerit aliqua causa fortius indicans de attenuando q̄ indicet distantia status ingrossationē dietę. Tertia conclusio est hęc. Q etiam io casu de dięta tentatiua licet in principio morbi diuturni magis q̄ in statu diętam attenuare. Patet ubi medicus ignoret egritudinem,tunc enim licet attenuando aliquod sequatur nocumentum, maius tamen sequitur iuuamentum.quia per subtiliationem manifestabitur magna pugna uirtutis contra materiam & econuerso, unde manifestiora fiunt morbi propria accidentia & ex consequenti innotescit morbus medico,quare melius cōtra ipsum procedere poterit medicus. Hanc conclusionem uoluit Auicē.loco alleg.dum inquit. Et cum ignoraueris egritudinem tunc subtilia regimē. Auicē. Q uarta cōclusio quæ sequitur ex ista conclusione tertia. Vbi status distantia aut morbi consistentia fuerit medico ignota licitū est medico uersus statum diętam magis q̄ in principio ingrossando procedere. Patet in causu ubi medicus in principio crediderit statum futurum esse in.7.uel in.11.ꝓpter accidentium intensionem & ordinauit diætam in principio ac si in die tali status aduenisset. deinde propt̄ materie inobedientiam,aut uirtutis pigritiam percipit statum esse multo distātiorem, quia.s. tardius hæc materia mouebitur in casu isto,licet postea per tempus diætam ingrossando procedere. hoc autem frequenter contingit. vbi materia faciens febrem fuerit multum difformis & contingat prius subtilem postea autem grossam moueri ad putredinem.

Q uantum ad secundam partem huius secundi principalis sunt notata & conclusiones. Primo notandum q in morbis non reseruantibus &c̄. tempora quo ad digestionem materię & quo ad accidentia contra seminicē distincta nō coincidūt, ut declaratū fuit in pleuresi. cuius principiū digōnis scludit pricipiū augmētū statū & ptem declinationis accidentiū. Secūdo notandū ē.q in talibus ut in pleuresi possumus cōparare quantū ad diætam eis debitam. Primo principium digestionis statui digestionis materię. Secundo principium accidentium statui accidentium. Tertio principium accidentium.statui digestionis. Q uarto principium digestionis statui accidentium. Et iuxta hoc sequuntur istę cōclusiones. Prima conclusio. Regulariter diętando, qa s.sumpta indicatione à morbo & uirtute forti in r̄one ad statum in principio, a quo ad digestionem materię debet esse dięta magis tenuis & in statu grossior. Probatur quia in principio stat multo maior repletio cum sęuitate accidentium, in statu uero econtra, ut patet ex dictis, igitur &c̄.patet consequentia cum antecedente.

Secunda conclusio. Comparando principium accidentium statui accidentium, ubi status tantum fuerit distans q necessariū sit in temporibus his graduare dietā, subtilior dięta in statu competit, in principio uero grossior. Patet quia fortior est pugna in statu & maior accidentium sęuitas.igitur &c̄. Tertia conclusio. In principio accidentium competit diæta subtilior q̄ in statu digestionis. Probatur, quia tunc uirtus est magis occupata & est timor de augmento morbi. sed in statu digestionis non est ita cum sit quasi in ultimo declinationis accidentium igitur &c̄. Q uarta conclusio. comparādo principium digestionis statui accidentium in aliqua

parte

parte eius grossior & in aliqua ęque grossa uel subtilis debetur digta. Patet, quia principium digestionis includit principium augmentum & statum accidentium, sed in principio accidentium debetur grossior quam in isto toto principio & in statu ita subtilis, ut patet. igitur &c.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur negando assumptum. Et dicitur ulterius quod licet materia in principio plus resistat, minus tamen in membra eius malitiam imprimi, quare non tantum promouetur uirtus contra materiam. igitur &c. Ad secundum dicitur hic esse sermonem de materialibus. Quid autem de immaterialibus sit dicēdum patebit alibi. Ad tertium per unam conclusionem superius positam patet qualiter sit respondendum. Eodem modo ad quartum quintum & sextum. de epachmastica uero dicere possum primo quod est ægritudo. cuius status est medico non cognitus, propter breuitatem. unde si cognosceretur aliter esset procedēdum. Vel aliter & melius dicitur cōcedo ad quod deducit argumentum, & quod quæstio intellecta est de morbis habentibus statum remotum notabiliter, qualiter nō ē perauchmastica. Et in istis nō cadit graduatio digtę. igitur &c.

Ægritudinis parachmasticę status cursit medico ignotus.

Quæstio. xv. Aphor. x.

VTRVM In morbis habentibus statum remotum sit in principio danda digta grossior, in statu uero subtilior. Arguitur multipliciter quod non. Primo in processu est uirtus continue debilior quam in principio. ergo indiget continue restauratione maiori. consequentia uidetur tenere, quia secundum fortitudinem uel debilitatē uirtutis sumitur indicatio in subtiliando uel ingrossando diætam. & assumptum patet de se. Secundo in principio est uirtus magis intenta digestioni quam in alijs temporibus. igitur ipsa est minus impedienda. consequentia patet ex dictis. & antecedens patet, quia plus in principio resistit digestioni materia quam in processu. igitur plus occupatur uirtus in digestione. Tertio in statu pleurumque fis est ingrossanda digta respectu principij. ergo &c. cōsequentia tenet & antecedens patet. Primo quia accidētia sunt remissiora, cum uirtus sit iam pro parte degrauata, quia pars materiæ euacuata est cum sit de morbis non reseruantibus. igitur &c. Item hoc idem ponitur. primo regiminis acutorum. in tex. cō. 25. & Auicē. 3. fen. 10. Quarto in statu morbi immaterialis nō est subtilianda diæta respectu principij. igitur &c. consequentia nota. & assumptū probatur, quia in statu morbi immaterialis est uirtus plurimum resoluta, & nō est intenta digestioni, propter quod sit cibus minorandus, igitur pro tunc est digta ingrossanda respectu principij. consequentia tenet de se. Quinto in statu quiescit uirtus naturalis. igitur pro tunc potest cibum melius immutare quam in principio assumptum deductum est supra, cum tunc sit digestio completa. Itera in dolore capitis prima tertij docet Auicē, à principio subtiliare digtam. Et prima quarti cap. de cura putridarū in generali. Cū ignoras ægritudinem tunc subtilia regimen.

Tra. 5. cap. 2.

Auicē.

Ad oppositum est aphorismus decimus.

In ista quæstione erunt quatuor articuli. In primo pmittentur quędam distictiones & suppositiones. In secundo uidebitur qualiter sit ordinanda diæta in morbis immaterialibus in grossitie & subtiliare. In tertio uidebitur qualiter sit ordinanda digta in morbis materialibus non seruantibus materiam ad unicam criticam expulsionem. In quarto qualiter in reseruantibus. & totū hoc sumendo indicationem à temporibus morbi simul cum uirtute.

Quantum ad primum ponentur distinctiones suppositiones & conclusiones. Prima distinctio. quidam est morbus materialis, & quidam immaterialis, utrūque patet. Secunda distinctio. quidam est seruans materiā ad unicam expulsionem, & quidam non. Tertia distinctio. Dupliciter potest dici aliqua diæta grossior alia. Vel quia cibus exhibitus in una cibatione excedit cibum alterius cibationis cęteris paribus. Vel quia in tēpore quo per unam digtam fit unica cibatio per altā diætam fiunt plures cibationes quæ omnes simul sumptæ plus restaurant quam illa sola quantuncunque illa sola sit maior quam aliqua illarum. Exempla satis patent. Quarta distinctio. In quæstione possumus comparare principium accidentium statui accidētium, aut principiū actionis uirtutis in materiam statui actionis uirtutis in materiam, aut principium accidentium statui digestionis & econtra. Et sic distinguendum est de alijs tēporibus etc.

Quinta distinctio. Quædā est regularis cura, & quædam irregularis & omnino coacta. Prima suppositio. Quilibet morbus naturalis de se indicat de cibi subtractione. Patet, quia indicat de sui remotione quę fit per materiæ resolutionem. ergo &c. Secunda suppositio. semper uirtus indicat de cibi oblatione. Patet, quia indicat de sui cōseruatione quę fi per restaurationem à cibo. Tertia suppositio. Quanto uirtus est fortior tanto potest maiorem quantitatem cibi perfecte immutare cęteris paribus. & ecōtra quāto est debilior. Quarta suppositio. Quanto morbus materialis est maior cęteris paribus, tanto indicat de subtiliori digta. Et hoc intelligitur in morbis tam peracutis quam non peracutis. Ex quo sequitur quod in quolibet morbo materiali sunt duę indicationes opposite, quarum una sumitur à uirtute. alia uero sumitur à morbo.

Cura duplex

Quantum ad secundum sint istę conclusiones. Prima conclusio. In principio morbi immaterialis grossior diæta competit quam in augmento uel statu uel declinatione pro unica cibatione. Probatur cōclusio sic. quia tūc uirtus est fortior quam in aliquo aliorum temporum. igitur in una cibatione maiorem quantitatem cibi sufficiat immutare. consequentia & assumptum de se nota sunt. Et debet ista conclusio intelligi si cętera sint paria. Secunda conclusio. Competit pluries afferre cibum in statu augmento & declinatione morbi immaterialis quàm in principio. Patet, quia tunc uirtus eo quod debilis multū respectu principij eget restauratione multa. sed hoc non potest fieri per multum quantitatem cibi simul exhibitam, cum uirtus debilis non sit sufficiens immutare. igitur &c. consequentia nota est, & antecedēs patet de se. Tertia conclusio. Totalis quantitas cibi exhibiti in die naturali debet esse maior in augmento statu & declinatione quam in principio morbi immaterialis. Patet, quia tunc uirtus est debilior igitur tunc indiget restauratione maiori. sed hoc non fit nisi præbendo quantitatem diurnam nutrimenti maiorem quę nō potest in unica uice offerri. ideo &c.

Quantum ad tertium sint hę conclusiones. Prima conclusio. Comparando principium accidentium statui accidentium in morbis materialibus non reseruantibus &c. grossior digta competit in principio quam in augmento uel statu. Probatur, quia tunc uirtus est fortior igitur quantum ad unicam cibationem maiorem quantitatem nutrimenti poterit immutare. & cum hoc ē uirtus minus occupata digestioni & pugnæ contra materiam morbi, quam in processu erit igitur non eget tāta subtractione cibi quanta in processu. consequentia & totum assumptū patent. Secunda conclusio. In eisdem morbis comparando principium actionis uirtutis siue digestionis materię ad augmentum uel statum digestionis materię, magis tenuis digta competit in principio quam in augmento uel statu. Patet, quia in principio, quo ad digestionem includuntur tria tempora quo ad accidentia scilicet principium augmētum & status, ut patet in pleuresi. sed competit tunc digta magis tenuis quam post, quia subsequitur accidentium declinatio igitur &c. consequentia est nota & totum assumptum patet. Tertia conclusio. Sequitur quod comparando principium accidentium statui digestionis digta magis tenuis competit in

principio & in statu & in augmēto grossior. Probatur, quia tunc uirtus est magis occupata. & est timor de augmēto morbi. sed in statu digestionis non est, ita cum sit quasi in ultimo declinationis accidentium. quare &c.

Quarta conclusio. In eisdem comparādo principium digestionis statui accidētium, in aliqua parte principij competit dięta magis grossa q̄ in statu uel augmēto accidentium & in aliqua ęque subtilis. Patet, quia principium digestionis in talibus includit in se principiū augmentum & statum accidentium & sic sequitur conclusio ut patet. Et hęc omnia debent intelligi in cura regulari, non autem tentatiua uel coacta.

Quantum ad quartum articulum sint hę conclusiones. Prima conclusio. In morbis materialibus reseruātibus materiam ad unicam expulsionem & non habentibus statum multum prolixum competit in principio dięta grossior absolute q̄ in augmēto uel statu. Probat̄ prout probatę sunt pręcedentes &c. Secunda conclusio. In habentibus statum ualde prolixum, ut quartana &c. quęlibet cibatio status uel augmenti debet esse minor q̄ cibatio principij. Patet, quia tūc est uirtus debilior q̄ in principio, & magis occupatur circa digestionem. igitur &c. Tertia cōclusio. Tota summa cibi exhibēdi in die naturali in statu talium morborum debet esse maioris q̄titatis q̄ tota summa exhibendi in principio in ęquali tempore. Patet, quia tunc est uirtus debilior & resolutio maior & status ualde prolixus. igitur uerisimile est q̄ tunc sint cibationes magis frequentes & in minori quantitate exhibendę. Quarta conclusio. In morbis perperacutis non est aliquis talis ordo obseruādus. Patet, q̄a in aliquibus à pricipio usq; ad statū debemus uti dięta tenuissima. ergo &c. Nisi uellemus dicere tenuissimam esse magis tenuem in augmento & statu q̄ in principio, ut supra alias dicebatur. Et nota q̄ hęc omnia debent intelligi in cura regulari non autē coacta uel tentatiua. In his enim oppositum contingit. Et de his non intellexit apho.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur negando consequentiam. licet. n. sit uirtus continue debilior, indiget tamen ut minus diuertatur à pugna & hoc in statu accidentium & augmento. Ad secundum dicitur negando antecedens. & ad probationē similiter dicitur negando antecedens, quia adhuc in ipsa non est ita praua materia sicut in processu, quare licet sit magna quantitas in principio, non est tamen in principio sic irritans uirtutem. Ad tertium dicitur q̄ illud est uerum, sed ille non est status accidentium, sed est status quo ad digestionem materię, quia tam pręcessit statusaccidentium. Et sic procedunt auctores Auicen. & Gal. Ad quartum patet quid sit dicendum ex dictis in quęstione in. 3. arti. Ad quintum dicitur q̄ in statu quiescit uirtus naturalis à digerendo. & hoc in statu quo ad digestionem. Ad ultimas duas dicitur q̄ propositio est uera de cura tentatiua. Vbi tamen ęgritudo esset cognita notitia speciali, non debet sic subtiliari, quia uirtus debilitaretur.

Quęstio. xvi. Aphor. xi.

VTRVM Liceat medico exhibere cibum in paroxismo. Ad partem affirmatiuam arguitur multipliciter. Primo. licet in paxismis se subintrantibus, ut patet. Secūdo hoc competit in syncopalibus. Tertio. hoc competit in paroxismo sequēte maximum resolutionē, puta euacuatione sanguinis propter quā uirtus sit multum debilitata. Quarto in febre conclusa competit cibus & in continua. sed quęlibet pars continue cęteris paribus est deterior quàm interpolata. igitur competit in interpolata.

Oppositum ponit apho. 11. Primo nota nocumēta quę sequuntur ex cibatione in paroxismo quę nō sequerentur si exhiberetur cibus hora quietis. Secundo nota q̄ duplex est cura in proposito. s. regularis & coacta.

Cura duplex

Tertio nota q̄ quidam sunt paroxismi inter quos non cadit quies media. s. per priuationem causę coniunctę, ut sunt se subintrantes, quidam opposito modo se habent. Prima conclusio. Regulariter operando in paroxismo inter quem & sequentem cadit quies nō est cibus exhibendus. Patet, quia ex isto sequuntur nocumenta superius tacta. Secunda conclusio. In cura coacta licet Patet ut uirtute nō consentiēte, aut cū nō sit quies media, aut pp obuiare alicui malo accidēti sicut syncopi. Ad argumenta patet solutio.

Quęstio xvij. Aphor. xi.

VTRVM Deterius sit ęgrotautem in principio paroxismi cibare q̄ in aliquo alio tempore. Arguitur multipliciter q̄ non. Primo quia in principio paroxismi calor naturalis est uigorosior, quia magis unitus est & uirtus unita fortior est seipsa dispsa &c. & q̄a nondū sibi aduenit resolutio, sicut i statu et augmēto. igit̄ &c.

Secundo in principio uniuersali cōuenientius est cibare quàm in aliquo alio tempore. igitur &c. assumptum supra habitum est, & consequentia uidetur tenere, cum eadem uideatur habitudo principij particulares ad statum particularem, & uniuersalis ad uniuersalem. igitur &c. Confirmatur. ponendo sor. febrire febre cholerica durabili pręcise per tempus unius paroxismi. & in eodem ad salutem terminabili sic q̄ principium uniuersale sit in principio paroxismi augmentum in augmēto. & sic deinceps. Et arguitur tunc. minus mala hora cibandi sortem in casu isto est tempus principij uniuersalis, saltem comparatione augmenti & status. sed eadem est hora principij uniuersalis & particularis igitur &c.

Tertio in statu est uirtus contra materiam magis occupata, fiunt etiam accidentia prauiora. ergo pro tūc è uirtus minus cibo occupanda. tenet consequentia ex supra dictis. & assumptum patet, quia tūc calor pręter naturam est intensior & fortius in membra imprimēs. Et colligitur idem de mente Auic. quarto prima. cap. de cibatione febricitantium ad finem. Quarta per cibum exhibitum in principio augentur accidentia principij, & per cibum exhibitum in statu augentur accidētia status sed deteriora sunt accidentia status quàm principij. igitur &c. Quinto deterius est ęgrotantem cibare in augmento. igitur &c. assumptum arguitur, quia augmentum cōmunicat quo ad eius accidentia cum principio & statu, ut colligitur quarto prima. c. de signis horarum febrium. igitur exhibito cibo in augmento augentur accidentia status & principij. sed deterius est accidētia principij & status augeri q̄ principij tantū igit̄ &c.

Auicē.

Auicē.

Ad oppositū est auctoritas. Gal. primo regim is acutorum cōmen. 45. Et arguitur ratione, quia nocumētum principij communicatur omnibus alijs temporibus, plura etiam sequuntur talia nocumenta, ut declarabitur infra. igitur &c.

Gal.

In quęstione erunt duo articuli. In primo respondebitur ad quęstium. In secundo uidebitur, cuius temporis paroxismi sint accidentia deteriora. Quantum ad primum tangam primo communem modum respondendi ad quęstitum. Secundo tangam quendam alium modum probabilem respondendi. Primo pręmitto hanc suppositionem. In principio paroxismi calor ad ieriora retrahitur subducitur & à materia suffocatur. Et in augmento expāditur, & supra materiam manifeste subalteratur, licet non sit totus expansus Et in statu paroxismi totaliter ad extra expansus est simul cū uaporibus materię putrescentis. In declinatione uero uapores sunt resoluti, & calor uersus naturalem temperiem ductus. Ex quo sequitur primo dispositionem principij esse contrariam dispositionem status. Secundo sequitur dispositionem augmenti quodammodo esse per participationem mediam inter dispositionem status & dispositioni principij. patet satis intelligenti. Secūdo p̄mitto istam suppositionem. Tempore declinationis paroxismi

roxismi accidentia extremaliter opponuntur accidentibus principij. Patet, quia in principio calor est interius submersus & putridi uapores plurimi in declinatione uero exhalarunt totaliter. quare &c. Tertio præmitto. Accidentia paroxismi fore duplicia, quædam consequentia uirtutis oppressionem & aggrauationem à materia & quędam consequentia ipsius resolutionem consequentem impressionem, quam facit caliditas pręter naturam in membris. Prima conclusio. Accidentia consequentia resolutionem uirtutis &c. sunt in statu deteriora. Patet, quia tunc calor pręter naturã est intensior & magis resolutiuus. igitur &c. patet consequentia & assumptum intelligenti &c. Secunda cõclusio. Accidentia consequentia oppressionem uirtutis fortiora sunt in principio. Patet cum materia sit amplior grossior frigidior &c. Tertiam conclusionem ponunt quidam probabiliter. Absolute deteriora sunt cæteris paribus accidentia principij q̃ accidentia status. Persuadeatur sic. Peius est uirtutem ut in pluribus sic opprimi. igitur &c. Item accidentia principij & declinationis sunt extremaliter opposita sed accidentia declinationis sunt omnibus accidentibus omnium aliorum temporum remissiora. igitur & accidentia principij sunt deteriora & pessima. Item ut plurimum patet ægrotantem magis in principio q̃ in statu infestari & perturbari. Item pro isto expresse uidetur mens Gal. primo regiminis acutorum cõmen. alleg. Ex ista conclusione sequitur ꝙ in alicuius morbi principio uniuersali accidentia sunt deteriora q̃ in statu uniuersali accidentium eiusdem ut in febre terminabili per unũ paroxismũ. Nec hoc ẽ incõueniens de accidentibus consequentibus oppressionem siue aggrauationem, non autem impressionem caloris, ut alias tactum est. Quarta conclusio sequitur. Post statum deterior hora est augmentum & ultimo declinatio hoc patet satis. Sed arguitur ꝙ status nõ sit deterior hora augmento, quia si sic sequeretur ꝙ fieret transitus de extremo ad extremum sine medio. consequens est falsũ & arguitur consequentia. Ponendo. a. esse instans terminatiuum principij uersus augmentum. Et quæritur utrum tunc sit deterior hora q̃ status uel minus praua. si primum habetur propositum. si secundum & immediate ante hoc erat prauior statu, quia erat principium. igitur &c. It ẽ inter gradũ malitiæ prĩcipij & gradũ malitię status mediat malitia augmenti. quare maior est malitia augmenti malitia status & minor malitia principij. sed non potest fieri saltus &c. igiť &c. Proisto oportet dici uel nõ totũ prĩcipiũ esse deterius statu, quia s. pars eius terminata ad augmentum. uel oportet dicere non totũ augmentum esse minus malum statu, quia. s. pars eius aliqua ad principium terminata est deterior.

Paroxismi accidẽs duplex.

Ego autem ad quæstionem aliter respondere consueui. Primo præmittendo ꝙ materia peccans febrem paroxismalem faciens est aliquando multæ grossitiei & q̃titatis & paucę inflammabilitatis. & quandoq; econtra se habet, quia multum inflammabilis est & subtilis ualde & non quãtitatis multæ, ut materia ualde acuta. Secundo præmittendum ꝙ uirtutis oppressio consequitur multitudinem & grossitiem ipsius materiæ opprimentis & grauantis uel suffocantis. resolutio uero maxime consequitur intensione caliditatis præter naturam ipsius materiæ resoluentis. Et iuxta hoc infero aliquas conclusiones. Prima conclusio. Possibile est accidentia principij fore absolute deteriora accidẽtibus status. Probatur, quia possibile est materiam talis esse dispositionis, ut ipsa sit magis nociua aggrauando & opprimendo q̃ resoluendo ut materia antecedente multa & grossa de difficili inflammabili, ut phlegmaticę frigus ualde lædit in principio, & in statu parum. in quo casu magis timetur ægrotantis perditio in principio q̃ in statu. Secunda conclusio. Sequitur ꝙ possibile est econtra. s. accidentia status fore absolute deteriora accidentibus principij, Probatur. possibile est materiam opprimendo paruum posse nocumentum inferre. quę tamen imprimendo postea sua caliditate intensa multum resoluit & prosternit uirtutem. igitur &c. patet consequentia in casu, in quo materia sit furiosa. in principio. n. parum opprimit &c. ut patet. in statu multum resoluit. in quo casu timor est deperditione in statu & frequenter oportet exhibere cibum. Ex his sequitur primo ꝙ possibile est accidentia principij & status eiusdem paroxismi ægritudinis fore præcise æque mala. Patet, quia possunt esse deteriora in principio & econtra. igitur possunt esse equaliter mala absolute. Sequitur secundo ꝙ possibile est in principio uniuersali alicuius ægritudinis accidentia absolute fore sæuiora & peiora q̃ in statu, & adhuc minus mala, & adhuc ęqualiter mala, ut supra declaratum est. Pro auctoritate uero. Gal. uolentis uniuersaliter principij accidentia esse deteriora, dicẽdum illud esse uerum ut frequenter. tamen contingit oppositum. multotiens. n. materia non est furiosa, & illa tunc opprimendo in principio lędit &c. Pro argumento uero dicente ꝙ declinatio opponitur principio. dicitur ꝙ non quo ad omnia, sed solum quo ad materię multitudinem & paucitatem, non autem quo ad accidentium prauitatem prĩcipio extremaliter opponitur. Quãtum ad secundũ articulum sunt præmittenda quędam. Primo præmitto. Accidentia apta sequi cibationem factam in paroxismo maxime cõmunia & principalia sunt quatuor. Primum est additio in suffocationem & submersionem caloris in interioribus & uirtutis aggrauationem. Secundum est prolongatio paroxismi. Tertium est multiplicatio superfluitatum. Quartum est augmentum inflammationis De quibus oĩbus plene circa literã tangebať

Accñ apta sequi cibationẽ in paroxismo.

Secundo premitto. Pluries & frequentius deteriora fore accidentia principij q̃ status uel augmenti. Et hoc in primo articulo declaratum est. Prima conclusio. Propter aliquod accidens immergens contingens est deterius esse cibari in augmento uel statu q̃ in principio paroxismi. Patet satis in casu quo in augmento uel statu superueniat principium alterius paroxismi, notum est enim. ꝙ tunc deterius esset in augmento uel statu cibare q̃ in principio. Secunda conclusio. Virtute forti & paroxismo salubri & deducto nocumento nouiter superueniente alio ab alio quod natum est sequi tempore unius simplicis paroxismi deterius est in principio q̃ in augmento uel statu ęgrotantem cibarem. Probatur sic tunc plura & maiora nocumenta sequuntur cibationẽ factam in principio. igitur &c. assumptum arguitur.

Primo. quia fit magna additio in suffocationem cũ cibus sit naturaliter caloris suffocatiuus. & calor iam est in suffocari non autem est cibus tã aptus augere inflammationem exhibitus in statu, sicut in principio est aptus augere suffocationem, cum cibus naturaliter resistit inflammationi. & maxime quia possunt exhibere cibi talis naturę, ut resistant inflammationi. nullus autem naturaliter resistit suffocationi. igitur &c. Secũdo. quia tunc magis augmentantur omnia paroxismi tempora, nam per exhibitum cibum in statu non potest maiorari principium nec augmentum, quia pręterita sunt iam sed solum status & declinatio. Per exhibitum autem in principio omnia tempora maiorantur, ut patet discurrẽdo. Primo. n. augetur principium. quia submersio fit maior, ideo longiori tempore stabit calor remissius. Secundo augetur augmentum. quia calore existente oppressso à cibo & à materia difficilius erit uirtuti calorẽ et maxime uapores ad extra mittere, ideo tardius mittet. Tertio augetur status, quia longiori tempore perdurabunt illi uapores anteq̃ notabiliter diminui incipiant quia calefacti sunt uapores cibi caliditate præter naturam lõgiori tempore in sua intensione conseruabitur caliditas pręter naturam, et consequenter augetur declinatio quia tardius resoluentur uapores multi &c. Tertio ad prin

cipalem conclusionem, quia sequitur ad cibationem in principio maxima superfluitatum multiplicatio crudarum. calore.n. à materia multum obsesso nullatenus poterit cibum immutare. Quarto sequitur inflammatio cibo.n. non digesto superueniente statu ebulliet ipse & inflammabitur, & consequenter corpus inflammabit, omnia ergo accidentia mala consequuntur cibationem principij. igitur &c̄. Tertia conclusio. Communiter ponitur ꝙ post principium deterior hora est status. hanc persuadent auctoritates Gal. vbi supra dicentis de natura cibi esse in statu & in principio nocere nocumēto magno, & non facit de augmento mentionem. Quarta conclusio probabiliter ponitur. Potest conclusio opposita teneri. s. ꝙ plus nocet in augmento. Probatur. Primo plus suffocat. Secundo plus augeť paroxismus. Tertio plus inflammat, quia cibus occurrit statui magis dispositus inflammari, quia in augmento est præparatus calefieri. vnde adueniente statu quodāmodo aduretur, uel saltem sic esse potest. Quarto, quia plus multiplicat superfluitates. Quinta & vltima conclusio. Ponitur ꝙ conuenientius est in declinatione cibare q̄ in aliquo alio tēpore morbi, licet conueniens magis sit in hora gentis ipsm cibare, ut colligitur in locis pręallegatis à Gal.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū dicitur ꝙ non quęlibet unio reddit ipsum uigorosiorē, immo aliqua resoluit, ut in principio paroxismi tertianę, propter calorem uniri inducitur magna sitis. negať igitur consequētia. Ad secundum dicitur ꝙ nō est uniuersaliter uerum illud assumptum &c̄. nisi ubi coincidant tempus uniuersale & particulare. Ad tertium dicitur negando antecedens immo in principio uirtus est magis oppressa, quia minus habet dominium supra materiam. Ad quartum dicitur ꝙ non procedit. & negať minor. Et si esset uera oportet addere, in principio augētur accidentia principij & non aliorum temporum. sed hoc est falsum. Ad quintum negatur antecedens. & negatur consequentia, quia non solum augentur accidentia pricipij & status, sed etiā oīa alia. Gal. non dixit de augmēto, quia cōmuniter diuidit ipsum in duas medietates. quare primā dicit sapere de natura pricipij. s. finis principij, & aliā medietatē sapere de principio status.

Quæstio. xviij. Aphor. xij.

VTRVM Quilibet morbus salubris ad salubrē terminandus habeat quatuor tempora. Arguitur multipliciter ꝙ nō. Primo. possibile est aliquem morbum in suo statu perfecte esse curatum. igitur &c̄. patet consequentia & assumptum arguitur ponendo sanguinem supercalefactum in forte & leuiter putrescentem per digestionem ad benignum reduci. & sequitur ꝙ in statu erit reductus ad benignum. ergo tunc non faciet febrē, & per consequens post statum hunc non sequitur declinatio. Secundo stat aliquem morbum inchoare in statu eiusdem. igitur talis non habebit principium. & per consequens &c̄. assumptum arguitur de morbo inchoāte à materia digesta. Tertio possibile est synocam curari in principio. igitur &c̄. antecedens patet, si fiat in synocha in pricipio phlebotomia usq; ad syncopi. Quarto signetur. a. ephimera, cuius principij caliditas sit. b. augmenti. c. & status. d. Et arguitur sic. possibile ē post acquisitionem. b. non acquiri. c. vel. d. sed non acquisito. c. vel. d. nō habet. a. quatuor tempora. igitur &c̄. patet consequentia. & assumptum, quia acquisito. b. potest occurrere causa potentior in extinguendo q̄ calefactum esse spiritum in calefaciendo. ergo &c̄. Quinto per causam contrariam morbo occurrentem potest morbi tempus subduplari. ergo per duplam totaliter auferri consequentia uidetur tenere, quia si aliquanta causa aliquantulum aufert de morbo, dupla uel in alia proportione maior debet posse tantūdem auferre quo posito in esse sequitur ꝙ iste morbus nedum non quatuor, sed nullum post tempus habebit.

Ad oppositum est Gal. in cōmē. 12. Et quia illę ęgritudines non ostenderent morborum consistentias. nec foret quilibet digtandus in relatione ad statum. Et Aui. primo canon. fen. secunda. cap̄. 7. s. de horis ægritudinum. Et prima quarti. cap̄. 4. Et Gal. in libello de quatuor temporibus morbi. cap̄. vltimo.

Gal.
Auicē.

Respondendo ad hanc quæstionem. primo ponam aliquas distinctiones & notabilia. Secundo conclusiones.

Prima distō. Morborum quidam sunt materiales. quidam immateriales quę declarata est superius. Secūda distō. In morbis materialibus quædam sunt tempora uniuersalia, quædam particularia. Tertia distinctio. Tēpora uniuersalia possunt cōtra seinuicem distingui uel penes digestionem uel actionem naturę, uel penes accidentia. Penes digestionem uel actionem declaratum est prius. Penes accidentia, ut tunc sit principium quando accidentia sunt remissa & quasi uniformia, ut in ipsis non notabilis compręhendatur uarietas &c̄. Augmētum quando notabiliter magnificantur. Status quando ultimantur unde Aui. vbi supra. Hora augmenti est in qua apparet &c̄. vide tu ibi. Quarto pręmittendum. ꝙ materia faciens febrem quandoq; putrescit gradu intenso non corrigibili, quandoq; uero gradu remisso & corrigibili reducibili ad benignum simpliciter Colligit hęc distinctio secunda aphor. illo aphor. s. Vbicūq; cibus &c̄. cōmen. 17. ad finē. Et tu declarata eā. Quinta distinctio. Ægritudo quandoq; incipit à materia cruda morbi, quandoq; digesta. Prima cōclusio. Licet improprie morbo immateriali quatuor tempora attribuātur, possibile tamen est sic improprie aliquem non habere quatuor tempora. Prima pars patet, quia in eo non est actio uirtutis in materiam nec materię in uirtutem. Sed improprie hoc modo habet. Vt tunc sit principium quando uestigium uel effectus in membris à morbo derelictus est paruus. Augmentum quando est notabilis. Status quando maximus. Et pro tunc patet ꝙ nō potest habere quatuor tempoea &c̄. Nota tamen ephimeram posse habere quatuor tēpora. Secunda conclusio. Non quilibet particularis paroxismus salubris ad salutē terminandus necessario habet quatuor tempora. Dico autem notanter ad salutē terminandus, quia possibile ē i principio materiam ad extra per fluxum uētris, uel urinam totaliter expelli. sed si sic erit, non habebit statum, nec augmentum. igitur &c̄. Tertia conclusio. Nō quilibet morbus salubris materialis habet quatuor tempora penes actionem naturę in materiam contra seinuicē distincta Hæc conclusio declaratur in duplici casu. Primus casus est ubi morbus incipiat à materia digesta. Secundus casus est ubi incipiat morbus à materia reducibili ad benignum quę in statu perfecte sit benigna, tūc enim deficiet declinatio distincta penes actionem naturæ in materiam. Nota tamen ꝙ licet ita sit, contingens tamen in utroq; casu esse quatuor tempora distincta penes accidentia & declara tu hoc. Alij deducunt conclusionem, ponendo cum statu salubri coniungatur ægritudo mortalis, ut apoplia uel alia. Corrolarium primum. Non cuilibet morbo habenti statum & declinationem penes digestionem correspondet principium uel augmentum penes digestionem distinctam. Patet intelligenti. Corrolarium secundum. Non cuicunq; morbo correspondet principium, augmentum & status digestionis, correspondet declinatio penes idem distincta & plura alia. Quarta conclusio. Vt in pluribus morbi tam materiales q̄ immateriales salubres regimini naturæ derelicti habent quatuor tempora. Et ideo taliter auctores distinxerunt tempora in morbis salubribus.

Morborū materialiū tēpus duplex.

Materia faciens febrē putrescit dupl.

Ægritudo incipit a materia dupliciter

Morbi materialis ñ hñtes quatuor tēpora casus duplex.

Quinta conclusio. Non necessario quęlibet morbus salubris ad salutem terminandus habet uel habebit quatuor tempora uniuersalia penes accidentia contra seinuicem distincta. Patet, de synocha in principio curata. & multa alia possunt adduci. Primum corrolarium.

Possibile

Possibile est beneficio medici morbum salubrē nec ad statum nec ad augmentum, sed ad declinationem immediate post principium deuenire. Patet, per phlebotomiā enim administratam in principio principij synochę prohibetur sensibilis maioratio accidentium synochę, & eorum ultimatio post sensibilem maioratione. igitur per phlebotomiam prohibetur augmētum & status quo ad accidentia. consequentia est nota. & assumptum deductum est. Corrolarium secundū Licet medico prolongare morbum in casu, scilicet de mortali salubrem faciēdo. Et infinita alia quasi sequuntur ex his. Corrolariū tertium. Pauciora possunt esse tempora salubrium q̄ mortalium. Vel sic minor potest esse maximus numerus temporū salubrium quàm mortalium. Vel sic. non tam paucorum temporum potest esse totalis consistentia mortalium sicut salubrium Patet, quia omniū mortalium necessario sunt tria tempora. s. principium augmentum, & status. sed salubrium non sunt necessario plura q̄ duo. Corrolarium quartū. signa dicta super consistentias &c. sunt solum ut in pluribus uera. Sexta conclusio. Ad excitandum mentes audientiū. Possibile est ægrotantē mori ut ęgritudinis tantum salubris & non mortalis. Vel sic. possibile est fortem mori ęgritudine aliqua quę est salubris etiam ui illius ægritudinis, nulla causa accidentali superuentēte. nec forte prius ante declinationem ex ætate deficiente. Et ad declarandum p̄mittendum per ægritudinem mortalem non intelligi illam quæ interficiet, nec salubrem illam qua sanabitur, sed merito proportionis materię ad uirtutem, uel econtra sanabitur uel occidet. Deinde ponam duas tertianas, quarum cuiuslibet accidentia possit uirtus tolerare & materiam digerere, non tamen ambas simul. & pone primam postponere & secūdam anticipare donec cōplicent, & sequitur conclusio. Vnde fiet ægritudo mortalis in complicatione, & hoc merito proportionis materiæ ad uirtutem &c.

Egritudo moetalis qd. & salubris.

Ad argumenta dē auctores intelligere, ut in plibus.

Quæstio. xix. Aphor. xij.

VTRVM ęgritudines uniuersaliter declarent paroxismos & consistentias. Et arguitur multipliciter q non. Primo, quia febris phlegmatica non declarat ordinem reditus paroxismorum phlegmaticę. igitur &c. assumptum colligitur prima quarti trac. 2. cap̄. de signis phlegmaticę in qua occultatur frigus & manifestat calor ubi inquit q propter grossitiem & paruitatem materię hic febris plerumq; conuertitur ad tertianā & quartanam. & quandoq; paucitas est ex causis longationis periodi & hoc non extrahit ipsam ad hoc q non sit phlegmatica. Secundo febris melācolica non declarat reditus. igitur nec declarat paroxismos. igitur &c. assumptū colligitur prima quarti. cap̄. de sextana & quintana.

Auicē.

Tertio ęgritudines comprehensę non declarant consistentias. igitur &c. patet assumptū, quia contingit quartanam breuiorem esse phlegmatica, & phlegmaticā tertiana. Quarto paroxismi declarant ęgritudines. igitur ęgritudines non declarant paroxismos, quia aliās idem esset notius & ignotius. Quinto multæ ęgritudines non habent paroxismos. igitur &c.

Ad oppositum est Hippo. in apho. & Gal. in cōmen. 12. Primo nota q licet quilibet humor alius à sanguine habeat determinatam periodum. prima quarti. cap̄. de febribus apostematum. talis tamen periodicatio non inest sibi nisi cū certis circunstantijs, puta cum tali modo substantię & quantitate tanta & tali habitudine ipsius ad uirtutem, & econuerso. licet enim phlegma sit quantitatis multę, sic q merito suæ quātitatis posset omni die periodicare quandoq; tamen stat q de tertio in tertium putrescat, & tamen non est tertiana sed oportet habere alias circūstantias. Ex quo patet phlegmaticā posse de quarto in quartū, & de tertio in tertium periodicare. Peccant igitur qui tertianā uel quartanam iudicant ex paroxismo, ut prima quarti. cap̄. 16. de dispositiōe febr. compositarū. Ex quo patet multo certiora esse signa à pulsu & urina. Secundo nota febres esse duplices. s. materiales et immateriales. Tertio nota. ęgritudines quasdam habere paroxismos & quasdam non. Prima conclusio. In ægritudinibus non habentibus paroxismos, licet ægritudo non declaret paroxismos, potest tamen consistentias declarare. Prima pars patet. & secunda persuadetur discurrendo. Secunda conclusio. Licet omnes ęgritudines habentes paroxismos & consistentias declarent paroxismos & consistentias, non tamen declarant quo ad omnia quæ debet medicus de paroxismo cognoscere. Nam declarant notitia confusa & generali, sed non speciali, ideo oportet alias circunstantias scire. Patet, quia saltem quo ad fortitudinem & debilitatem accidentium. scito enim q est tertiana scies q erit fortium accidentium. si phlegmatica non erit tam impressiuorum accidentiū. Tertia conclusio. Nō semper ęgritudines declarant paroxismos & consistentias notitia speciali. & propria, licet notitia generali.

Auicē.

Febris est duplex.

Egritudo duplex.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū. Licet non declaret quo ad redditum, tamē ad hoc quòd sit uel erit sęuorum accidentium uel remissorum &c. Alia argumenta soluuntur per conclusiones positas, ut patet intelligenti.

Quęstio. xx. Aphor. xij.

VTRVM anticipatio paroxismorū significet augmentum morbi & postpositio declinationem. Arguitur multipliciter q non. Primo cōtinue usq; ad statū procedunt paroxismi anticipando, non tamen est cōtinue augmentū. igitur &c. consequentia est nota & assumptū probatur, quia continue uirtus à materia magis & magis incitatur eo q materia continue magis & magis malignatur. igitur &c. Item continue plus & plus de materia mouetur ad putredinem. igitur continue citius & citius aduenit principium paroxismi, & per consequens procedit paroxismus anticipando. consequentia est nota cum antecedente. Secundo aliquæ sunt febres quæ continue procedunt anticipando, & tamen nō continue illę sunt in augmento. igitur &c. consequentia est nota & minor. & maior patet de febribus epachmasticis interpolatis in quibus citius mouetur ad putredinem materia grossa & postea subtilis. Tertio dantur febres quarum paroxismi cōtinue procedunt postponendo. igitur &c. consequentia nota & antecedens uidetur possibile de epachmasticis interpolatis in quibus continue citius mouetur ad putredinem subtilius, deinde grossius.

Oppositum huius habetur ex dictis circa illam partem in commento duodecimo. Et circuituum adinuicem incrementa.

Circa huius quæstionis declarationem erunt notata & conclusiones. Primo nota quòd materia putrescens faciens febrem, quandoq; ponitur homogenea, quandoq; etherogenea in suis partibus. Secundo nota quòd possunt esse multæ causæ anticipationis paroxismorum. Prima est accidentalis & extrinseca, ut inordinatio diętæ uel regiminis. Secunda causa potest esse dispositio in materia reperta difformi in suis partibus propter quod una pars nata est citius & alia tardius moueri. Tertia causa potest esse dispositio maior materiei ad putrefieri tempore unius paroxismi magis quàm tempore alterius. Quarta causa potest esse conatus fortior uirtutis contra materiam ad ipsam expellendā extra uenas. Quinta causa maior sensibilitas membrorū. Tertio nota q tres oppositas his tribus possumus imaginari fore causas postpositiōis paroxismorum Prima est difformitas materiæ in suis partibus propter quod pars sequens tardius est nata moueri ad putredinem in paroxismo sequenti quàm fuerit pręcedens pars in paroxismo antęcedente &c. Secunda causa potest esse dispositio

minor materię quantumcunq; fuerit uniformis ad putrefieri in sequenti quàm in precedenti. Quarto nota q duplex est anticipatio, quędam est anticipatio absoluta & quędam respectiua, quę dicitur anticipatio anticipationis. Prima conclusio. Anticipatio paroxismorum à causa accidentali eueniens non significat augmentum ægritudinis. Patet, quia potest in omni tempore morbi indifferenter euenire. Secunda conclusio. Nec anticipatio paroxismorū propter difformitatem materię in suis partibus euenient significat augmentum morbi. Patet, quia talis euenit in principio uel euenire potest. Nota tamen q in istis quartanis paroxismi continue procedūt anticipando hoc modo ab ordine paroxismorum distinguemus abinuicem quatuor tempora uniuersalia. Tūc est principium quando materia apparet cruda & paroxismi procedunt æqualiter in anticipando, quia.s.quantum secundus paroxismus anticipat primum, per tantū tertius secundū uel insensibiliter plus. Tunc uero esset augmētum quando sensibiliter plus anticiparet tertius secundum q̄ secundus primū, & sic deinceps. Tunc uero status quando materia apparet digesta & paroxismi ęqualiter sese anticiparent. Tunc uero esset declinatio quando continuo minus & minus sese anticiparent paroxismi. Et hoc est dicere q anticipatio nō absoluta sed anticipatio anticipationis significat augmentum. Ita q principium morbi est quando illa anticipatio est remissa. Augmentum quando procedit sensibiliter augēdo anticipatio. Status quando ultimatur anticipatio. Declinatio quando sensibiliter minoratur. Nota tamen q hoc non est uerum nisi supposita proportionali difformitate materia paroxismorum, ita q quantum secunda materia faciens paroxismum de se est habilior ad putre fieri q̄ materia faciens primum, tanto sit habilior materia faciens tertium q̄ materia faciens secundum, & sic deinceps. Vbi autem materia non foret sic regulariter difformis, secūdum hanc anticipationem non possemus recte distinguere tempora uniuersalia morbi abinuicē, sed tunc studeremus ea distinguere penes digestionem uel indigestionem materię. Tertia conclusio. Stante materia homogenea in suis partibus anticipatio paroxismorum potest esse signum augmenti morbi. Patet, quia existēte materia homogenea modo iam dicto si fit anticipatio non fit nisi quia uel uirtus magis conat, aut quia plus de materia mouetur tūc ad putredinem quàm prius, unde citius stimulat uirtus expellere ipsam extra uenas q̄ prius stimulabatur, & hoc uidetur solum in augmento contingere. Et nota q per materiam esse homogeneam non intelligo homogeneitatem proprie dictam, sed quo ad sensum, difformitas enim insensibilis materię non facit sensibilem anticipationem, ut patet. Ex quo sequitur q signum sumptum ex anticipatione paroxismorum non est de se solum sufficiens ad signandum super augmentum ęgritudinis. Quarta conclusio. Postpositio paroxismorū eueniens propter difformitatem materiæ in suis partibus, non necessario significat uerā declinationem. Patet, quia talis potest contingere in principio augmento & statu. Nota tamen q licet ita sit, in febribus tamen continue p̄cedentibus postponendo distinguere possumus quatuor tempora uniuersalia. Tūc dicamus esse principiū quando materia est cruda & paroxismi declinant ęqualiter uel insensibiliter inęqualiter. Tunc augmentū quando declinatio sensibiliter minoratur, siue quādo paroxismi sensibiliter minus postponunt. Tunc est status quando declinatio stat ęqualiter in omnibus paroxismis, est tamen minor quàm unq̄ & cum materiei digestione. Tunc uero declinatio quando sensibiliter augeī postpositio paroxismorum, & huiusmodi causa sumitur per oppositū anticipatiōis, ut patet intelligenti. Nota tamen ut supra q hoc non esset uerū si materia foret irregulariter difformis. Quinta cōclusio. Stāte materię non sensibili etherogeneitate postpositio paroxismorum significat declinationem. Patet, quia signū est, aut q minor quantitas materię mouet, aut q materia tardius acquirit gradū malitię sufficientem uirtutem stimulare, & hoc uidetur declinatio.

Antici-patio du-plex.

Homo-geneā mate-ria qd.

Ad argumenta patet solutio per cōclusiones &c.

Questio. xxi. Aphor. xij.

VTRVM signa mortis possint apparere in principio uniuersali morbi materialis puta febris aut similis. Et arguitur multipliciter quòd sic. Primo. auctoritate Gal. tertio de crisi ubi uult q in quolibet tempore uniuersali morbi contingat mori p̄terq̄ in declinatione. Similiter in cōmento istius aphor. Paroxismos uero & consistentias, idem innuitur. Secundo in principio particulari, & similiter in augmento contingit ęgrum mori. igitur in uniuersali. consequentia uidetur nota, sicut enim uidetur se habere principium particulare ad alia tēpora particularia, ita principiū uniuersale ad alia tempora uniuersalia. & antecedens satis patet. sed quandocūq contingit ęgrum mori, tūc possunt apparere signa mortis. igitur &c. Tertio tāta potest esse morbi malitia in principio perperacutę sicut in statu chronicę, & adhuc maior sed contingit ęgrum mori in statu chronice. igitur &c. consequētia nota. & assumptum satis patet esse possibile. Quarto. tanta potest esse proportio malitiæ principij alicuius morbi mortalis ad uirtutem ęgrotantis in principio, quanta est status morbi mortalis ad uirtutem ęgrotantis alterius in statu. sed in statu illius mortalis à malitia morbi moritur æger. igitur etiam in principio morbi mortalis à malitia morbi morietur ęger. igitur &c cōsequentia uidetur esse nota. & assumptū probatur. Signetur enim.a. morbus malitiæ cuius in statu ad uirtutem fortis sit proportio dupla. & sit.b. morbus, cuius malitia principij sit subdupla ad malitiam.a. morbi in statu. & sit ia m plato ęgrotans.b. morbo in principio. uirtus cuius sit subdupla ad uirtutem sor. Et fiat argumentū tactum. qualis est proportio.a. ad uirtutē sor. talis est proportio.b. ad uirtutem platonis. sed.a. ad fortis uirtutem tanta est proportio q fortem interficit uel sufficit interficere igitur.b. sufficit interficere platonē. & tamen b. est in principio. igitur &c. tota consequentia uidetur esse nota cum antecedente &c.

Gal.

Ad oppositum uidetur communis schola.

Respondendo ad hanc quęstionem sic procedam. Primo premittam notabilia quędam. Secundo cōclusiones de quęsito. Primo sciendum est q sicut in morbis salubribus tempora morborū distinguuntur penes duo, scilicet penes accidentia & penes digestionem, ita in morbis mortalibus tempora distinguuntur penes accidentia & penes indigestionem uel dispositionem siue prauitatem materiei acquisitam per actionem caloris præter naturam in eam. Vt dicamus tunc esse principium quo ad accidentia, quando accidentia sunt remissa. Augmentum quando notabiliter intenduntur. Status uero cum ultimantur, quia perfectę obtinet uirtus a morbo. Tūc uero dicimus esse principium ęgritudinis, quo ad dispositionem & prauitatem materiei quando prauitas est aliquanta in materia. Augmentū cum notabiliter augeī. Et status quando materię prauitas ultimatur, quia.s. acquirit ultimam prauitatē & rebellionem contra uirtutem. Secundo sciendum q quandoq; materia faciens febrem interficit sua malitia, quandoq; uero sui multitudine per uiam suffocationis. hæc distinctio habetur de mente Auicen. quarto. prima. cap. de signis horarum febrium. Prima conclusio. Possibile est in principio uniuersali febris materialis mori ægrum per uiam suffocationis factæ à multitudine materiæ. Ista conclusio satis patet de se. Ex qua sequitur quòd possunt in principio apparere signa mortis per uiam suffocationis. potest enim in principio apparere cursus materiei ad spiritualia cum constrictione anhelitus & prohibita euentatione, ut satis patet. igiī &c. Secunda conclusio principalis

Morbo rū tpa distigui dupl'r.

Materia faciēs febrē interficit dupl'r.

cipalis. Taliter moriens licet non moriatur in statu febris. moritur tamen in statu & propter statum alterius ægritudinis, quia scilicet oppilationis uel suffocationis. Patet. Ista enim talis suffocatio habet quatuor tempora si est salubris, & tria si est mortalis sicut & febris. Ve tunc fit principium quando materia incipit fluere & suffocare. Et tunc fit augmentum quando euentatio notabiliter impeditur. Et tunc status quando totaliter impeditur, sed tunc moritur æger. igitur &c. Tertia conclusio principalis est. Possibile est ęgrum mori in principio distincto penes dispositionem materiei. Probat̃, quia possibile est in principio ægritudinis uirtutem esse intantum debilem ꝙ tolerare non poterit accidētia prouenientia à materia quantumcunq; sit remissę malitiæ. igitur &c. patet cōsequentia. & assumptum satis notum est intelligenti. Quarta conclusio. Non est possibile ægrum mori in principio quo accidentia, & hoc ui accidentiū illius morbi. hæc conclusio probat̃. quãdocunq; æger moritur ui accidentium morbi tunc ultimantur accidentia morbi. sed quandocunq; ultimantur accidētia, tunc est status accidentium. igitur &c. consequentia est nota. & assumptum probatur, quia tunc ultimum effectum & maximum inducunt quem sufficiunt inducere. igitur &c. Item quandocunq; uirtus perfecte succumbit & obtinet̃ ab accidentibus, tunc accidentia sunt in statu, sed ita est cum aduenit mors ui accidētium. igitur &c. consequentia nota. & totum assumptum uidetur satis notum. Item talia accidētia sunt maxima causa læsionis actionum, quia non sunt aliud nec alia quàm actionum lęsiones. sed quandocunq; aduenit mors ui accidentium, tunc læsiones actionum sunt maxime. igitur &c. Ex ista conclusione infero contra cōmunem scholam, ꝙ non semper in morbis mortalibus coincidūt tempora distincta penes materiæ prauitatem et penes accidentia consequentia actionum materiæ. Quinta cōclusio est hæc. Licet sit ita in principio tamen morbi uniuersali possunt apparere signa mortis. Patet, quia potest apparere uirtutis debilitas cum materiæ prauitate. cuius statum prauitatis non potest expectare uirtus, sed prius deficiet.

Ad argumenta principalia respōdetur. Ad primum dicitur quòd Gal. uoluit ægrū mori in principio distincto penes prauitatem materiæ. sed non est timor in principio accidentium. Ad secundum dicitur negando consequentiam. Nec sic se habet principium particulare ad alia tempora particularia, sicut principium uniuersale accidentiū ad alia tempora uniuersalia. Ad tertium dicitur concedēdo tantam maliciam esse in principio perperacutæ sicut in statu chronicę. sed non erit paritas ex parte uirtutis. Et si ponatur utrobiq; fore uirtutem æqualem uel æque debilem, dicitur quòd hoc est repugnans, quia tunc non erit principium proprie sed status.

Ad quartum & ultimum dicitur negando assumptū. Et ad casum dicitur quòd ipse non est admittendus. Ex ipso enim sequitur quòd tam sor. quàm plato erit in statu ęgritudinis. igitur &c.

Quæstio. xxij. Aphor. xij.

VTRVM in principio uniuersali alicuius morbi possint apparere signa cōplerę digestionis aut etiā completæ indigestionis. Arguitur multipliciter quòd sic.

Primo possibile est ęgrum malitia morbi in principio uniuersali ęgritudinis mori, ut patet ex pręcedenti. igitur possibile est in principio apparere signa malitię morbi interficientis. sed ista sunt signa completę indigestionis. igitur &c. consequentia nota & assumptum similiter quo ad primam eius partem. sed quo ad secundam arguitur. Primo quia signa ostendentia ultimam prauitatem sunt signa completæ indigestionis, cum non possit esse prauitas maior materię quàm interficientes. igitur &c. tota consequentia est nota cum antecedente. Et confirmatur, quia possibile est materiam prauitatis ultimate contineri in loco distanti à corde tantum ꝙ nec poterit ad cor euaporare nec febrem facere, ut patet de materia cancerosa in digito pedis contenta. ponatur igitur quòd ita sit & quòd ab aliqua causa permutetur hęc materia ad locum cordi propinquum, ita ut sufficiat euaporare ad cor & febrem facere, & sequitur quòd in principio huius febris apparebunt signa complerę indigestionis, quia scilicet maximę prauitatis. Secundo per simile argumentum deduci potest quòd quãdoq; in principio morbi apparebunt, uel apparere possunt signa complerę digestionis. Ponatur enim quòd in loco satis à corde distante fiat apostema cuius putredo non euaporet ad cor nec febrem faciat, & quòd sit iam materia huius apostematis prope statum digestionis, & ꝙ ab aliqua causa permutetur materia apostematis ad locum cordi propinquum, aut causa quę euaporationem prohibuit iam sit remota, ita ut euaporet materia hęc ad cor & febrem faciat. Et sequitur conclusio, quia in principio febris sequentis erit materia huius febris complerę digesta. sed quandocunq; ita erit, tunc poterunt apparere signa complerę digestionis. igitur &c. consequentia nota. & assumptum ex casu patet esse possibile. Sed forte pro isto diceretur ꝙ quantumcūq; hęc materia ponatur esse digesta, quia tamen eius digestio erit citra digestionem perfectam quę est à calore naturali, ideo ab illa distabit per latitudinē, per cuius acquisitionem fiet trium temporum uarietas, scilicet principij augmēti & status. Contra quia in principio huic materię acquiretur aliqua latitudo digestionis, quę gratia argumenti sit a. & arguitur sic. In principio acquiretur latitudo digestionis. a. huic materię. sed pręcise per. a. distrahat hęc materia à perfecta digestiōe. ergo in principio huic materię acquiretur perfecta digestio. hęc consequentia nota est. & totum assumptum patet esse possibile. igit̃ &c. Tertio ponatur quòd hęc materia antequam febrē faciat foret summe digesta propter causam tamen impedientem eius criticam euacuationē non fuerit euacuata, sed ad loca cordi propinqua sit directa. Et fiat argumentum ut prius. Quarto in principio ephimerę & hecticę febris possunt apparere signa perfectę digestionis. igitur &c. patet consequentia. & assumptū est Auicen. quarto prima. cap̃. 6. ubi distinguit febres ephimeras à putridis. Et arguitur ratione, quia quandocunq; omnes humores in corpore existentes sunt digesti, tunc possunt apparere signa digestionis, sed hoc est in ephimera & hetica, cum ibi non sit peccatum in humoribus. igitur &c. Quinto in principio particulari status uniuersalis possunt apparere signa digestionis. igitur & in declinatione particulari uniuersalis principij, quia multo magis est disposita materia in quiete particulari uniuersalis principij quàm in principio particulari status uniuersalis. igitur &c. patet consequentia satis cum antecedente. Sexto quia in principio particulari potest apparere urina nigra & uiridis que sunt signa perfectę indigestionis. igitur &c.

Ad oppositum uidetur esse Gal. in commento illius 12. apho. Paroxismos uero.

Respondendo ad istam quęstionem primo pmittam notabilia quędam. Secundo quasdam conclusiones ponam de quęsito. Primo est sciendum ꝙ morbus est duplex, quidam materialis, quidam immaterialis, quid sit quilibet illorum satis patet. Secundo sciēdum ꝙ adhuc materialium quidam sunt pendentes à materia nocente praua eius dispōne qualitatiua. Quidā uero sunt pendētes à materia nocente nō per qualitatē prauā in materia exñte sed ꝑ quantitatē minimā sine putredine. Tertio sciendum quòd in principio morbi materialis apparere signa completæ digestionis possumus dupliciter imaginari. Vel quòd talia signa appareant ui solius actionis

Morbus materialis duplex

Morbi mālia signū cōpletę digestiōnis appet duplr.

factæ in principio illius morbi, ita quòd digestiõis illius principij actio fuerit totalis causa. Vel ꝙ non solius principij ui appareant, sed etiam ui alterius quod ante concurrebat. Similiter per omnia distinguere possumus de signis, indigestionis complete, scilicet ꝙ ipsa apparere in principio imaginari possumus. Vel ui actionis solius calidi pręter naturam in principio contingentis. Vel non solum propter hoc, sed etiã propter actionem aliam alias ad hoc concurrentem. Prima cõclusio. Possibile est in principio morbi immaterialis apparere signa completæ digestionis. Hanc conclusionẽ deducit quartũ argumentum ante oppositũ. Secunda conclusio. Possibile est in principio uniuersali ęgritudinis materialis non pendentis à qualitate materię, sed ab eius quantitate apparere signa completæ digestionis. Patet, quia in principio synochę sine putredine omnia illa satis patent. Tertia cõclusio principalis. In principio uniuersali febris putridę apparere non possunt signa perfecte digestionis, cuius totalis causa efficiens sit actio contingens in principio. Patet, quia actio principij in materia est actio insensibilis & occulta. sed notum est ꝙ nunq̃ actio occulta & immanifesta est totalis causa manifestæ & completæ digestionis igitur &c. patet consequentia. & assumptum similiter. Et confirmatur, quia maior est transmutatio qua transmutat uirtus materiã in augmento quàm in principio ęgritudinis, sed non est possibile in augmento ui uel uirtute actionis solius augmenti apparere signa complete digestionis. igitur &c. tota cõsequentia est nota cum antecedente. Et sicut argutum est de feb putrida, ita argui potest de ęgritudine quacunq; simili ut aposteinate & huiusmodi. Quarta conclusio principalis. In principio uniuersali feb. putridę possunt apparere signa pfectę digestionis materiæ facientis febrẽ, cuius actio principij non fuerit totalis sed partialis causa. hæc conclusio uidetur deduci posse per tertium principale superius adductũ, quia possibile est materiam collectã in loco à corde intantũ distante, ꝙ nõ sufficit euaporare ad cor esse, digestione quasi completa digestam, & ab aliqua causa siue primitiua siue corporali moueri ad locum propinquũ cordi intantum ꝙ euaporet ad cor & feb. faciat. cuius tamen digestionis complementũ acquiratur in principio, quia quantumcunq; modica fuerit latitudo digestionis quę huic materię ponatur acquiri in principio, p minorem potest illa materia à completa digestione distare. igitur &c̃. Ex ista conclusiõe sequitur primo ꝙ possibile est in principio uniuersali morbi crisim salubrem aduenire, & hoc si per crisim intelligas euacuationem, non autem motum uelocem. Patet, quia quandocunq; hæc materia fuerit digesta perfecte tũc poterit crisis fieri. sed sic est in principio uniuersali. igitur &c. Sequitur secundo aliquem morbum habere statum quo ad digestionem materiei, qui tamen nunq̃ habuit digestionis principium uel augmentũ. Patet, quia quandocunq; huiusmodi feb. putridę designatę erit materia summe digesta, erit status digestionis materiei. sed iam ita est, ideo &c. quæ tamen nunquã habuit digestionis principium uel augmentũ patet, quia nunquam fuit feb. quando fuit principium uel augmentũ digestionis huius materiei. Veruntamen concedendũ est ꝙ cuiuscunq; digestionis est status, illius aliquando fuit principiũ, & similiter augmentũ saltem in loco alio ab isto. Sequitur tertio contra cõmunem scholam ꝙ non in omnibus morbis reseruantibus materiã ad unicam expulsionem salubribus coincidunt tempora quoad accidentia & quo ad digestionem materię. Patet ex dictis. Quinta conclusio principalis. Impossibile est in principio uniuersali febris putridę apparere signa complete digestionis cuius actio solius principij fuit causa effectiua totalis. Probatur similiter sicut arguebatur in tertia conclusione. Sexta conclusio principalis. Possibile est in principio uniuersali apparere signa complete indigestionis, cuius tamen causa totalis non fuit actio principij. hęc conclusio probatur per secundũ principale superius adductum. Potest etiam deduci per simile sicut deducebat quarta conclusio principalis. Sed contra hanc conclusionẽ arguitur quia apparentibus huiusmodi signis complete indigestionis, nec est principium quo ad materiei indigestionem, nec quo ad accidentia. igitur tunc nullo modo est principium, & per consequens est conclusio falsa. consequentia nota. & assumptũ probatur. non enim tunc est principium indigestionis, cum tunc sit materia summe indigesta. nec quo ad accidentia, quia tunc ęger moritur ui malitię materiei facientis morbũ. sed nõ morit̃ ęger ui malitię materię facientis morbum, nisi in statu accidentium ut tenebatur in quęstione p̄cedenti. igitur. patet consequẽtia. & assumptum similiter ex dictis. Sed ad hoc dicitur ꝙ hęc signa apparent in principio accidẽtium & dicitur ꝙ non statim moritur ęger, cum hęc materia facit febrem, quia non statim ultimatur impressio, quam debet hęc materia facere in mẽbra. Veruntamen concedendum est ꝙ hoc principiũ erit ualde breue, quia cito ueniet augmentum & status accidentium. Et si arguitur contra hoc, quia Gal. in commento & generaliter omnes auctores ponunt in principio materiam fore occulte digestum, aut digeri, & in augmento manifestius &c. Dicendum quòd auctores id intelligunt de morbis incipientibus à materia cruda. quę indifferenter se habet ad hoc ut digeratur uel indigestionem acquirat. Et quia illud est utplurimum contingens & oppositum raro, ideo illam propositionem proferunt tanquam uniuersaliter ueram.

Ad argumenta principalia respõdetur. Ad primum negatur cõsequentia. & dicitur ꝙ non omnia signa ostẽdentia malitiam morbi interficientis sunt signa perfectę et ultimatę putredinis uel indigestiõis, ut patuit in quęstione pręcedenti. Ad secundũ tertium & quartum satis patet ex dictis in quęstione. Ad quintum dicitur ꝙ minus disposita est materia ad digestionem in quiete uel paroxismo principij quàm in principio paroxismi status uniuersalis, & hoc saltem uerum est comparando causam antecedentem ad causam antecedentem. & forte aliter sed non dico pro nunc. Ad sextum conceditur totum ad quod deducitur & quod fuit argutum. sed illud non erit ui actionis principij tanquam totalis causæ. & hoc de quæstione &c.

Quęstio. xxiij. Aphor. xij.

VTRVM crisis quælibet fiat in statu morbi. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. possibile est crisim completam salubrem aduenire in principio. igitur &c. patet consequentia. & assumptum probatur, supponendo ꝙ aliqua materia intra uel extra uenas in locis à corde ualde distantibus putrescat ita ut non euaporet ad cor. & ipsa complete uel quasi complete digesta pellatur uersus cor, propter quod faciet feb. Et patet totum argumentum ex dictis. Secundo possibile est crisim mortalem in principio fieri, igit̃ &c. patet consequentia & assumptum probatur, ponẽdo similem casum de materia priuationis summe putrescente in locis distantibus, ita ut prius febrem nõ faciat. deinde subito pellatur ad cor. & arguitur ut supra quandoq; materia faciens febrẽ est summe deprauata, & nullo modo digesta moritur ęger, sed hoc est in principio huius ęgritudinis. igitur. patet consequentia & assumptum similiter. Tertio principaliter sic. quandocunq; æger subito permutatur ad mortem uel alteratur, tunc potest fieri crisis. sed hoc est in principio, ut habetur ab Auicen. quarto prima. cap̄. de signis horarum febrium, ponente. s. ꝙ materia quandoq; in principio sui multitudine interficit. igitur &c. Auicẽ.

Quarto eadem potest esse proportio malitię status alicuius morbi mortalis ad uirtutem, qualis est propor-

tio malitiæ principij ad uirtutem in principio sed prima interficit. igitur & secunda patet cōsequentia. et assumptum deducatur ut supra in alia quęstione deducebatur. Item. quia tanta uel maior potest esse malitia morbi peracuti in principio sicut chronici in statu. sed tunc interficit. igitur &c. Quinto crisis saltē perfecta ad salutem non aduenit nisi in declinatione. igitur &c. Patet consequentia & assumptum similiter, qa non aduenit alteratio ad salutem nisi in declinatione. similiter nec uirtus perfecte sup morbo obtinet nisi tūc.

Gal. Pro isto etiā uidetur auctoritas Gal. in tertio de crisi. cap. 9. ubi ponit q in quolibet tempore morbi potest æger mori præterquam in declinatione & idem commento illius 12. aphor. scilicet paroxismos & consistentias. uidetur innuere &c.

Crisis duplex. Crisis cōpleta duplex Ad oppositum est Auicen. quarto secunda. Primo nota q duplex est crisis, scilicet completa & non completa siue diminuta. De completa est sermo in proposito, quia non est dubium crisim imperfectam siue diminutam aduenire posse in quolibet tempore uniuersali morbi. Secundo nota etiam q completa crisis est duplex. s. quædam ad salutem, & quædam ad mortem.

Ideo in ista quęstione erunt duo articuli. In primo uidebitur de mortali. In secundo de salubri.

Materia morbi mortal' ęgrotātē interficit dupl'r. Quantum ad primum articulum erunt notata & conclusiones. Primo sciendum q materia faciens mortalē morbum potest ægrotantem dupliciter interficere. s. ui suæ malitiæ, & ui suæ multitudinis. Exemplum primi, ut uenenosa materia non multæ quantitatis. Exemplū secundi, ut phlegmatica materia multa non multum maligna. Secundo sciendum q sicut in morbis salubribus distinguuntur tempora penes duo, scilicet penes accidentia, & penes materiei digestionē. Ita etiam in mortalibus penes materiei dispositionem. s. prauitatem eius, & penes accidētia ab ea prouenientia distingui possunt tēpora. Tertio prę mittendum in morbo, ut gratia exempli in febre in qua interficit materia suffocando duplicē imaginamur morbum. s. suffocationem & febrem. Et sicut in feb. imaginamur tempora distincta, ita & in suffocatione. Prima conclusio. Possibile est crisim completam mortalem aduenire in principio febris. Probat, quia possibile est in principio febris materiam esse multam & suffocatiuam. igitur &c. patet consequentia & assumptum satis patet. Pro ista conclusione est Auicen. in loco alleg. & quarto secunda. cap. primo & secundo.

Auice. Secunda conclusio. Licet taliter moriens moriatur in principio feb. moritur tamē in statu ægritudinis ex qua moritur, quia scilicet in statu suffocationis. Imaginari enim possumus principiū suffocationis sicut in alia quęstione dicebatur. Tertia conclusio. Possibile est in principio uel augmento ægritudinis materialis ubi materia ui suæ malitiæ interficit, crisim completā aduenire mortalem. Patet, quia stat uirtutem esse ita debilem q summum gradum malitię expectare non possit. igitur &c. patet consequentia & assumptū similiter, ponendo sortem & platonem ægrotare eadem ęgritudine mortali, et q uirtus sit in uno fortior & in alio debilior, ut patet intelligenti. Quarta conclusio. Licet taliter moriēs moriatur ante statum quo ad materiei dispositionē, non tamen moritur ante, sed in statu quo ad accidentia. Probatur, ut supra in alia quęstione probabatur. Ex his omnibus sequitur q omnis crisis mortalis aduenit in statu quo ad accidentia, & q non est possibile q in alio tempore adueniat crisis mortalis. Et hoc de primo articulo.

Crisis qdrupliciter. Morbus mālis salubris dupl'r. Quantum ad secundū articulum erunt notata & cōclusiones. Primo pmittendum ut alibi notabatur. hāc crisim sumi quadrupliciter. s. pro commotione antecedēte, pro euacuatione, pro alteratione ad salutem, & pro aggregato ex his. Secundo pmittendum q morborum materialiū salubrium, quidam sunt incipientes à materia cruda, quidam à materia aliqualiter digesta, licet hoc sit raro. exempla satis patent. Tertio prę mittendū in huiusmodi morbis distingui tempora quādoq penes digestionem quandoq penes accidentia. omnia patent. Prima conclusio. Possibile est crisim sumptam pro commotione uel euacuatione aduenire in principio quo ad accidentia. Patet per unum argumentū tactum supra ubi foret complete digesta. Secunda conclusio. Licet ita sit, illa tamē crisis aduenit in statu quo ad digestionem. Patet. Tertia conclusio. In omnibus morbis salubribus &c. aduenit crisis primo modo sumpta in statu. Patet, quia tunc digeritur uel digesta est materia. Quarta conclusio. In talibus crisis secundo modo sumpta aduenit partim in statu & partim in declinatione. Patet, quia in statu incipit euacuari materia, & ultimatur euacuatio in declinatione, & hoc est tam quo ad digestionem q̄ quo ad accidentia. Quinta conclusio. Semper crisis sumpta pro alteratione aduenit in declinatione. Vltima cōclusio. Totum aggregatum ex his sit partim in statu & partim in declinatione.

Ad argumenta patet solutio in una quęstione, quam habes supra.

Quæstio. xxiij. Apho. xiij.

VTRVM primi senes facillime tolerent ieiuniū.

Arguit multipliciter q non. Primo auctoritate Auicen. quarto prima. cap. de cibatione febricitantiū ubi dicit q senes debiles & infantes sunt ex his qui nō possunt tolerare ieiunium. Secundo, quia plus læditur senex ex consumptione humidi & ex calidi resolutione q̄ iuuenis puer uel consistens, sed ad quamlibet ieiunij tolerantiam sequitur humidi cōsumptio & calidi resolutio. igitur plus læditur senex ex tolerantia ieiunij quàm iuuenis. igitur &c. & per consequens difficilius tolerat ieiunium. consequentia est nota. & assumptū patet cum in sene sit tam calidi quàm humidi mensura minor quàm in iuuene. Tertio stante ęquali tolerantia ieiunij in sene & iuuene, tanta uel maior fit in sene resolutio sicut in iuuene, uel quàm in iuuene. igitur &c. assumptū arguitur, quia continue à principio uitæ usq senectutem processit humidi cōsumptio calido in eadem seruato mēsura usq ad principium senectutis. igitur saltem in principio senectutis magis minoratum est humidum quàm calidum. sed passio magis & uelocius minorato q̄ agens minoretur crescit proportio agentis ad passum. igit etc. Quarto quanto uirtus est debilior tanto indiget maiori restauratione. sed in senibus est uirtus multo debilior q̄ in iuuene. igitur indigent restauratione maiori, & per consequens difficilius abstinent uel tolerant ieiunium. consequentia tenet & minor est nota. patet uero maior cum a uirtute principaliter secundum eius debilitatem & fortitudinem sumatur indicatio de cibando. Quinto à nocumento sequente ieiunij tolerantiā difficilius releuantur senes quàm alij. igitur difficilius tolerant ieiunium. patet consequentia. & assumptum, qa uirtus resumptiua in ipsis est debilior igitur &c. Sexto facilius incurrunt famem senes alijs igitur &c. patet consequentia & assumptū probatur, quia stomachus senum est frigidus secundum naturam aliorum uero calidus. sed stomachus frigidus citius incurrit appetitum quàm calidus. igitur &c. consequentia & maior patent. & minor arguitur auctoritate Gal. secundo techni. in tex. 4. in tractatu de uentre. in illa parte. Frigidus uero natura uenter.

Ad oppositum est Hippoc. in aphor. 13. primę particulæ. Senes facillime ferunt ieiunium. Et Gal. in commento eiusdem. Gal.

Respondendo ad hanc qōnem, primo ponam notabilia quędam secundo ponam conclusiones responsiuas. Primo sciendum est q nocumenta potissime sequentia ex ieiunij tolerātia sunt tria & possunt in aliquibus corporibus esse quatuor scilicet tristitia sequens ex fame, humidi resolutio, membrorū humorū & adhuc spūum Ieiunij nocumentū.

inflammatio, & ex consequenti spirituum resolutio, & attractio humorum prauorum ad stomachum, quod totum patet in ieiunantibus. Ieiunij difficultas. Secundo sciendum ꝙ difficultas tolerantiæ ieiunij potest maxime penes tria attendi. Primo penes facilem casum in famem, ut illud corpus dicatur difficilius tolerare ieiunium, quod famē citius incurrit, & econtra famem difficilius & tardius incurrens dicitur ieiunium penes hoc facilius tolerare.

Secundo potest attendi difficultas tolerantię ieiunij penes nocumentum sequens ex ieiunij tolerantia, ut dicatur illud corpus alio difficilius tolerare ieiunium, quod cæteris paribus ex ieiunio incurrit maius nocumentū, & econtra facilius. Tertio penes difficultatem releuationis à nocumento sequente ieiunium. si enim diceremus ꝙ corpus quod à nocumento illo tardius releuatur difficilius tolerat ieiunium, & econtra facilius. Tertio sciendum ꝙ ad famem naturalem concurrunt quinq; morus, quos quarto de accidenti. cap̄. 7. enumerat Gale inter quos primus est qui est omnium causa, ad quem alij consequuntur, scilicet membrorū inanitio & resolutio, ideo sicut in aliquo corpore citius & facilius fit membrorum resolutio, ita citius incurrit illud corpus famē. & hoc cæteris paribus. posset enim dispositio existens in ore stomachi ut humor phlegmaticus crudus esse causa ꝙ quantumcunq; citius alicui corpori, adueniret membrorum resolutio, tardius tamen in eo insurgeret appetitus ad cibum. Prima conclusio est hæc. Ratione difficultatis casus in famem naturalem cæteris paribus complexio ætatiua primorum senum in cōparatione ad alias facillime tolerat ieiunium. Probator primo, quia tardius insurgunt causæ necessario antecedentes famem naturalem in sene q̃ in alijs. igitur &c̄. patet consequentia & assumptum probatur, quia tardior est in sene membrorum resolutio, cum calidum resoluens sit debile, & humidum grossum & densum difficile resolubile. Similiter etiam attractio membrorū à uenis est tarda, cum calidum attrahens sit debile. sensus etiam oris stomachi est hebes & obtusus igitur &c. consequentia & assumptum satis patent. Ex ista conclusiōe & eius probatione sequitur ꝙ nocumenta sequentia tolerantiā famis, puta tristis sensatio &c. sunt remissiora in sene cęteris paribus, q̃ in alijs puta iuuentibus consistentibus &c. Patet, quia talis tristis sensatio in sene est minor cæteris paribus igitur ad ipsam debent sequi accidentia remissiora. patet consequentia & assumptum ex dictis. Secunda cōclusio. Sequitur ꝙ nocumenta sequentia ieiunij tolerantiā difficilius incurrit senex q̃ iuuenis & tardius. Probatur sic, quia talia nocumenta sunt tristitia sequēs ex fame, uel uehementia tristitiæ sequentis ex tolerantia famis, humidi naturalis consumptio, & resolutio spirituum, membrorum & humorum inflammatio. sed ut notum est hæc omnia difficilius & tardius incurrit senex quàm iuuenis uel puer. igitur &c. patet consequentia & assumptū similiter. Tertia conclusio principalis est hęc. Licet ita sit, ab ęquali tamen nocumento sequente ex ieiunij tolerantia in sene iuuene puero &c. difficilius releuatur senex quàm iuuenis puer uel consistens. Probatur, quia talia nocumenta iam dicta corriguntur per actionem nutritiuę uirtutis restaurātis resolutum. sed hic est in sene multo debilior quàm in iuuene. igitur &c. patet consequētia & assumptum satis ex dictis. Ex ista conclusione sequitur. ꝙ ab aliquo nocumento sequente ieiunij tolerantiam in sene in certa proportione minori q̃ nocumentum sequens ieiunij tolerātiam in iuuene uel puero difficilius releuatur senex quàm iuuenis aut puer &c̄. Patet, quia ab ęquali difficilius releuatur, ideo in certa proportione difficilius & tardius. sit gratia argumenti ꝙ in duplo. & sit illud nocumentum. a. & arguitur sic. ab aliquo nocumento proueniente ex ieiunij tolerantia in sene posset senex precise in sexquialtero facilius releuari quàm ab, a, ut satis patet, sed tale nocumentum esset minus. a igitur ab aliquo nocumento minori. a. potest senex pręcise in sexquialtero facilius releuari quàm ab. a. Et arguitur ulterius sic. ab aliquo nocumento minori. a. pręcise in sexquialtero facilius & citius releuatur senex quàm ab. a. sed in duplo facilius releuatur iuuenis ab. a nocumento quàm senex. ergo ab aliquo certo dato minori. a. difficilius releuatur senex quam iuuenis ab. a. & per cōsequens &c. Quarta cōclusio principalis est. Ab aliquo nocumento sequente ieiunij ęqualem tolerantiam citius & facilius releuatur senex quàm iuuenis puer uel consistens. Hæc conclusio probatur per æqualem ieiunij tolerantiam citius ducitur uel aptus est duci ad lapsum incorrigibilem puer iuuenis uel consistens quàm senex igitur &c. patet consequentia & assumptum docet experimentum. Quinta conclusio principalis est hæc. Deducta caloris inflammatione ac humorū & membrorum & accidentibus famis consequentibus tristitiam procedente & in humido senis & iuuenis resolutione, merito solius actionis caloris naturalis in ipsum facilius releuatur iuuenis puer & cōsistens quàm senex à resolutiōe in quolibet ipsorum in æquali tempore contingente. Hęc conclusio persuadetur sic. Primo. facilius & citius restauratur resolutum in iuuene in æquali tempore merito solius actionis caloris naturalis quàm resolutum in sene. igitur &c. patet consequentia & assumptum arguitur, quia maior est proportio restaurationis iuuenis ad restaurationem senis, q̃ resolutionis ad resolutionem. igitur facilius etc. restaurat restauratiua iuuenis respectu restauratiuę senis, quàm resoluat resolutiua iuuenis respectu resolutiuæ senis, & per consequens per uirtutem restauratiuam iuuenis citius restauratur resolutum in iuuene q̃ in sene per senis restauratiuā restauretur resolutum in ęquali tempore. tota consequentia est nota, et assumptū patet, quia in iuuene est restauratio ęqualis resolutioni. in sene uero minor. igitur &c. Item secūdo. maior est proportio restaurationis ad resolutionē in iuuene q̃ in sene, eo ꝙ in iuuene est restauratio æqualis resolutioni. in sene uero minor. igitur citius & facilius restaurat restauratiua in iuuene resolutum in eodem quàm in sene restaurtt restauratiua resolutum, & per consequens nota & c. consequentia est nota cum antecedēte. Item tertio resoluat resolutiua in sene per unū, & in iuuene per duo. & patet ꝙ resolutionis iuuenis ad resolutionem senis est proportio precise dupla. si igitur maior est pportio restaurationis iuuenis ad restaurationem senis q̃ resolutionis ad resolutionem, sequitur ꝙ est plus quàm dupla, & per consequens citius restauratur in iuuene per duo q̃ in sene per unum, & per consequens &c. Ex ista conclusione potest corrolarie inferri, ꝙ non ex quolibet nocumento sequente ieiunij tolerantiam æqualem facilius releuatur senex quàm iuuenis. Patet, quia ea quæ adducent nocumentum ultra resolutionem factam merito solius actionis caloris naturalis ex tolerantia ieiunii in iuuene possunt esse ita praua puta in principio famis ꝙ possunt facere nocumentum in minori proportione difficilius remouibile quàm erat proportio, qua erat nocumentum prius causatum in iuuene facilius remouibile nocumento prius in sene causato, quia ista erat certa proportio, & quacunq; dabili in minori illa potest nocumentum sequens &c̄. fieri difficilius remouibile igitur &c̄.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū dicitur ꝙ Auicen. ibi intellexit per senes seniores siue decrepitos, de quibus non erat sermo in quęsito principali. Ad secundum dicendum concedendo quod plus lęduntur senes ex consumptione &c̄. cęteris paribus, ubi scilicet consumptio facta in sene sit tanta sicut quę fit in iuuene. Vbi tamen sic non foret paritas, hoc non oportet sicut non contingit in ieiunij tolerantia longa. inflammatur enim multum ex ieiunio calidum

iuuenis,

iuuenis. unde multo plus maioratur humidi cõsumptio q̃ in sene. Ad tertium principale dicitur ꝙ licet intensiue maior sit proportio calidi ad humidum in sene q̃ in iuuene uel puero, ut euidenter dicit argumentum, quantum tamen ad posse resoluere, quia. s. subtiliare & in uaporē conuertere, minor est proportio calidi ad humidum in sene q̃ in iuuene, cum humidum senis sit iam ualde terrestre & densum, qualiter non est humido iuuenis uel pueri, unde multo magis resistit resolutioni humidum senis quàm humidum iuuenis uel pueri.

Ad quartum dicitur ꝙ uerum est ubi debilitas fuerit accidentalis ut consequens multam resolutionem spirituum ex febre uel exercitio ꝙ debet cum alijs paribus plus restaurari. & indicat de multa restauratione. Sed illa non est accidentalis in sene, immo merito decursus ętatiui. Ad quintum dicitur ꝙ probat tertiam considerationem. Ad ultimum dicitur uno modo ꝙ Gal. comparauit ibi potentiam appetitiuā stomachi frigidi ad digestionem eiusdem meliorem eius actus appetendi q̃ digerendi. Et iste est melior modus aliquo alio, & uadit ad mentem Galeni.

Quęstio. XXV. Aphor. xiij.

VTRVM pueri difficilius tolerant ieiunium q̃ iuuenes. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic. Caliditas iuuenum est magis resolutiua quàm caliditas puerorum, sed ubi est maior resolutio, ibi maior est difficultas tolerantie ieiunij. igitur. consequentia est nota &c. minor satis patet ex dictis in alia quęstione. Et arguitur maior. Primo quia tanta est intensiue caliditas iuuenū sicut puerorum. & cum hoc est in subiecto densiori q̃ caliditas puerorum. igitur &c. Secundo quia in tactum fortius imprimit, ideo est magis actiua, sed omne calidū magis actiuum magis est resolutiuum. igitur &c. Secundo principaliter sic. Fortitudo caloris est causa difficultatis tolerantiæ ieiunij, sed calor iuuenum est fortior quàm calor puerorum. igitur difficilius tolerant iuuenes ieiunium quàm pueri. consequentia est nota. antecedentis prima pars est de mente Auic. quarto prima. cap. de cibatione febricitantiū dicentis. Quorum calor innatus est fortis, sunt ex his qui non possunt tolerare ieiunium. & secūda pars antecedentis satis patet ad sensum. fortius enim imprimit caliditas iuuenis quàm pueri, ab eo etiā proueniunt fortiores operationes. Tertio principaliter sic. Maior est proportio calidi ad humidū in iuuene quàm in puero. sed ex maiori proportione prouenit uelocior & fortior actio. igiť uelocius & fortius agit calidū iuuenis in humidū eiusdem quàm calidum in humidum eius, & per consequens &c. cōsequentia satis patet & minor. Sed arguitur maior, quia continue post primum instans generationis procedit humidum minorando, calido usq; ad iuuentutē in eadem mensura conseruato. sed minorato humido stante calido in mensura eadē, necessario crescit propotio calidi ad humidum. igiť etc. Similiter humidiora sunt corpora puerorū corporibus iuuenum & precise ęqualiter calida cæteris paribus. igitur est maior proportio calidi ad humidum in iuuene q̃ in puero, et per consequens &c. Quarto ad principale. Corpora puerorum sunt respectu iuuenum phlegmatica & econtra cholerica. sed multo difficilius tolerat ieiunium corpus cholericū quàm corpue phlegmaticū. igitur &c. consequentia manifesta & maior, cum plus abūdet phlegma in pueris quàm in iuuenibus. minor etiam patet per Hippo. in apho. 13 primę particulæ. Senes facillime &c. in illa particula. Horum uero ipsorum quicunq; sunt animosiores existentes. Quinto ad principale arguitur sic. Maior fit resolutio in ęquali tempore per actionem caloris naturalis in humidum in iuuene q̃ in puero. igitur difficilius fert ieiunium iuuenis &c. patet consequentia & assumptū arguitur. resolutio in puero est minor quàm restauratio in eodem, & resolutio in iuuene est ęqualis restaurationi in eodem, sed maior est restauratio quæ fit in iuuene, quàm restauratio quæ fit in puero. igitur maior fit resolutio in iuuene quàm in puero. consequentia manifesta & maior. Et minor arguitur. Primo enim non apparet uerisimile ꝙ in puero pedalis quantitatis restauratio per nutricationem sit tanta quanta in iuuene. Secundo quia experimento uidemus ꝙ ad conseruandam uirtutem iuuenis & habitudinem eius naturalem maior concurrit quantitas nutrimenti quàm ad saluandum nutricationem & adhuc augmentum in puero. quod non foret nisi maior in iuuene fieret resolutio & restauratio quàm in puero. Similiter per actionē uirtutis nutritiuę plus generatur de sanguine & humore in iuuene quàm in puero, ideo uidetur ꝙ in eo fiat maior nutricatio quàm in pueto, & per consequens resolutio maior. Similiter maior est quantitas quæ per actionem nutricationis conseruatur in iuuene quàm sit totum aggregatum ex quantitate quę acquiritur, & ex quantitate quę conseruať in puero. Similiter nullatenus apparet uerisimile ꝙ ab embrione cum primo formať tanta fiat in ęquali tempore solutio quanta in iuuene. igitur &c. Vltimo ad principale arguitur sic Facilius inflammať calor in iuuene ex quacunq; causa apta calidum inflāmare quàm in puero, sed sicut calidum magis inflammať, sic uelocius consumit humidum. igitur &c̄. consequentia tenet cum ex tolerātia ieiunij calidū tam in puero quàm in iuuene sit aptū inflammari. & assumptum probatur, quia tale est acutius. Similiter uidemus febres multę inflammationis in iuuenibus maxime abundare. Pro his etiam quæ arguta sunt uidetur auctoritas Auicen. in loco preallegato, ubi post senes ordinat adolescentes in facilitate tolerantie ieiunij.

In oppositū est Hip. in illo apho. Senes facillime &c.

Respondendo ad hanc quæstionē primo oportet premittere quædam preambula. Secundo respōdebitur ad quæsitum. Primo pręmittendū est ex superius dictis quæ sunt potissima nocumenta quæ sequuntur uel apta sunt sequi ex ieiunij tolerantia, quia s. tristitia famis, humidi resolutio, & calidi & spirituū & membrorum inflammatio. Secundo pręmittendū est difficultatem tolerantie ieiunij attendi, uel penes facilem casum in famē, uel penes facilem casum in nocumenta potissime ieiunij tolerantiam consequentia. uel penes difficultatem releuationis à nocumentis iam dictis, quæ omnia declarata sunt in præcedenti quęstione. Tertio pręmittendum est ꝙ inter cætera nocumenta sequentia ieiunij tolerantiam deterius est cęteris paribus humidi resolutio, quia talis fit per deperditionem partium substantialiū membrorum, ut patet Ad illam sequitur etiam calidi resolutio & extinctio Immo nec alia nocumenta lędunt notabiliter, nisi pro quanto terminantur ad illud nocumentū.

Ex quo statim patet ꝙ in illo corpore difficilior est ieiunij tolerantia cęteris paribus in quo uelocior & facilior fit humidi naturales resolutio. Quarto pręmittendum humidum pueri cæteris paribus paratius esse ad resolutionem quàm humidū iuuenis, cum sit multo subtilius & magis aereum. Quinto principaliter est pręmittendum ꝙ resolutionem, quę fit in iuuene possumus cōparare ad eam quę fit in puero in magnitudine & paruitate dupliciter. Primo absolute, ut scilicet illa resolutio dicatur maior quando absolute maior est quantitas eius quod resoluitur. Secundo proportionabiliter & respectiue, scilicet ad molem suam siue quātitatē subiectam, ut scilicet dicamus in illo corpore resolutionem fieri maiorem, in quo maior fit resolutio respectu suę quantitatis. Sic enim diceremus ꝙ si a bipedali resoluantur in hora dracmæ duæ, & a pedali in eodē tempore resoluerenť dracmę duę. s. per actionem caloris naturalis ꝙ uelocior & maior esset resolo quę fieret in pedali q̃ quę fieret in bipedali, qa quacunq; pte signata illius pedalis in illa est resolo maior q̃ in parte bipedalis in ęquali tpe, ut satis

Resolo iuuenilis cōparať puerili dupľr.

patet. Cōſimiliter per oīa dicere poſſumus de reſtaura-
tione. Iſtam diſtinctionē poſuerunt etiam quidā ſub his
uerbis ꝙ dupliciter poſſumus imaginari unius corporis
reſolutionē eſſe maiorem ꝗ̄ ſit reſolutio alterius. Vno
modo extenſiue, & ſic illud totale corpus dicit̄ pati reſo
lutionē maiorem, in quo per maiores partes extendit̄ re
ſolutio. Secundo modo intenſiue, & ſic ſolū illius corpo
ris reſolutio eſt maior ꝗ̄ alterius. a cuius partibus ꝗ̄titatiuis
fit reſolutio maior ꝗ̄ à partibus ꝗ̄titatiuis alte-
rius illis ęqualibus. Prima concluſio. Tam rōne caſus
in famem ꝗ̄ rōne caſus in nocumenta difficilius tolerant
ieiunium pueri ꝗ̄ iuuenes cæteris paribus. Probat̄ ſic.
uelocius incurrunt pueri famem ꝗ̄ iuuenes & nocumē
tum maximū ſequens ex tolerantia ieiunij. igit̄ &c. con
ſequentia patet & aſſumptū probatur, quia uelocius re
ſoluitur humidum ſubſtantificū eorum, ad cuius reſo-
lutionem ſeq̄tur fames. Silr̄ uelocius fit illa reſolutio ſu
perflua in puero, cum illud humidū ſit facilius reſolubi
le & ſit calidum ualde reſolutiuū &c. patet conſequētia
& aſſumptū ſimiliter. Et ſic arguitur contra ut ſupra,
quia calidū iuuenis eſt actiuius. igitur inflāmabilius. ſi
militer eſt coniunctū cum ſiccitate quę acuit & reddit
caliditatem aptā magis furere ꝗ̄ humiditas. igitur &c.

Dicendū primo ꝓbabiliter cōcedendo ꝙ calidū iuue-
nis eſt inflāmabilius. & concedit̄ ꝙ in hoc nocumentū,
quod eſt inflāmatio facilius incurret iuuenis ex ieiunij
tolerantia ꝗ̄ puer, quia tamen inflāmatio non eſt nocu-
mentū tātum ſicut eſt reſolutio, eo ꝙ inflāmatio illa nō
nocet niſi pro quāto auget reſolutionē uel ſaltem ꝓpter
id maxime nocet, ideo ꝓpter hoc difficilius ferunt ieiu-
nium pueri ꝗ̄ iuuenes. Aliter dr̄ concedendo ꝙ illa ca-
liditas eſt magis acuta et ulterius ꝙ non q̄libet caliditas
acutior inflāmatur facilius in ſuo ſubiecto ꝗ̄ alia, quia
pōt caliditas minus acuta eſſe in ſubiecto ſubtiliationi
et inflāmationi magis diſpoſito, et quod plus faciet ſub-
tilitas ad faciliorē inflāmationem ꝗ̄ acuitas. Cōſimi-
liter diceret̄ de caliditate ſiccitati cōiuncta. Veruntamē
uſr concediтur ꝙ ubi caliditas eſt acutior & cętera ſunt
paria, ibi inflammatio eſt uelocior. Secunda cōcluſio
principalis eſt hæc. Abſolute maior eſt reſolutio, quę fit
in iuuene ꝗ̄ quę fit in puero cęteris paribus. Probatur
per ea quę tacta ſunt in q̄nto principali. Tertia cōclu-
ſio ꝓbabiliter poni pōe. Abſolute maior fit reſtauratio
in iuuene ꝗ̄ in puero. Probatur ut p̄cedens. Et non plus
uolunt iſtę concluſiones niſi ꝙ extenſiue tam reſolutio
ꝗ̄ reſtauratio eſt maior in iuuene ꝗ̄ in puero cęteris pa
ribus. per maius enim ſubiectū extendit̄, & maioris ꝗ̄-
titatis eſt abſolute. Ex hac concluſione ſeq̄tur ꝙ maio
ritas reſolutionis extenſiue ſiue abſolute non arguit dif
ficultatē maiorem tolerantię ieiunij. ſatis enim uериſilr
apparet ſenem primū magis extenſiue uel abſolute re-
ſolui, quia. ſ. maior abſolute eſt quantitas quę ab eo per
reſolutionē euaporat ꝗ̄ in embrione uel puero digitalis
ꝗ̄titatis. Quarta cōcluſio eſt hęc. Cęteris paribus ma
ior eſt reſolutio quę fit in puero ꝗ̄ quę in iuuene ꝓpor-
tionabiliter reſpectu ſuæ quantitatis. Probatur, quia
quacunq; parte ſignata in puero à qua fit reſolutio plus
eſt quod ab ea in ęquali tēpore reſoluit̄ ꝗ̄ ſit illud quod
ab æquali p̄te illius ſimili in iuuene reſoluitur. igit̄ &c.
patet conſequentia. & aſſumptū, quia cuiuslibet partis
pueri humidū eſt aptius reſolutioni ꝗ̄ ſit humidum cōſi
milis partis in iuuene, & calidū utrobiq; eſt æquale uel
ſaltem plus excedit ſubtilitas humidi pueri. igitur &c.

Quinta cōcluſio. Poteſt cōſimiliter poni ꝙ reſtaura
tio pueri eſt multo maior ꝗ̄ reſtauratio iuuenis reſpe-
ctu ſuæ quantitatis. Probat̄, quia ſi reſolutio eſt maior
in puero ad intellectū datum reſolutione in iuuene, et in
iuuene æqualis eſt reſtauratio reſolutioni. igitur maior
eſt reſolutio in puero ad ſenſum datum ꝗ̄ reſtauratio in
iuuene, ſed multo maior eſt reſtauratio pueri ꝗ̄ reſolu-
tio eiuſdem. igitur &c. Simul quibuſcunq; partibus ſi-
gnatis conſimilibus uel correſpondentibus ſibi in puero
& in iuuene & quātitate æqualibus, maior eſt quātitas
quæ per reſolutionem deperditur in iuuene ꝗ̄ in puero.
Similiter maior eſt quantitas eius, quod per reſtauratio
nem apponitur ut ſatis patet. Ex his ſequitur ꝙ maio-
ritas reſolutionis intenſiue arguit difficultatem maio-
rem tolerantiæ ieiunij.

His poſitis reſpondet̄ ad argumenta. Ad primum dr̄
concedendo ꝙ abſolute magis reſolutiua eſt caliditas iu
uenum ꝗ̄ ſit caliditas puerorū. ueruntamen ipſa eſt mi
nus reſolutiua ſui humidi, ꝗ̄ ſit caliditas pueri ſui humi
di, cuius oppoſitū oporteret eſſe ſi ualeret argumentū.

Conſimiliter per omnia dicit̄ ad confirmationē. con-
cedit̄ enim ꝙ omne calidum magis actiuū eſt magis re-
ſolutiuum, nō tamen ſeq̄tur ꝙ quodcunq; ſubiectū ma
gis reſoluat ꝗ̄ calidum magis actiuū niſi ponatur pari-
tas ex parte ſubiecti quo debet fieri reſolutio. Ad ſecun
dum principale dicitur ꝙ fortitudo caloris maior in uno
corpore ꝗ̄ in alio non eſt cauſa maioris difficultatis to-
lerātiæ ieiunij, niſi ubi ſint cętera paria, qualiter non eſt
in puero & in iuuene, ut ſatis patet. igitur &c. Ad ter-
tium dicit̄ concedendo ꝙ quo ad intenſionē calidi & hu
midi maior eſt ꝓportio calidi ad humidū in iuuene &c.
non tamen eſt maior, ſed minor ꝓportio actiuitatis ca-
lidi naturalis iuuenis ad reſiſtentiā humidi, ꝗ̄ actiuita-
tis calidi pueri ad humidū eiuſdem. igitur &c. Ad quar
tum dicitur negando aſſumptū iuxta cōmunem modū
loquendi. corpora enim puerorū eſſe phlegmatica eſſet
ipſa fore frigida & humida reſpectu iuuenū. Concedit̄
tamen ꝙ plus abundat de phlegmate cæteris paribus in
pueris &c. Et neget̄ illa conſequētia. igitur facilius &c.
quia non tantū confert frigiditas phlegmatis in facilita-
te tolerantiæ ieiunij, quantū ad difficultatem facit humi
di membralis reſolubilitas & ſubtilitas. igitur &c. Ad
quintū quid ſit dicendum, ſatis patet ex cōcluſionibus
in q̄ōne poſitis. Ad ultimum ſimiliter. Dicit̄ tamē pro
ſecunda cōfirmatione antecedētis probabiliter ꝙ ægri-
tudines magis acutas magis & facilius cauſari in iuue-
nibus &c. non arguit calidū de ſe eſſe inflammabilius,
ſed per accidens pro quanto in eo abundat cholera quæ
parata eſt faciliter inflammari, & quæ inflammata ma-
gis inflammat ſubiectum. Poſſet etiam concedi calidū
iuuenis fore inflammabilius, ut tactum eſt ſupra. tamē
ex hoc ſequitur facilius eius humidū reſolui ꝗ̄ humidū
pueri à ſuo calido minus inflāmabili, ut ſatis patet.

Quæſtio. xxvi. Apho. xiij.

VTRVM decrepiti difficilius ferant ieiunium ꝗ̄
primi ſenes. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo.
tardius & difficilius incurrunt decrepiti nocumenta ſe-
quentia ieiunij tolerātiam ꝗ̄ primi ſenes. igitur &c. cō
ſequentia eſt manifeſta & aſſumptū probatur, quia ta-
lia nocumenta ſunt calidi & humidi reſolutio & calidi
inflāmatio, quæ omnia tardius et difficilius incurrit de-
crepitus propter humidū terreſtrius & calidum remiſ-
ſius igitur &c. Secundo quia tardius incurrunt decre
piti famem. igitur &c. aſſumptū probatur, quia tardior
fit in eis membrorū inanitio. tardior attractio a uenis.
igitur &c. Tertio quia quantūcunq; in eis æque ue-
lox fieret reſolutio & attractio &c. uirtus tamen ſenſi-
tiua oris ſtomachi in eis eſt ualde magis obtuſa, unde
adhuc cęteris paribus tardius percipiet ſuam inanitio-
nem. igitur &c. Quarto frigidior eſt complexio de-
crepitorum quàm primorū ſenum, ſed ſicut aliqua com
plexio eſt alia frigidior, ita eadem facilius tolerat ieiu-
nium, igitur &c. patet conſequentia, & maior & mi-
nor eſt Hippoc. in aphoriſ. 13. Senes facillime ferunt
ieiunium. Quinto quia in decrepitis maxime abūdat
humor phlegmaticus crudus qui eſt cauſa maxime tole-
rantiæ ieiunij. igitur &c. Sexto ſi eſſet hoc maxime fo
ret propter cauſam tactam à Gal. in cōmento. quia ſci-
licet calidum eorum eſt ſicut lucerna extinctioni para-
ta. Sed

ta. Sed arguitur ꝙ non, quia tunc per idem difficilius tolerarent ieiunium decrepiti q̃ iuuenes uel consistentes. Quod si conceditur. Contra. ex isto sequitur fieri saltum de extremo ad extremum sine medio. sit .n. nũc instans in quo sor. incipit esse decrepitus. Et arguitur sic. uel sor. iam est decrepitus uel non, sed immediate post erit decrepitus. Si detur primum arguitur sic. sor. est iam decrepitus. igitur difficilius fert ieiunium q̃ iuuenis. & immediate ante hoc fuit primus senex. igitur immediate ante hoc facilius tolerabat ieiunium q̃ iuuenis, quia senes facillime ferunt, & per cõsequens factus est transitus de gradu facilitatis tolerantię ieiunĳ senis primi ad gradum decrepiti inter quem mediat gradus facilitatis iuuenis sine medio. Consimiliter arguitur si dicatur sor. nunc non esse decrepitum, & immediate post hoc fore, ut patet intelligenti.

Vltimo sic arguitur. sic se uidetur habere complexio decrepiti ad complexionem primi senis, sicut secũdo cõsistentis adinuicẽ. sed facilius tolerat ieiunium secũdo cõsistens q̃ iuuenis. igitur &c̃.

Ad oppositũ est Gal. in cõmen. illius apho. Senes facillime ferunt ieiunium. ad finem cõmenti.

In quæstione ista erunt duo articuli. In primo tangetur cõmunis modus respondendi ad quæstionem. Secũdo tangam quosdam alios modos respondendi pręter cõmunes, qui forte erunt probabiles.

Quantum ad primum articulum sunt notata & conclusiones. Primo est præmittendũ ut habetur à Gal. in commento præallegato ꝙ tam multa multitudo calidi. s. naturalis q̃ eius extrema paucitas indicat cibi oblationem. Magna. n. multitudo magnam indicat appositionem, propter multum esse humidum, quod à multo resoluitur calido. Extrema uero paucitas, sicut quæ in decrepitis reperitur indicat oblationẽ propter calidum illud continue extinctioni paratum continue indigere refocillatione. ideo oportet ut tale sit modicum quod offertur, & frequenter oblatum, ne forte aliquando deficiens extinguatur. paucum autem ut à pauco calido excedatur & possit conuerti, quia multum non excederet̃ sed excederet, & suffocaret modicum calidum. Secundo pręmittẽdum est ut supra pluries dictum est difficultatem tolerantię ieiunĳ posse sumi, uel ex parte casus facilis in famem, uel ex parte casus facilis in nocumenta sequentia ieiunĳ tolerantiam, uel ex difficultate releuationis à nocumentis, in quam corpus propter ieiunĳ tolerãtiam incurrit. Prima conclusio. Ratione uelocis uel facilis incursus in famem facilius cæteris paribus tolerant ieiunium decrepiti q̃ primi senes. Probatur, quia tardius & difficilius incurrunt famem, eo ꝙ ipsorum humidum est densius & difficilius resolubile, & calidum minus & tardius resolutiuum, uirtus etiam sensitiua stomachi magis obtusa. Sed contra istam conclusionem arguitur. Primo, quia ex ista sequitur primo ꝙ semper corpora decrepitorum forent cibanda anteq̃ famem incurrerent. consequens est falsum, & fere contra mentẽ Gal. omnium auctorum, & contra Gal. 3. techni. & consequentia arguitur, quia corpora ipsorum primorum senum non sunt cibanda nisi hora famis ipsis rectis regimine debito & sanis existentibus. frequentius sunt cibanda corpora decrepitorum quàm primorum senum. igitur frequentius sunt cibandi decrepiti quàm famem incurrant primi senes. sed minus frequenter famem incurrunt decrepiti q̃ senes primi ex conclusione. igitur &c̃. Vel arguatur sic. frequentius cibandi sunt decrepiti q̃ primi senes. sed rarius incurrunt famem decrepiti q̃ primi senes. igitur cibandi sunt decrepiti anteq̃ famem incurrant. Secundo quia experimento uidemus istos senes decrepitos quasi tota die comedere. Ad primum respondetur negando consequentiam. Ad probationem cõceditur primo ꝙ tempora primorũ senum non sunt cibanda nisi hora famis. Et conceditur ulterius ꝙ frequentius ipsi decrepiti cibandi sunt antequam primi senes famem incurrant. Sed ulterius negatꝰ ꝙ minus frequenter incurrant famem decrepiti q̃ primi senes, & hoc ipsis recto regimine rectis. & causa est, quia q̃tuncunq̃ calidum decrepiti sit remissius & debilius & humidũ dẽsius & minus resolubile, ꝓpter quod cæteris paribus tardius famem incurrit decrepitus, ipso tamen decrepito recto regimine debito debetur nutrimentum, quod ei in uice unica approximatur esse tanto minoris q̃titatis, & cum hoc tanto facilius transmutabile q̃ illud quod in uice unica exhibetur primo seni ꝙ multo citius transmutetur & assimiletur, & sic ex cõsequenti citius famem incurrit. Et notum est ꝙ hoc non aduersatur conclusioni, cum ibi ponantur utrobiq̃ cętera paria. igitur &c̃. Per hoc patet solutio ad secundum. Et si arguatur cõtra, quia tunc per idem frequẽtius cibandi forent primi senes q̃ iuuenes. Potest dici primo concedendo consequentiam & consequens. Aliter potest dici negando consequentiam, quia calidum senis primi non est paratum sic extinctioni sicut calidum decrepiti, nec sic diminutum est quin adhuc magnã q̃titatem nutrimenti exhibiti possit immutare. igit̃ &c̃.

Secunda conclusio principalis est. Ratione nocumenti sequentis ieiunium difficilius tolerant ieiunium decrepiti &c̃. Patet, quia in eis est tãta caloris paucitas ꝙ omnis sensibilis resolutio in eis fere ducit calidum ad extinctionem. igitur &c̃. Tertia cõclusio. Sequitur ꝙ ratione difficultatis releuationis à nocumento difficilius etiã tolerant ieiunium decrepiti. Patet similiter. Quarta conclusio. nõ ĩ qualibet parte decrepitæ ætatis difficilius tolerat ieiunium decrepitus q̃ iuuenis uel consistens. Patet per sextum argumentum principale adductũ ante oppositum. Quinta conclusio. In parte ultima extremæ decrepitę ætatis propinqua difficilius tolerat ieiuniũ decrepitus q̃ corpus alterius ętatis. Patet ex dictis.

Quantum ad primum articulum sunt duo modi.

Primus modus præmittit p̃rĩo ꝙ fames naturalis causaŕ per cõsumptionẽ humidi substãtificioris stomachi.

Secundo ꝙ æqualis diminutio uel resolutio facta in re paucę quantitatis multo magis percipitur q̃ facta in re magnæ quantitatis Ex quo patet ꝙ adhuc minor resolutio in modico quanto potest esse magis sensibilis quã maior in magno. hoc satis docet experimentum. Si. n. à magno cumulo frumenti subtrahantur tria grana nulla percipitur minorando. Si autem à sex granis subtrahatur granũ unum, multa percipitur minoratio. Tertio præmittendum ꝙ humidum sanis primi substantificum oris stomachi multo est amplius q̃ decrepiti. Hoc posito dicitur ꝙ quantũcunq̃ in decrepito sit oris stomachi humidi suctio & resolutio tardior, & minoris quantitatis, & sit uirtus sensibilis magis adhuc obtusa, tamẽ humidum fugendum est q̃titatis multo minoris. igitur magis percipitur parua suctio q̃ altera magna, ideo citius adhuc cæteris paribus famem incurrit. Secundus modus præmittit primo ꝙ uirtus attractiua membroꝝ & nutritiua in decrepitis est multum defecta, unde multi humores, qui in primo sene forent laudabiles sunt in decrepito illaudabiles & non habiles ad nutriendum.

Secundo pręmittitur ꝙ uirtus nutritiua tam in decrepitis q̃ in alĳs respuit, quod non est conueniens attrahẽdo præcise ideo quod suæ conuersioni est proportionatum. Hoc pręmisso ponit ꝙ si tantus & talis cibus offeratur decrepito, quãtus & qualis primo seni, quia uirtus nutritiua decrepiti modicam quantitatem sufficit ĩmutare & membris assimilare, præcise modicam, quia scilicet paratissimam conuersioni attrahet, in sene autẽ primo fiet multarum partium attractio & conuersio et hinc est ꝙ cogitur nutritiua membrorum decrepiti frequentius nouum à uenis exquirere nutrimentum, unde attractio fiet à uenis & uenarum ab hepate &c. Et patet ꝙ iste modus est ualde proprius. Ex quibus diligen

ter attendens faciliter formabit conclusiones oppositas primis. Et soluentur argumenta.

Quæstio. xxvij. Aphor. xiiij.

VTRVM Calor pueri & iuuenis sint æquales.

Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. calor pueri ē maior q̃ iuuenis. ergo &c̃. assumptum probatur multipliciter. Primo. post primum instans esse pueri continue agit calor in nutrimentum & spiritus & membra. igitur repatitur. sed ipsum repati est ipsum remitti. Secundo. calor radicalium continuo remittendo procedit. igitur &c̃. assumptum probatur, quia in senectute maior est humiditas carniformium q̃ radicalium in tempore pueritiæ, & ad eorum resolutionem sequitur caloris remissio, sed humiditas carniformium nō sufficit manutenere in senectute. igitur nec in iuuentute humiditas radicalium. igitur. Tertio in cholerico decidente per suas ætates decurrente permutato melicum non solum respectu dispositionum prius habitarum, sed etiam respectu senis temperati facto melancholico est calor in iuuentute remissior, quia in principio senectutis est multum frigidior temperato, cum sit iam factus melancholicus, et in pueritia erat multum calidior, quia cholericus. igitur in tempore medio, quod est tempus iuuentutis factus est remissior. ergo &c̃. Item nunc in principio iuuentutis est multum frigidior temperato. igitur ante hoc erat frigidior, sed ante hoc erat consistens. igitur in consistentia erat frigidior. Quarto. possibile ē calorem pueri continue procedere remittendo. ergo in iuuentute erit frigidior. consequentia bona. & assumptum patet in casu quo dispositiones omnino consimiles quales inueniuntur in corpora senis, inducantur uel imprimātur in corpore pueri in principio generationis. In proposito arguitur sic. senex à principio senectutis merito proportionis calidi naturalis supra humidum cōtinue remittendo procedit in calore, cum ergo similis proportio inueniatur in puero in principio generationis, ut ponit casus quo puer procedit continue diminuendo in calore. cōsequentia est bona & assumptum est casus. Forte diceretur ad illud negando casum, quia est impossibile ꝙ sub dispositione omnino consimili dispositionis senis inducatur forma pueri. Contra istud arguitur sic, quia data ista responsione sequitur ꝙ in modo æqualitatis conuenienti formæ humanæ posset alia forma cōmunicare. consequens falsum est & contra Auicē. prima primi. & consequentia probatur, quia postq̃ in tali dispositione non potest introduci forma humana, & cū in eadem aliqua forma introducatur siue possit introduci, quę necessario est diuersæ speciei ab ista humana, sequitur &c̃. Quinto. in primo instāti senectutis est caliditas notabiliter minor quàm in pueritia. igitur prius per medicamen minor, & continue prius fuit iuuentus igitur &c̃. Vltimo est auctoritas Gal. in cōmento. *Auicē.*

Secundo ad principale caliditas iuuentutis est maior. igitur &c̃. assumptum arguitur. Primo, quia continue usq; ad iuuentutem remittitur frigiditas in corpore humano, eo ꝙ continue caliditas membrorum excedit frigiditatem, & elementa calida excedunt frigida sibi debite applicata. Secundo. sicut aliquod agens diutius agit in passum dispositum, ita intensiorem effectū producit in fine illius temporis, sed calor naturalis in iuuentute diutius egit. igitur &c̃. Præterea calor naturalis iuuenis continue egit in humidum remittendo frigus & assimilando contrarium. ergo continue erit intēsior. & per consequens tempore iuuentutis &c̃. Confirmatur. quilibet spiritus assistens membro calefacit, quia alterat & non nisi calore. Tertio in iuuentute sūt humores calidiores. igitur generati à maiori calore erūt & magis calefacientes. Quarto in iuuene sunt operationes intēsiores et fortiores, ut motiuę pulsus. igitur &c̃. Quinto humoris phlegmatici uel humoris infrigidantis euacuatio calefacit corpus. secunda primi. ca. de causis retentionis & euacuationis. sed iuuenis est sicut euacuatus à phlegmate & sicut repletus humore calefaciente. igitur &c̃. Sexto ad tactum apparet calidior iuuenis. Forte dicitur ꝙ solum acutior. Contra. sicut se habet uisibile ad uisum, ita se habet tangibile ad tactum, sed uisus melius iudicat de uisibili quam de alio sensibili. igitur tactus iudicat melius de tangibili. Et si sic, sequeretur tunc ꝙ nulla differentia appareret inter aliquid esse intensius calidum & acutius. Septimo calor iuuenis est sicut calor febrientis, ut in cōmento. Vltimo. variatis passiuis uariant̄ actiuæ. igitur saltē nō æquales erunt. assumptum patet secundo colliget primo. ca. quia proprię materię dum uariantur, fit uariatio in proprijs formis, sed cum passiuę sint materię actiuarū, sequitur ipsis uariatis actiuas esse uariatas. *Auicē.* *Auer.* *Gal.*

Ad oppositum est Gal. in. 14 cōmē. ibi (Q. si secū dum quartum elementum.) Et secundo complexionum caþ. 2. Et Auicē. caþ. de ætatibus. prima primo. *Auicē.*

In ista quęstione erunt tres articuli. In primo uidebitur quis calor est maior extensiue. Secundo intensiue. Tertio tangentur quidam probabiles modi defensandi ꝙ calor sit maior in iuuene quā in puero alijs paribus.

Quantum ad primum articulum primo præmittam notabilia & distinctiones. Secundo conclusiones. Prima distinctio. Calor in nobis est duplex. s. innatus & influens, & de utroq; est sermo. Secunda distinctio est hęc. Humidum est duplex. s. innatum & influens. Innatum est duplex. Quoddam contractum à generatione, & istud est radicale humidum. Quoddam ex nutrimento, & dicitur nutrimentale. Exemplum primi, ut est radicale. Exemplum secūdi, ut est ex tempore acquisitū. *Calor duplex* *hūidū duplex*

Tertia distinctio. Calor sumitur quandoq; pro qualitate, quādoq; pro corpore calido &c̃. hic capitur utroq; modo. Quarta distinctio. Subiectum caloris est duplex s. quoddam simplex, & quoddam compositū. Aliud proprium extraneum, & cōmixtum uel confusum. & tunc est triplex, ut patet. Prima suppositio. Quid per pueritiam & quid per iuuentutem debemus intelligere notum est. Secunda suppositio. Dum comparantur calor iuuenis & pueri in extensione, comparātur in comparatione suorum subiectorum. Tertia suppositio. Calor in materia mixta non cōseruatur nisi in materia humida subtili & in uaporem conuertibili. Humidum aereum metaphorice dicitur subiectum quo sustentatur & pabulatur calor naturalis Ex quo sequitur humidū aereum esse subiectum maxime proprium caloris naturalis. & quanto purius a terrestri tanto conuenientius. Ex quo sequitur ꝙ quia humidum radicale purius est, potest illud appellari subiectum proprium caloris. Contrarium uero ex nutrimento extraneum & aggregatū appellari potest subiectum commixtum siue confusum uel commune ut dicitur in commento. Prima conclusio Ratione subiecti extranei calor est maior in iuuene. Patet, quia subiectum extraneum in iuuene est multo amplius & magis extensum Secunda conclusio. Ratione subiecti commixti calor est maior in iuuene, quia magis est aggregatum in iuuene quàm in puero Tertia conclusio. Ratione proprij siue simplicis subiecti est maior in puero, ut patet, quia multo amplius est humidum aereum in puero proportionabiliter respectu suæ molis quàm in iuuene. patet etiam per Gal. Primum dubium. Quodlibet humidum animatum est subiectū proprium caloris sed contractum ex nutrimento est huiusmodi. igitur &c̃. Secundum dubium. Reducatur melancholicus ad sanguineum. habebit tunc humidum purius, & per consequens &c̃. Similiter patet de ipso hectico curato in iuuentute. Tertiū dubium Tunc etiā senes plus haberēt de calore ratione subiecti extranei uel commixti &c̃. Ad primum dicitur ꝙ probat ueritatē. s. ꝙ aliquod contractum ex tempore est subiectum proprium. sed ipsum tamen ex nutrimento contractum cō *Calor sumit̄ dupl̄r.* *Caloris subiectū duplex & tripl̄x.*

paratum

paratum illi ex generatione est extraneum, non simpliciter sed in comparatione. Ad secundum dubium. sit sor. primo melancholicus puer & fiat temperatus, tunc humidum eius extraneum dictum erit magis propriũ sustentaculum caloris, quoniam est temperatum, et primum est distemperatum. Dicitur ꝙ non omne temperatum humidum est melius subiectum, licet habeat melius pro uita q̃ haberet si sor. non fuisset reductus. Ad tertium de senibus dicitur quod senes ratione subiecti commixti plus habent de calore extensiue, licet intensiue non cæteris paribus.

Quantum ad secũdum articulum sunt notata & cõclusiones. Primo pręmitto cum comparantur iuuenis & puer &c̃. ꝙ alia debent esse paria in naturali complexione & alĳs circunstantĳs accidentibus uariantibus caloris mensuram. non. n. dubium est iuuenem cholericũ calidiorem esse puero phlegmatico. puerum exercitatũ iuuene ocioso. Aliter dic sic. contingit tam puerum quã iuuenem intra latitudinem suæ complexionis multum uariari, ut quiescens iuuenis minus calidus est exercitato &c̃. quandoq; extra latitudinem suę complexionis ut de puero temperato, qui efficitur melancholicus respectu temperati pueri. Secundo præmitto ꝙ calor naturalis multipliciter potest extingui, ut prima primi. cuiuslibet tamen extinctio reducitur ad eam quæ est per simplicem alterationem. Tertio nota. stat aliquid alio esse acutius, quia. s. magis impressiuum, quod tamẽ nõ est intensius, ut patet de ferro calefacto respectu stuppæ ardentis. Hęc diuersitas quandoq; contingit ratione multitudinis formæ. Secundo ratione dispositionis coniũctę caliditati, ut siccitas est lima caloris, & non est causa effectiua licet dispositiua. Quarto nota. licet ad alicuius humidi naturalis resolutionem sequatur caloris remissio, non tamen ad quãlibet minorationem humidi minoratur calor, ut patet in lignis inflammantis. Itẽ patet quod ex uaria impressione caloris in materiam uario modo conseruetur calor in illa, ut in rebus exterioribus patet. Quinto nota. aliud est aliquam caliditatem esse intensiorem, & aliud ipsam esse acutiorem & fortius impressiuam. ex tertio pręmisso patet hoc. Prima conclusio. Non seruata paritate in alĳs possibile est calidiorem iuuenem esse puero. similiter econuerso. immo adhuc senem. patet cõclusio uariata complexione naturali & alĳs circunstantĳs. Secunda conclusio. Cæteris paribus caliditas iuuenis non est gradualiter remissior q̃ caliditas pueri. Probatur, quia non esset nisi propter resolutionem humidi, sed non est per quid nominis iuuentutis. Item non aduenit extinguens extrinsecum, ut pono. nec intrinsecum, quia hucusq; augendo procedit. Item aliquo tempore sufficit se conseruare & augmentum facere & in aliquo neutrum. igitur in aliquo alterũ tantum, & non sufficit in augmentum. igitur tunc se in eodem gradu conseruat calor &c̃. Hoc argumento utitur Auicẽ. Tertia cõclusio. In iuuene cæteris paribus ex parte complexionis & aliarum circunstantiarũ mensuram caloris uariare potentium nõ est calor intensior. Probatur primo, quia non aduenit extrinsecum augẽs ut pono. nec remittens, quia non est facta tanta exiccatio quin hęc mensura humidi hunc calorem conseruet. nec intrinsecum, quia idem non mouet se. Item quia datur tempus in quo duo potest facere & quãdoq; neutrũ igitũ quandoq; unum. s. se conseruare in illo gradu &c̃. ut supra. Quarta conclusio. Isti calores sunt ęquales in radice & in gradu intensiue, quia nec intensior nec remissior. Quinta conclusio. Calor iuuenis ęst acutior, ideo magis impressiuus, quia est ĩ subiecto magis dẽso.

Quantum ad tertium sunt tres modi. Primus modus est imaginando substantiam spiritus profluentis à corde ad membra esse calidiorem substantiam membrorum. Et quia usq; ad iuuentutem perfectam est continue humidum sufficiens ad conseruandum, & continue assistit membris, & membra sunt ipsius receptiua & in se non resoluuntur spiritus, ideo continue calefiunt mẽbra. Secundus modus ponit elementa remanere in mixto formaliter. Tertius modus nõ ponit elementa remanere in mixto formaliter, sed ponit in eo uirtutes, quia scilicet actuales & uirtuales qualitates in mixtis derelictis ab elementis. & consequenter ponit hic ut supra dicebatur elementis formaliter in mixto remanentibus.

Ad argumenta principalia tenendo uiam acutorum respondetur. Ad primum negatur assumptum. Et ad probationem negatur consequentia. spiritus agit. ergo reparatur. dato. n. ꝙ re agat nutrimentum in partem spiritus, non tamen in totam spiritus substantiam. Ad secundum negatur consequentia. Ad tertium dicitur ꝙ illud corpus in principio senectutis non est statim melãcholicum. & non uult Gal. ꝙ ideo corpus sit statim factum frigidum & siccum, quia oporteret ꝙ in consistentia calor esset notabiliter diminutus quod repugnat rationi ætatis consistentiæ. In principio. n. senectutis bene incipit perdere cholericitatem tantam, non tamen ꝙ in principio senectutis immediate denominetur frigidũ & siccum, sed bene uersus mediam senectutem debet sic denominari. etiam non datur primum instans senectutis. Ad quartum respondetur ut dictum est negãdo casum. Ad replicationem negatur consequentia, & ulterius negatur ꝙ cum ea dispositione senili possit alia forma introduci. Ad quintum dicitur ꝙ non debet causari primus instans senectutis, sed debet ultra in processu comparari. Ad auctoritatem Gal. patet inspicienti.

Ad secundum principale negatur assumptum. saluatis paribus. s. maior aliquando intenditur calor in iuuentute una uice plus q̃ in alia. vt quando expiras calidior q̃ quando inspiras. Ad probationem neganda est consequentia, licet calor habeat dominium super aliquã partem, adest tamen prohibens. si. n. in eandem partem ageret continue & nihil resisteret, uerum esset. Ad secundum ꝙ impressit diutius, dicitur cõcedendo deducto impedimento, sed superuenerunt impedimenta. Ad tertium ꝙ calidiores sunt in iuuene humores. negatur assũptum. & dicitur ꝙ cholerica non minus calida est in puero q̃ in iuuene, licet ille iuuenis sit inflammabilior propter siccitatem sibi coniunctam. Ad quartum de operationibus iuuenis dicitur ꝙ sic probarem ꝙ calor temperati esset fortior, & ipsum temperamentum esset calidius alĳs. Ad quintum ꝙ euacuatur phlegmate & repletur calidis humoribus, dicitur ꝙ non sunt cætera paria. Vel dato ꝙ iuuenis euacuetur ab infrigidante &c̃. dicitur ꝙ in ipso minoretur spiritus & san. respectu eius quod priuserat. Pro maiori etiam dicitur ꝙ est uera solum ubi alia essent paria &c̃. sed in puero respectu suę molis plus est de spiritu & sang. Ad sextum de tactu dicitur ꝙ calor iuuenis non intẽsior est sed acutior. Et ad instantiam dicitur ꝙ non æque bene per tactum per se iudicaretur, sed etiam cum auxilio intell's concurrente, quia adducam argumenta Aui. quæ in prima primi. & Galeni. in de complexionibus. Ad septimum dicitur ꝙ Gal. uoluit q̃tum ad acuitem impressionis. Ad Auerroẽ. dicitur ꝙ fuit illius opinionis propter repugnare. Gal. uel dicitur ꝙ actuę uariantur q̃tum ad impressionem sed non q̃tum ad gradum. Ad tertium principale dicitur negando consequentiam, quia alia est habitudo caloris ad humidum carnisformium membrorum & ad humidum radicaliũ. Ad penultimum dicitur negando consequentiam. erit siccior. ergo frigidior. quia licet sic siccior, cum illa tamen siccitate potest conseruari tãta mensura caloris quanta erat in pueritia, licet sit in subiecto multo magis denso &c̃. Ad vltimum dicitur negando consequentiam, quia alia est habitudo se habendi caloris in hoc sene & alia in hoc iuuene, quia calidum iuuenis habet humidum magis proportionatum in quo fouetur &c̃.

Quæstio. xviij. Aphor. xv.

VTRVM Ventres & corpora humana sunt cali
diora tempore hyemis q̃ tempore æstatis uel autumni.

Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic. quęcunque
signa significantia super caliditatē sunt fortiora in ęsta
te q̃ in hyeme. igitur &c̄. assumptum arguitur discur-
rendo per singula. Primo pulsus & anhelitus est maior
uelocior & frequentior, ut colligitur primo secunda. c.
de pulsibus temporum anni. vrina est tictior. feces ma
gis cholericę. ad tactū corpus calidius inflammabilius.
abundat magis cholera. & sic de alijs. ergo &c̄. Secū
do plus multiplicantur ægritudines frigidę phlegmati-
cę in hyeme. igitur &c̄. assumptum arguitur apho. ter
tia particula apho. 24 Hyeme uero pleuretides. & pri-
mo secunda. doctrina secunda. cap̄. 6. Tertio arguit̄.
si corpora essent &c̄. hoc maxime foret propter retra-
ctionem spiritus & caloris naturalis ad interiora. Sed ar
guitur ꝙ non, quia huiusmodi retractio debilitat calo-
rem, ut patet in principijs paroxismorum. & uirtutem
aggrauat. igitur &c̄. patet consequentia & assumptum
colligitur. aph. 4 parti. apho. 48. & eius cōmen. illo. s.
In non deficientibus febribus. siquidem quæ extra frigi
da sunt quæ uero intus calida & sitim habeant morta-
le. Colligitur etiam apho. 7. commento primo. Quar
to ad principale. tunc corpore transeunte à regione cali
da ad ualde frigidam regionem eius calidum augeretur.
consequens est falsum & contra Auicē. primo. prima. c.
de complexionibus. Q. si corpus indi fiet tale quale cor
pus sclaui, aut infirmabitur aut morietur &c̄. cōsequē
tia tenet, quia sic se uidetur habere regio calida ad frigi
dam, sicut tempus anni calidum ad frigidum. Quin-
to hoc maxime foret, quia unum contrarium fortificat
aliud circundatum ab eodem. sed arguitur ꝙ non, quia
unum contrarium debilitat aliud in ipsum agendo. igi-
tur &c̄. Similiter talis fortificatio prouentens à contra
rio uel prouenit ab eo naturaliter uel uiolenter. non pri
mum, ut patet. nec secundum, quia nihil est uiolentans
aerem circundantem nos, ut nostrum calorem fortificet
igitur &c̄. Sexto. sequitur ꝙ in sene possit esse calidi-
tas fortior q̃ in iuuene eodem, & maior. ponendo finem
consistentiæ esse in fine autumni. & principium sene-
ctutis in principio hyemis. & fiat argumentum ut als.
Item per simile arguitur ꝙ caliditas in puero & iuue-
ne non sunt æquales ponendo finem pueritiæ aduenire
in fine autūni, & principium iuuentutis in hyemis prin
cipio. & patet ꝙ caliditas in sorte (gratia exempli) tali-
ter transeunte erit maior in hyeme, si quæstio esset ue-
ra. sed pro tunc ipse erit iuuenis & prius puer. igit̄ &c̄.

Septimo sequitur ꝙ solo decursu temporum anni cor
pore debite & conuenienter recto, corpus egredietur la
titudinem sanitatis, puta extremum temperantiæ. con-
sequens non apparet rationabile. & arguitur consequē
tia ponendo sor. esse temperatum in extremo intensiori
suæ temperantiæ adueniat & hyems. & patet ꝙ cū sor.
fiat calidior, poterit esse ꝙ sor. trahetur extra extremū
latitudinis temperantiæ sor. Dices tu ꝙ temperantia
habet latitudinem. & ꝙ cum sor. non potest poni in ulti-
mo temperantiæ, ideo licet calefieret, non tamen nisi in
tra latitudinem. Hæc responsio non uidelicet. Alias. n.
ostendi debile sore ultimum instans in quo sor. est tem-
peratus. Item intēdatur calor in sor. per aduentum hye
mis per. a. latitudinem uel gradum. Et arguitur sic. per
. a. latitudinem uel gradum intenditur in sor. caliditas.
sed minus q̃ per. a. distat sor. ab extremo temperantiæ
intensus calido. igitur sor. permutabitur extra latitudi
nem temperantiæ. hęc consequentia est bona & assum-
ptum est possibile. igitur &c̄.

Ad oppositum est Hippo. in apho. 15.

Respondendo ad istam quæstionem, primo tangetur
quidam probabilis modus respondendi & magis natura
lis q̃ medicinalis. Secundo consequenter tangetur com
munis modus & magis medicinalis rñdēdi ad quęsitū

Quantum ad primum erunt notata et conclusiones.

Primo pręmitto. Dupliciter imaginari possumus unū Contra
contrarium alterū uigorare & fortificare. Primo uniē riū for-
do & congregando partes eius. quare ipsæ redduntur po tificare
tentiores ad agendum & resistendum q̃ prius. ipsis. n. alterū
adinuicem melius applicatis unaquęque melius aliam con dupl'r.
seruat. ipsæ etiam melius se iuuant ad agendum, tū quia
agunt per breuiores lineas, tum etiam quia melius sunt
applicatę fit maius in actione accidētale iuuamentum.
Ex quo patet, quare uirtus unita fortior est seipsa disper
sa. Secundo imaginari possumus unum contrariū aliud
fortificare, quia ipsum intendit in forma. quod qualiter
sit possibile declarabitur. Secundo principaliter præ-
mittendum est. non posse in aliquo subiecto intendi ca-
liditatem uel qualitatem aliquam de primis, nisi ad il-
lius intensionem uel productionem per se concurrat ali
quod agens immediate illam intendens uel producens.
Ex quo patet non esse possibile per solā subiecti partiū
aggregationem uel unionem fieri alicuius qualitatum
primarum de nouo productionem. Tertio pręmitten-
dum est ꝙ nunq̃ unum contrarium per se & immedia-
te concurrit ad alterius contrarij productionem. Patet,
quia quodlibet contrarium intendit aliud contrariū na
turaliter corrumpere. ergo &c̄. patet consequentia cum
antecedente. Quarto est pręmittendum ꝙ possibile
est unum contrarium ab alio contrario circundatū fie-
ri in forma qua illi contrariatur intensius q̃ prius erat.
Patet hoc de grandine & similibus. aqua etiam pręcale Aristo.
facta ad maiorem reducitur frigiditatem q̃ si non præ-
calefiat, ut primo metheo. c. 4. quia magis passibilis est
à contrario circundante propter eius raritatem. Cōfert
autem ad hoc ac ad caliditatem congelationis pręcalefa
ctam esse aquam primo metheo. c. 4. Prima conclusio
Ad saluandam intensionem unius contrarij ab altero in
corporibus simplicibus, necesse est pręter qualitates pri
mas in corporibus simplicibus repertas, poni aliam uel
alias qualitates ad huius intensionem effectiue concur-
rentes. patet, quia oportet poni aliquam qualitatem per
se intensionis illius effectiuam. sed illa non potest esse
qualitas prima quia una non est per se alterius producti
ua. igitur &c̄. patet consequentia & assumptum simili
ter intelligenti. Item talis intensio non fit per se & im-
mediate à sibi contrario. per tertiam suppositionem nec
per solam partium unionem per primam. nec à qualita
te quę est in passo, quia pono ipsum totum uniforme.
& patet nullam partem posse agere in aliam, nec in se p
qualitatem per quam ipsa est uniformis. relinquitur igi
tur aliud uel aliam qualitatem per se, & immediate ad
hoc concurrere effectiue. Secunda conclusio sequitur.
Huiusmodi qualitas talis qualitatis productiua est spe-
cies uel radius à qualitate subiectiue in corpore cuius
qualitas intenditur existente decisus uel productus. pa-
tet, quia non est aliqua qualitatum in istis corporibus
existentium. igitur necessario est aliquid ab istis uel ab
aliquo istorum causatur uel productum. sed non appa-
ret aliud q̃ radius uel species alicuius istarum qualita-
tum igitur. Imaginandum est. o. ꝙ sicut calor est suæ
speciei multiplicatiuus in medio, ita calor & frigiditas.
& ꝙ sicut caliditas est qualitas magis actiua q̃ calor &
odor, ita & eius species. est. n. immutatiua non solū spe
cialiter, sed etiam est talis qualitatis quale est obiectum
à quo deciditur productiua. Imaginandum ulterius ꝙ
sicut ab opaco uel à speculo reflectitur lumen & spe-
cies coloris, ita à frigido species caloris, & a calido frigi-
ditatis. Ex quo patet modus quo unum cōtrarium ab
alio circundante intenditur & econtra, quia à calido cir
cundante multiplicatur radius ad frigidum, q reflexus
ad calidum in subiecto, à quo fuit decisus producit cali-
ditatem, & sic de alijs. Ex quo solui possunt problemata
multa. Primū. quare in cauernis terrę profundis in

hyeme

hyeme reperitur intensa caliditas, æstate uero intensa frigiditas. Et per idem quare aquæ puteales in hyeme sunt calidæ, æstate uero multum frigidę. Similiter quare in hyeme non generantur grandines, in uere aũt & æstate sic & etiam in autumno. Et multa alia. Et quare frigiditas intensior est in media regione aeris in ęstate q̃ in hyeme. Et quo modo intensior potest in æstate esse frigiditas generans grandinem q̃ frigiditas generãs niuem tempore hyemis &c̃. Patet.n. ad hæc omnia responsio ex fundamento iam dicto. Tertia conclusio. Licet ita sit, non tamen necessario & simpliciter contrarium suo contrario circundatum ab illo intenditor. patet, quia possibile est potentius esse circundans contrarium in remittendo & corrumpendo q̃ sint radij iam dicti reflexi potentes in intendendo, ideo &c̃. Quarta conclusio. Probabiliter ponitur q in corporibus tempore hyemis non solum est calor amplior propter maiorẽ spirituom quantitatem, sed etiam quia in suis spiritibus est caliditas intẽsiue maior q̃ fuerit tempore æstatis uel autumni. Hęc conclusio uidetur posse probabiliter sustineri ponendo propter specierum reflexionem fieri caloris intensionem modo iam dicto. Erit autem hęc conclusio maxime ueta stantibus conditionibus requisitis ad apho.s.q sit hyems seruãs naturam suam, & quòd sit corpus fortis caloris quodq; sit utens regimine debito. Quinta conclusio. Sequitur q in uere caliditas est remissior cæteris paribus q̃ hyeme uel æstate. Et secundum hæc dicta consequenter non solum dicendum Hip. dixisse uẽtres esse calidiores propter maiorem spirituũ multitudinem, sed etiam quia gradualiter spiritus sunt calidiores & adhuc membra. Hęc autem respõsio ẽ magis physica q̃ medicinalis, ideo philosophis dimittatur.

Quantum ad secundum articulum similiter sunt notata & conclusiones. Præmittendum est primo penes modum loquendi medicorum q aliud est aliquod corpus esse calidius alio cæteris paribus, & aliud secũdum naturam. Corpus.n. alio esse calidius cęteris paribus est ipsum in se habere subiectiue calorem intensiorem quã aliud sufficientem ipsum denominare calidum. Corpus uero esse calidius alio secundum naturam est ipsum plus in se proportionabiliter respectu suæ molis habere de calido naturali.s. de spiritu, qui est instrumentũ aīæ in suis operationibus. Et notum est q hęc non sunt conuertibilia, stat enim aliquod corpus esse alio calidius secundum naturam ad intellectum datum quod tamen cæteris paribus est eo minus calidum & econuerso. vt corpus temperatum cęteris paribus calidius est secundum naturam corpore multum cholerico, cum multo plus in se habeat de calido naturali, & tamen corpus cholericum est eodem intensiue multo calidius, ut satis patet. Secundo principaliter pręmittẽdum q tẽpore hyemis in corpore robusto, hyeme suam reseruãte naturã & debito utente regimine augentur spiritus, & san. respectu eius quod fuit in æstate & autumno. Patet, quia tunc prohibetur eorum resolutio & uniuntur interius quare fortificatur sua operatio, & per consequens plus restaurat de spiritu & sang ideo &c̃. Econtra uero in ęstate caliditate subtiliante san. & humores & spiritus & poros dilatante resoluitur multum de spiritu & san. & adhuc spiritus interius non unitur sed exterius dilatatur, quare impotentior fit ad cibum assimilãdum & spiritum & sang. restaurandum, & per consequens &c̃.

Prima conclusio. Corpora quęcunq; tempore æstatis sunt intensiue calidiora q̃ tempore hyemis. Patet per plura argumenta superius adducta. omnia enim signa à pulsibus urina ab humoribus illis temporibus multiplicatis significant super intensiorem caliditatem, ut patet intelligenti. igitur &c̃. Secunda cõclusio. Corpora robusta hyeme seruant suam naturam & utentia regimine debito, semper sunt calidiora secundum naturam tẽpore hyemis q̃ ęstatis. Probatur. multo plus multiplicatur spiritus & san. vt supra, igitur &c̃. patet cõsequẽtia & assumptum deductum est, & istam conclusionẽ uoluit Hippo. in apho. 15. Ex qua conclusione sequiẽ q corpora pro tunc iam dicta perfectius exercent operationes suas naturales in hyeme q̃ ęstate. plꝰ enim habet uirtus naturalis de spiritu, qui est eius instrumentum in operationibus naturalibus, & interius magis unito.

Ex isto tanquam ex fundamẽto possunt assignari causæ quarundam apparentiarum ad sensum, quę uidentur difficiles. Prima apparentia est hęc, q in febriente intense quandoq; generatur multa uentositas, quę tamen in eodem sano non generabatur, cum tamen uentositas fiat à calido diminuto. Secunda apparentia. q in illo febricitante ui sui caloris intensi non resoluitur illa uentositas, quę tamen in ipso resolueretur, puta si fiat non febriens. Tertia apparentia est. quia cum hydrops sit ægritudo frigida, ut. 3. canon. fen. prima. ca. de hydrope quomodo stat aliquem esse febrientem. & tamen esse hydropicum. Quarta est. quomodo hydropico intense febriente generatur aquositas, ut in asclytico, aut san. valde crudus, ut contingit in hyposarcha. Ad primom enim dicitur q licet in isto febriente sit caliditas multo intensior, est tamen modica in illo spirituum quãtitas uel multitudo. vnde licet sit ibi calor intensior, est tamen ibi minus de instrumento quo mediante agit uirtus uentositatem resoluendo uel eius generationem prohibendo. licet enim caliditas illa intensior sit, in corpore tamen minus est de calore naturali, qui est instrumẽtum uirtutis in agendo. Et per hoc patet solutio ad secundum. Ad tertium dicẽdum. q licet iste habeat morbum calidum intensiue. s. calorem eius temperamentũ excedentem, habet tamen spirituum & caloris naturalis diminutam q̃titatem, per quorum priuationem dicitur corpus frigidum priuatiue. sed de hoc plenius alibi dixi. Et ex hoc patet responsio ad quartum intelligenti. Tertia conclusio est. Licet ita sit, aliqua tamen sunt corpora in quibus in æstate est calor maior tam intensiue q̃ secundum naturam q̃ in hyeme. Patet de corporibus debilis caloris & decrepitis, quorũ calor indiget confortatione ab extrinseco.

Corpus calius alio du plr.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primũ secundum primam responsionem ad quęsitum negatur antecedens & dicitur q si pulsus & anhelitus sunt maiores, hoc non est propter calorem in interioribus intensiorem, sed propter aerem qui attrahitur esse calidiorẽ. vnde oportet plus de ipso attrahi. urina magis est tincta quia minoris q̃titatis, & quia plus secũ de cholera quæ illo tempore propter siccitatem ampliorem multiplicatur. commiscetur eodem modo ægritudines magis cholericę & ęgestiones, corpus calidius, quia exterius attrahitur calor apparet corpus inflammabilius propter siccitatem calidioris humoris. Ad secundum negatur antecedens. corpore robusto &c̃. seruante debitum regimẽ. Vbi uero non, concedendum est antecedens, & neganda est consequentia. Si debitum non seruetur regimen, non inconuenit generari humores crudos in corpore robusto. sed tamen multum de calidis generatur, sed illi frigidi non resoluuntur sic, quia pori sunt obstructi, & tamen corpora robusta sunt calidiora, quia de calidis enã generatur in eisdem Ad tertium dicitur aliquam retractionem calorem confortare, ut factam ex conuenienti occursu aeris frigidi propter naturalem temporum mutationem. aliqua etiam debilitat sicut facta ãre pręter naturam, ut in principio paroxismi calido naturali subito nimis suffocato ad interiora penetrante. Ad quartũ dicitur q si tale corpus paulatine de regione ad regionẽ transiret, & cętera essent paria sicut in mutatione temporis anni, q corpus illud in uirtute & calore naturali fortificaretur. Ad quintum dicitur q unum contrarium aliud circundans fortificat illud uiolenter & contra eius naturalem inclinationem, & q uiolentans illud

est ipsummet contrarium fortificatum. Ad sextum dicitur, omnes illas conclusiones tanq̃ possibiles concedẽdas. Et cum dicimus calorem in puero esse æqualem calori iuuenis intensiue & in iuuene intensiores q̃ in sene, debet hoc intelligi ipsis adinuicem comparatis cũ circunstantiis omnibus paribus, prçter illud in quo fit comparatio, puta ꝙ comparetur puer in hyeme ad iuuenem in hyeme, & iuuenis in æstate ad puerum in ęstate. & sic iuuenis ad senem. & tunc patet argumentum non ꝓcedere. Dicunt Paduani ꝙ aliud tempus non fuit finis iuuentutis. Aliter dicitur ꝙ oportet comparare insimul &c̃. & dic ꝙ hic licet fiat calidior ratione hyemis, ipse tamen minus est calidus q̃ in prçcedenti hyeme, & non compares principium hyemis ad finem ęstatis, sed ad finem alterius anni elapsi. Ad ultimum, quidam cõcesserunt conclusionem, & tunc illa corpora indigent ꝑseruatione. Aliter dicitur negando cõsequentiam stãtibus conditionibus superius tactis. Et dicitur ꝙ corpus temperatum decurrens per tempora anni non est naturaliter eiusdem gradis caloris in omnibus temporibus, sed maioris in hyeme & minoris in æstate. quamuis. n. in æstate esset in extremo caloris qui sibi debetur in æstate, non tamen erit in extremo caloris totius temperantiæ cui correspondet maior calor in hyeme. Conceditur igitur ꝙ alterabitur ultra illum calorem, sed nõ ultra illum qui sibi debetur in hyeme. Et si ponatur unũ corpus temperatum in æstate habere tãtum gradum caloris sicut hoc in hyeme habebit. Dicitur illud impossibile esse, quia tale non esset temperatum sed lapsum à temperamento. Et hæc responsio mihi multum placet, quam etiam tenere habemus iuxta dicta in secundo articulo. vbi positum est corpora in æstate fore intensiue calidiora q̃ in hyeme. Et notum est ꝙ ita bene procedit septimũ argumentũ contra istã cõclusionẽ sicut cõtra põnẽ primi articuli &c̃. Hæc probabiliter sint dicta.

Quæstio. xxix. Aphor. xv.

VTRVM Tempore hyemis & ueris sit plus exhibendum de cibo q̃ aliis temporibus. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic, quia in æstate fit maior resolutio q̃ in hyeme uel uere. sed cibus debet esse ꝓportionatus resolutioni, igitur &c̃. consequentia nota. & antecedens arguitur ex dictis in sequenti quæstione. s. vtrum in hyeme fiat maior resolutio. Secundo quia in æstate est necessitas maioris refrigerii q̃ i hyeme uel uere, sed cibus est una ex causis nostri refrigerii. igitur debet plus de cibo exhiberi in æstate q̃ in hyeme. patet cõsequentia, & antecedens est de mente Aristo. in de morte & uita. Tertio quia in æstate uirtus est debilior. igitur indiget maiori restauratione consequentia tenet. sed huiusmodi restauratio non fit nisi per cibum exhibitũ. igitur &c̃. Quarto de nutrimento exhibito plus resoluitur & consumitur tempore æstatis q̃ tempore hyemis. igitur ad fiendam restaurationem debitam plus est exhibendum de nutrimento in æstate q̃ in hyeme. consequentia est nota satis. si. n. prçcise tantum exhiberetur cum de eo plus transeat in conuersum tempore ęstatis q̃ tempore hyemis corpus non debite restauraretur.

Quinto in uere minus est exhibendum de nutrimento q̃ in æstate. igitur &c̃. consequentia nota & assumptum arguitur, quia tempus ueris est tempus in quo debent fieri subtractiones ciborum & potuum & minorationes, ut patet per communiter operantes. igitur &c̃.

Sexto tempore ueris est calor debilis respectu materiæ nutrimentalis existentis in corpore. igitur protunc necesse est digtam in corporibus subtiliari. consequentia tenet & antecedens probatur, quia tẽpore hyemis erat tantum nutrimentum quantum calor poterat bene regulare, sed in uere est calor debilior q̃ in hyeme & nutrimentum ęquale. igitur tunc non potest calor illud regulare. tenet consequentia & assumptum patet.

Ad oppositũ est expresse Cõmentator in cõm. 15.

Respondendo ad istam quæstionem primo prçmittã quasdam distinctiones & notabilia. Secundo conclusiones. Prima distinctio. Corporum quædam sunt robusta, quorum calor est aptus tempore hyemis augmentari quantitatiue, quædam sunt debilia corpora seu debilis caloris, quorum calor aptus est minorari tẽpore hyemis, sed fortificari tempore æstatis, ut corpora decrepitorum. Secunda distinctio. Plus aut minus deberi de nutrimento uni corpori uno tempore q̃ altero dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum quantitatem continuam. Alio modo secundum quantitatem discretam, quia. s. dare pluribus uicibus. Tertia distinctio. Indicatio ordinandi digtam potest à pluribus sumi. Primo à uirtute cibi exhibiti immutatiua, quandoq̃ à resolutione quç fit maior uel minor, & sic corpori in quo fit maior resolutio cçteris paribus plus de cibo est exhibendũ. Tertio à plenitudine actu existente, & sic inanito plus debetur de cibo cçteris paribus q̃ pleno. Quarto præmitto ꝙ plus absolute resoluitur de humido in æstate q̃ in hyeme, licet in hyeme plus de substantifico in æquali tempore resoluatur. Item cibatio hyemis non solum fit propter restaurare deperditum humidum. sed propter restaurare plurimum spiritus, qui est opportunus tempore hyemis ad resistendum frigori. Prima conclusio est ista. Corpori robusto in unica cibatione maior debet esse quantitas continua cibi exhibendi tempore hyemis quàm æstatis. Patet, quia calor in illo corpore est fortior & immutatiua fortior. igitur potest obiectum fortius & maius immutare, sed semper obiectum debet proportionari immutatiuç potentiç. igitur &c̃. Nota tamen ꝙ licet ita sit indicatione tamen sumpta à plenitudine minus est de cibo exhibendum uidendo maiorẽ plenitudinem. Item cibus non solum datur ad restaurandum deperdita & dissoluta, sed etiam propter multiplicare spiritus. Corrolarium grossiora cibaria & difficilioris digestionis competũt tempore hyemis quàm (alio eo ꝙ uirtus digesta est fortior. Et intelligitur hoc corrolarium, sicut conclusio prçcedens in corporibus robustis siue fortis caloris. Sed arguitur contra illud corrolarium, quia cibaria frigidiora competunt tempore ęstatis quàm tempore hyemis. igitur competunt grossiora & difficilioris digestionis. consequentia nota & assumptum patet. competit enim usus lactucç tempore ęstatis qui tamen usus non competit tempore hyemis. igit &c̃.

Ad hoc respondetur negando consequentiam eo ꝙ non quilibet cibus frigidior est grossior & difficilius immutabilis. Dico secundo ꝙ lactuca exhibita tempore ęstatis & tempore hyemis melius & citius digeritur in hyeme quàm in æstate, plus tamen confert in ęstate quàm in hyeme rationis operationis, quàm facit à qualitate prohibendo spirituum supercalefactionem & eorum resolutionem, remouendo caliditatem accidentalem quam ponit aer calidus, ideo usus eius est conueniens tempore ęstatis, qui tamen non est conueniens tempore hyemis, in quo nõ est necessitas huius alterationis, ideo nõ sequitur hic cibus demonstrando lactucam est frigidioris complexionis carnibus uitulinis. igitur difficilioris digestionis, lactuca est facilius passibilis à calore corporis ratione modi substantiæ. videlicet. subtilitatis & raritatis Cibum enim aliquem esse facilioris digestionis alio cibo contingere potest ex aliquo istorum, quãdoq̃ enim merito qualitatis manifestç siue quantum ad qualitates manifestas, & sic cibus calidus cibo frigido cçteris partibus oportet esse facilioris digestionis, quandoq̃ ratione modi substantiç, & sic cibus rarior est passibilior & digestibilior, quandoq̃ ratione proprietatis occulte, & sic carnes pullorum & uitulorũ plus nutriunt hominem quam nutriet ipsum herba sicca uel fœnum odoriferum. & panis plus quàm caro cruda, licet n. inter carnes crudas & hominem sit maior conuenientia quantum ad qualitates manifestas q̃ inter hominem &

panem

Aristo: Corpus duplex. Corp dẽri plꝰ aut minus de nutrim̃to dupꝛ. Digeſt di indiciũ à tribus.

panem coctum. non tamē inter hominem & carnes crudas est tanta familiaritas & conuenientia in occulta proprietate quanta inter hominē & panem, quia homo nō debet comedere carnes crudas, licet bonę complexionis sint, quia non habent uerum & debitum modum pręparationis. Secunda conclusio. In corporibus debilis caloris in quacunq; unica cibatione plus est exhibendum tempore æstatis de nutrimento & minus tempore hyemis. Patet, quia in talibus corporibus tempore hyemis est calor debilior & immutatiua debilior, sed in æstate calor eorum est amplior in quanto, & immutatiua fortior. igitur &c̃. cōsequentia tenet ut supra. Ex hac cōclusione sequitur ꝙ tempore hyemis eisdem corporibus subtiliora competunt cibaria q̃ alio tempore per idem.

Tertia cōclusio. Corpora robusta frequentius sunt cibanda tempore æstatis q̃ tempore hyemis. Patet, quia tunc talia corpora sunt resoluta magis & minus de cibo transit in substantiam aliti. igitur indigē æquali uel maiori restauratione, sed hoc nō potest fieri in uice una cum uirtus immutatiua sit debilior. ergo hoc fiet in pluribus uicibus, & per consequens sępius sunt cibanda q̃ titate discreta. Sed contra hanc conclusionem & contra eius probationē arguit̃. Primo. quia ex ipsa seqtur ꝙ talia corpora sunt cibanda anteq̃ famē incurrant. consequens est falsum. probatio consequentię, quia tardius incurrunt hæc corpora famem in æstate q̃ in hyeme, nec sunt cibanda in hyeme nisi appetitum incurrat. igitur &c̃. consequentia nota. & assumptum habitum fuit in quæstione quadam. Secundo arguitur contra probationem. assumitur. n. in probationem ꝙ talia corpora sunt magis resoluta in ęstate quo ad humidum substantificum eorum, quia alias non procederet argumentum. Contra, quia uelocius continue resoluitur humidum substantificum in hyeme q̃ in æstate. igitur in fine hyemis sunt corpora secundum humidum substantificum magis resoluta. consequentia nota & assumptū deductum & concessum fuit in quadam quæstione pręcedenti. Ad primum dicitur ꝙ corpora robusta in ęstate debite recto citius & frequentius incurrūt famem q̃ tempore hyemis, nec supra dicebatur oppositum, sed solum dicebatur ꝙ cęteris paribus. s. in quantitate & qualitate cibi exhibendi, citius incurrunt famem in tempore hyemis. sed si corpora debent bene regi non debēt esse cętera paria minor enim quantitas in una uice debet exhiberi tempore æstatis q̃ tempore hyemis, & cū hoc facilioris transmutationis igitur &c̃. sed corpus robustum in hyeme recipit grossum cibum diu stātem antequam dissoluatur. sed in ęstate debes dare nutrimentum rarum & bene conditum, non tamen grossum. Et ad argumentum conceditur maior si omnia fuerint paria. sed non si utraq; corpora debito regantur regimine conueniente eis secundum diuersa tempora. Ad secundum dicitur negando illam consequentiam. continue in hyeme uelocius resoluitur humidum substantificum q̃ in ęstate. igitur in fine hyemis est corpus robustum magis resolutum. & causa est hic. quia quamuis à corpore fiat uelocior humidi in hyeme resolutio &c̃. cum hoc tamen fit maior & uelocior restauratio, ideo corpus non erit in fine hyemis siccius. Quarta conclusio. Corpora debilis caloris frequentius in hyeme & rarius in ęstate sunt cibanda. Probatur, quia hæc corpora sunt debilia in hyeme & multum cibum in unica uice digerere non possunt. Item ut multiplicetur calor frigori debet resistere, & ut uirtus immutare possit sunt sępius cibāda. Quinta conclusio. In corporibus robustis totalis quantitas exhibendi nutrimenti tempore æstatis in die naturali debet esse maior q̃ totalis exhibēda in hyeme etiam in die naturali. Probatur, quia totale resolutum est amplius protunc. sed exhibitum debet esse proportionale resoluto. igitur &c̃. Item multo maior quantitas spirituum resoluitur & de eo quod exhibetur tunc minus conuertitur, quia plus de eo euaporat & consumitur. Licet tamen teneri possit oppositum. s. ꝙ in hyeme &c̃. quia oportet generari multum sanguinis & spirituum ut frigori melius resistatur. Sexta conclusio. Indicatione sumpta à tempore plus debetur de cibo isto tempore hyemis in corporibus robustis. Patet, quia calor est amplior quantitatiuę & resolutio humidi substātifici maior. Septima conclusio. Corporibus robustis in uere minus q̃ in hyeme & in uere plus q̃ in ęstate uel autumno sumpta indicatione à uirtute uel à resolutione ē de cibo exhibendum. sed non indicatione sumpta à plenitudine tunc existente est plus tempore ueris exhibendum de nutrimento, quia corpora sunt in uere multum repleta. Item in autumno plus in una uice et minus frequenter q̃ in æstate est dandum de nutrimento.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū dicitur ꝙ plus debet̃ in tota die naturali, & diuisim plures & minus in qualibet uice in ęstate q̃ i hyeme. Ad secundum negatur consequentia, & dicitur ꝙ dabitur sibi cibus plus refrigerans minoris tamen quantitatis in ęstate. Vel dic negando consequentiam, immo dabitur plus in hyeme, quia oportet regenerare multū spiritum & sanguinem cum quibus resistatur frigori aeris. Ad tertium dicitur concedendo ꝙ uirtus indiget maiori restauratione secundum quātitatem discretam, quia oportet pluribus uicibus exhiberi. Ad quartum dicitur cōcedendo consequentiam. s. ꝙ plus est exhibendum secūdum quantitatem discretam, sed minus quantum ad cōtinuam hoc est ꝙ tota summa cibi exhibendi in die naturali in tempore æstatis debet esse amplior, sed cum maiori sparsione & in pluribus uicibus exhibita q̃ tempore hyemis. Ad quintum dicitur ꝙ ratione ueris bene multus est necessarius cibus, sed non ratione plenitudinis coniunctę uirtuti tali tempore. adueniente. n. ęstate dubitatur de putredine humorum. ideo Auicē. docet si plus promouet te plenitudo in uere, tūc da minus in uere q̃ in ęstate. Ad sextum dicitur ꝙ ratione plenitudinis non tantum debet dari de cibo sicut in hyeme, quia fieret nimia plenitudo.

Quæstio. xxx. Aphor. xv.

VTRVM Tempore hyemis fiat maior appetitus ad cibum q̃ alio tempore. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo tempore hyemis non fit maior resolutio humidi substantifici membrorum quàm tempore ęstatis sed minor. sed non aduenit fames citius nisi fiat humidi consumptio citius et uelocius. igitur etc̃. consequentia manifesta & assumptum patet experimento. uidemus enim corpora in æstate macrescere, hyeme uero pinguescere igitur &c̃. Secundo si sic, sequeretur ꝙ in corpore hyemis fieret maior appetitus ad potū q̃ in æstate. consequens est falsum & contra experimētum. & consequentia probatur, quia si propter uigorationem calidi tempore hyemis fit uelox resolutio humidi substantifici membrorum & magna consumptio ad quam sequitur magnus appetitus ad cibum, sed cū multo facilius fit humidum roridum resolubile quàm substantificum, multo maior & uelocior fiet humidi roridi consumptio quàm substantifici, sed ad illius consumptionem sequitur sitis, igitur &c̃. Tertio cōfirmatur idem, quia unus de finibus roris est, ut tempore necessitatis. s. inanitionis membrorum conuertatur in cābiū. igitur illo tempore quo frequēter erit membrorum inanitio maior erit & maior conuersio roris in substātiam membrorum siue in humidum substantificum eorum. sed hoc est tempore hyemis si quęstio est uera. igit̃ etc̃. patet consequentia. & assumptum est Auic. primo prima. cap̃. de nutriens masticatione. Quarto ad principale arguitur auctoritate Gal. in cōmento illius decimi quinti aphorismi. uentres hyeme & uere qui ponit in corporibus debilis caloris non fortificari, sed potius appetitum extingui tempore hyemis.

In oppositum est Gal'.in cõmen.pręallegati aphor.

Corporũ calor dupl'r.

In ista quęstione erunt duo articuli. In primo pręmittam quędam notabilia. In secundo ponam conclusiones de quęsito. Primo pręmittendum ꝙ corporum quędã sunt fortis, quędam sunt debilis caloris naturalis. hoc satis patet. Secundo est pręmittendum ꝙ fames siue appetitus ad cibũ cõsequitur resolutionem humidi substãtifici membrorum. Sitis uero consequitur resolutionẽ humidi roridi irrorantis, madefacientis ipsam substantiam oris stomachi. Nota tamen ꝙ neutrum istorum dependet à consumptione aliqua iam facta tanq̃ à causa immadiata, sed mediata quia præter cõsumptionem humidi roridi oportet ponere cõplexionẽ cal'am & siccã tã quam causam ualde minus mediate obiectiue & effectiue concurrentem ad sitim. Quid autem dicẽdum sit de fame satisfuit dictum secundo techni. Tertio præmittendum ꝙ ad fortitudinem appetitus qui dicitur fames non solum requiritur uelocitas & magnitudo resolutionis, sed bonitas dispositionis uirtutis sensitiuæ oris stomachi. Adiuuat etiam fortitudo uirtutis attractiuę mẽbrorum a uenis. venarum ab hepate & meseraicarũ ab ore stomachi. Ita ꝙ cæteris paribus in resolutione humidi substãtifici in corpore in quo uirtus sensitiua oris stomachi esset melius disposita ad sentiendum aut meseraicæ essent fortioris uirtutis attractiuæ fortior & intensior causaretur appetitus ad cibum.

Famis & sitis modus

Prima conclusio. In corporibus in quibus naturalis calor est multum debilis, in hyeme est minor & tardior appetitus ad cibum adhuc est ad potum q̃ in alĳs temporibus. Probat', quia calore existente debili à frigore hyemis non fit eius confortatio, sed potius remissio. vnde talis calor sopitur & paucificatur, & per consequens impotentior est resolutionem causare tã humidi substantifici q̃ roridi. ad quorum consumptionẽ sequunt' appetitus iã dicti. ideo &c̄. patet consequentia & assumptum similiter. Item quia in talibus uirtus sensitiua oris stomachi est sopita & habens iõ &c̄. Secunda cõclusio. In corporibus robustis & fortis caloris appetitus ad cibum est maior tempore hyemis quàm tempore æstatis. Probatur, quia tunc est calidum naturale amplius in quanto multo, & in interioribus magis unitum & humido substãtifico mẽbrorum melius applicatum igitur tunc maiorem & ualociorem humidi substantifici causat resolutionem, sed cæteris paribus ad maiorem & ualociorem humidi substãtifici resolutionem, sequit' maior appetitus. igit' &c̄. patet consequentia & assumptum ex dictis. In quo autem tempore fiat absolute humidi substãtifici maior resolutio uidebitur in quæstione. Item quia tẽpore hyemis est uirtus sensitiua oris stomachi melius disposita cum habeat instrumẽtum suum. s. spiritum melius dispositum. Similiter quia tunc uirtus attractiua hepatis à stomacho mediantibus meseraicis est fortior ideo &c̄. tota consequentia patet & assumptum similiter. Tertia conclusio. Corpora robusta superius dicta uelocius & maiorem incurrunt famem tempore ueris q̃ æstatis. Patet per ea quæ statim etiam tacta sunt in probatione præcedentis conclusionis. Quarta conclusio est. Corpora debilis caloris uelocius & maiorem incurrunt appetitum ad cibum tempore ueris q̃ tempore hyemis uel æstatis. Patet, quia isto tempore est calor confortatiuus caloris debilis, quia non tantus ꝙ resoluat, nec ita modicus ut extinguatur. ideo &c̄. Quinta couclusio & principalis est hæc. Corpora robusta superius dicta tardius & minorem incurrunt sitim tempore hyemis & adhuc ueris q̃ tempore æstatis. Probatur. Primo, quia tempore æstatis est calidum extrinsecum forte à quo multum resoluitur humidum irrotatiuum et madefacies substãtias membrorum. Similiter tunc aer est calidus ualde minus potens membris exhibere refrigerium q̃ in hyeme unde necessitas est maioris quantitatis potus refrigirantis. Ad quod adiuuat etiam retentio humiditatum facta tempore hyemis madefacientium membra.

Sed circa hęc dicta insurgunt dubitationes quædam. Primum dubium est. Supra dictum est ꝙ ex consumptione humidi substãtifici causatur fames, sitis uero ex consumptione humidi roridi. cum igitur humidum roridum sit subtilius & resolubilius & à calido passibilius q̃ substantificum, uidetur ꝙ citius resoluatur roridum & per consequens ab intra citius causabitur sitis quã fames, quod est contra experimentum. Confirmatur per argumentum unum tactum ante oppositum. ex quo resoluto humido substantifico attrahit ros ad membra statim cum membra sint inanita debet ros attrahi & conuerti, & per cõsequens causari sitis. Secundum dubiũ est. Quare per calorem extrinsecum puta exercitiĳ uel laboris aut solis magis causatur, & citius sitis quàm fames. Ad primum dicunt quidam ꝙ licet humidum roridum sit subtilius & facilius resolubile absolute q̃ humidum substantificum, quia tamen humido substantifico melius applicatum est calidum naturale q̃ humido rorido ideo uelocior est actio qua consumit calidum naturale humidum membrale q̃ actio qua resoluit humidum roridum, ideo nõ ualet argumentum resolubilius & subtilius est humidum roridum q̃ humidum substãtificum. igitur citius est resolutum &c̄. quia non sunt cętera paria ut patet. ideo &c̄. Ad confirmationem dicitur ꝙ non prius tempore ros incipit attrahi ad membra facta inanitione q̃ incipiat fieri membrorum attractio à uenis, & uenarum ab hepate &c̄. statim. n. cum membra inanita sunt attrahunt rorem & euacuantur porositates membrorum quę erãt rore repletæ, & per consequens attrahunt à capillaribus uenis & uenæ ab hepate & hepar à stomacho mediantibus meseraicis, & per consequens tunc fit suctio ad quam sequitur fames.

Ad quod etiam concurrit ꝙ non statim attracto rore causatur sitis, sed adhuc oportet in ore stomachi acquiri complexionem calidam & siccam ad quam sequitur sitis. ideo. Aliter dicunt quidam ꝙ natura non statim facta membrorum inanitione totum attrahit rorem. intendit. n. natura utriq; fini inquantum possibile est per rorem satisfacere. s. membra irrorare & cibium imponere ideo pars roris attrahitur ad membra ad nutriẽdũ & pars derelinquitur ut irroret membra & madefaciat ideo &c̄. Sed contra istam responsionem arguitur, quia calor naturalis roris attractiuus est rori sufficienter approximatus & sufficienter attrahibilis est ros per actionem caloris & est calor agẽs mere naturale in tali actione, & ros est passum mere naturale igitur seq̃' ꝙ ipsius roris totalis fiat attractio, & per cõsequens. Sed ad hoc posset probabiliter dici ꝙ argumentum concludit nisi uirtus membri retentiua resisteret illi attractioni transeat hæc responsio quantum potest, quia primum argumentum uidetur probare Ad secundum dubium dicitur ꝙ calor ab extrinseco ueniens, ut puta ab exercitio uel laborem non melius applicatur humido substantifico q̃ rorido, eo ꝙ talis calor prius accenditur in spiritu influente aut humoribus q̃ in membris. ideo cum ros sit humiditas facilius ualde resolubilis q̃ substantificũ humidum membrorum, a tali calido facilius resoluitur ros, & per consequens facilius & citius causatur sitis q̃ fames. Et sic patet ꝙ ab intra citius causatur fames q̃ sitis, & econtra ab extra. Sed contra primum superius assumptum. s. ꝙ calor naturalis est magis applicatus humido substantifico quàm rorido &c̄. Contra, quia ex isto sequitur ꝙ facilius aduenirer tertia species heticę quàm prima uel secunda consequens est falsum ut patet. & arguitur cõsequentia, quia per calorem heticæ plus & magis consumitur humidum substantificum quàm humidum roridum eo ꝙ talis calor fundatus est in substantia membrorum uel in substantifico humido, ideo facilius & fortius consumitur humidum substantificum quàm roridum, sed tunc est tertia spẽs heticę, ideo &c̄. Item

quia

quia non apparet uerisimile, ꝙ quantumcunq; melioretur applicatio caloris naturalis ad humidum substantificum ossis, ꝙ illud facilius & citius resoluatur q̃ resoluatur ros cum ista applicatione. igitur &c. Ad hęc dubia respondetur. Ad primum dicitur negando consequentiam. & concedit̃ ulterius ꝙ à calido heticę uelocius consumitur humidū substantificum q̃ roridum et negatur consequentia igitur citius aduenit tertia species heticæ. Et causa est, quia q̃uis uelocior procedat resolutio in substantifico q̃ in rorido, citius tamen manifestat̃ humidi roridi consumptio q̃ substantifici cum multo maioris quātitatis sit substantificū quàm roridum. Et ideo propter hoc ponimus & ponunt medici in prima specie heticę consumi roridum. unde non est imaginandum ꝙ in aliqua specie heticæ non fiat humidi substantifici consumptio immo in qualibet. sed quia prius manifestatur roridi consumptio dicimus prius aduenire primam speciem qua consumitur ros. cōsequenter autem rore quasi totaliter consumptio, quia. s. modica & insensibilis pars eius remanserit in membris, quia semper adhuc remanet aliquid, cum tamen illa quantitas roris non est manifesta, tunc solum manifestat̃ nobis consumptio substantifici. & hæc uocatur tertia species heticæ. Ad secundum dicitur ꝙ sicut substantificū ossis densius est substantifico aliorum membrorū, ita ros proportionabiliter substantifico ossis grossior est quàm ros aliorum membrorum, ideo &c. Et hoc dico probabiliter non assertiue.

Ad illud de fame & siti posset etiam dici ideo citius causari famem, quia ut causetur fames nō oportet multam magnam quantitatem humidi substantifici oris stomachi deperdi. quia quamcito fit ab eo suctio & impressio in eo ab humore melancholico fit sensatio. Sed ad hoc ut causetur in eo sitis oportet in eo tantam deperdi quantitatem roridi ꝙ quasi sit ipsum exiccatum, quia scilicet non madefactum, & ultra hoc in eo poni complexionē calidam &c. ut alis dictum est.

Ad argumenta deducta ante oppositum satis patet solutio. Et hæc de quęstione &c.

Quæstio. xxxi. Aphor. xv.

VTRVM tempore hyemis fiat maior resolutio q̃ tempore æstatis. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo plus debilitātur corpora tempore æstatis quàm hyemis. Et talis debilitas non est sequens aggrauationē. immo inanitionem, & per consequens fit resolutio & inanitio maior tempore ęstatis q̃ hyemis. tota consequentia uidetur nota cum antecedente. Secundo isto tempore. s. æstatis ad sensum patet corpora maxime macrescere & extenuari. ideo &c. patet consequentia. & assumptum similiter. Tertio principaliter sic arguitur. si qō esset uera hoc maxime contingeret propter uigorationē calidi factam à contrario circundante ipsum consequēs est falsum ut ꝓbabitur. & consequentia satis patet. sed falsitas cōsequentis arguit̃, quia sicut calidum magis uigoratur à circunstante frigido, sic ab eodem magis clauduntur pori, sed sicut pori magis claudunrur, sic magis resolutio prohibetur igitur à primo sicut frigidum circunstans uigorando uelocitat resolutionē, sic constringendo eam retardat, & per cōsequens &c. Quarto qa totum corpus & humores sunt magis parati ad resolutionem tempore ęstatis quàm tempore hyemis. igirur &c. patet consequentia & assumptum similiter satis patet. Quinto sic se uident̃ habere adinuicem tempora anni sicut naturales cōplexiones, sed à complexione calida fit resolutio maior quàm à frigida. igitur & à tempore anni calido. Item quia calor ęstatis uidet̃ se habere ad calorem hyemis sicut calor febrientis ad calorem sani. sed multo plus resoluit calor febriētis q̃ sani. igitur plus resoluit calor æstatis q̃ hyemis. patet consequentia & totum argumentū sequitur ex dictis. Sexto ad idem uidetur facere auctoritas Auic. primo secunda doct. secunda cap̄. 6. ubi expresse ponit ęstatem debilitare operationes propter magnam resolutionem. Similiter. 4 prima. cap̄. de cibatione febricitantium uoluit ꝙ hyems ꝓpter paucitatem resolutionis indiget pauco cambio. Ad oppositum uidetur esse intentio Gal. in commento illius aphorismi. 15. Venttes hyeme. Auicē.

Respondendo ad istam quęstionem primo tangam responsionē cuiusdam doctoris qui nititur communi modo respondendi. Secundo tāgam quendam alium modū respondendi probabilem ad quęstionem.

Quantum ad primū articulum sunt p̄missa & conclusiones. Primo p̄mittit doctor ille ꝙ hic terminus resolutio pōt sumi multipliciter. Primo pro corruptione quacunq;. Secundo pro rarefactione. & allegat pro prio cōmentū. 13. particulę tertię apho. pro secundo Auic. secunda primi. doc 2. cap̄ 3. istis modis non sumit̃ hic. Tertio modo sumitur resolutio pro separatione sup̄fluitatum cuiuscunq; digestionis à iuuatiuo. Quarto pro quacunq; cōuersione humoris in uaporem, siue sensibiliter siue insensibiliter expellendi. Quinto solū pro cōuersione humoris in uaporē insensibiliter expellendi, & istis tribus ultimis modis sumit̃ in proposito. Secundo p̄mittit ꝙ resolō tertio & quarto modis dicta est duplex. Quędā indicans necessitatem cibationis, & possibilitatem restaurationis, sicut quæ fit à calido naturali ut naturalis est. Quędā quæ non indicant prædicta ue facta à calore p̄ter naturā. Tertio pręmittit ꝙ resolutio potest dici fortis. Primo, quia. s. per eam fit separatio multi nocitiui à iuuatiuo ut tertio modo aut ut quarto modo uel quinto, quia. s. per eam multa materia in uaporem conuertit̃. Quarto p̄mittit ꝙ hæc consequentia non ualet. calor est intensior. igitur potentior ad resoluendū, cum in mala complexione calida hepatis contingat sanguinē generari aquosum, ubi non sic generabatur tempore sanitatis. patet etiam in tympanitico febriente aut ascytico. Quinto p̄mittit ꝙ expulsio superfluitatū per propria conuenientia loca fit solum à calore naturali per se & non per accidentali calore. & hoc intendebat Gal. in cōmento dum dixit resolutionē fieri solū à calore naturali. omnis enim actio naturalis fit per se ab aīa mediante suo instr̄o naturali &c. Prima conclusio. Capiendo resolōnem pro separatione superfluitatum & ipsarū expulsione à iuuatiuo, maior est resolutio tempore hyemis q̃ ęstatis. Patet, quia ista fit à solo calore naturali q in hyeme est ualde potentior. igit̃ etc. Reso lo quntupliciter. Auicē.

Secunda conclō. Resolutio quę est absolute conuersio in uaporem cuiuscunq; rei fit maior in æstate. Patet p aliqua argumenta adducta ante oppositū. Tertia conclusio. Resolutio materię insensibiliter expellendę & à bona separandę est fortior in hyeme. Probatur, quia in isto tempore uirtus est fortior, ideo subtile insensibiliter expellendū & separandū à iuuatiuo melius separat̃ & insensibil̄r expellitur q̃ tempore ęstatis, cū tunc uirtus debilior & īpotentior sit ad separandū nocitiuum à iuuatiuo &c. Quarta conclō. Sequit̃ ꝙ in multis resolutio occultior est in hyeme q̃ ī ęstate. Illud patet. multa. n. insensibiliter eūantur in hyeme quę manifeste & per sudorem eūantur in ęstate. Itē cum calidū sit potentius in hyeme facit meliorem sequestrationē eius quod debet insensibil̄r expelli supra quod taliter separatū maius habet dñium calidū forte hyemis q̃ calidum æstatis supra ipsum multū sequestratū. Quinta conclō. Probabiliter teneri pōt ꝙ si in eandem materiam p̄cise ageret calor æstatis & in hyemis, occultior esset resolutio prouentens à calido ęstatis. Sexta conclō est. Licet absolute maior sit resolutio in ęstate q̃ in hyeme, resolō tamen indicans de cibatione & restaurationis possibilitate uidet̃ esse maior tempore hyemis. Et istam cōclusionem uisus est uelle Gal. Et arguitur quia talis fit à calore naturali inquantū naturalis est fortior. igitur &c. patet consequentia & assumptum satis patet.

Quantum ad secundū capiendo resolutionem prout

eſt cuiuſcunq; humidi in uaporem conuerſo ſunt notata & concluſiones. Primo pmitto ꝙ non ſemper ad calidum fore intenſiue maius ſequitur ipſum eſſe potētius ad reſoluendum, etſi in alijs ponatur paritas. Notum eſt enim ueotoſitatem minus poſſe reſolui in tympanitico febriente q̃ in ipſomet ſano quantumcūq; in eo ſit multo intenſior caliditas. Item quia quandoq; à mala complexione calida hepatis generatur aquoſitas quæ tempore ſanitatis non generabatur, ideo &c. Secundo pmitto ꝙ quanto calidum eſt potentius ad reſoluendum tanto cęteris paribus eſt eius reſolutio magis occulta, quia ſi eſt potentius tunc plus ſubtiliat materiā, & diſponit ipſum ad reſolutionem. Et per reſolutionē magis occultā intelligendo illam in qua conuertitur reſolutum in rem minus manifeſtam & minus ſenſibilem quia .ſ. in uaporem ſubtilem. & hoc cęteris paribus in tempore reſolutionis & alijs. Tertio pręmitto ꝙ humidum membrale eſt cęteris paribus denſius & difficilius reſolubile quàm nutrimentale ſibi proportionabile uel correſpondens. Et dico notanter proportionabile, ut patet, quia non repugnat aliquod nutrimentale humidum ut oſſis, aliquo ſubſtantifico eſſe denſius & minus reſolubile, ideo dicitur ſibi proportionabile, q̃a comparatur humidū ſubſtantificum membri ad nutrimentale eiuſdem membri cum cęteris paribus. Quarto pmitto ꝙ corpore naturaliter ſe habente ſecundum totius habitudinem, ſtatim facta membrorū inanitione inſurgit appetitus ad cibū. Ex quo patet ꝙ ubi maior eſt et uelocior membrorū inanitio & reſolutio corpore ſe naturaliter habente ibi uelocius & citius cauſatur fames & econuerſo. patet ſatis.

Calidi ī corpore rẜolō triplex. Hūidi ſubſtātifici minoratio triplex.

Prima diſtinctio. A calido tam extrinſeco q̃ intrinſeco in nobis contingit tripliciter corporis reſolutio. ſ. Primo ſpiritus & caloris naturalis. Secundo humidi nutrimentalis non conuerſi. Tertio adueoit humidi ſubſtantifici reſolutio. totū hoc ſatis patet. Secunda diſtinctio. Minoratio humidi ſubſtantifici membrorū in uno corpore magis q̃ in alio poteſt tripliciter contingere. Primo propter actionem & reſolutionem fortiorem & uelociorem prouenientem à calido in humidum. Secundo propter reappoſitionē eius quod reſoluitur eſſe minorē ſiue reſumptionem uel reſtaurationem. Tertio propter utrāq; ſimul. Exēplū primi, ut in cholerico dicimus humidum continuè plus minorari q̃ in phlegmatico uel in temperato. Exemplum ſecundi, ut in ſene plus continue minoratur humidū ſubſtantificum q̃ in iuuene. & hoc nō propter reſolutionē eſſe fortiorem cum ſit in eo multo debilior, ſed propter reſtaurationē eſſe minorem reſpectu ſuę reſolutionis q̃ in iuuene. Exemplum tertij ſicut in cholerico reſpectu ſanguinei. Prima concluſio. Tempore æſtatis magis fit ſpiritus et caloris reſolutio q̃ tempore hyemis. Probatur primo per Gal. in cōmento pallegato. Similiter quia poroſitates corporis ſunt latiores. Similiter experimento patet omnes operationes quę mediante ſpiritu perficiunt fore imbecilliores. Secunda concluſio. Maior eſt reſolutio & conſumptio nutrimentalis humidi non conuerſi tempore æſtatis q̃ hyemis. Patet, quia à forti calido extrinſeco trahuntur ſanguis & humiditates alię corporis ad circuoferentiā eius, & cū hoc latę ſunt eius poroſitates & totum corpus euaporationi paratum maxime eſt. igitur &c. Item experimento patet maximam humiditatū quantitatem illo tēpore per ſudorem expelli, igitur &c. Ex his complexionibus infero primo ꝙ eadem quantitate uel æquali nutrimēti corpori oblata tempore hyemis et tempore ęſtatis cæteris paribus minor eſt quantitas eius quod cōuertitur in humidum ſubſtantificū tempore æſtatis q̃ tempore hyemis. Patet. primo quia maior eius pars reſoluit in æſtate. igitur cæteris paribus minus de eo conuertit. Item quia calor naturalis potentior eſt in hyeme, ideo aliquam partem illius nutrimenti conuertet aut ad benignum deducet, quam non ſufficit in ęſtate calor conuertere aut ad benignum deducere. Secūdo ſequitur ꝙ cęteris paribus citius completur digeſtio tempore hyemis q̃ æſtatis. & hoc totum intelligi debet in corporibus habentibus calorem fortem. Tertia concluſio. Probabiliter ponitur ꝙ in corporibus robuſtis debite rectis, & tēporibus naturam ſuam ſeruātibus plus in æquali tempore reſoluitur de humido ſubſtātifico tempore hyemis q̃ tempore ęſtatis. Hęc cōcluſio perſuadet, quia ſtantibus conditionibus iam dictis frequentius multo incurrunt corpora famem in hyeme q̃ ęſtate. igitur uelocius fit humidi ſubſtantifici membrorū conſumptio neceſſitās ad famem. patet conſequentia ex dictis ſupra, & aſſumptū docet experimentū. Item iſtam concl'onem uiſus eſt uelle Gal. in litera cōmenti. In quibus temporibus ſi pauca diſſoluatur non multus cibus eſt eis dandus, cū cibus ad diſſoluta recuperanda ſit neceſſarius etc. Et intra qd', oſtendit neceſſitas reficiendi. ideo &c. Et tota cauſa huius eſt, quia potiſſima cā reſolutionis humidi naturalis in corpore naturaliter ſe habente eſt calidū naturale aggregatum. ſ. ex innato & influente ſpiritu & calore cōplexionali membrorū ſubiectiue ſ. exiſtente in membro. unde aduenıente hyemis frigiditate multum multiplicatur & in quanto augetur, & unitur totum aggregatum ex caloribus iam dictis circa ſubſtantiā membri, ſcilicet in poroſitatibus eius. Unde rōne tam multitudinis caloris influentis q̃ rōne eius unionis in interioribus membri ſimul cum calore innato & complexionali, & per cōſequens fortificationis quam etiam rōne melioris applicationis fortificatur multum actio caloris in humidum ſubſtantificū membri, & ſic fit maior eius cōſumptio. Licet etiam cum pdictis poſſumus addere gradualem intenſionē quæ fit per antiparistaſim. In æſtate autem econtra contingit. licet enim forma caliditatis et ſpiritus & adhuc membrorū fiat intenſior, minoratur tamen multū quantitas ſpirituum & rareſiunt & expanduntur & non uniuntur, & per cōſequens eorum actio in humidum debilitat, & cum hoc actio medij penetrās non eſt multum ad profundum niſi mediante caliditate quam ſpiritui cōmunicat, ideo uidetur ꝙ multo tardior eſt actio caloris qua reſoluit humidum ſubſtantificum tempore ęſtatis q̃ tempore hyemis. Ex iſta concluſiōe ſequitur primo ꝙ cā quare plus macreſcunt ſiue extenuantur corpora in æſtate q̃ in hyeme non eſt, quia uelocior & maior ſit humidi ſubſtantifici reſolutio, ſed q̃a tunc eſt minor nutrimentalis humidi in ſubſtantificum conuerſio. unde ſimul cum reſolutione quę tunc fit minor remanet quantitas humidi ſubſtantifici quàm tempore hyemis recte ſicut ſupra de ſene exemplificaī. Sequitur ſecundo ꝙ ſtante ęquali corporis inanitione hyeme & æſtate merito conſumptionis humidi ſubſtantifici difficilius tolerabit corpus ieiunium in hyeme quam ęſtate. Sequitur tertio ꝙ hęc conſequentia non ualet. in ęquali tempore plus minoratur humidum ſor. q̃ humidū platonis. igitur uelocius reſoluitur. in caſu. n. eſt antecedens uerum & conſequens falſum, ut patet ex dictis. Quaſi infinita alia inferri poſſunt ex iſta imaginatione. Et forte ꝙ iſtam pōnem ſenſit Gal. in cōmento. 15. dum uidebatur dicere ꝙ reſolutio occulta quę fit à calore naturali eſt illa quę indicat neceſſitatē refectionis. Et tu bene conſidera ad hæc. Quarta cōcl'o principalis. Cū dictis ſtat ꝙ tota quātitas eius quod reſoluitur in hyeme eſt multo minor quàm tota quantitas quę in ęſtate reſoluit. Iſta concl'o ſatis patet ex dictis &c.

Ad argumenta principalia rñdetur. Ad primū conceditur ꝙ maior ſit corporis inanitio & debilitatio tēpore ęſtatis &c. tamen ex iſto non ſequitur reſolutionē humidi ſubſtātifici à calido fore maiorem aut ueſociorem ut patet ex prædictis. Ad ſecundum patet ex dictis in qōne. Verum eſt enim ꝙ macrefactio conſequitur reſolutionem, ſed maior macrefactio non conſequitur maiorem reſolutionē ſolum, ſed etiam deteriorem reſtaurationem.

rationem. Ad tertium dicitur concedendo causam &c. fore calidi interius fortificationē. Et cum arguit ꝙ nō, quia quantū iuuat frigus ad resolutionē propter calidi fortificationem, tantū impedit resolutionē propter pororum clausionē. Dr̄ hoc negando. non enim per poros solum fit eūo eius quod insensibiliter euaporat, sed per expirationes. Et alię multæ fumositates capinosę in hyeme miscent cum anhelitu. ideo expiratio est grossior, & non est ꝑpter aerem grossiorem &c. Vel dr̄ ꝙ calidum fortificatū potens est in dilatando poros dilatatione sufficiente ad euaporationē eius quod insensibiliter expellitur. Ad quartum satis patet ex qōne quid sit dicendū.

Ad quintum dr̄ ꝙ ista similitudo naturaliū complexionum & temporū anni non est admittenda, quia claudicat. secus est enim de compl'onibus anni & de cōplexionibus corporū. nam caliditas temporū est extrinseca, caliditas autem corporis est intrinseca quę fortificat calorem. sed tempus calidū non fortificat calorem. Ad confirmationem dr̄ ꝙ licet in aliquo similitudo teneat, non tamen ex toto tenet enim quantum ad hoc quod est esse mite uel acutū, sed non tenet in alijs. Ad auctoritatem primā Aui. dr̄ ꝙ ipsa repugnat dictis in qōne nō enim debilitat corpus absolute magis ꝑpter solā substantifici humidi resolutionē, sed etiā propter resol'onem calidi naturalis & spūs & humorū & paucitatē restaurationis.

Auctoritas uero allegata eiusdē prima quarti. ca. de cibatione febricitantiū. persuadet ꝙ minori humectatione indiget corpus in hyeme ꝑpter absolute corpus minus exiccari. & hoc non est contra dicta in qōne.

Quæstio. xxxij. Aphor. xv.

VTRVM tēpore hyemis in corporibus robustis stante debito regimine melior. fiat & maior restauratio q̄ in tempore æstatis. Arguit multipliciter ꝙ nō. Primo, quia tunc posset humidum perfectius q̄ fuerit pręexistens resolutū restaurari. cōsequens est falsum, ut colligitur primo prima. cap̄. de ętatibus. & primo tertia. cap̄. 1. & consequentia arguit. quia si melior sit restauratio, igitur sit melioris humidi. & per consequens &c. Auicē.

Secundo sequit ꝙ melius possit restaurari humidū in sene q̄ fuerit in ipsomet iuuene, ponendo. s. finem iuuentutis esse in ęstate & ꝙ in principio sequētis hyemis adueniat principiū senectutis. Et patet deductio argumenti. Tertio ad principale arguitur. sequitur ꝙ in iuuene possit fieri uera diminutio corpore naturaliter per suas ætates decurrente. & arguitur cōsequentia, quia tempore iuuentutis uirtus in hyeme restaurat p̄cise tantū q̄tum resoluit in eodem, quia al's cresceret. sed multo minus restaurat in ęstate q̄ hyeme, non facta in ęstate resolutione minori, igitur minus restaurat uirtus in iuuētute q̄ resoluat, sed quandocūq; ita est aduenit uera diminutio. igitur &c. Et per simile argumentū deducit in pueritia fieri uerā diminutionem, quia si in æstate sit minor restauratio q̄ in hyeme sit illa in sexquialtera minor. et ponatur puerū in hyeme restaurare in sexquitertia q̄ pro tunc resoluat in eodem. Et arguitur sic adueniente ęstate in hoc puero ut sor. gratia exempli, minorabitur restauratio ad sexquialterā ęquali resolutione manente, sed prius erat restaurationis ad resolutionem proportio sexquitertia. igitur &c. Et arguat sic, sit nūc hyems in qua restaurationis ad resolutionē sit sexquitertia proportio in sor. in quo in ęstate in sexqaltera minus restaurabitur q̄ nunc. Et arguitur sic. huius restaurationis ad hanc resolutionem est proportio sexquitertia. sed hic restauratio fiet minor resolutione, & per consequens &c. Et per idem arguitur ꝙ in pueritia pōt esse uera consistentia. Quarto si quęstio esset uera, sequeretur ꝙ in ętate senectutis posset fieri uerum augmentum. consequens est falsum ut patet. Et arguit consequētia, ponendo fortis iuuentutē terminari in fine autumni uel in medio hyemis. & sit primū instans senectutis. a. Et arguitur sic. imediate post. a. in sor. erit uirtus in certa ꝑportiōne potentior ad restaurandū q̄ fuerit in æstate. sed in æstate erat potens restaurare tantum quantum tunc deperdebatur, eo ꝙ tunc erat ętas consistentię sor. igitur &c. patet consequentia. & assumptū intelligenti.

Forte dicetur negādo assumptū, quia imediate post. a. erit sor. senex. igitur. Contra. imediate ante a. erit uirtus in sor. in certa ꝑportione potentior ad restaurandū q̄ in tempore ęstatis, sed nulla in ꝑportione minus potens erit uirtus sor. imediate post. a. q̄ imediate ante fuerit. igitur &c. patet cōsequentia & totum assumptū satis notum est intelligenti. Quinto sequitur ꝙ alicuius indiuidui totalis uitę perduratio esset maior ꝑduratione alterius, cuius tamen ętas adolescentię non foret maior ętate adolescentię eiusdem. consequens falsum, eo ꝙ eadem debet esse ꝑportio partis ad partē & totius ad totū. Et arguitur cōsequentia, ponendo sor. debere esse lōgioris uitę q̄ plato. per annum, ita ꝙ ętas adolescentiæ sor. debet excedere ętatem adolescentię platonis per tres menses, & cōsistentia consistentiā &c. terminetur adolescentię platonis in fine ueris. & fuerint orti in eodem instanti sor. & pla. Et arguitur sic, in eodem instanti terminabitur augmentū sor. & platonis. igitur &c. assumptum arguit quia post finē ueris non augebit, eo ꝙ post finem ueris succedit ęstas in qua minus restaurabit etc. sed elapsa æstate erit ætas crescentiæ sor. elapsa igit &c. patet consequentia cum antecedente.

Ad oppositum eorum quę arguta sunt uidet sententia Hip. in illo apho. primę particulę. Ventres hyeme et uere. s. apho. 15. Et Gal. expressius in cōmento.

Respondendo ad hanc quęstionem talem seruabo ꝑcessum. Primo præmittam quędam p̄ambula. Secundo ponam conclusiones responsiuas ad quæsitum.

Quantū ad primum sunt quędam p̄mittenda. Primo p̄mitto: per ętatem pueritię in proposito intelligere debemus ętatem illā in qua merito ꝑportionis uel habitudinis calidi naturalis ad humidum potens est calor in subiecto in eadē mensura conseruari, & subiectū suum est ad maiores dimensiones extensibile. E contra per ętatem senectutis ętatem in qua nec subiectum sub ęqualibus dimensionibus, nec calor sub ęquali mensura aptus est cōseruari merito proportionis calidi naturalis ad humidum naturale. Per ętatem uero iuuentutis debemus intelligere ętatem in qua merito proportionis calidi etc. aptus est calor sub eadem graduali mensura conseruari, licet non sit aptum subiectū extendi. Ætas pueritię senectutis, et iuuētutis q.

Secunda pręmittendū principaliter est ꝙ cæteris paribus in corporibus robustis stante regimine cōuenienti &c. calor naturalis potentior est in hyeme ad transmutandū nutrimentum in substantiā nutriti, & per cōsequens ad restaurandum & nutriendū q̄ tempore æstatis uel alio tempore. Patet ex p̄cedentibus quęstionibus. E contra autē tempore ęstatis & autumni. Ex quo sequit ꝙ cæteris paribus maior sit restauratio in tempore hyemis in corporibus iam dictis q̄ in tempore ęstatis uel autumni. Et est conclusio responsiua ad quęsitum. Et dixi notāter cæteris paribus, quia quantūcunq; deterius tempus anni sit autumnus uel æstas q̄ hyems, nulli tamē dubiū in ęstate p̄cedente aut autumno melius restaurari humidū in sor. & quocunq; quàm in hyeme sequente, cum continue restauraretur terrestrius, licet sor. in æstate & autumno deterius restauretur quàm restauraretur si pro tunc in tali puncto, scilicet suæ ætatis ipse esset in hyeme. Et ex isto sequitur primo in casu aliquod corpus in aliqua sua ętate esse situandū in aliquo tempore anni, in quo si aliud esset tempus anni nō foret situandū, sed forte in ulteriori uel anteriori ut sit sor. in fine sue pueritiæ existēs uel iuxta per mensem. si superueniat hyema in hoc mense, per totum hunc mensem durabit sua pueritia. ꝙ si superueniret æstas minus duraret quàm tunc cæteris paribus eo quòd restauraretur humidum deterius, & per cōsequens minori tempore permaneret pro-

portio calidi ad humidũ in pueritia requisita. igitur etc. patet consequentia cum antecedente. Similiter uice uersa superueniente æstate debeat sortis pueritia durare per mensem unum ęstatis. Et arguitur sic. si superueniret hyems duraret pueritia in sor. per maius tempus q̄ nunc durabit cum istis circunstãtijs. sed nunc per mensem. igitur sic ꝙ per duos duraret. & patet ꝙ in secundo mense erit sor. consistens in quo tñ ipse esset puer si superuenisset hyems, & non superuenisset ęstas. Et ex hoc tanq̄ ex fundamento ulterius sequit̃ in casu hãc conclusiõem fore concedendã, cũ ęque bono humido à principio generationis contracto generatus est sor. sicut pla. & uterq; est in regione temperata. & nihil extrinsecum accidentale superuenit. & decurret uterq; naturaliter p omnia tempora anni & per suas ętates. & tamen diutius durabit pueritia in sor. q̄ in pla. Ponatur. s. sor. nasci in principio hyemis & plat. in principio ęstatis. & debeat pla. pueritię ętas durare per. 20. annos & mensem unũ. & sor. pueritię per aduersariũ similiter. & sit. a. instans initiatiuũ ultimę æstatis pueritię pla. & b. instãs initiatiuum ultimę hyemis pueritiæ sor. Et quęritur utrum fortis erit uirtus restaurатiua pla. in. a. sicut sor. s. b. uel non. Si dr̃ ꝙ non & continue pla. deterius restaurabit quàm sor. igitur citius &c. Si dr̃ ꝙ sic, arguitur tunc ultra. continue fiat in sor. melior restauratio humidi q̄ in pla. & cętera sint paria. igitur longiori tp̃e permanebit proportio calidi ad humidum &c. Forte dicetur uirtutem esse fortiorẽ in pla. quoniã immediate p̃cessit uer, & in sor. ęstas et autumnus. Contra. ponatur casus qui est de medio instãti hyemis æstatis uel adhuc autumni. Item per plures ęstates transiuit in fine pueritię suę pla. quàm sor. si fiat argumentũ de medio instãti autumni & medio hyemis, ut patet. Ex quo ulterius sequitur ꝙ longiori tempore durabit uita sor. q̄ pla. igitur pueritia erit maior pueritia. Et ꝙ non uniuersal'r eadem est proportio totius ętatis ad quãlibet eidem in sua denominatione correspondentẽ. Et infinita his similia possunt concludi ut patet intelligenti. Tertio præmittendũ ꝙ non ad quodlibet restaurari plus de perdito. sequitur corpus augeri, nisi ponatur hoc fieri ꝓportionabiliter secundũ tres diametros, & concurrente motu extensionis, puta rarefactionis ipsorum membrorum. Vbi enim hoc non fiat non erit augmentum motus.

Al's complebo q̃onem istam. Nunc non habeo animũ conuenienter aduertentẽ. Nunc tamen mihi occurrit probabiliter posse sustineri ꝙ per totam ętatem consistentiæ possibile est fieri augmentum in hyeme uere & æstate ueram diminutionem Et adhuc forte tolerabile foret in principio principij senectutis, si ipsa inciperet in hyeme, & esset corpus robustum. Et consequenter diceretur ętatem pueritię taliter contra ętatem consistentię esse distinguendã, quia in pueritia potest fieri augmentum &c. ultra uel præter illud quod in corpore aptũ est cõtingere merito temporis anni, in cõsistentia uero nõ. Propter quod in pueritia dicimus esse possibilem motũ augmenti. s. deducto iuuamento temporis anni, & merito solius proportionis calidi naturalis ad humidũ naturale. Et consequenter apparet qualiter esset respondendum ad multa superius tacta. Et ꝙ illa consequentia non ualet hæc est ętas consistentiæ. igitur in illa non potest esse augmentũ. Similiter ecõtra non sequitur. Similiter de senectute est dicendũ. licet enim contingat in ea plus restaurari &c. non tamen est nisi senectus, quia adhuc non est apta conseruari talis mensura caloris in eo merito proportionis &c. Al's ordinabo istam q̃onem. Pro nunc sufficiat quia principiũ est plus q̄ dimidium facti. Vnde in metro dr̃. Dimidium facti qui bene cępit habet. licet mihi frequenter oppositũ accidat ad hoc quadam innata ignauia & crassa desidia me forte impellente, plura nanq; inchoans plurima imperfecta relinquo.

Arguitur ut supra ꝙ in ætate consistentię fiat uerũ augmentũ, quia sit sor. in principio consistentię in hyeme temperata robustus. Et arguitur sic. fortior est uirtus restauratiua in pręsenti hyeme in sor. q̄ erit in ipso in ęstate sequente, sed in ęstate sequente tantum secundũ omnem diametrũ restaurabitur sicut resoluetur. igit̃ nunc amplius q̄ resoluatur, & per consequens &c. Pro isto dic primo iuxta positionem tuam concedendo ꝙ in hyeme pręsenti plus restauratur q̄ in ęstate futura, & conceditur ꝙ tunc tantum restaurabit sicut tunc resoluetur, tunc tamẽ minus resoluetur q̄ nunc resoluatur, eo ꝙ sicut tempore hyemis maior fit humidi substantifici restauratio, ita tunc fit eisdem maior resolutio. Aliter concedendũ ꝙ intra latitudinem quãtitatis debitę huic corpori in ętate consistentię uariatur hoc corpus, sicut intra latitudinẽ suæ complexionis etiam ætatis ue uariat̃ hoc corpus in diuersis temporibus anni. Et consequẽter conceditur intra hanc latitudinẽ fieri augmentum et diminutionem in hac ętate, & ex hoc tamen non sequitur hanc non esse ętatem consistentię. Et cõsequenter patet ꝙ ætas consistentię non est intelligenda, in qua solũ absolute sub eadem quantitate remanet, quia hoc põt esse in pueritia sed in qua merito proportionis calidi naturalis ad humidum aptũ est corpus sub tanta quãtitate manere, licet merito temporis anni aut alterius coadiuuantis aut impedient' is oppositum põt accidere. Vel dic ꝙ ad augmentũ necessario requiritur rarefactio, quę in hac ætate non aduenit membris radicalibus merito naturalis actionis calidi in humidum. Quidam doctor mouet istam q̃onem quam infra, scilicet ego Iacobus de Foroliuio meo modo determinabo al's &c.

Quęstio. xxxiij. Aphor. xv.

VTRVM nutricatio & carnificatio fiat ꝑfectior in hyeme q̄ ęstate. Arguitur multipliciter ꝙ nõ. Primo. quia tunc in ętate senectutis fieret uerum augmentum. et in ętate pueritię uel iuuentutis uera diminutio. consequens falsum. consequentiam deducas. Secundo. tunc restauratio & resolutio non ꝓportionarentur. Tertio. tunc minus minimo dareẽ probatur, signato minimo quod nutritur. s. parte formali minima quęrit̃ utrũ minimum adueniens in ęstate sit minus q̄ in hyeme uel ęquale. si primum habetur conclusio. si secundũ ęqualiter nutritur corpus in ęstate sicut hyeme.

Ad oppositũ est Gal'. in cõmento. Prima conclusio. Aliquod corpus in aliqua ętate constitutũ mutat ętatẽ propter tempus anni succedens, in qua permaneret alio tempore anni succedente. Probat̃. supposito ꝙ talis consumptio humidi faciat talem ętatem &c. ut uidet̃ innuere Auicen. primo prima cap̃. de ętatibus, & patet quòd si sor. sit in fine ueris & in fine pueritię ingreditur iuuẽtutem. et sic mutat ętatem pueritię, in qua tamẽ permaneret si succederet hyems. fortificaretur enim calor naturalis, nec tãtum exiccaretur humidum naturale. Ex quo sequitur ꝙ aliquanto tempore remanet aliquod corpus in aliqua ætate succedente aliquo tempore anni, quãto in eodem non permaneret si tempus anni aliud succederet. patet ut pręcedens intelligenti. Sequitur similiter aliquod corpus in aliqua ętate minori tempore permanere quàm si aliud tempus anni succederet quàm tũc succedat. Secunda conclusio. In ętate pueritię potest fieri uera diminutio. Patet. potest enim secundum omnes diametros fieri minor restauratio quàm fuerit resolutio ut paucificata cibatione. Tertia conclusio. Licet ita sit, non tñ tunc dicendum est corpus mutare ętatem uel esse extra ætatem pueritię. Patet, quia adhuc in eo est mensura humidi cũ qua potest fieri augmentũ stante regimine debito. igitur &c. Quarta conclusio. In ętate iuuentutis & primi senij potest fieri uera diminutio, & potest plus restaurari q̄ fuit deperditum. probatur, quia potest corpus per ęgritudinem aut cibi subtractionem minui. deinde ad naturalẽ dispositionem reduci cum debita administratiõe cibi &c. Quinta cõcl'o. Auicẽ.

In ętate

In ætate iuuentutis & senectutis non pōt absolute plus restaurari q̄ sit resolutum. Patet, cum tantū sit humiditas exiccata q̄ non sufficiat ad augmentū. Sexta cōclusio. Virtus restauratiua nō est absolute dicenda fortior hyeme q̄ æstate p̄cedente. Patet, quia corpore trāseunte à iuuentute ad senectutem plus potent debilitari uirtus ex processu ętatiuo q̄ ex frigiditate hyemis fortificetur. Septima cōclusio. In nulla hyeme pōt fortificari tantū uirtus nutritiua ut sit absolute fortior q̄ in ęstate prędedente. Patet, qa posset restaurari humidū melius deperdito. Octaua conclusio. Licet ita sit, cæteris tamen paribus fortioe est & perfectior uirtus nutritiua hyeme q̄ ęstate. Patet cum tunc erit calor fortior. Nona conclusio. Virtus nutritiua restauraī melius in autumno q̄ hyeme & uere sequentibus. Patet ut octaua.

Decima conclusio est. Cęteris paribus uirtus nutritiua pessime nutrit in autumoo. Ex dictis sequitur undecima conclusio. Cęteris paribus licet in hyeme restauratio sit maior quàm in æstate, stat tamen corpus in eadem ætate permanere.

Ad argumenta principalia respoodeī. Ad primum dr̄ negando illam cōsequentiā. uirtus restaurat in hyeme plus q̄ in ęstate. & ipsa restaurat tuoc tantū quantū est deperditū in iuuentute. igitur io ęstate minus. concedo, & nego cōsequentiā, igiī tunc non erit iuuentus. Et probabil'r concedo io sene primo plus posse restaurari q̄ est deperditū, & non sequiī ex hoc tunc nō esse senectutem primā. quia licet plus restaurareī &c. restauraī tn̄ humidū oon sufficiens ad calidi conseruationē. Ad altā dr̄ q̄ ista propositio, restauratio proportionaī resoloni. est sic exponenda, maiori resolutioni corrn̄det maior restauratio, & mioori minor. Ad ultimum dicitur q̄ distinctarum specierū mioimum unum est alio maius uel minus. ut minimū quod est uoo tempore non est alio tēpore minimum, ut al's declarabo.

Quęstio. xxxiiij. Aphor. xv.

VTRVM melius perficiaī digestio io somoo q̄ in uigilia. Arguiī multipl'r q̄ non. Primo plures abundant superfluitates tp̄e somni q̄ tēpore uigilię, igiī etc. consequentia nota & assumptū exprimeoto patet. Catarrhi enim & hmōi magis abundāt in somno. Secūdo quia somnus similaī quieti. sed quies est cā infrigidationis. ergo somnus īfrigidat corpus. igiī somnus est cā in-

Auicē. digestioois. consequentia nota, et an̄s est Aui. secūda primi cap̄. de his quę p̄ueniunt ex somno & uigilia. Tertio digō quæ fit in membris imperfectior est io somno q̄ in uigilia, igiī non ul'r perficiī quęlibet digō in somno. consequentia nota & assumptū patet, quia tunc non est ad membra calor expāsus, sed ad īteriora reuocatus. Quarto digestio in nocitiuo īperficitur in somoo. igitur etc. consequentia nota & assumptū probaī. in apoplexia enim & catarrhis p̄hibeī somnus quantū est possibile. quod non foret si iuuaret ad digestionem.

Ad oppositū est aphorismus p̄sens. Primo nota q̄ somnus est triplex. s. naturalis, non naturalis, & p̄ter naturā. Naturalis qui fit à re naturali cuius cā efficiens est uirtus mediante calore naturali eleuāte uapores, qui frigiditate cerebri cōdensati & ingrossati descendētes per uenas arterias et neruos rep̄cutiunt spūm et calorē naturalem ad suum principiū, puta cor & interiora mēbra. Cā autem materialis seu subiectiua est cerebrū uel cor

Sōnus triplex. p̄ro quanto est priocipiū uigilię siue operatioonū sensuū à quibus per somnū impediunī. Sed cā finalis est perfectio operationū naturalium. ut. s. melius perficiaī digō & restaurario spiritus animalis qui fuit per uigiliā eeso Intus, de formali non oportet petere. Quid sit nō naturalis & pręter naturā quęre in qōne prima particulę secundę. quoniā somnua non naturalis est somnus prouenieus à causa non naturali, non tamen ægritudinali, ut factus ab aere frigido, cibo frigido & humido, ut papauere uel lactuca, Somnus uero p̄ter naturā est somnus factus à cā pręter naturam, ut subeth. In proposito est sermo de somno naturali. Secundo nota ulterius q̄ in somno possumus considerare principium & p̄cessum.

Prima cooclusio. Non quęlibet digestio perficitur in principio somni naturalis magis quàm io uigilia. Patet, quia digestio membrorum non magis perficitur saltem in quolibet membrorum. Io somno enim membra exteriora spū & calore depauperātur. ideo &c. Secunda cooclusio. Aliqua digestio magis perficitur in principio somni q̄ in uigilia. Patet de digōne quę fit in stomacho & hepate. Tertia cōclusio. Quęlibet digestio plus pficitur in p̄cessu somni q̄ tp̄e uigiliæ cęteris paribus. Patet, quia digestio stomachi & hepatis & uenarū magis perficiī. Patet sil'r de digōoe membrorū. tuoc enim expanditur spiritus & sang. generatus ad omnia membra in maiori quantitate q̄ prius erat tp̄e uigiliæ. ideo &c.

Quarta conclusio. Minus de nutrimento uel cibo eelinquiī in cōuersum io humorē laudabilē per digōnem q̄ fit in somno q̄ per digōnē quę fit in uigilia. Quinta conclo. Et si p̄ accn̄s somnus in aliqua ęgritudine possit obesse, quęlibet tn̄ digō tam in oocitiuo q̄ in iuuatiuo nata est perfici magis in somno q̄ in uigilia saltē quo ad p̄cessum eius. Prima ps patet, in ęgritudinibus. n. materialibus cerebri ut apoplexia nocet somous pro quāto actualē prohibet resolutionē materiei quę fit in uigilia. Secunda pars patet, quia quāto calor est fortior tāto magis apta est digestio perfici. Ex quo seqtur q̄ stō inanito uel uacuo somous est ualde oociuus. patet, quia io somno uigoratur calidum interius. sed quanto plus uigoratur calidū stāte inanitione fit maior resolo & inanitio. ideo etc. Ex quo sequiī ulterius q̄ ioter somoū et quietē non est p̄fecta cōuenientia, quia tp̄e inanitionis iuuatiua est quies, & pro tuoc non iuuatiuus est somnus.

Ad argumenta ex dictis patet quid sit dicendum.

Quæstio. xxxv. Aphor. xvi.

VTRVM humidę dietæ & frigidę cōpetant omnibus febricitātibus. Arguitur multipl'r q̄ non. Primo sic. feb. phlegmatica febrientibus non cōpetunt dietę humidę. igitur &c. cōsequentia manifesta & assumptum probaī. primo quia dietę humidę augent materiā morbi, & ex consequenti morbum. Secundo quia Auicen. io prima quarti. in cura phlegmaticę prohibet approximari quęcunq̄ infrigidant & humectāt. & pręcipit exhiberi uinum cum cumino & origano, & in cura emitrither p̄cipit exhiberi piper &c. Tertio. in cura ephimeræ factę per obstructionem poro℞ non cōpetunt humectantia eo q̄ talia augent oppilatiooē, & ex coosequenti morbum. ergo &c. consequeotia manifesta & antecedens est Auic prima quarti. cap̄. de ephimera facta à frigiditate aeris oppilante. Quarto febribus syncopalibus approximantur aromata & pestilentialibus, qa Auicē. summa curationis earum est exiccatio. sed notum est q̄ talia oon sunt humectantia sed exiccantia. igitur &c.

Quioto si humidę dietę &c. hoc maxime foret. quia res p̄ter naturā indicat de eius remotione per suum contrariū. Sed uidetur q̄ non, quia tunc in febre quartana & quotidiana deberet dieta esse frigida, quod est inconueniens. frigida enim dieta incrudat & ingrossat materiam & prohibet resolutiooē & digestionem eius. Item tunc puero febrienti competerent frigida, coosequens falsum, quia per talia nō conseruaror sed remoueī dispositio naturalis pueri, hoc est autem cootra rectā intētionem medici. cuius principalis intentio est conseruare & non minuere quod naturale est. Sexto tūc cholerico febrienti deberent approximari frigida & humida. consequens falsum, quia talia non conseruant naturalem dispositionem cholerici. & consequentia patet de se.

Ad oppositum est prima conclusio apho. 16.

In qōne pręmittam. Primo aliquas distinctiones Secundo conclusiones. Prima distō est ista. Febriū, quędam sunt materiales, quędam sunt īmateriales. quę sunt

utraq; istatum patet. Secunda distinctio. Quādoq; feb. materialis et eius materia conueniunt in qualitate, quandoq; contrariant. Exemplum primi, ut feb. tertiana cuius materia est calida cōmunicat in denominatiōe cū febre, quia utraq; calida est. s. febris & materia. Exēplum secundi, sicut quartana & phlegmatica quarū materia est frigida. Tertia distī. In cura febrium qnq; sumit indicatio à causa, qnq; ab ęgritudine, qnq; à uirtute, et quandoq; ab accidente. Exemplū primi, ut in phlegmatica & quartana. In cura enim istarū intentio sumitur à materia ppter quod intendimus cū digestiuis phlegmatis uel melancholię. Exemplū secundi, ut in ethica & in febre incensiua, qnq; solum intendimus ad extinctionem caloris pter naturam qui est febris. Exemplū tertij, ut in syncopalibus & pestilentialibus, in qbus uirtus multum psternit. Relinquimus enim qnq; morbum & intendimus uirtuti. Exemplū quarti, ut in feb. cholerica, cui tanq; accidens associat instantia uigiliarū nimia. intendimus enim cum optatis & somniferis. Prima conclusio. Sumendo indicationem à uirtute in febribus immaterialis non necessario cōpetunt humida neq; frigida Patet, quia stante uirtutis prostratione intendimus cum cōfortantibus cor & uirtutem, puta cum uino uernacino & hmōi, quę non necessario sunt frigida uel humida. ideo &c. Secunda conclusio. Semper in pdictis febribus capiendo indicationē à morbo competūt frigida & humida. Patet, quia cum talis morbus sit febris, quę est morbus calidus associans uel natus secum associare siccitatem ęgritudinalē competunt frigida & humida. Ex quo sequit q in cura talium semper oportet primo respicere utrū uirtus sit constās uel non. Q uę si non constat intendendū est uirtuti etiam cum his quę nata sunt augere ęgritudinē. Si autem uirtus cōstet intendendū est cum contrarijs ęgritudini. Tertia cōclusio. In febribus materialibus in qbus causa & febris in qualitatibus cōueniunt sumendo indicationē à cā competūt humida & frigida. Patet, quia cā taliū est materia calida & sicca quę digeritur per frigida & humida. igitur &c. Ex quo sequitur q eędem competunt dięta in istis sumēdo indicationem à morbo & causa morbi etc.

Quarta cōclusio In febribus materialibus in quibus non conueniunt cā & febris in qualitatibus sumēdo indicationem à materia morbi nō necessaria cōpetunt frigida & humida. Patet, quia talia sunt similia causę ęgritudinis. igitur sumendo indicationē à causa talia nō cōpetunt. cō sequentia tenet, quia cum cā sit res preter naturam, indicat de sui remotione per cōtraria. & antecedens satis patet ex dictis. Ex quibus collige q in huiusmodi febribus uel intentio ad cām est maior q intentio ad febrem, & sic est intendendū causę cum cōtrarijs & non necessario morbo. Vel intentio ad morbum uel febrem est maior, & sic intendendū est febri & non necessario causę siue materię. Sed contra hoc insurgunt duo dubia. Primum dubiū. Ex quo intentio ad cām potest esse maior q ad febrem. & potest esse minor. ergo pōt esse ęqualis. ponatur ergo q intētio sit ęqualis. Et quęritur qualiter sit intendendū in cura. quia si cum cōtrarijs causę, tunc augeē morbus, sic econtra augetur causa. Secundū dubium. Non apparet q aliqā possit esse contrarietas cāę ad morbum uel febrem, tunc enim idē foret per se cā sui contrarij. Item quęlibet caliditas feb. materialis imediate dependet à caliditate humoris. ergo humor faciens febrem est calidus, & per consequēs non contrarius febri. Ad hęc duo rndetur. Ad primum dicitur à quibusdā q casus est impossibilis, sed oppositum uidetur deducere argumentū tactū, quia potest esse minor & pōt esse maior. ideo ęqualis. Forte diceretur q non pōt esse ęqualis in opere, quia non simul potest medicus intendere utriq;. Contra. Primo idem adducitur argumentū qood prius, quia potest esse intentio in opere maior ad causam q ad febrem, & potest esse in opere minor. igitur utriq; pōt esse ęqualis in opere. Item non minus pōt medius simul intendere morbo & causis con trarijs q duobus morbis contrarijs, sed secundū pōt, ut Gal. in cōmen. ergo & primū. Ideo ad istud primū pbabiliter rndebitur aliter, dicendo s. q simul in isto casu intendetur utriq; s. morbo & causę, & hoc cū medicina media. mediū enim habet contrarietatē ad utrunq; extremorū. igit simul digeret materiā & remittet morbum. Contra. tunc quantumcunq; intentiones forent inęquales, intendendū foret cum medicina media. Itē tunc non omnis cura fieret per cōtraria ęqualia in gradu. Hic respondet ad primum concedendo illud, nisi tātum causa ad se trahat curā q ex toto dimittatur intētio ad morbum uel econtra. Q uid autem sit dicendum ad aliud, patet ex his quę dicta sunt circa cōmentum cum exponebatur ista propositio. omnis cura fit per cōtraria ęqualia in gradu. Pro secundo dubio nota q febri phlegmaticę correspondet duplex cā. s. coniuncta & antecedens. Non putes q hora febris omnis pars phlegmatis putrescat, sed sola cōiuncta est putrescens & sub actu putredinis. antecedens aut cā non. Et ex hoc intelligitur q cum dr q causa alicuius certę febris non cōicat cum febre, intelligit de antecedente & non de coniuncta, quia ipsa cōicat cum febre in denominatione quia calefit materia & feb. etiam est calor. Ad secundū dicitur q licet necessario cōiuncta cā febris sit similis febri, puta materia quę est sub actu putredinis, nō tamen necessario antecedens cui maxime debetur digestio. Q uinta cōclusio. Sumendo indicationē ab accidente cōsequente feb. non necessario cōpetunt frigida & humida. Patet de febriente phlegmaticę cū somno profundo. licet etiā quādoq; intendamus cum frigidis & humidis sumpta indicatione ab accidente ut in febriente cholericę cum instantia uigiliarū intendimus cum somniferis quę sunt contraria febri. Sexta conclusio. Sumendo indicationē ab ipsa uirtute, non necessario intēdimus cum ipsis frigidis & humidis. Patet, quia intendimus cum calefacientibus & cum restaurātibus. Ex quibus collige q in hmōi febribus uel intentio ad uirtutem est maior q intentio ad febrē uel ecōuerso. Si primum intendimus uirtuti & relinquimus ipsum morbum. Si secundū, est econuerso. Et si ponatur q intentiones sint ęquales, dicendum est sicut superius dictum est.

Tunc est rndendum ad argumenta adducta ante oppositum. Ad primum argumentum dicitur q nō competunt indicatione sumpta ab ipsa materia, sed bene ut febres sunt. sed indicatio à materia pręualet &c. Ad secundum non intelligit substantificam nec qualitatiuam humectationem, sed indicat de euacuatione. Ad tertiū negatur, immo competunt indicatiōe sumpta à morbo. morbus enim indicat suberactionē cibi ut notriens est, sed nō ut alteratiuus est, ideo competit ut alteratiuus est tatione febris. Ad quartum intelligit de illis quibus debetur &c. Ad alia patet.

Quęstio. xxxvi. Aphor. xvi.

VTRVM contrarijs morbis complicatis competant medicinę ex contrarijs cōposita qualitatibus. Vel potest sic proponi ista quęstio. Vtrum in cura ægritudinum contrariarum complicatarū competat medicina ex contrarijs composita. Ad partem negatiuam multipliciter arguit. Primo, quia dum cōponunē cōtrarię medicinę, tunc suę qualitates cōtrarię refrangunē et ad mediū reducunē, quę sic refractę non possunt corrūpere extrema contraria ut uidet. Confirmatur, quia cura tio debet fieri per contraria ęqualia in gradu. 3. techni. tex. 97. sed ipsę sic refractę nō sunt ęquales. igitur &c.

Secundo arguitur, ne reductæ, nec non reductæ ad unam formam competunt. ergo &c. assumptum arguitur. Primo non reductę, quia tunc idem esset per se contrariorū corruptiuum & simul pductiuū quod non apparet rōnabile. Nec secundū, quia tunc discrasiæ calidę occurreret

Febris materia et cō uenien tia et dif ferūt à materia Feb. Idi actio q- dru- plex.

Febris phlegmaticę cā du plex.

Gal.

occurreret medicina calida & frigidæ frigida, & sic de aliis. Forte dices non occurrere, quia utrius non attrahit nisi sibi conuenientem & proportionatã medicinã.

Contra. tunc calida non obessent hepati calido, quia ipsam nõ attrahit uirtus. Item sit mala complexio in fundo stomachi calida, in ore stomachi frigida, & detur medicina composita ex calido & frigido. & patet primã ita occurrere fundo stomachi sicut secundam & forte diutius. Et si ponatur medicinam calidam facili esse euaporabilem sequitur magnum nocumentum ori stomachi.

Tertio uel istæ medicinę essent ęque potẽtes uel ĩęque potẽtes. Si primum utraq; alteram impedit. Si secundũ, potentior debiliorem impediet.

Ad oppositũ est Gal. in cõmen. 16. et. 8. tera. c. ulti.

In q̃õne primo pręmittam pręambula. secundo conclusiones de quęsito. Primum notabile. Morbi dicuntur complicari. Vel quia unus causa sit alterius, ut apostema hepatis est causa febris. Alio modo, quia morbi diuersi in eodem corpore simul repertũtur, ut ꝗ hydrops aquosa reperitur cum feb. Secundum notabile in se habet distinctiones. Prima distinctio. Medicinarũ compositarum, quędam sunt reductę ad unam formam, & quędam non. Exemplum primi sicut theriaca fermentata. Exemplum secundi sicut theriaca non fermentata & plures medicinæ quæ communiter fiunt. Secunda distinctio quæ insurgit ex alia. Medium est duplex inter extrema. s. quoddã per participationem. quoddam uero per abnegationem. Primũ est formaliter participans contrariis. Secundum uero non participans formaliter sed uirtualiter. Exemplũ primi. sicut complexio medicinę compositę non reductę. Exemplũ secundi. sicut complexio medicinę reductę ad alteram formam in qua remanet uirtus extremorũ. Et nota ꝗ tepidum dicitur medium per participationẽ, quia participat de extremis, quia nõ est ita calidum ut res actu calida, nec ita frigidum ut res actu frigida. Prima suppõ. Tam medii per abnegationẽ q̃ medii per participationẽ ad utrunq; extremorum est contrarietas. Patet, quia mediũ per participationẽ utroq; extremorum formal'r participat. per abnegationẽ aũt uirtual'r. ergo &c. consequentia uidetur nota cũ añte. Secunda suppositio. Cõplexio tam per abnegationem mediá q̃ per participationem est alteratiua et corruptiua utriusq; extremorũ. Patet quia ad utrũq; ipsorum habet contrarietatem. ergo &c. licet enim non formaliter cõplexio media per abnegationem includat contraria extrema, quia tamen in ea relinquitur uirtus utriusq; ipsorum. ipsa est &c. Ex quo sequitur primo eandem qualitatẽ esse utriusq; extremorũ contrariorũ per se corruptiuam. Similiter utriusq; ipsorũ per se productiuã, apud tenentem omnem cõplexionem humanã aut mixti esse qualitatem simplicem &c. patet hoc. Et ex hoc ulterius patet hanc consequentiã non ualere. a. est per se productiuũ caliditatis ergo non est ipsius corruptiuum, nec econtra. & plura alia sequuntur ex his.

Morbũ cõplicari dupliciter.

Medicina cõposita duplex.

Mediũ inter extrema duplex

Tertia suppositio. Non est possibile idem membrum adęquatę labi à temperamento proprio lapsibus contrariis, s. per utriusq; contrariorum simul intensionem uel remissionẽ ultra uel citra temperamentũ. Patet, quia sicut unum contrariorũ intenditur, ita remittitur aliud. Patet hoc in philosophia &c. Quarta suppositio. Q̃ naturale est membro inanito nutrimentũ sibi proportionatum attrahere, disconueniens autẽ siue disproportionatum sibi relinquere uel expellere, tam naturale est eidem à suo naturali temperamento remoto sibi ꝓportionatam medicinam pro remotione lapsus attrahere, sibi uero disconuenientẽ relinquere uel expellere. Patet hæc suppositio, quia q̃ naturale est membro naturaliter se habenti in sua naturali dispositione seipsum cõseruare, tam naturale est eidem alterato ad eandem reduci. ergo &c. Et colligitur hęc suppositio à Serapione septimo breuiarii sui. cap̃. 5, ubi ponit appetitũ membri alterati esse ad contraria illorum ad quæ erat ante alterationem. Et Aui. 5. cañ. ad principium. Et Mesue ubi supra & . 2. techni in trac. de stomacho. Determinaĩ autẽ hoc secundũ ꝗ consimilia uel cõtraria concupiscunt. Prima conclusio. Per medicinã compositã ex contrariis resultantẽ non ad unam formã reductis possibile est contrarios morbos complicatos remoueri. Probaĩ sic huius ad quemlibet illorũ est contrarietas ergo ipsa debite approximata poterit utrunq; illorũ remouere. consequentia uidetur nota. & patet assumptũ ex dictis per primã suppõnem Et tu exemplifica de mala complexione frigida stomachi & calida hepatis. & ostende q̃uo fiat hoc.

Serap.

Auicẽ.

Mesue

Gal.

Tex 5

Et si arguitur contra quia in tali attractione uirtus est agens mere naturale, & ęque attrahibilis est una medicina sicut alia & approximatio ęqualis. ergo non plus unam q̃ reliquã attrahet. Item tunc uideret uirtutem agere cum cognitione. attrahere enim hoc & illud relinquere, & econuerso stante approximatione eadem uidetur propriũ uirtutis cognoscentis. Ad primũ istorum dr̃ ꝗ non ita attrahibilis à uirtute est una istarum medicinarum sicut alia. sicut sanguine laudabili & nociuo membro ęqualiter approximato. non ęqualiter attrahibilis est nociuus ratione disconuenientię, sicut laudabilis ratione conuenientię. Et tota causa est tacta, quia sic inclinatur membrũ attrahere, tunc istud ꝗ non illud, et sic est hoc tunc attrahibile ꝗ non illud, sicut inter os & sang. grossum maior cadit conuenientia. Ex quo patet ꝗ cuilibet tali actioni oportet coniungi actionẽ à forma specifica. hanc enim attractionem sic huius ꝗ non illius nõ possumus in solas qualitates reducere manifestas, ut patet intelligenti. Pro secundo uero dicendũ ꝗ membrum nunc attrahere hoc modo illud, & illud relinquere non arguit ipsum ex deliberatione suã ꝓducere actionem. hoc enim in mere naturaliter agentibus uidemus contingere. aer enim substans graui naturaliter nititur ascendere, superueniens aũt leuiori descendere etc. & tepidum calidũ infrigidat & frigidum calefacit, & sic de aliis quę non contingunt nisi ꝓpter agens mere naturale cum aliis & aliis circunstãtiis aliter & aliter inclinari. Et sic de membro est dicendũ. Si tñ membrum intrinsecę nullo modo uariatum & obiecto approximato nullo medio uariato ꝓmoueretur ad attrahendũ nunc hoc nũc illud diceret bene arguens istã attractionem esse deliberatiuã. Secunda conclusio. Per medicinã compositam ex contrariis & ad formam unam reductis possibile est morbos cõtrarios remoueri. Probaĩ auctoritate Auer. quinto colliget. cap̃. 57. Item quia ad utrunq; habet cõtrarietatẽ quia in ea uiget uirtus contrariorũ extremorum. ergo &c. Corrolariũ primum. Non quicquid est unius cõtrariorũ corruptiuũ est alterius cõseruatiuũ.

Auer.

Corrolarium secundũ. Non quęcunq; sunt contraria uni tertio sunt inter se similia. Et plura alia sequunĩ ex his. Tertia cõclusio responsiua. Egritudinibus cõtrariis cõplicatis competit medicina composita ex cõtrariis medicinis tam reductis q̃ non reductis. Patet, quia aliqua & nulla extremarũ. ergo &c. Item quęlibet istarũ debitę à uirtute regulata potest remouere morbum. ergo &c. patet consequentia cum antecedente.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primũ dicitur ꝗ illæ contrariæ qualitates refractæ adhuc possunt corrumpere extremas contrarias excellentias uirtute dirigente, & ipsis uelut instrumentis agentibus.

Ad confirmationẽ dicitur ꝗ non oportet omnẽ curam fieri per contraria ęqualia in gradu formaliter, sed sufficit uirtualiter uel in effectu. Et si arguiĩ ꝗ semper deberemus medicinam mixtã approximare etiam in ęgritudine existente simplici. Negatur consequentia, q̃ non ęque bene fit cum medicina mixta uel media nec sic cito. Ad secundum dicitur negando assumptum. Et cum arguitur de reductis, patuit in quæstione. Et cum arguitur de non reductis, quia tunc calida non noce-

rent hepati calida, negatur consequentia. Et dicitur ꝙ licet hepar illud calidum forte non attraheret, illud tamen ex se moueretur ad hepar, sicut uenenum ad cor, & hyssopus ad pectus, & endiuia ad hepar, stix chasmacis nux muscata nenufar ad caput. unde medici docēt medicinas ad membra respectus habentes in cura interiorum permiscere mouetur etiam, quia miscetur sang. & humoribus euntibus ad hepar. Et per idem ad confirmationem, licet enim fundo stomachi occurreret medicina calida sicut frigida, ad partes tamen intrinsecas attrahetur calida sic ꝙ non frigida, uel saltem non ęqualiter. ut supra de nutrimento dictum est. Ad tertium patet, quia siue potentiæ sint adęquatę siue non possunt effectum suum producere. nec una impedit alterius operationem cum non habeant agere in eandē partem adęquatę. Et si arguitur cōtra, quia in ascytico intense uel acutæ febricitanti simul intenditur mala complexio calida in hepate & similiter frigida, ut patet, quia generatę per illam sang. cruda aquosa. Responsionē uide sup prima primi in q̄ōnibus. nam ibi ample habetur. Sed ꝑ unum argumentū factum post oppositum uidebat concludi ꝙ ab eadem medicina in eodē tempore & parte eadem membri adęquatę possunt produci lapsus contrarij siue qualitates contrarię puta à theriaca non fermentata

Theriacę stupor q̄d.

stupefactio & calefactio. Est notandum ꝙ stupor inductus à theriaca non est aliud q̃ quędam diminuta sensibilitas membri sentiennis. Potest autē diminui sensibilitas membri tam à frigido q̃ à calido disproportionato ad sensationem sicut cōmuniter conceditur. Et ponitur ab Auic. 2. cañ. ꝙ folia piretri stupefaciunt quantūcūq̧ ipsum sit calidum.

Auicē. Stupefactiuū calidū.

Et experimento patet ꝙ piper çinçiber cinnamomū positum sub lingua stupefacit tactū linguæ. & hoc non facit nisi alterando linguam qualitate disproportionata sensationi tactiuę, quę qualitas ut notū est frigiditas non est sed potius caliditas. Sic est in proposito imaginandū de theriaca non fermentata quæ nō reducta est ad unam cōplexionem mediam nobis quouis modo conuenientē, alterat ipsa membrum cui occurrit qualitate quę non est frigiditas sed caliditas disproportionata tactui, unde diminuit operationem sensus tactus, & sic dicit̄ stupefacere. De philonio aūt qualiter

Philoniū sōniferū.

somnum inducat posset eodē modo dici. sicut enim tactus requirit debitam mensurā &c ita sensus alij quorū spiritus & organa contingit alterari à philonio qualitate disproportionata uigilia & sensationi sensuum exteriorum, unde inducitur somnus. sed de hoc plus alibi continetur &c. Per ea à quibus sumitur indicatio non solum sufficit scire de cibatione, sed etiā oportet scire quotiens cibandum quare &c.

Q ō. xxxvij. Apho. xv. uel cōmenti eius.

VTRVM in ordinando diętam in febricitantibus sit aliqua indicatio sumenda à dispositione naturali. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. tunc cholerico febrienti essent exhibenda calida. consequens falsum et cōtra sententiā apho. & consequētia probatur sic, quia in ordinando diętam cholerico febricitanti sumitur indicatio à dispōne naturali. sed naturalis dispositio indicās de sui conseruatione est calida. igitur &c. Secundo. phlegmatico febrienti deberent semper exhiberi frigida & humida consequens falsum & consequentia probatur sicut de cholerico, quia sua naturalis dispositio indicās de sui conseruatione est frigida & humida. Tertio. tunc æque frigida uel calida deberent puero & iuueni ęqualiter febrientibus cęteris paribus, consequens est falsum & contra cōmunem modū operationis. frigidiora enim exhibent iuueni. & consequentia probatur, quia naturalis dispositio pueri est æque calida cum naturali dispositione iuuenis. ergo ęque calida requiruntur pro sui cōseruatiōe. Quarto. cūc cholerico & phlegmatico ęqualiter febrientibus calidiora cōpeterent cholerico, et phlegmatico frigidiora, consequens falsum & consequentia tenet ut supra. ex quo sumitur indicatio à dispositiōe naturali. sed falsitas consequentis patet, quia fortius resistit cholericus infrigidantibus causis q̃ phlegmaticus. ergo ad ipsum infrigidandum & ad temperamentū proprium reducendum requiruntur frigidiora seu fortiora infrigidantia. quare &c.

Ad oppositum uidetur Gal. in cōmento. ponit enim naturalem rem conseruandā fore per similia. Item cuiuscunq̧ corporis quantumcunq̧ febricitantis dispositio naturalis indicat de sui conseruatione, sed huiusmodi conseruatio non fit nisi per similia. ergo &c. In q̄ōne sic procedam. Primo p̄mittam quędam p̄ambula. Secundo ponam cōclusiones responsales de quęsito. Primo p̄mitto ꝙ omnis res naturalis conseruatur per similia. Secundo p̄mitto ꝙ in curatione cuiuscunq̧ febris duplex reperitur medici intentio. Prima est uirtutē & naturalem dispōnem custodire. Alia est dispōnem pręter naturam remouere. Tertio p̄mitto ꝙ dispositio pręter naturam febrientis indicat de alterātibus cōtrarijs.

Medici intētio ad curā duplex.

Sed dispositio naturalis indicat de nutrientibus illi dispositioni proportionalibus, puta calida calidis, & frigida frigidis. Per cibum enim calidum exhibitum dispositioni calidę restauratur calidum quare fuit resolutum, & per frigidum frigidum, ut patet. Quarto pręmitto ꝙ cholericum phlegmaticū & quoscunq̧ alios diuersarum cōplexionū possumus imaginari ęqualiter febrire, uel absolute quo ad tactum, quia. s. in utroq̧ quo ad tactū caliditas percipitur ęqualis, uel quo ad recessum siue lapsum à proprio temperamento. Exemplum primi, ut si imaginamur phlegmaticū ad tantum gradum caliditatis deuenire sicut deuenerit cholericus. Exemplū secundi ut si uterq̧ à proprio temperamento remoueatur per unum gradū. Quinto p̄mitto ꝙ cum dicitur dispositionem p̄ter naturam remoueri per contrarium ęquale debet intelligi ęquale in effectu, quia. s. de lapsu tantum sufficit remouere quantus est lapsus a contraria cā inductus. Prima conclusio. In ordinando diætas in febricitantibus, ubi sunt ordinandę diętæ debet sumi indicatio à dispōne naturali siue à re naturali febricitantis. Patet, quia illa indicat de sui conseruatione. igitur &c. Secunda conclusio. Sequitur stante complexione naturali febricitantis calida calidiora, & frigida frigidiora sibi debentur &c Probatur, quia talia debent esse nutrientia in latitudine nutrientiū qualis est dispositio naturalis conseruāda per illa in latitudine dispōnum. Ex ista conclusione sequitur primo ꝙ cholerico & phlegmatico febrientibus siue ęqualiter siue inęqualiter calidiora & sicciora nutrientia debentur cholerico humidiora, et frigidiora debentur phlegmatico. Patet ex cōclusione.

Sequitur secundo ꝙ puero & iuueni febricitātibus cęteris paribus humidiora debentur puero, & sicciora debentur iuueni. Patet ex dictis. Tertia conclusio. Contingens est in eligendo debitam qualitatē diętæ in corporibus febrientibus paruam aut quasi nullam à uirtute, magnam autem à re pręter naturam indicationem esse sumēdam. Patet, quia possibile est indicationem sumptam à re pręter naturam esse fortiorem indicatione sumpta à re naturali existēte ualde debili. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter in casu in quo for. cholericus febricitet feb. cholerica ualde incensiua, ita ꝙ si non statim dares ei aquam frigidam ad potandū timor esset de nimia & excessiua inflammatione caloris & de eius resolutione totali, tunc in isto casu exhibenda sunt frigida, scilicet sumpta indicatione à morbo quæ indicatio ualde fortis est relicta indicatione à naturali dispositione, quia debilis est. per talem enim exhibitionem aquæ frigidæ calor refrigeratur et uirtus confortatē & multa sęua accidentia remittunt. Nota tamen ꝙ licet in hoc casu immediate maior sit intētio ad rem p̄ter naturam, mediate tamen maior est intentio ad rem naturalem. nō enim intendit̄ rem p̄ter naturā, nisi ut uir-

tus

tus sustineatur. Ex quo sequitur ꝙ mediate uel immediate semper maior intentio est ad uirtutem, quia ad eã terminatur intẽtio, quã habemus ad morbum. Quarta conclusio. Contingens est in eligendo debitam qualitatem diętę maiorem esse indicationem ad custodiendã rem naturalem q̃ pręter naturam abijciendam. Ista cõclusio potest probari per argumentum simile precedenti, quia contingens est indicationem sumptam à re naturali esse ualde fortem &c̃. Aliter arguitur cõclusio sic. Non minor potest esse intentio ad rem naturalem ex generatione contractam conseruandam q̃ ad dispositionem est longa solum consuetudine contractam seruandam. sed quandoq; maior est intentio ad conseruandam dispositionem contractam ex consuetudine q̃ ad abijciẽdam ægritudinem. igitur &c̃. consequentia patet & assumptum arguitur, quia consuetudo est altera natura. maior probatur exemplo de Dyonisio tyranno, qui cũ ab incunalibus usq; ita se immoderato potui assueuerit ut etiam in senectute se abstinere non posset, sed sępissime ebrietates incurreret. Redargutus tandem à quodam suo familiari statuit amplius non tantum sacra bacchalia exercere. qui cum aliquãdiu id peregisset, in multas incidit ægritudines, ita ut medici adminiculis indigeret. Cumq; adductus esset medicus cognouit eius consuetudinem, præcepitq; ut ad pristinos mores bibendi rediret qui illico eo facto liberatus est. Idem probari posset exẽplo cuiusdam bibuli Forliuiensis. Quinta conclusio. Quibuscunq; corporibus inæqualiter calidis naturaliter æqualiter lapsis à proprijs temperamentis per calorẽ febrilem intensiue ęque infrigidantia debẽtur respectu propriorum temperamentorum. Ista cõclusio arguitur sic. quia posito (gratia exẽpli) ꝙ cholericus & phlegmaticus febriãt æqualiter respectu propriorum temperamentorum ita ꝙ cholericus recedat à proprio temperamento, ut duo, & phl'aticus similiter à naturali suo temperamento per duo. Et arguitur sic. tantum frigida præcise debentur phlegmatico quantum ipse calefactus est supra proprium temperamentum. & hoc sumendo indicationem à dispositione non naturali, & similiter tantũ frigida debent̃ cholerico quantum est calefactus ultra proprium temperamentum. sed ęqualiter sunt calefacti supra sua temperamenta. igitur ęqualiter frigida eis debentur respectu suorum temperamentorum quod erat arguendum. Sexta conclusio. Licet ita sit ut ponit p̄cedens conclusio, corpori tamen calidiori fortiora debentur infrigidantia q̃ corpori frigidiori. Probatur, quia difficilius ẽ infrīdare corpus naturalit̃ cal'ius q̃ corpus naturalit̃ frīdius. igit̃ in cura utriusq; potẽtius reqrit̃ infrīdans ad infrīdandũ cal'ius q̃ ad infrīdandũ minus calidum. Et exemplariter declaratur hoc, posito ꝙ Sor. naturaliter cholericus sit calidus ut sex pla. phlegmaticus sit calidus ut quatuor. Remoueatur uterq; eorum à proprio temperamento per duo & hoc calore febrili, ita ꝙ Sortes cholericus fiat calidus ut octo, plato uero ut sex. & est certum ꝙ difficilius est reducere ad proprium temperamentum Sor. qui est calidus ut octo q̃ platonẽ. qui est calidus ut sex, quoniam plus resistit caliditas illa ut octo quæ est in Sor. q̃ illa ut sex. quæ est in platone. & sic patet ueritas conclusionis. igitur &c̃. Et debet intelligi ad remouendum illos lapsus in æquali tempore.

Sed contra istam conclusionem arguitur. Primo, q͂a per pręcedentem conclusionem æque infrigidantia debentur corporibus in ęque calidis naturaliter. æqualiter tamen lapsis respectu propriorum temperamentorum. ergo approximata phlegmatico sunt ęque frigida respectu eius sicut approximata cholerico respectu cholerici sed quodlibet frigidum respectu phlegmatici est frigidus respectu cholerici q̃ phlegmatici, & adhuc absolute ergo absolute frīdiora debentur phlegmatico q̃ cholerico, & per consequens fortius infrigidantia. consequẽtia nota & assumptum satis patet. Item medicina media uel alterans medium inter complexionem cholerici & phlegmatici, uel gradus caliditatis & frigiditatis repertos in eis sufficit infrigidare cholericum & non phlegmaticum. ergo fortiora infrigidantia debent̃ & requiruntur ad remouendum hanc caliditatem in phlegmatico q̃ in cholerico. Item quia lapsus cholerici est lapsus ad similem & lapsus phlegmatici ad contrarium. sed deterior est lapsus ad contrarium & difficilius remouibilis q̃ lapsus ad simile. ergo &c̃. Pro responsione ad hoc nota ꝙ non repugnat aliquid fore minus frigidum & tamen illud esse potentius ad infrigidandum intensio enim formæ maior non est adæquata causa potentiæ actiuæ maioris. Notum. n. est ꝙ plus infrigidatur cholericus febriens à multo papauere q̃ infrigidaretur à millesima parte unius grani opij, & plus à magna quantitate aquę tepidę q̃ ab una gutta aquę frigidissimę. Ex quo sequitur ꝙ medicina aliqua remissæ frigiditatis potest dici æqualis in gradu dispositioni remouendę ad intellectum superius datum, ubi tamen medicina intensior minor est q̃ æqualis. quare &c̃. Ad primum cum dicitur æque frigida alterantia respectu proprij temperamenti debẽtur cholerico & phlegmatico ęqualit̃ &c̃. dicitur ꝙ hoc est uerum intensiue sed non effectiue, quia non quodlibet tale frigidum sufficit tantum uel plus infrigidare cholericum q̃ phlegmaticum, immo minus.

Ad secundum cum dicitur ꝙ medicina media uel medium &c̃. dicitur ꝙ est uerum. sed illud alterans mediũ est potentius ad infrigidandum cholericum & frigidius effectiue, licet non intensiue respectu eius quod natum est infrigidari ab ipso q̃ æqualiter alterans phlegmaticum, & ideo dicitur fortius infrigidans. Ad tertium dicitur ꝙ lapsus ad contrarium est facilius remouibilis q̃ ad simile. Quomodo autem sit peior uidebitur infra.

Vltima conclusio. Cholerico et phlegmatico quo ad tactum æqualiter febrientibus sumpta indicatione à morbo frigidiora debẽtur phlegmatico quàm cholerico. Patet, quia ipsis ęqualiter febrientibus quo ad tactualem apparentiam magis euersus est phlegmaticus à sua naturali dispositione quam cholericus. igitur ad ipsum reducendum ad naturalem dispositionem in æquali tempore eum cholerico fortiori agente opus est quàm ad reducendum cholericum, quia maiorem latitudinem caloris remouere oportet. ỹ. g. posito ꝙ phlegmaticus in sua naturali dispositiõe habeat quatuor gradus caliditatis, cholericus uero. 8. ad hoc ut æqualiter febriant ad apparentiam sensualem requiritur quòd ęquali gradu. sit igitur ut. 10. Et patet ꝙ à naturali dispositione magis remouetur phlegmaticus, quia. s. per sex gradus, cholericus uero per duos gradus si ergo in æquali tempore deperdi debent huiusmodi latitudines oportet ꝙ fortius agens occurrat phlegmatico q̃ cholerico. Sed diceret aliquis. Practicantes communiter faciunt oppositum quoniam temperato febrienti aut cholerico concedunt aquam frigidam, non autem phlegmatico. Dicendum ꝙ uerum est. sed tunc sumitur indicatio à dispositione naturali & non à præternaturali. Et etiam sanguineus aut temperatus plus habet de spiritu ad tolerandam alterationẽ, quã induceret aqua frigida quàm phlegmaticus.

Ad argumenta ante oppositum respondetur. Ad primum dicitur ꝙ si indicatio i cholerico cholerice febrẽte sumpta à dispositione naturali sit maior & fortior q̃ sumpta a morbo, debentur calida nec hoc est contradicta. Si autem econtra sit, econtra faciendum est. Ad secundum dicitur ꝙ concludit argumentum sumpta indicatione à uirtute. nec est contra. Aui. quoniam ibi loquitur sumpta indicatione à materia faciente feb. Ad tertium patet responsio per idem. Ad quartum dicitur quòd puero & iuueni sumpta indicatione à lapsu febrili ęqualiter competere ne &c̃. sed quia non tantum ab illo sumitur indicatio sed etiam à uirtute. ideo &c̃. Ad quintum patet &c̃.

Quæstio. xxxviij. Aphor. xviij.

VTRVM In ęstate & autumno corpora grauissime ferāt cibos. Ad partem negatiuam arguitur multipliciter. Primo. In æstate fit resolutio sępissima. ergo &c̄. patet consequentia, quia cibus datur ad dissoluta restauranda. cōmen. 15. & assumptum satis patet. Confirmatur, quia simile simili confortatur & contrario debilitatur. ergo calore æstatis confortatur talis calor naturalis. Confirmatur. non minus extrinsecus est corpori calor cataplasmatis empl'i uel ceroti q̄ calor aeris non circundantis. sed ille nos cōfortat, ut patet in unctionibus stomachalibus emplastris & cerotis. igi͂t etc̄. Amplius amplexari infantem & catulum stomacho applicare confortat calorem & digestionem, ut patet. 13. tertij. & de simplici medicina & tamen isti sunt calores extrinseci ergo &c̄. Secūdo. melius perficit̄ digestio in nocitiuo in tempore æstatis. ergo & in iuuatiuo. consequentia tenet, quia ab eodem fit. & assumptum patet. cum omnes materiales ægritudines citius in æstate terminentur, ut supra in commento. 12. Tertio. complexio autumni est temperatior. ergo &c̄ assumptum patet, quia est media inter maximam caliditatem & siccitatem ex una parte. s. æstatis & frigiditatem & humiditatem ex alia parte. s. hyemis & colligitur secunda primi. doctrina secunda. cap̄. sexto.

Auicē. Gal.

Ad oppositum est Hippo. in apho. pręsenti.

Primo pręmittenda sunt notabilia. Secundo conclusiones de quęsito. Primo pręmitto conditiones requisitas ad ueritatem apho. s. Q̨ tempora feruent suas naturas. Et q̄ sint corpora fortis & non debilis caloris. Et q̄ alia sint paria & debito regimine utantur. Secundo p̄mitto quę tacta sunt circa apho. de dispositione ueris & autumni & aliorum temporum pūta. In hyeme calorē maxime unitum In æstate dissolutum In hyeme multiplicatum. In æstate & autumno opposito modo se habentem. In uere autem medio modo. Tertio pręmitto, q̄ in talibus corporibus quādoq; sumitur indicatio quātitatis cibi exhibendi à dispositione uirtutis in fortitudine & debilitate sui caloris, quandoq; uero ex dispositione annexa uel coniuncta uirtuti, ut inanitio, repletio, et sic de alijs. Prima conclusio. Corpora fortis caloris naturalis dispositionis tempore æstatis & autumni difficillime ferunt cibos Et istam uoluit Hippo. in littera. Probatur sic, illo tempore est calor summe debilis, ergo etc̄.

Secunda cōclusio. Corpora prędicta tempore hyemis facillime tolerant cibos. Probatur sic. tunc calor est fortissimus. ergo &c̄. Tertia conclusio. Tempore ueris medio modo se habent ad intellectum datum. Patet similiter. Quarta conclusio. Licet ita sit, sumpta tamē indicatione a dispositione uirtuti cōiuncta, ut plurimū minus de cibo tempore ueris est exhibendum q̄ alijs tēporibus. Patet, quia ut plurimum contingit uer multe repletioni ergo &c̄. patet consequentia & colligitur assumptum. commento. 17. Quinta conclusio. Licet ita sit, in corporibus tamen debilibus plus tempore ueris & ęstatis competit de cibo q̄ de alijs temporibus. Patet, calore æstatis & ueris talia corpora fortificantur.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum dicitur q̄ illud probat in ęstate cibum esse frequenter exhibendum. Ad confirmationem primam dicitur q̄ licet per se simile à simili aptum sit confortari, & à contrario debilitari, per accidens tamen contingit oppositū ut supra declaratum est. Ad aliam confirmationem dicitur q̄ aliter operatur aer calidus balneum uel huiusmodi in corpore, & aliter empl'a. Calor. n. aeris attrahit calorem à centro ad circunferentiam, & rarificando facit ipsum exhalare. Cerotum autem & emplastrum poros sua corpulentia obstruunt, & cum hoc calorem naturalē ad intus reuerberāt & suo calore ipsum interius augent, quia est in re solida. Item in emplastro ponis aliquod stypticum medicamē, & licet hoc medicamē calefacit, tamen stypticat etiam & inspissat poros illius partis. Similiter amplexatio infantis. Ista. n. maxime conferunt habentibus calorem debilem reuerberando calorē sistem, aut etiā ipsum spūm iuuando ad talem actionem accidentali iuuamento. Credo tamen q̄ si iste calor toti & longo tempore occurreret uirtutem debilitaret, in parte uero ad partem attrahit calorem & spiritū, & sanguinem, & ibi existentem calefacit quare melius operatur. Ad secundum dicitur q̄ licet calidum pręter naturam possit aliquo modo ad digestionem iuuare in nocitiuo, puta subtiliando materiam & digerendo, tamē in iuuatiuo semper debilitat digestionem igitur negatur uniuersaliter esse idem digerens in nocitiuo & iuuatiuo. Ad ultimū dr̄ q̄ licet autūnus uideat̄ gradual'r tempus temperatum, propter tamen sui difformitatem blasphematur. Sed de hoc uidebitur magis infra in tertia particula huius lib. aphorismorum in qua agitur de temporibus anni &c̄.

Quæstio. xxxix. Aphor. xix.

VTRVM In ordine diætandi uel cibandi sint tātum tres considerationes. s. quantitas qualitas & tēpus.

Arguitur multipliciter q̄ non. Primo. consideratio de quanto & quali sufficit. ergo non est necessaria consideratio de quando. i. de tempore. consequentia manifesta & antecedens patet per Gal. 3. techni. Et confirmatur, quia quandocunq; cibus exhibetur uel approximatur, quantus & qualis oportet. approximatur quando oportet. ergo &c̄. consequentia manifesta & assumptū probatur, quia si non, detur q̄ nunc sor. approximet̄. a. cibus quantus & qualis oportet. Et arguit̄ sic a. approximatur quando nō oportet. ergo approximatur. & nō est conueniens cibum approximare. ergo tunc non est conueniens cibum tantum approximare nec talem. ergo non est iste cibus quantus & qualis debet approximari, & per consequens &c̄. Secundo de cibo non debet haberi consideratio quantū ad eius qualitatē. ergo &c̄. consequentia manifesta & assumptum probatur, quia cibus operatur à materia & non a qualitate. sed solum de cibo debet considerari illud secundum quòd operatur in corpore nostro. ergo &c̄. Tertio. plures sunt cōsiderationes q̄ iam dictę. ergo &c̄. consequentia manifesta & antecedens probatur, quia de cibo oportet considerare præparationes diuersas in coctionibus. similit̄ ordinē in pręponendo & postponēdo quosdam cibos.

Gal.

Ad oppositum est Commentator in commento. 19. vbi dicit quod omnis diæta tripliciter est ordinanda.

Primo nota q̄ qualitas cibi est duplex. Quædam est qualitas quæ dicitur dispositio secundum q̄ cibus est aptus corpus nostrum alterare, & in complexione uel gradu suæ complexionis permutare, ut frigiditas lactucæ, & papaueris, & generaliter qualitas omnis secundū q̄ aliquis cibus dicitur medicinalis cibus. Quędam autē dicitur qualitas quę est cibi dispositio, secundum q̄ aliquis cibus natus est faciliter uel difficiliter transmutari in corpus nostrum deducta alteratiōe qua possit nostrū corpus immutare, secundum quam qualitatem dicimus oua sorbilia fore nutrimentum bonæ qualitatis, eo q̄ faciliter conuertuntur & reponunt partem dissolutam. & oua cocta dura dicimus esse cibum male qualitatis ꝓpter causam oppositam. Secundo nota q̄ intentio ī nutriendo est restaurare quantum & quale est conueniēs. & hoc uariatur secundum uarias medici intentiones. Intentio. n. conseruandi corpus in sua sanitate & sua naturali complexione est restaurare quantum conuenit secūdum q̄ ætas indicat, & quale ab eo resolutum est quantum est possibile. intentio autem in permutando complexionem naturalem ad melius uel remouēdo ab ęgritudine esset ab hac intentione uaria. Tertio præmitto q̄ quantitas aut qualitas cibi non dicitur conueniens & disconueniens corpori, nisi cum certis circunstantijs. Eadem enim quantitas uel qualitas, quę corpori famelico

Cibi q̄litas duplex

Oui q̄litas du^x.

esset

esset conueniens foret eidem discōueniens repleto ut pa
tet. Prima conclusio. Ad recte digrandū corpora ęgro
tantia, necesse est qñq; habere cōsiderationē tā de quali
tate primo mō dicta q̄ȝ secūdo mō dcā. Probaṙ, q̄a intē
tio in ordinando diætā in talibus corporibus est exhibe
re cibum simul habentem dispositionem, qua in corpo-
ris substantiam conuertatur restaurando quale resolu-
tum est, & cum hoc remouere qualitatem præter natu-
ram siue ægritudinem, sed primum operatur per quali-
tatem secundo modo dictam. & secundum per qualita-
tem primo modo dictam. ergo &c̄. Secunda cōclusio.
Quandoq; diætando recte corpora sana necesse est con
siderare qualitatem primo modo & secūdo modo dictā.
Patet, quia medicus intendens corporis reductionem ad
melius considerat exhibere cibum aptum alterare cor-
pus uersus terminum reductionis, & cum hoc etiam in
corporis substantiam faciliter conuertibilem. ergo &c̄.
Tertia conclusio. Quandoq; non consideraṫ in ordine
diætādi qualitas cibi primo mō dicta. Patet, quia i actu
conseruationis corporis temperati hoc non intenditur.
Quarta conclusio. In quolibet casu necesse est consi-
derare quantitatem & qualitatem. Patet de qualitate &
q̄ntitate similiter, quia aliter non consideretur corpus.
Quinta conclusio. Quamuis temporis consideratio
sit utilis in ordinando diętam, ipsa tamen reducitur ad
considerationem de quantitate & qualitate. Patet,
quia cibus non approximatur quantus & qualis opor-
tet, nisi approximetur quando oportet igitur &c̄. Q̄
autem hęc consideratio sit utilis patet, quia per ipsam
melius cognoscimus quantitatem & qualitatem conue-
nientem. Sexta conclusio. Omnes considerationes quę
haberi possint in ordinando diętas sunt reducibiles ad il
lam de q̄ntitate uel ad illā de qualitate.
Ad argumenta patet solutio faciliter

Quæstio. xl. Aphor. xx

VTRVM Conclusio uigesimi aphorismi sit ue-
ra. Arguitur multipliciter q̄ non. Primo sic. nūquā
uirtus per se sufficere faceret perfectā crisim. ergo semp
eget auxilio medici. patet consequentia & assumptum
arguitur. Primo fortior est uirtus in principio & aug-
mento q̄ȝ in statu. sed nūq̄ȝ i prin° p̄t facer̄ p̄fectā cri-
sim. igiṫ nec ī statu. patet cōsequentia & maior similiṫ. Gal.
sed minor colligitur in cōmento. 20 quia perfectio cri- Auicē.
sis consequitur signa digestionis in libro de crisi in plu-
ribus passibus. & secūda quarti. ca 2. & pluribus alijs.
Confirmatur. fortior erat uirtus tempore sanitatis quā
ipsa sit in statu ægritudinis. sed tempore sanitatis nō po
tuit prohibere aduentum morbi. igitur tunc non debet
ipsum posse expellere. consequentia uidetur nota cū an
tecedente. Secundo ad principale sic. nam uirtus seu
natura tempore sanitatis eget auxilio medici. igitur à
fortiori tempore ægritudinis. patet consequentia & as-
sumptum similiter. alš. n. ars conseruatiua foret uana.
Confirmatur. corpus sanum superflue repletū eget eua
cuatione per medicum, quia uirtus non sufficit hanc re
pletionem superfluam remouere per se. sed multo imbe
cillior est in statu ægritudinis q̄ȝ tunc. igitur &c̄. patet
consequentia cum antecedente. Forte dicetur q̄ in sta-
tu est digesta. Contraponatur hanc repletionem esse
sanguineam in qua nō expectatur digestio. Tertio me
lius est ægrotantem redire uelociter ad suam naturalem
dispositionem q̄ȝ tardius, sed medico iuuante naturam
uelocior erit reditus &c̄. eo q̄ citius complebitur mate-
riei expulsio. Quarto sic. se debet habere medicus ad
uirtutem digerentem materiam sicut ad eam euacuan-
tem, sed uirtute per se sufficiente ad digerendum mate-
riam, licet medico ipsam cum digestiuo iuuare, ut patet
in tertianis & alijs febribus salubribus. igiṫ &c̄. Quī
to sic. uirtus non potest iuuatiuū à nocitiuo separare,
expellendo nocitiuum & iuuatiuū attrahendo uel reti
nendo. igitur &c̄. patet consequentia. et assumptum pa
tet, quia talis electio uidetur ad uim cognoscitiuam
pertinere aliqualiter, secundo quia tunc moueret moti-
bus contrarijs & produceret actiones contrarias, quod
non est rationabile de uirtute agente sine cognitione.
Vltimo. omnium natura est operatrix, medicus uero
minister. ergo in omnibus medicus ministrat naturę,
& per consequens iuuat. patet consequentia & assum-
ptum colligitur tertio techni. & prima quarti. cap̄. de ci Gal.
batione febricitantium. Hippo.
Ad oppositum est Hip. in apho. 20. Et Cōmentator Auicē.
in commento. 20. Et Auicē. est secunda quarti. cap̄. pe
nultimo. satis ad principium.
In ista quęstione primo pręmittentur notabilia & di
stinctiones. Secundo cōclusiones de quæsito. Tertio ad
argumenta respondebitur. Primo sciendum est q̄ hic Crisis
nomen crisis ex græco transumptum est. crisis. n. gręce, quid.
ce, latine iudicium. Per iudicium intelligendo illud qd' Gal.
iuriste communiter sententiam nominant, quo. s. iudi-
cio iudex condemnat reum uel absoluit. sic. n. commu-
niter dicimus nos expectare diem iudicij, qua Christus
prauos ad pœnam æternam condemnabit, probos autē
ad æternam requiem sententiabit. Ex quo patet q̄ satis
metaphorice dicimus aliquam ægritudinem esse criticā
uel critice terminabilem. Sumitur autē hoc modo me-
taphora, sicut. n. reum ad mortem cōdemnandum dum
eius mortis uel liberationis agitatur iudicium, dicimus
ipsum crisi & sententię esse subiectum, qua. s. morte pu
nietur uel à morte liberabitur, ita in statu ęgritudinis
crisi terminabilis uidetur ægrotans dubio subiectus iu
ditio maxime apud uulgares & medicum imperitum,
qui laudabilem crisim ab illaudabili nescit distingue-
re. Et quēadmodum in præfato iudicio condemnatus
tristatur liberatus uero lætatur, ita crisi mala existente
contristatur & conturbatur ęgrotans, laudabili uero
lætatur. Quare sicut etiam dū uir præfato iudicio sub
iectus est tristatur clamat & dolet & auxilium implo-
rat amicorum, ita iste crisi subiectus medicis & astan-
tibus se deuotissime recōmittit. Sicut etiā ī sn̄ia legali
sūt quatuor maneries personaꝝ. s. actor, accusans, reus,
testes, & iudex, ita in ægritudine crisi terminabili sunt
quatuor his correspondentia. actor scilicet natura mor
bum accusans quia lædit eam. reus autem est morbus.
iudex autem medicus quid futurum sit debet sententia Gal.
re uel pronosticare. testes autem sunt accidentia. Et su-
mitur hęc sententia tertio de crisi. cap̄. 2. dum inquit.
Et cum hęc dispositio. s. crisis adest, perducit eum qui
uidit hunc uirum. s. ęgrotantem, qui. s. uidens est de sto
lidis, ad hoc ut assimilet dispositionem dispositioni uiri
iam pręmissi ad iudicium in sanguine cum dicit. Æger
hic est in dispositione iudicij, quare nominatur propter Idem.
hoc hęc dispositio crisis. Eadem sententia colligitur pri
mo criticorum. cap̄. 1. dum inquit. Et audies uiros di-
centes q̄ dispositio istius infirmi est sicut est dispositio
uiri qui positus est in iudicio coram iudice, qui iudicat
super ipsum suo iudicio in sanguine, & secundum hanc
intentionem positum est nomē eius crisis. Et colligitur
eadem sententia. 4. canon. fen. 2 ca. 2. dum inquit. Cri
sis intensio est separatio in locutionibus i. in ciuilibus
alterationibus. separantur. n. lites facta crisi, quia litigā
tes recedunt condemnatus quidem tristis, alter uero lę-
tus. Et ponit exemplum q̄ uirtus sit dominus custodiēs
castrum uel ciuitatem, et q̄ morbus sit impugnator, q̄a
ergo in principio est parua pugna &c̄. uide ibi. Secun
do principaliter præmittendum q̄ licet natura in quan-
tum huius sit agēs mere naturale in ordine ad plurimas
operatiōes ab ea prouenientes, ut colligitur prima uirtu
tum naturalium. secundum tamen finis exigētiam suas
operationes producens, naturali ordine potest secundū
finium uarietatem uarios, immo cōtrarios effectus pro
ducere, & ad eundem effectum quandoq; fortius et quā Auicē.
doq; debilius concurreret, licet enim continue secundū

ultimum suæ potentiæ agat, cum his uel illis circunstātijs, nō tamen agit simpliciter secundum ultimum suæ potentię. Hoc autē alias declaratum est naturalibus extrinsecis, ut de aqua quandoq; fortius, quandoq; debilius resistente, cum trahitur extra spheram suam, quandoq; ascendente, & quandoq; descendente, et sic de alijs. Idem patet in nostris corporibus, uirtus.n. motiua cordis & arteriarum, quandoq; dilatat, quandoq; constringit cor & arterias, & quandoq; plus, quandoq; minus, & quandoq; uelocius, & quandoq; tardius. Item uirtus restauratiua deperdita carne plus restaurat pro tunc in parte illa q̄ restauret in alijs partibus corporis. Ex quo patet non esse mirandum si uirtus naturalis fortius operatur & pugnat in statu morbi q̄ in principio, et fortius tempore ægritudinis q̄ tempore sanitatis, operatur.n. directa ab agente infallibili, quia.s. ab intelligentia non

Aristo.

errante. 12. metaphysicæ commen. 18. Tertio sciendum ꝙ in crisi tria considerantur. Primo actio uirtutis in materiam, & separatio iuuatiui à nocitiuo, & directio nocitiui ad loca expulsionis. Secundo consideratur actualis expulsio materię &c̄. Tertio alteratio sequens hāc euacuationem per quam infirmus tendit ad salutē.

Crisis cōsideratio duplex

Et secundum hoc tripliciter capitur crisis.s. pro commotione illa, pro euacuatione, & pro alteratione. Et potest addi quartum.s. pro aggregatione ex his. Quarto præmittendum est crisim esse duplicem, perfectam.s. & imperfectam. & hoc de laudabili crisi loquendo de qua in apho. 20. est sermo. Quid autem sit perfecta crisis patet in commento. 20. Imperfecta autem est duplex, q̄a quędam permutationis, quędam euacuationis. Colligitur hęc distinctio secunda quarti. cap̄. 2. & in commento præsenti.

Crisis duplex

Auicē.

Quinto præmittendum iuuamentum medici esse duplex .s. per se & per accidēs in crisi laudabili. Exemplum primi, ut euacuatio irritatio cum pharmaco ad euacuandam materiam, quam natura se sola non potuisset expellere, & alteratio &c̄. Exemplum secundi, ut impedimenti remotio, uirtutis custodia, uel conseruatio & confortatio &c̄.

Medici iuuamē du-plex.

Sexto præmittendum est ꝙ licet crisi perfecta existente merito illius non remaneat in corpore materia ex ea derelicta ratione cuius corpori debeatur euacuatio, merito tamen alterius dispositionis in corpore remanentis potest post crisim esse necessitas euacuandi, sicut si febris cholerica & phlegmatica in eodem complicentur, stat materiam cholericam critice complete euacuari adhuc febre phlegmatica remanente, tamē completa hac crisi erit necessarium euacuari. Sensus ergo conclusionis 20. apho. est ꝙ quorum facta est crisis æqualiter non sunt euacuanda euacuatione.s. concernente materiam talem qualis fuit per crisim perfectam euacuata. Septimo nota ꝙ opus medici imaginari possumus esse cōueniens, uel postq̄ est perfecta crisis, uel quando crisis est in fieri, uel quando est futura fieri. Octauo nota ꝙ circa crisim duplex est operatio medici. Generalis quæ consistit in approximatione sex rerum non naturalium, & sine ea non potest stare, quia tantum oportet sibi ordinare diętam. Alia est particularis concernens particularem naturę operationem, sicut est crisis, & istam debet iuuare si sit completa. Prima conclusio. Licet natura aliquando per se sola possit crisim perfectam & completam facere. aliquando tamen ad perfecte morbi materiam euacuandam indiget auxilio medici. Prima pars cōclusionis patet, q̄a possibile ē uirtutem supra materiam euacuandam complete dominari. igitur patet consequentia, & assumptum etiam patet intelligenti. Secunda pars patet, sicut.n. perfecte potest dominari, ita imperfecte. igitur sicut perfectam, ita imperfectā crisim potest facere. Contra. euacuata parte materiæ potentior est uirtus ad expellendum residuū q̄ prius erat igitur residuum adhuc potest uirtus euacuare, & per consequens perfectam facere crisim. Item facta euacuatione partis materiæ uirtus habet maiorem proportionem supra materiam expellendam q̄ prius habeat igitur &c̄. patet consequentia & assumptum argutē, quia uel plus minorata est materia q̄ uirtus debilitata, uel econtra uel æque debilitata est uirtus sicut materia paucificata. Non potest poni secundum ut patet, quia crisis esset mala. Si primum, patet maioratam esse proportionem. Similiter si ponatur tertium, quia maiori & minori termino æqualiter minoratis crescit proportio maioris ad minorem terminum. Pro isto dicitur ꝙ uirtus quandoq; potest euacuare partem & nō totum, quia licet euacuata parte adhuc dominetur, non tamen sufficit illam euacuare & cum hoc corpus debite regere et gubernare, q̄a etiā debilitata ē, uel quia pars remanens non est æqualiter digesta & euacuationi disposita. Et istud cōtingit in aliquibus casibus. Primus casus est, ubi materia sit etherogenea, ita quod subtile eius expellatur & grossum non. Secundus est, ubi natura indiget multitudine spirituum quibus paucificatis non potest ipsā expellere & tot alias operationes corpori necessarias facere ad quas oportet naturā esse magis sollicitam. Vbi dicitur ꝙ licet crisis sit laudabilis, stat tamen uirtutem esse plus proportionabiliter debilitatam q̄ materiam minoratam per uiam resolutionis, non tamen sequitur crisim esse malam. quia magnum est secutum iuuamentum & fortificatio uirtutis p̄ uiā exonerationis. Alias forte aliter dicā. Secunda cōclusio. Sequitur quandoq; natura imperfecte critice euacuante, aut postq̄ imperfecte critice euacuauerit indiget auxilio medici. Patet quia ne corpus incidat in recidiuam. Tertia conclusio. Nam critice perfecte euacuāte & postq̄ critice perfecte euacuauit, non debet medicus euacuationē facere eūantē materiā talē qualis est critice euacuata. Istā cōclusionē uoluit Hipp. in apho. & Gal. in commento 20. Ex quo sequitur ꝙ non debet etiam aliquam aliam mutationem uel prouocationem inducere uel facere. Patet, quia uel faceret operationem euacuationem promouentem uel diuertentem. Si primum, fieret euacuatio superflua. Si secundum, diminuta. Et hoc argumento utitur Auicē. secunda primi. ca. penultimo.

Auicē.

Quarta conclusio. Licet ita sit, stat tamē crisi completa perfecte adhuc corpus esse euacuādum. Patet, quia adhuc potest remanere materia euacuanda, puta alia materia ab ista, quę critice fuit expulsa ut in sexto notabili tactum est. Quinta cōclusio. In qualibet crisi perfecta, uel imperfecta facta uel fiēte debet medicus positiue et per accidens iuuare naturam Patet q̄a debet impedimenta remouere & uirtutem confortare. ergo &c̄. Sexta conclusio melior. Licet in crisi perfecta medicus non debeat aliquod iuuamentum proprium facere. debet tamen generale iuuamentum facere, ꝙ in omni ægritudine debet fieri.s. debite & cōuenienter administrare res non naturales, ut prohibere ei latratū canum, p̄hibere tunc lumen multum, imo claudere fenestras, & non comedat tunc &c̄.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū & secundum cum suis confirmationibus patet solutio p̄ secundum notatum in secundo articulo, quia licet in statu sit materia malignior & plus imprimens, est tamen magis digesta ut expellatur, & quia est obiectum conueniens expulsioni, ideo natura tunc expellit sicut de fętu. Ad tertium dicitur ꝙ cæteris paribus melius ē &c̄. qualiter non est in casu complexionis apho. quia superflueret euacuatio. Ad quartum dicitur negando similitudinem illam, ut patet. nunq̄ enim digestio potest esse mala, sed bene euacuatio, ut colligitur supra commēto. 20. quia debet fieri in determinato tempore. Ad quintum solutum fuit supra & soluitur p̄ secundum notatū in primo articulo, & conceditur eandem uirtutem contrarias operationes secundum denominationem naturaliter producere, ut patet de uirtute uitali & naturali. Ad ultimum cū dicitur, Omniū natura operatrix etc.

dicitur

dicitur illud esse intelligendum ubi medicus & natura
communicant. medicus. n. minister est. natura uero pri
cipale operans. unde sicut minister non semper iuuat di
cendum sed stat secum ut iuuet quãdo oporret, & dimit
tat facere illum quando oportet, ita medicus frustra au-
xiliatur quando natura potens est de se.

Quæstio. xli. Aphor. xx.

VTRVM Si cõstet medico de imperfectione cri
sis, medicus debeat iuuare naturam in euacuando. Ar
guitur multipliciter ꝙ non. Primo, quia si non sufficit
principale agens, non sufficit secundarium uel instrumẽ
tale. Secundo, uel crisis imperfectio est propter uirtu-
tis debilitatem uel propter inobedientiam, sed nullo mo
do ergo. Tertio crisis non aduenit nisi in statu, sed tũc
nunc est euacuandum quia silentium habere oportet,
& quia tunc est maxima pugna. Quarto fortius gra-
uatur uirtus & debilitatur à pharmacia soluente, hora
crisis imperfectæ ꝙ̃ à cibo si tunc exhiberetur, sed tunc
cibo exhibito impeditur à crisi. igitur &c̃.

Crisis ĩpfecta dupl'r. Ad oppositum est sententia aphorismi. Primo nota
ꝙ in crisi imperfecta quandoq; stat uirtutis debilitas,
quãdoq; uirtutis fortitudo. Secundo nota ꝙ in crisi im
perfecta uirtus potest dici debilis, aut respectu materiæ
expellendę, quia. s. sit inobediens uel quantitate grauãs
aut respectu euacuationis tolerandæ. Exempla satis pa-
Eũonis bonitas sextuplex. tent. Tertio nota ꝙ bonitas euacuationis comprehen
ditur ex sex conditionibus, Prima est qualitas. Secunda
q̃titas. Tertia tempus. Quarta locus à quo ad quem
per quem fit euacuatio. Quinta tolerantia. Sexta confe
rentia. Quarto nota ꝙ quandoq; aliqua istarum defi
cit medico non auxiliante, quæ medico auxiliante nõ de
ficeret, ut patet de quantitate & qualitate & adhuc de
loco. & sic de alijs. Ex quo sequitur primo aliquẽ mor
bum fieri posse salubrem operante medico, quia nõ erit
salubris ipso non operante signata proportione uirtutis
ad materiam, quę sit maioris quantitatis iuuamento me
dici. & patet. Secundo sequitur ꝙ morbus terminabi-
lis per crisim imperfectam potest medici auxilio per per
fectã crisim terminari. Tertio sequitur ꝙ medicus re-
gulariter operãdo in morbo terminabili per crisim per
fectam potest sui beneficio facere ut dictus morbus uel
latenus per crisim proprie dictam & perfecte terminet.
Istud patet ponendo morbum terminabilem per crisim
perfectam, et ꝙ medicus ante minoret materiam, ita ut
uirtus reddatur potens ad ipsam insensibiliter expellen
dam. patet conclusio, quia non terminabitur per crisim
quia non per fortem, sed debilem aut uelocem & uehe-
mentem motum. Item tunc nõ erit crisis, nec primo nec
secundo nec tertio modo igitur. Prima conclusio. Stã
te crisi imperfecta & uirtute debili respectu euacuatio-
nis tolerandæ non debet medicus iuuare naturam i eua
cuando materiam. Patet, quia posset esse cum casu uir-
tutis. ideo. Secunda conclusio. Virtute existente debi-
li quo ad materiam euacuandam, forti tamen respectu
tolerãtiæ euacuationis licitum est medicum iuuare na
turam. Patet per iam dicta. Tertia conclusio. In casu
isto patet euacuatio à medico paulatim & interpolatim
fieri. Patet, quia dubium est quãtum uirtus sit apta to
lerare, & melius est infra subsistere &c̃. Quarta con
clusio. Securius est tempore imperfectæ crisis expecta
re ꝙ̃ ipsa fiente euacuare. Quinta conclusio. Colligiẽ
in commen. 20. Si constet ꝙ euacuatio fiat per locum
inconuenientem ipsa est à medico cohibenda.

Quæstio. xlij. Aphor. xx.

VTRVM Natura per se sine auxilio medici pos-
sit facere per se ueram crisim. Arguitur multipliciter
ꝙ nõ. Primo. Omnium natura operatrix, medicus ue
ro minister. Secundo. Natura existente fortiori, quia
tempore sanitatis non potuit. igitur. Tertio. Natura
tempore sanitatis indiget auxilio, quia ordine diætæ igi
tur à fortiori &c̃. Quarto. Quantumcunq; natura es
set potens medicus eam iuuando perfectiorẽ faceret cri-
sim. Quinto. Natura non potest separare nociuum
à iuuatiuo, quia tunc haberet rationem. Oppositum te
Gal'. nuit Hippo. in apho. Prima conclusio. Natura quan-
doq; sine auxilio medici est potens facere perfectam cri
sim. Patet per Gal'. 2. de criticis. Item ad experientiã.
Item possibile est uirtutem perfecte dominari morbo.
Secunda conclusio Aliquando non potest sine auxilio
medici naturaliter operando &c̃. Patet, quia aliquãdo
sũt ĩpedimẽta. Tertia cõclusio. Si natura facit aut fecit
pfectã crisim non est à medico cum medicina impedien
da. Quarta conclusio. Tutius est operari quando fa-
cta est ꝙ̃ dum perficitur crisis, quia ipsa facta non ẽ for
tis commotio nec accidentium difficultas, & per conse-
quens non tanta naturę occupatio, unde melius se defen
deret ab inconuenienti euacuatione ꝙ̃ quando actualit̃
fit. Quinta conclusio. Post completam & perfectam
crisim alicuius morbi debet medicus euacuationem fa-
cere, licet non materiei morbi, cuius causa est perfecta
crisis. Ad istum etiam intellectum uadit cõclusio apho.
Et patet intelligenti.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primũ
dicitur ꝙ medicus est minister in operatione ubi opor-
tet artem & materiam simul cõcurrere aliter non. Ad
secundum dicitur ꝙ licet tempore sanitatis uirtus fue-
rit fortis, non tñ erat irritata sicut tempore ægritudi-
nis. igiĩ etc̃. Ad alia patet solutio in alijs quęstionibus.

Quæstio. xliij. Aphor. xxij.

VTRVM Descriptio uel notificatio materiei fu
riose sit bona. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo.
quia omnis materia faciens ægritudinem perperacutam
uidetur furiosa, sed multę materię frigidæ, aut grossæ
sunt huiusmodi ut materia apoplexię phrenesis colicæ
squinantiæ &c̃. cum non sit in talibus digestio expectã
da. Secundo tunc febriens de furiosa materia sępe fie-
ret non febriens, cum contingeret frequenter materiam
à corde remoueri. Tertio. quantuncũq; tales materiæ
sint leues respectu aliarum, sunt tamen absolute graues
ideo non mouebuntur ad principalia.

Ad oppositum est Gal'. Primo nota ꝙ dupliciter di
Furiosa materia dupl'r. citur aliqua materia furiosa. Primo communiter. & sic
omnis materia indicans de sui euacuatione ante digestio
nem est furiosa, siue hoc sit ratione multitudinis, siue lo
ci in quo continetur. Secundo proprie, & sic habet con-
ditiones quas ponit Commentator in commento pręsen
ti. Secundo nota ꝙ materia furiosa acuitate sua mala
pungente repellitur à membris omnibus, & est facilis
expulsionis. & si est uenenosa inclinatur ad principalia
membra. Ex his faciliter colliguntur conclusiones &
responsiones ad argumenta.

Quæstio. xliiij. Aphor. xxij.

VTRVM Anteꝙ̃ fiat euacuatio materiei sit ex-
pectanda digestio. Arguitur multipliciter ꝙ non. Pri
mo. tunc nunꝙ̃ deberet fieri euacuatio à medico. proba
tur consequentia, quia non ante digestionem, nec cum
materia est digesta, quia hoc est in statu. in statu. n. silẽ
tium habere oportet. Secundo. materia existente mul
Auicẽ. ta & cruda, licet à principio euacuare, ut Aui. prima. 4.
cap̃. de cura putridarum in generali. igitur &c̃. Ter-
tio conueniens ẽ quandoq; in principio euacuare. igitur
patet consequentia. & assumptum patet. ubi materia in
cipiens facere morbum sit perfecte digesta. Quarto. i
principio debet fieri uentris lenitio. igitur &c̃. patet cõ
sequens & assumptum patet p Auicẽ. lib. &. cap̃ alle.
Quinto. in omni febre putrida prius est materia eua-
Gal'. cuanda ꝙ̃ digerenda, ut Gal'. 11. terapeu, cap̃. 8. Sex
to. quælibet materia per digestionem redditur euacua-
tioni ineptior, eo ꝙ ingrossatur. igitur &c̃. Istud ar-
gumentum positum saltem arguit de materia subtili.

Ad oppositum est prima conclusio aphorismi.

Respondendo ad quæstionem primo pręmittam quę-

attractionis. ergo quæstio falsa consequentia manifesta & assumptum probatur. Primo non in forma substantiali ut patet. Q. non in accidentali arguitur, quia tā in accidētali manifesta q̄ occulta maior est similitudo turbith ad turbith q̄ turbith ad phlegma. sic phlegmatis ad phlegma, q̄ phlegmatis ad turbith, sed nec turbith attrahit turbith, nec phlegma attrahit phl'a ergo &c̄.

Tertio sequeretur q̄ semper solutiua medicina attraheret humores laudabiles. cōsequens falsum ut patet. Et arguitur consequentia quia non minor immo maior est similitudo ipsius ad laudabilem q̄ ad corruptum uel illaudabilem. falsitas consequentis patet. Cōfirmat̄, quia medicina solutiua effrenitans euacuans choleram nūq̄ cessaret euacuare choleram donec cholera in corpore inueniret̄. consequens falsum, quia licet prius euacuet choleram aptam, ipsam tamen prius desinit euacuare q̄ sit tota euacuata. deinde incipit euacuare pglegma. deinde
Gal. melāam, & postea san. ut colligitur. 3. de simplici. disti.
Auicē. quarta. cap̄. 5. & quarta primi. cap̄. 4. & pluries alibi. consequentia manifesta est intelligenti, ex quo euacuat per similitudinem. Quarto arguitur, ut communiter sic sequitur q̄ non possit fieri emplastrum uel unguentum ex solutiuis medicinis quod exterius uentri apposi-
Mesue. tum solueret uentrem contra Mesue in suo de consolatione. cap̄. de ciclamine. & in antidotario. distin. 11. de unguento artanite. Et Haly. 3. techni. Et arguitur con-
Haly. sequentia, quia tale unguentum confectum est ex colloquintida & cucume. asi. &c̄. solutiuis quæ sic attractiua sunt non ad uētrem sed ad cutim potius materiam attraherent, & per consequens &c̄. Quinto. si medicina ratione similitudinis attraheret humorem, tunc humor ille naturaliter moueretur ad medicinam. Quod si conceditur, cōtra, quia talis humor mouetur in casu cōtra naturalem eius inclinationem, ut cum ab inferioribus attrahitur ad stomachum. Similiter idem corpus mere naturaliter moueretur motibus contrarijs. Similiter aliquid naturaliter moueretur aliquo motu, cui tamen naturaliter resisteret ut humor grauis sursū attractus à turbith. Similiter quia talis motus fit ab extra. Sexto. quia uel medicina attrahens moueretur ad humorem attrahendum, uel ipsa in stomacho recepta attraheret humores ad stomachum. Non primum, quia tunc non attraheret nec moueretur humor ad stomachum. Simili-
Auicē. ter quia oppositum arguitur per Auicē. 4. primi. ca. 4. Nec secundum, quia tunc non appareret quomodo medicina ut hermodactylus in stomacho receptus euacuaret specialiter à iuncturis, cum eius uirtus non uideatur ad iuncturas peruenire.

Ad oppositum est Gal. in cōmento præallegato. 22. Et secunda huius commento. 37. Et tertio de simplici medicina distin. quarta. 4. cap. vbi ponitur q̄ cartamus ideo atthahit phlegma & similiter turbith, quia utriusque natura est phlegmatica.

Gal. In ista quæstione erunt duo articuli. Primo præmit-
Medicina eūacuatiua 4x tentur quædam præambula & terminorum notificationes. Secundo ponentur conclusiones de quæsito. Primo præmittendum ut circa literam tactum fuit medicinarum euacuatiuarum quasdam dici lenitiuas uel lambificantes, quasdam lubricantes, quasdam comprimētes, & quasdam eligentes, quæ qualiter differant circa literam declaratum est. primæ tres proprie dicuntur euacuantes. sed quarta magis proprie dicitur attractiua uel attrahere non autem euacuare. Ad propositum de euacuantibus eligendo est sermo in proposito non de alijs, notum. n. est illas non ratione similitudinis uel proportionis uel conuenientiæ euacuare, sed indifferenter omnes materias, q̄bus obuiat educere inquantū tales sunt.
Similitudo triplex. Secundo præmittendum q̄ iste terminus similitudo sumitur tripliciter. Primo proprie, & sic est rerum differētium in qualitate uel qualitatiua denominatione cōuenientia. Dico autem notanter differentium, quia eiusdem ad se non est similitudo proprie sed identitas, sed bene distinctarum in qualitate conuenientiū. Dixi etiā notanter in qualitate &c̄. propter conuenientiam enim in quantitate uel situ &c̄. non dicuntur aliqua similia sed æqualia. proprium enim est qualitatis secundum eā simile uel dissimile dici. Secundo modo sumitur similitudo magis communiter pro quacunq; rerum differentium formali uel accidentali conuenientia secundū quā cunq; dispositionē uel denominationem illa fuerint conuenientia. sic. n. ethiopē dicimus similē gallico aut sclauo, quantuncunq; in qualitatibus dissimilem, quia simili forma substantiali informatur. sic etiam æquale alteri est sibi in quantitate simile, qualiter distinguuntur similia in similia essentialiter & similia accidentaliter.

Tertio sumitur similitudo adhuc magis improprie prout est idem quod proportionabilitas uel proportio, sicut dicimus ægritudinem proportionalem esse similem, disproportionalem dissimilem, sicut etiam omne passiuū actionis agentis receptiuum dicimus simile agenti, eo q̄ actioni agentis proportionatum qualiter sulphur & stuppa est igni similis, & uniuersaliter omne existēs tale in potētia propinqua passiua, quale alterū est in actu uel actiua potentia dicitur sibi simile. & consueuit hæc similitudo uirtualis uel aptitudinalis siue proportionalitas appellari. Ad propositum medicinam attrahere per uiam similitudinis potest intelligi quolibet istorum modorum ut patet. Tertia distinctio. quia fienda est mentio de forma specifica q̄ hic terminus forma specifica penes auctores equiuoce sumitur. Primo enim sumitur p̄ substantiali forma, per quam habet indiuiduum determinatum esse specificum in genere substantiæ qualiter animam humanam dicimus formam specificam hominis. Secundo sumitur forma specifica pro quocunq; occulto principio alicuius speciei cuilibet indiuiduo indifferēter inherente. huiusmodi indiuidua occulte inclinā te ad determinate agere uel pati, quēadmodum basiliscum diceremus à forma specifica hominem corrumpere. Tertio sumitur adhuc communius pro quolibet occulto principio occulte inclinante &c̄. siue insit cuilibet indiuiduo siue non qualiter diceremus for. à forma specifica abhorrere uinum uel aliquod tale, & omnem occultam proprietatem formam specificam appellamus qualiter dicebatur q̄ nō repugnat in duobus indiuiduis eiusdem speciei contrarias formas specificas inueniri.

Huiusmodi autem modus loquendi habuit ortum & fundamentum ex hoc. Vulgus enim aut philosophantes uidentes ignem calefacere cognoscentes manifestum & sensibile principium per quod calefacit. s. caliditatem hanc actionem caliditati ignis attribuerunt, quia est principium notum. Dum autem perceperunt prouenire effectus nō per manifestas qualitates, nec manifestas trāsmutationes insequentes non cognoscentes aliud principium in quod huiusmodi effectus reducerent nisi substantialem formam ipsi formæ attribuerunt substantiali huiusmodi effectus, & sic à forma specifica oēs istos effectus prouenire dicebant. Quandoq; autem toti cōposito actionem attribuentes non percipientes partem aut dispositionem merito cuius talis causaretur effectus à tota substantia effectum dixerunt prouenire. Vltimo adhuc communius sumitur forma specifica pro quocūq; qualitatiuo principio manifesto uel occulto, occulte tamen uel per occultam transmutationem aliquem effectum producente, uel si hoc quod non illud occulte transmutante, qualiter calorem possumus formam specificā nominara, licet. n. sit manifesta qualitas, per occultam tamen qualitatem mouet uisum, similiter quia per occultam transmutationem sic est organi uisus q̄ non alterius organi sensus motiuus. Ex quibus colligi potest concordantia plurimum auctoritatum Auicē. secunda primi. doc. 2. cap̄. 4. de eo quod commeditur & bibitur scilicet q̄ forma specifica est illa per quam res est illud

quod est, ut odor aut color, aut anima, aut alia forma de non perceptis sensu. Patet etiam intellectus Auer. in. 5. colliget. cap. 21. ponētis proportionem qualitatum primarum esse formam specificam. Patet ulterius aliquam esse substantiam aliquam accidēs secundum uarias eius acceptiones. Quarta distin. Triplex est attrahere uel tripli'r fieri contingit. A calido. A uacuo, uel ne detur uacuum. Et à uirtute siue à forma specifica. Colligiī hæc distinctio. Primo uirtutum naturalium. & prima primi. doc. 6. cap̄. de uirtutibus ministrantibus. [Gal. Auicē.] Differunt autem quia attractione prouentēte à calido uel à uacuo semper alijs paribus citius & facilius attrahitur, quod ē subtilius et facilius mobile. tardius autem difficilius mobile aut grossus, ut patet in lycinio & motu aquę uel aeris, ne detur uacuum. Attractione uero à specifica forma proueniente, uel à uirtute quandoq; attrahitur grossius & subtilius relinquitur ut turbith attrahit phlegma relinquens choleram & quandoq; econtrario contingit. Huius autem causa est propter attrahens à uirtute uel specifica forma determinatum respicere attrahibile, non solum quia subtilius aut aliud tale, sed quia hoc sic sibi proportionatum q non illud. Prima conclusio. Medicina non attrahit humorem propter similitudinē eius ad humorem in qualitatibus manifestis primis uel secundis. Patet, quia turbith uel cartamus nullo modo uidetur habere hāc similitudinem cum phlegmate. Secunda conclusio. Medicina solutiua iam dicta non attrahit humorem, propter essentialiter similitudinē ipsius ad humorem. Patet similiter ut pręcedens. Tertia conclusio. Medicina non attrahit humorem propter similitudinem proprie dictam eorum in accidentali specifica forma. Probatur, quia non est similis forma specifica in humore ex medicina. Item quia humor humorem, & medicina medicinam attraheret. Quarta conclusio. Quælibet huiusmodi medicina attrahit humorem, propter similitudinem ipsius ad humorem tertio modo dictam, quę est proportionabilitas uel aptitudo agētis ad passum. Patet quia solum ideo attrahit quia humor est in potentia passiua talis qualis est medicina in potentia actiua, & hoc est ipsum esse sibi similem similitudine, tertio modo dicta ut tactum est ergo &c̄. Ex quo sequitur intellectus auctoritatis Gal'. medicina laxatiua attrahit humorem sibi similem. i. proportionabilem. talem. s. in potentia passiua qualis est medicina in potentia actiua, & sic de alijs. Quinta conclusio. Sequitur q prius q̄ humor à medicina attrahatur à medicina alteratur. Patet, quia si iam mouetur & prius non mouebatur, aliter intrinsece se habet q̄ prius. Sexta conclusio. Huiusmodi alteratio per quam principaliter mouetē humor est alteratio quędam occulta, quam philosophi spiritualē nominare consueuerunt. Probatur, quia est & nō est manifesta, ut patet. ideo. Ex quo patet q à forma specifica attrahit medicina humorem saltem aliquo modo de tribus primis modis capiendi formam specificam. Ex quo etiam patet modus quo medicina attrahit humorem. tracta enim ad stomachum alterat corpus. s. membra, spiritus, & humores alteratione qua humor sibi proportionatus disponitur ut ad medicinam moueatur, ita sicut magnes alterat medium, quo alterato alteratur ferrum alteratione qua disponitur ut ad magnetē moueatur. Ipsis autem humoribus sic ad uentrem motis & naturam stimulantibus insurgit natura & simul medicinā & humores expellit. [Auicē. Mesue.] Colligitī hic modus quarta primi pluries. Et à Mesue in de consolatione medicinarum. Ideo supra dicebatur ipsam per accidens euacuare per se autem attrahere &c̄. Sed circa dicta quędam insurgunt dubia. Primum. Quomodo medicina exterius iuncta uel emplastrata potest secessum prouocare, uel soluere, ut supra ex Mesue allegatum est. Et Haly. tertio techni. tex. cōm. 199. super illam partem. Antipaseos uero &c̄. [Haly.] vbi ponit medicinam sub umbilico applicatam soluere ex cerebro & neruis, & in manu similiter, & sub pede positā soluere ex capite. Et dicit q non oportet ut sciat hoc ille qui non est dignus ne utatur his ad nocumentum. Secundum dubium quia q̄ possibile uidetur quòd aliqua sit medicina attractiua tam possibile uidetur reperire medicinam expulsiuam quia proportio medicinę ad humorem est sicut magnetis ad ferrum & uirtutis membrorum ad nutrimenta, sed datur magnes ferri attractiuus, et similiter expulsiuus et membrum aliquod nutrimētum aliquod attrahit & aliquod expellit. ergo &c̄. non ergo medicina per accidens solū potest euacuare, sed etiam per se. Cōfirmatur, quia datur medicina ueneni expulsiua. igitur & humorum uenenosorum. assumptum patet de theriaca 4. canon. fen. sexta. Et à Serap. in suo de simplicibus. cap̄. de carne tyri. Et ab eodē cap̄. de lapide beçear. Et quinto colliget eodem cap̄. igitur eadem ratione dabitur medicina humorum expulsiua. patet consequentia cum antecedente. [Auicē. Serap̄. Auer.] Ad primum dicitur q hoc potest medicina dupliciter operari. [Medici nę opō dupl'r.] Primo acuitate sua pungendo uel mordicando, quare excitabitur uirtus ad expellendum superfluitates quę sunt in uentre, sicut suppositoria lōga faciūt. Secundo potest dici q reperiuntur medicinę solutiuę ad determinata membra respectum habentes, quædam ad confortandum, quædam ad leniendum, quædam ad caput, quædam ad stomachum tali igitur medicina iūcta exterius conuerteretur in uaporem, qui per poros penetrabit ad stomachum, & ad stomachum materias attrahet quas sola uirtus euacuabit &c̄. Ad secundum dicitē illud esse possibile, sed medicinæ quibus cōmuniter utimur non sunt tales. omnes enim videntur attrahere, & non expellere.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum cum arguitur q contingeret idem &c̄. dicitur q non repugnat idem duobus contrarijs esse simile similitudine tertio modo dicta, sicut reubarbarum choleræ & phlegmati, similitudine tamen formali hoc est impossibile.

Et per idem ad confirmationem dicitur negando illud argumentum à commutata proportione. Vel cōceditur q qualis est proportio turbith ad scamoneam in potentia actiua attrahendi, talis est illorum in potentia passiua ut patet. Hæc autem respōsio magis communiter acceptatur q̄ prima. Argumentum enim à commutata proportione tenetur satis efficax. vnde debite arguere p commutatam proportionē est arguere sic. q captis quatuor terminis. s. a. b. c. d. quorum primum sic se habet ad secūdum, sicut tertium ad quartum, ita q sicut se habet unum antecedens ad suum cōsequens, ita reliquum antecedens ad suum consequens, tunc sicut sequitur antecedēs unius ad antecedēs alterius, ita cōsequens unius ad consequens alterius, ue. s. sicut se habet. a. ad. b. ita se habet. c. ad. d. ergo sicut se habet. a. ad. c ita. b ad. d. se debet habere. Declarauit tamen primo de generatione huiusmodi argumentum non tenere nisi in numeris.

Ad secundum patet similiter solutio. Ad tertium neganda est consequentia propter uirtutem impedire laudabilium attractionem, iuuare uero illaudabilium. Et per idem de medicina effrenitante dicendum est. natura enim usq; ad aliquē terminum relaxat phlegma, & non donec totum euacuetur, ne ex eius totali euacuatione sequatur mors. Ad quartum de emplastro dictum est.

Ad quintum & sextum patet quia in philosophia clara sunt talia &c̄.

Quæstio. xlvi. Aphor. xxiij.

VTRVM In peracuta feb. ap̄ate acutissimo aut dolore fortissimo debeat medicus euacuare usq; ad syncopim. Arguitur multipliciter q non. Primo. per omnem actum curatiuum debet uirtus custodiri, sed per euacuationem usq; ad syncopim non custoditur uirtus igitur &c̄. patet consequentia. & assumptum est Gal'. nono. terapeu. capit. decimo. & in pluribus alijs locis. [Gal.]

Secundo,

Secundo.quia talis eũatio facta usq; ad syncopim ma-
ius iducit nocumentum q̃ iuuamenrũ .igitur. patet cõ
sequentia.& assumptum probatur,quia ralis eũatio cõ
fert uirtuti per uiam exonerationis,& nocet per uiam
resolutionis.sed plus nocet per uiam resolutionis q̃ con-
ferat per uiam exonerationis.igitur. patet cõsequentia
cum maiori.sed minor probat̃,quia per uiam resolutio
nis cadit uirtus,quod est maximum nocumentũ. Ter
Auer. tio arguitur ratiõibus Auer.7.colliger.cap̃.8.ingenio
curatiuo synocharũ.quarum prima est. nã nunq̃ facit
eũonem usq; ad syncopim nisi in crisi mala.igit̃ nec me
dicus debet eam facere cum ars imitetur naturã quanrũ
põt. Quarto arguit̃.& est argumenrum eiusdem.per
eũonem nõ debet eũari nisi nocituum,quia quale opor
tet.sed nunq̃ eũo huiusmodi inducit syncopim.igit̃ etc.

Quinto.quia eũo usq; ad syncopim est cã putrefactio
nis,quia est cã debilitatis caloris innati à qua prouenit
putrefactio,quia non poterit humores rectos regulare.
igitur &c. Sexto.eũatio usq; ad syncopim inducit no-
cumentũ magis q̃ iuuamentum.igitur etc. assumptum
probatur,quia per se inducit nocumentũ & per accidẽs
iuuamenrum. Sed fortior inducit̃ effectus per se q̃ per
accidens.igitur &c. Septimo arguitur quia si aliquãdo
competeret phlebotomia usq; ad syncopim hoc maxi-
me esset in casibus quos expressit Cõmentator in com-
mento huius aphor.23.circa finem.s.in febre peracuta
in ap̃ate acutissimo & in dolore fortissimo patet q̃ nõ.
primo in peracuta feb. non competit saltem phleboto-
mia cum san.sit frenũ cholerę.igit̃ &c. Octauo. quia
per talem phlebotomiã non refrigerat̃ corpus. igit̃ &c.
assumptũ probatur,quia per eũonem sang. reddit̃ cho-
Auicẽ. lera paratior ebullitioni,ut ponit Aui.primo quarta.ca.
20.de phlebotomia. Et caue ne ęgrum ad alterã duarũ
rerum perducas &c. Confir̃ põt argui de apostemate
acutissimo. Confirmat̃,quia omnis eũo superfluat in-
Idem. flãmat corpus.quarta primi.cap̃.3 ergo à fortiori du-
cens ad syncopim inflãmat corpus. Nono arguitur.q̃
in dolore fortissimo non competit,quia talis dolor uehe
menter prosternit uirtutem.sed per phlebotomiã auge
tur prostratio si fiat usq; ad syncopim.sed non licet duo
offerre uehementer prosternentia uirtutem.igitur &c.

Decimo quia in hora fortis doloris non est phleboto-
Idem. mandum.primo lib.fen quarta.cap̃.primo.similiter in
eodem capitulo in forti dolore prius est sedãdum quàm
euacuandum.nam dicit cum ad diuersa trahere uolue-
ris dolorem loci prius seda.

Ad oppositum est Hippo.in apho.pręsenti quę ege-
runtur non oportet.

In quæstione primo in generali uidebitur utrum in
aliquo casu competat euacuatio usq; ad syncopem. Secũ
do principaliter uidebitur de his quę tacta sunt in arti-
culo quęstionis,scilicet de forti dolore &c.an in eis com
petat euacuatio usq; ad syncopim.

Quantũ ad primum articulũ erunt notata & cõclu-
siones. Primo notandũ q̃ aliq̃ uolentes ponere concor-
diã inter Auer.loco alleg.& Hip.dicunt q̃ ly usq; tenet̃
Auer. qñq; inclusiue qñq; exclusiue,seu dicit quãdoq; termi-
Usq; du num inclusiuũ quãdoq; exclusiuũ.Dicunt aũt q̃ intẽ
plr. tio Hipp.fuit & cõiter aliorum medicorũ q̃ eũo usq; ad
syncopim exclusiue bene aliqñ competit.sed si ly usq;
teneatur inclusiue ita q̃ sit sensus q̃ eũatio usq; ad syn-
copim inclusiue,puta q̃ ęger in syncopim cadat aliquan
do competat dicunt ipsi hoc nõ est uerũ.Et hęc fuit in-
tentio Auer.uoluit enim ꝓbare q̃ non debemus eũare
Auicẽ. ęgrotantem quousq; actualiter syncopiçet. Isti paucos
uiderũt auctores.Unde intentio Hip.& Aui.in plerisq;
Synco- locis est q̃ aliqñ competit eũo usq; ad syncopim inclusi
pis du- ue. Alij uero distinxerunt de syncopi q̃ quędã est repa
plex. rabilis,quędã irreparabilis.Et dicunt q̃ Hipp.intellexit
de syncopi reparabili.& Auer.de syncopi irreparabili.
Iste sermo uerus ẽ sed rudis.Quis enim dubitat q̃ me-
dicus uolens curare ægrotantẽ non debet ipsum ad syn-
copim irreparabilem ducere.Ideo forte dicendum est q̃
Auerro.expresse aduersatus est opi.medicorum in hoc.

Pro declaratione huius difficultatis pręmittenda sunt
quędã. Primo premittendũ est reperiri istos terminos Exolu-
penes auctores exolutio,extasis,lypothomia,& synco- tio quid
pis.Intelligentes per exolutionẽ omnem magnam debi et exta-
litatẽ uel uirtutis resolutionẽ, ex qua prouenit magna sis.
uirtutis prostratio.Per extasim autẽ dispõnem per quã
homo est extra sensum.& accidit quandoq; à cã corpo-
rali & in intrinseca,ut ꝓpter uehementẽ dolorem, quã
doq; autem à cã primitiua ut à forti timore, aliquando
autem ex forti attentione,ut uidi de quodã Foroliuiẽsi.
Lypothomia autẽ est defectus animositatis, dicit̃ enim Lypo-
à lipos quod est defectus & thimos qđ est animus quasi thomia
defectio animi.Per syncopim autem intelligunt casum quid &
uirtutis subito factum.unde Auicẽ.sic describit synco- synco-
pim.11.tertij. Syncopis est destructio maioris partis pis.
aut plurium uirtutis,scilicet motiuę & sensibilis ꝓpter Auicẽ.
debilitatem cordis & aggregationẽ spiritus totius ad ip Tra.2.
sum ꝓpter cãm mouentem eum ad interiora,aut ꝓpter cap̃ 6.
cãm pręfocantem ipsum interius,quare non inuenit spi-
raculum,aut propter paruitatẽ aut subtilitatem suam,
quare non superfluit super illum qui reperit̃ in minera.

Et ex ista diffinitione syncopis sequit̃ primo q̃ in qua-
libet syncopi fit aggregatio,& motus spiritus ad cor.

Secundo sequitur q̃ lypothomia proprie non est synco
pis,quia nõ est destructio plurium partium uirtutis sen
sibilis & motiuę,sed paucarum. Tertio sequitur cau-
sa quare in superflua euacuatione sequitur syncopis,&
similiter in fine phlebotomię quandoq;.Similiter quare
etiam ex forti fame,quoniam ex ea accidit multa spiri-
tuum resolutio quare paucificantur & redeunt ad cor.
Item propter humores mordicantes attractos ad os sto-
machi. Quarto sequitur quare in timore & gaudio fit
syncopis,& quare in non assuetis. Quinto patet qua-
re magis in phlebotomia post clausionem uenæ fit syn-
copis & multa alia sequuntur. Causæ ergo ex quibus
prouenit syncopis,licet possint assignari multæ, gene-
rales tamen sunt tres ad quas omnes alię reduci possunt,
scilicet subitus motus caloris ad cor,eius suffocatio siue
prohibitio respirationis,& eius paucitas cum resolutio-
ne.Ista tanguntur in descriptione posita.Gal.autem di Gal.
cit in.12.terapeu.cap̃.quinto q̃ syncopis est casus uir-
tutis subito factus. Et dicitur casus quia uirtus fit im-
potens sentire et debite mouere.Et dicitur subito factus
ad differentiam casus uirtutis qui fit in paulatina reso-
lutione ut in hetica & tabe. Ulterius nota quòd hu- Synco-
iusmodi casus uirtutis est duplex, quia quidam est re- pis uel
cuperabilis, & quidam irrecuperabilis. Irrecuperabi- uirtutis
lis est in quo est ultima spiritus & uirtutis inanitio. Sed casus
recuperabilis est in quo non est ultima sed reducibilis, duplex.
& solet hæc uocari lypothomia quæ est defectio ani-
mositatis. Sed statim insurgit dubitatio. Quomodo
ad euacuationem quam præcipit Hippoc.sequitur syn-
copis,quia non propter motum subitum caloris ad cor
cum potius expãdatur,nec propter suffocationem pro-
pter idem.nec etiam propter minorationem suam,quia
tunc non cessaret syncopis nisi restauret spiritum. Se
cundum dubium. Quomodo ex forti dolore sequitur
syncopis. Ad primum dubium dicitur quòd in euacua
tione potest fieri subitus reditus spirituum. cum enim
in toto fit euacuatio multa depauperatur ualde spiri-
tibus cor,quare uirtus regitiua totius subito mouet spi
ritum ad cor, ad quem subitum motum sequitur syn-
copis. Secundo modo etiam dici potest quòd uersus lo-
cum euacuationis mouetur plurimum san.& ex conse-
quenti plurimum spiritus.unde inanitur cor & spiritu
& sanguine depauperatur,& fit tertia causa syncopis.

Ad secundum de dolore similiter dicitur q̃ uel cor spi-
ritu depauperatur ꝓpter spiritus cursum ad locum dolo

rís, uel quia spũs subito trahitur ad cor à uirtute regiti-
ua totius. Vlterius principaliter nota ut supra euacua-
tio est duplex. s. coacta, & regularis. His uisis tenendæ
sunt istę conclusiones. Prima conclusio. Medicus regu
lariter operando non debet eũare, nec usq; ad syncopim
proprie dictã, nec usq; ad lypothomiã. Probatur, q̃a re
gulariter operando nihil debet facere quod corpori no-
cumentũ inferat. huiusmodi autẽ eũo usq; ad syncopim
inducit nocumentum magnum. igitur &c. cõsequentia
& assumptum patet. Secunda cõclusio. Medicus neq;
regul'r neq; coacte eũando debet ęgrotantẽ ducere usq;
ad syncopim irreparabilẽ seu ꝓprie dictam. Probatur,
quia per illã duceret corpus ad mortẽ. Tertia cõclusio.
In casu coacto põt ducere ad syncopim reparabilem seu
improprie dictam quam lypothomiã nominamus. Pro-
batur, quia per huiusmodi eũonem sępe ęger liberatur
à periculo mortis. illa omnia satis patent.

Quantũ ad secundũ sunt notata & concl'ones. Pri-
Feb. ꝑa mo nota ꝙ febris peracuta qñq; est de sanguine, qñq; de
cuta du alia materia a sanguine. Secũdo nota ꝙ quãdoq; est de
plex: alia materia à sanguine uel est multũ admixta sanguini,
uel non multum admixta. Et nota signa distinguentia
hoc. Tertio nota ꝙ in utroq; illorum casuũ uel uirtus
est fortis uel non, uel corpus est abundans sanguine uel
non. Quarto nota ꝙ dupl'r põt dici dolor fortissimus.
Dolor Primo uel quia ualde intẽsus, eo. s. ꝙ tristis sensatio in-
fortissi tensa est ualde, & tamen uirtus est fortis. Secundo modo
mus du dr̃ fortissimus, quia uirtutis. s. multum prostratiuus, dif
pl'r. ferunt autẽ quia primus põt esse sine secundo. Prima
conclusio. Stãte in corpore cum sanguinis abundantia
uirtute forti feb. acutissima de sanguine cum putredine
uel sine ea fienda est phlebotomia usq; ad syncopim repa
rabilẽ. conclusio patet. Secunda conclusio. Stante feb.
acutissima, et materia alia à sanguine sanguini multum
cõmixta, cum conditionibus dictis competit phleboto-
mia usq; ad syncopim recuperabilẽ. Patet ut præcedẽs.
Tertia concl'o. Stãte feb. acutissima & materia alia à
sanguine, sed sanguini non cõmixta non licet eũare usq;
ad syncopim, sed licet aliquam facere minorationem.
Quarta concl'o. In casu licet cũ pharmatia eũare usq;
ad syncopim stãte uirtute. Quinta concl'o. De a p̃ate
sil'r ponat. ubi pendeat à materia sanguinea, uel ẽt san-
guini admixta. et uirtus sufferat &c. Sexta concl'o. In
dolore fortissimo primo mõ uirtute sufferẽte &c. licet sic
eũare, et nõ in dolore fortissimo sc'o mõ. Patet ꝙ ubi
nõ tolerat ꝓsternationẽ propter dolorem, quõ tolerabit
istã aliã, quę fit per syncopim ꝓcedentẽ à multa eũone.
Vltima conclusio. Tutius est eũare quousq; appropin
quat syncopi infirmus q̃ quousq; cadat in syncopim. Et
hęc fuit snĩa Auicẽ. sed forte diceret aliquis quõ scietur
quando eũo est propinqua syncopi. Respondet ꝙ dum
fit euacuatio (uerbi gratia) per phlebotomiã debet me-
dicus pulsum tenere in manu, & cum percipiet uaria-
tionẽ in pulsu utputa ipsum ualde minorari, et aliq̃n in-
ter multas pulsationes paruas facere unã magnã tunc est
ꝓpinqua syncopia. Ista facilia sunt in practica experto.
His positis facilis ẽ sol'o ad argumenta añ oppositũ.

Quęstiones secundæ particulę.

Quęstio. i. Apho. i.



TRVM nocumentum contingens ex so
mno in declinatione sit signum mortale.
Arguitur multipliciter quòd nõ. Primo.
quia somnus est res naturalis, eo ꝙ est ope
ratio naturalis. Nulla autem res naturalis
nocet, tum quia omne nocens est res pręter naturã. et di
uiditur in tria. s. in morbum, causam morbi, & accidens
Cap. 1. morbi. tum quia natura non uidet factrix morbi, ut. 6.
de accidenti. & secundo criticorũ ad principium. Con-
firmatur, quia somnus confortat digestiuã, naturalem
Auicẽ, calorem multiplicat, ut secũda primi, doc. 2. cap. de his
quæ proueniunt ex somno & uigilia. Confirmat, quia
somnus infrigidat & humectat. igitur saltem in feb. non
uidetur inferre nocumentũ. Secundo ad principale ar
guitur. maius est nocumentũ somni in principio uel sta
tu q̃ in declinatione. Sed nocumentũ non est necessario
mortale in principio neq; in statu, igitur à fortiori neq;
in declinatione. consequentia manifesta est, quia si nocu
mentum maius non sufficit ægrum ad mortem ducere,
nec minus sufficit facere illud. Tertio. impossibile est
ægrum mori in declinatione. igit' impossibile est in de-
clinatiõe apparere signum uel nocumentũ mortale. igi
tur assumptũ colligitur. 3. de crisi. cap. 9. & primo in
pluribus passibus. Quarto. hoc maxime foret propter Gal.
argumentũ Gal'. si solentia iuuare suo tempore nõ iuue
rint &c. Sed contra. quia uel argumentũ Gal'. proce-
dit de declinatione uera uel non uera. non primum, quia
in illa nõ apparet signũ mortale, nec in ea aduenit mors,
nec secundũ, quia in ista non solet iuuare somnus. ideo
non foret eius argumentũ ad propositum. Quinto. in
declinatione subeth apoplexię stuporis congelatiõis no
cet somnus, & tamen hoc non est signum mortale. igit'
quęstio falsa. cõsequentia manifesta. & maior patet, ex
quo somnus subeticus est somnus qui omni tempore no
cet. Ad illud dr̃ ꝙ illæ non sunt ægritudines in quibus
sit somnus natus conferre. ut patet. Sexto. possibile est
in declinatione tertianę purę accidere nocumentũ ex so
mno, quę tamen ex toto genere est salubris. Confirma
tur, quia saltem hoc nocumentũ potest prouenire à cau
sa primitiua, quia põt prouenire à malitia regiminis. igi
tur. patet cõsequentia. & assumptũ. Potest enim ęger
in principio declinationis paroxismi sumere cibum eua
porabilem inducentẽ somnũ, ideo &c. Confirmatur,
quia somnus semper in declinatione nocere debet, quia
superuacuitate nocet, ut tertia primi. ca. de somno & ui Auicẽ.
gilia. Aliter arguit'. possibile est ex somno facto in de-
clinatiõe paroxismi febris salubris sequi nocumentum.
igitur qõ falsa. consequentia nota. & assumptũ patet. po
natur fortem ægrotare tertiana pura, & ꝙ in declinatio
ne huiusmodi paroxismi dormiat, tunc possibile est ꝓ-
pter somnum aliquam particulã uaporis cholerici acuti
retineri, quæ adueniente uigilia ad cerebrum euapora-
bit, ex quo sequitur magnum nocumentũ, tamen illud
non erit signum mortale igitur &c. Ad istud dicit' ꝙ
in casu isto nocumentum illud non erit perseuerãs, & sic
non aderunt omnes circunstãtię requisitę ad significan
dum per illud nocumentũ. igitur &c. Ex quibus patet
remotio magnę controuersię, quę à multis consueuit do
ctoribus fieri circa intellectum huius apho. & cõmen.
Item arguitur. aliquę sunt ægritudines ex toto genere
salubres ut tertianę puræ &c. igitur quantũcunq; in ip
sarum declinationibus accidat nocumentum ex somno,
nõ erit mortale signum. igitur &c. Ad istud dicitur ꝙ
in illis ægritudinibus nocumentum in declinatione cũ
circunstantijs est signum mortale, ut patet per conclu-
siones aphor. Aliud argumentum. febrias fortes de ma
teria mixta ex phlegmate & cholera, cuius cholera cri-
ticę euacuetur in septimo die, tunc possibile est in nona
die in phlegmate remanente fieri ex somno agitationem
fortem, ad quam sequatur maius nocumentũ, & tamen
ex illo non habemus mortem pronosticari. igitur &c.
consequentia manifesta, & maior satis patet. sed proba-
tur minor, quia cõtingens est adhuc phlegmaticã mate
riam remanentẽ esse in principio uniuersali cum possit
principiũ phlegmaticę durare. 18 diebus. ut Auic. pri- Idem.
ma quarti. cap. de phlegmatica. & si sic, possibile est tũc
apparere signa cruditatis. sed apparentibus signis cru-
ditatis non est pronosticandum certe de salute uel mor
te, ut Gal'. in commento super. 12. aphorismo. primæ
particulæ qui sic incipit. Paroxismos & consisten-
tias. igitur &c. Admittitur casus, & dicitur quòd si
forte est magnum nocumentũ contingens ex somno in
nona

nona die, & perseueret cũ circunstantijs dictis est signũ mortale. Et cum arguit̃ ꝙ non, quia tunc forte apparebunt signa cruditatis. igitur &c. Negãda est consequentia. Et dr̃ pro auctoritate Gal. allegata ꝙ Gal. voluit ꝙ per signa sumpta à cruditate non possumus certe pronosticari de salute uel de morte, cum hoc tamen stat ꝙ ex alijs signis hoc possumus facere, ut patet. ideo &c.

Ad oppositum est Hip. in apho. 1. & Gal. in cõmen.

Hic tanguñe duę difficultates. Prima an sõnus possit inducere nocumentũ aliqđ uel nocere. Secunda est q̃si tũ principale. Iõ prĩo uidebit̃ de prĩa. secũdo de secũda.

Sõnus quid.

Auicẽ.

Quantum ad primum p̃mittã primo notabilia. secũdo conclõnes. Primo sciendũ est ꝙ de somno plures dãtur descriptiones. Prima. Sõnus est reditus spũs aĩalis ab instrumentis sensus & motus ad suum principiũ, cũ quo priuantur huiusmodi instr̃a ab exitu operationum in ipsis p̃ter illa quę sunt nec̃ia ut uita permaneat. Et p spũm aĩalem puto nõ esse intelligendũ animalem distinctum contra uitalẽ &c. cum nõ solius aĩalis spiritus sit reditus, sed etiã uitalis & naturalis. sed intelligit per animalem spiritum ẽt uitalem, quemadmodũ sub animali uirtute ẽt uitalem cõprehendimus, ut prĩo prima. doct. 6. de uirtutibus. cap̃. de uirtutibus aĩalibus. uel forte dixit aĩalis. quia potissime per retractionem spũs aĩalis fit immediate somnus tanq̃ per priuationẽ instr̃s immediate deseruientia. Per hoc autẽ ꝙ dr̃ ab instr̃is circumloquitur terminum à quo, & per principiũ terminum ad quẽ illius reditus. et per principiũ iuxta philosophos naturales intelligere debemus cor. per alios autẽ cerebrũ. potissima autẽ reuocatio est ad cor. Per hoc autẽ ꝙ subiungitur pręter illa, differt somnus ab apoplexia, syncopi &c. In quibus autẽ ualde impedit̃ aut notabiliter diminuitur. Colligit̃ hęc descriptio prima ter tij. cap̃. de subeth. trac. 4. Cui etiã consonat descriptio collecta prĩo de somno. s. somnus est conuentus & reciprocatio naturalis caloris ad interiora. s. ad cor cum qua est uinculũ siue in potentia sensitiui primi. i. sensus cõis. Ex quo patet ꝙ taliter capiendo somnũ iste terminus somnus supponit pro illo spiritu taliter ad interiora redeunte, connotãdo etiã ad hoc sequi impedimentũ sensus cõis in sentiendo, silr̃ sensuum exteriorum. Ex quo ulterius patet nulli membro attribuendum esse somnium nisi organo sensus cõis & membris sensibus exterioribus sentire potentibus. Et ista descriptio uidetur cuilibet somno cõis.

Sõnus triplex.

Aliter describit̃ somnus quia est actualis priuatio uigilię siue operationũ iam dictarum propter reditum spiritus &c. Ex quo patet quid sit uigilia. Secundo nota somnum esse triplicem. s. naturalẽ, non naturalẽ, & p̃ter naturã. Naturalis somnus est ille qui à natura naturalit̃ operante fit principaliter non effectiue cõcurrente causa p̃ter naturam ad ipsum causandũ. Somnus uero p̃ter naturam est à cã pręter naturã proueniens. Nõ naturalis uero est cuius cã est aliqua res non naturalis. Exemplum primi, sicut somnus eueniens in corpore sibi sano debite recto. Exemplũ secundi, sicut somnus subeticus. Exemplum tertij, sicut somnus causatus à lactuca uel à cibo humido uel aere frigido corpori indebite occurrente.

Sõni naturalis cã quadruplex.

Cãs autem naturalis somni cõiter ponunt quatuor, materialem. s. formalem, efficientem, & finalem. Materialis potest dici membrum cui proprie attribuit̃ in somno esse uigilia priuatum, uel spiritus cui hic attribuit̃ motus. Formalem uero dicunt esse hanc retractionẽ uel motum spiritus. Efficientẽ uero dicunt duplicem. s. mediatam & principalem. s. animã & uirtutem totius regitiuam. Immediatã uero dicunt esse nutrimenti euaporationem. ad cerebrũ enim uaporibus eleuatis & inferius sua frigiditate reflexis fit meatus spirituum aliqualis oppilatio, quare priuant̃ membra sensu & motu, & reciprocatur calor interius donec huiusmodi uapores dissoluantur. Mediata uero & principalis cã est uirtus uitalis quę spiritũ ad interiora retrahit, ut eius resolutio nimia prohibeatur. Finalis uero ponit̃ duplex. prima digestionis nutrimenti perfectio. secunda p̄hibitio resolutionis nimię ipsius spũs qui per continuũ actum uigilię resoluitur. Propter quod. 4. de accidenti & morbo. cap̃. ult. dixit Gal. ꝙ somnus est quies aĩalium cum intensiõe naturalium. Vñ ipsis spiritibus multum paucificatis ne ulterius resoluant̃, sed ut renouentur & multiplicent̃, recurrunt ad cor sicut satellites ad capitaneũ, ut Auer. 2. colliget. cap̃. 21. Ex quibus põt colligi completa descriptio somni naturalis. Sõnus naturalis est naturalis reditus spũs ab instr̃is sensuum ad principium p̄ueniens à uirtute & nutrimenti euaporatione ut spũs in uigilia resolutus restauret̃ & nutrimentũ digeratur. explicantur enim in hac oẽs causæ somni. Ex quo patet quid per uigiliã intelligere debemus, quia. s. expansionẽ spirituum aĩalium ad sensum datum ad organa sensuum & motus qua fiunt potentia ad actualiter sentiendum & mouendum, factã ab aĩa ut animal debitas operationes exercere ualeat. Ex quibus patet primo intellr̃s dicti Auicẽ. 1. cañ. fen. 2. doc. 3. cap̃. 3. s. de signis cõplonum dicentis somni necessitatem non esse absolutã. Patet secundo quare infrigidãtia & humectãtia sunt maxime somnifera, & plura alia. Tertio p̃mittendum dupliciter aliqđ posse esse cã nocumenti. s. per se & per accidens. Prima conclusio. Sõnus pręter naturã per se nocere põt. Patet satis, quia oĩs dispositio pręter naturã per se est apta inducere nocumentum. Item somnus non p̃ter naturã per se impedit operationes sensus & motus. igit̃ &c. patet consequentia & assumptũ silr̃. Secunda conclusio Sõnus non naturalis etiã põt per se nocere. Probatur. Res non naturalis indebite occurrẽs humano corpori & causans somnum per se indebite ĩpedit operationes sensus & motus. igitur &c. cõsequentia nota, & añs est possibile. igitur. & cõsequens &c. Tertia conclusio. Nunq̃ sõnus naturalis per se nocumentũ inducit. Patet, quia nunq̃ est somnus naturalis, nisi q̃ñ est naturalis & cõueniens reditus &c̃. sed patet illud nõ per se aliquod inducere nocumentum. ideo &c. Quarta conclusio. Licet ita sit, possibile tñ est somnum naturalẽ esse per accidens cãm nocumenti. Patet ponendo fortẽ esse quartanariũ & ꝙ hora noctis prima dormiat somno naturali & anticipet paroxismus ita ut superueniat ipsi dormiẽti. & patet cõclusio. Ex isto sequit̃ corrolarie, ꝙ non omnis cã morbi est res pręter naturã licet oĩs causa per se morbi productiua sit res præter naturam morbi, inquam uel causa dispõnis p̃ter naturam ad naturalẽ finem non naturaliter ordinatę. Quod notanter additur propter apertionem ossis sacri in partu, & fracturã umbilicalis uenę infantis, in quibus reperit̃ solutio cõtinuitatis & dolor. quorum tñ causa non est nisi uirtus, quę non est pręter naturam, licet ipsa solutio cõtinuitatis sit res pręter naturam huic membro uel corpori rõne qua hoc membrũ uel corpus est, non tamen rõne qua speciei est conseruatiuum per hanc apertionẽ. Et hoc est quod cõmuniter dici consueuit. s. ꝙ natura naturalr̃ operãs. s. pro solius indiuidui cõseruatione, nõ per se p̄ducit nec ex naturali ĩtentione dispõnẽ p̃ter naturã. Cum quo tñ stat ꝙ ipsa naturaliter operans pro speciei conseruatione põt dispositionẽ in indiuiduum producere, ut tale indiuiduũ est præter naturalem. Similiter dici potest de aperitione uenarum matricis in purgatione menstruorum.

Gal.

Auer.

Auicẽ.

Morbi tp̃s duplex.

Declinatio duplex.

Quantũ ad secundũ articulũ p̃mittã primo aliquas distõnes. Secundo ponã conclõnes de quęsito. Prima distõ. Temporum morbi quoddã est uñe, et quoddã particulare. quid sit unũquodq; patet Ex quo patet declinationem quandã esse uniuersalem & quandã particularem. Secunda distinctio. Declinatio uniuersalis est duplex uera, scilicet & non uera. Vera est manifesta morbi remissio cum dominio uirtutis supra morbũ & cãm morbi, si à cã dependens fuerit. Non uera añt est actualis morbi remissio sine actuali manifesto dominio uirtu

Morbi tẽps pti culare dupl'r.

Ægritudo duplex.

tis supra morbũ, sed cum aptitudine morbi redeundi ad eandem uel maiorem intensionẽ q̃ prius. Tertia distinctio. Temporũ particularium morbi, quoddam est merito cuius dispõne somnus superueniens aptus est semper nocere, quoddã prodesse, quoddã medio modo. Exẽplum primi, ut principium. Exemplum secundi, ut declinatio maxime quo ad ultimã partem eius. Exemplũ tertij, ut status & augmẽtũ. Quarta distinctio. Ægritudinum quędã sunt in quibus semper per naturam earum uel suarum cãrum somnus aptus est obesse. Quędã uero non, sed indifferenter se habent ad obesse & ꝓdesse. Exemplũ primi, ut subeth et apoplexia et similia. Exemplũ secundi, ut tertiana & cęteræ aliæ febres interpolatę salubres. Quinta distinctio. Nocumentũ sequens &c. quãq; est magnum & perseuerãs. quãdoq; uero paruũ uel non perseuerans. Sexta distĩo. Huiusmodi nocumentũ quãdoq; prouenit à cã primitiua uel extrinseca. quandoq; uero à cã corporali uel intrinseca. Exemplum primi, sicut inordinatio regiminis. Exemplũ secũdi patet. Prima conclusio. Nocumentũ ex somno contingens paruũ uel non perseuerãs, aut à primitiua siue extrinseca cã proueniens, non necessario est mortale signum. Patet, quia si paruũ est uel non perseuerans non succumbit uirtus. Si uero à cã primitiua proueniat, ipsa subtracta remouebit nocumentũ, ut si forti dares uinum & ipse stupefieret, iste tamen somnus nõ est signũ mortale. igitur &c. patet consequentia cũ antecedente.

Secunda conclusio. Nocumentũ ex somno in declinatione contingens adhuc magnum & perseuerans in ęgritudine, in qua aptus est somnus per suam materiã, scilicet istarũ ægritudinũ nocere non est signum mortale. Patet, quia ex quo aptus est semper nocere in illa quantumcunq; esset illa ægritudo salubris noceret. ideo &c.

Ad argumenta principaliter respondetur. Ad primum dicitur q̄ in casu illo non est uerus & naturalis appetitus. Ad secūdum potest dici q̄ iste appetitus non ē perseuerans, cum citius sedetur q̄ oportet. Aliter (ut Commentator in commen. 8. notat) q̄ debet intelligi cōclusio si corpus cōuenientem q̄titatem cibi assumat respectu eius, quod est restaurandum. Aliter q̄ iste appetitus non potest esse diminutus nisi uel quia relicta est aliqua proportio materię, & sic non est uere cōualescēs uel propter malam qualitatem relictam in ore stomachi & hęc est noua ægritudo. Ad tertium dicitur q̄ hepate existente oppilato non stabit uere appetitus. sicut. n. impediet oppilatio hepatis nutrimenti attractionem, ita suctionem ab ore stomachi quę est motus necessario cōcurrens ad famem. Aliter q̄ iste non erit uere conualescens, habens uero calorem debilem &c̄. licet non recipiat plus de cibo q̄ sit proportionale restaurando, sumitur tamen plus q̄ proportionale uirtuti resumptiuę.

Ad quartum dicitur q̄ iste non est uere conualescens.

Ad quintum dicitur absolute concedendo antecedens, & q̄ appetit plus q̄ possit immutare si in uice unica exhibeatur. Si tamen exhibeatur debito modo appetit tantū q̄tum potest īmutare si debite administret̄. Aliter conceditur q̄ appetitus non est simpliciter naturalis.

Q uæstio. xvij. Aphor. viij.

V T R V M Secunda conclusio octaui apho. sit uera. Arguitur q̄ non, quia posset esse deiectio appetitus propter debilitatem caloris innati & membrorum attrahentium. Soluitur q̄ si esset tāta debilitas nō esset corpus neutrum. Et si ponatur q̄ ꝓpter malam complexionem oris stomachi si dabitur resumetur.

Q uæstio.

Quæstio. xviij. Aphor. viij.

VTRVM Corpora conualescentium sint euacuã da phlebotomia. Arguitur q nnn, quia sunt pauci san guinis. Prima conclusin. Vere conualescentia nõ sunt euacuãda phlebotomia uel pharmacn exoluente. & hnc merito dispositinnis huius, à qua dicuntur conualescen tia, sed bene clysteri lenitiuna ut tali. Secunda conclusin. Non uere conualescentia sunt euacuanda, licet etiã aliquando cum debitn ordine possit satisfieri.

Ad argumentum patet solutio.

Quæstin. xix. Aphor. viij.

VTRVM In conualescente pnsset esse uerus & bonus appetitus. Arguitur multipliciter q non. Primo sic in conualescente est defectus attractiuę uirtutis. igit̃ in eo nõ est uerus, et bonus appetitus. cõsequẽtia patet, quia si deficit attractiua membrorum non causatur fames naturalis, cũ attractio membrorum necessarin an ecedat famem naturalem ue causa eius. Secundo. i cõ ualescente debilitata & non bona digestin efficitur. igitur nec appetitus. consequentia patet, quia appetitus debet propotinnari digestioni, iden si digestin nnn est bona nec appetitus est bonus. Tertin. in conualescente ẽ uirtus sensitiua nris stomachi debilitata. igitur &c̃. consequentia uidetur nnta & assumptum satis de se patet, quia in ore stomachi conualescentis remanet aliquid de mala cõplexione prius impressa in stomacho.

Cõualescens duplex.

Ad oppositum uidetur esse sententia aphnr. 8. Primn nota q conualescentes quidam sunt ueri, & quidam nnn ueri. Secundo nnta q resnlutio membrnrum ẽ causa attractionis nutrimenti ad ea, eo q per resolutionem fiunt uacuitates in membris. ad quas replendum necesse est concurrere nutrimentum. Ex quo sequitur q non solum a calido naturali membri attrahitur nutrimentũ ad membrum, sed etiam ui uacui fit attractin prędicta.

Prima conclusin. In ueris conualescentibus potest fieri appetitus bonus. Patet, quia possunt in eis concurrere omnes causæ naturalis appetitus. igitur &c̃. cõsequẽtia nota & assumptum satis patet. Secunda conclusin. Et in conualescentibus non ueris potest aduenire naturalis appetitus, licet raro. Patet, quia potest materia faciens ęgritudinem non facere actu motum. igitur &c̃. consequentia nota & assumptum patet.

Ad argumenta patet sulutio.

Quæstin. xx. Aphot. x.

VTRVM Corpora non pura sint nutriẽda. Arguitur multipliciter q sic. Primn auctoritate Auicen. fen. tertia libri primi doc. 2. ca. 7. quod est de regimine eius quod comeditur & bibitur, ubi ad litteram uult q sępe competit ei in cuius corpore humnres abũdant corrupti, ut rem bonam largiter comedat. Secundo. hũorum corruptioni necessaria est restauratio cum temperamento, ut in illo commento. 17. primę particulæ. Et quibus semel aut bis. Tertio quandoq; in tali corpore uirtus est debilis. Quarto. quia corpora leprosa & scabinsa sunt nutriẽda. Quinto. quia potest ille cibus humorum corruptioni contrariari. Sexto. per nutricationẽ restauratur uirtus. igitur &c̃.

Auicẽ.

Ad oppositum est aphorismus & eius uerificatio.

Corpua nõ puræ duplex Nutricatio duplex.

Primo nota q corpora non pura sunt duplicia. s. cacochyma & plethorica. Secundo nota q nutricatio ẽ duplex. quædam pure resumptiua, & quædam non, sed cũ hoc alteratiua. In quo differant patet. Prima cõclusio. Corpora plethorica nõ sunt nutrienda nutricatione pure resumptiua. Probatur, quia adderetur in plenitudinem ut probatum est in aphnrismo. In exercitantibus.

Secunda conclusio. Talia corpora non sunt omnino sine cibo dimittenda. Patet quia alias fierent cacochyma.

Tertia conclusio. Corpora cacochyma non sunt cibanda cibatinne pure resumptiua. Patet, quia adderetur in cacochymiam, et hoc cum cibatione dicta. Quarta cõclusio. Electiue hæc sunt nutrienda nutrimento alteratiuo. Patet, quia nutriẽda sunt nutrimẽto corruptionis prohibitiun. Quinta conclusin. Quandoq; coacte & non regulariť cibãda sunt nutrimẽto mere resumptiuo.

Ex quibus patet solutio argumentorum.

Quæstin. xxi. Aphnr. xi.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Arguiť multipliciter q non. Primo corpora habẽtia stomachos calidos non faciliua potibus replentur, ideo quæstio falsa. patet consequentia & assumptum, quia in stomachn calidn cibaria facilis distinctionis corrumpuntur, ut uult Gal. 2. techni. ca. 3. in trac. de uentre. in de signis discrasiæ calidi stnmachi. Corrumpuntur. n. in eo facile mutabilia hoc etiam unluit Auicẽ. 13. tertij. ca. de signis malitię complexinnis calidę stomachi. Confirmatur, quia in stomacho pręternaturaliť calido cibaria liquida corrumpuntut & in fumnsitatem conuertuntur &c̃. Secundo mainr est cõuenientia siue similitudo cibi ad mẽbrum q̃ potus ad membrum. sed in habentibus symbolum faciliur est transitus. igitur &c̃. patet consequentia & mainr, & minor est philosophi. 2. de generatione. & Auicẽ. primi secunda. doc. 3 cap̃. 3. quod est de signis complexinnum ad litteram dicentis. Conuersin in generatione proportinnali est faciliur. igitut facilior erit conuersin cibi in membra q̃ potus. Tertin sequitur q eisdem cibarijs cnnuenienter omnia corpora nutriuntur. consequens est falsum. & consequentia tenet si oĩa corpora facilius &c̃. transmutant. & falsitas consequentis patet. alij enĩ cibi cholerico & alij phlegmatico sunt cõpetentes. Quarto. necessarin per tot transmutatinnes potus transit ad membra debens nutrire sicut cibus. igitur nnn facilius. cõsequentia uidetur nnta. & assumptũ satis patet. cum omne debens nutrire trãseat per tres digestiones. tertin complexionum. ca. 2. ad principium.

Gal. Auicẽ. Aristot. Te. cõ. 25. Gal.

Quinto. ad hoc ut potua connertatur in membrum necessario sibi mainr requiritur dispositinnũ latitudo q̃ ad hoc ut cibus conuertatur in membrum, uel partem membri, sed acquiritur facilius minor q̃ maior latitudo. ideo &c̃. patet consequentia, & minnr. & arguitur maior quia mainri latitudine acquirendarum dispositinnum distat potus à membrn q̃ cibus, eum potus sit rarus & membrum spissum, potus fluidus & membrũ constans uel solidum, sicut est etiam cibus. Similiter & difficilius est rarum inspissare q̃ spissum amplius inspissare. sed potua est rarus, & cibus spissus. ideo &c̃. sed nõ conuertitur nutrimentum nisi per inspissationem, quoniam omnis digestin ingrnssando procedit 4. metheornrum. ideo &c̃. Sexto. cibaria grnssa sunt magis confnrtatiua. ut Auicẽ. primo tertia. doc. secunda. cap̃. de regimine eius quod bibitur & comeditur. ideo &c̃. Vltimn. prn ista facit auctoritas Gal. primn alimentorum. ca. 19. de lupinis, ad litteram sic dicentis. Quę enim humida consistenrijs uel humidiora modicum dant nutrimẽtum corporibus et celeriter euaporans et euanescẽs. Pro isto etiam facit auctoritas Damasceni in suis apho. dicentis. Animal nuttitur per frigidum & siccum, uiuit autem per calidum & humidum.

Aristo. Auicẽ. Gal. Dama.

Ad nppositum est Hippo. & Cõmentator & Isaac in dietis particularibus. cap̃. de uino.

Isaac.

In hac quæstinne erunt duo articuli. In primo uidebitur de principali quæsito. In secundn uidebitur de diuersitate facilitatis repletionis corporum diuersorũ ex nutrimento humido uel sicco.

Quantum ad primum sunt notata & conclusiones.

Nutricatõ qd

Primn sciendum, ut habet uideri primn. prima doe de uirtutibus q nutricatin non est aliud q̃ conuersin nutrimenti in substantiam nutriti &c̃. & primo uirtutũ naturalium. cap̃. 8. est assimilatio nutrientis ad nutritum. cui nutricationi uirtus digestiua deseruit cum digesto sitenutrimenti alteratio & pręparatin, ut conuertatur in substantiam nutriti. Ex qun patet q omne faciliter digestibile est faciliter nutritiuum. Et hoc secũdum

omnem actum nutritiue uirtutis, qui.s. est appositio unio & assimilatio. Vnde de uirtute digestiua habetur primo prima.doct.6.de uirtutibus. cap. de uirtutibus ministrantibus. Et.3.uirtutũ naturalium.cap.1.dr ꝙ digestiua est illa, quę qđ attraxit attractiua et retẽtiua retinuit in essentiam aptam uirtutum in ea permutatio nem facientium operationi conuertit & complexioni, quę permutationi nutrientie in effectu est competens.

Secundo sciendum est ex dictis circa litteram, illud nutrimentũ appellari facile replere uel resumere quod faciliter conuertitur &c̃. Et hoc secundum plurimas eius partes. Econtra autem dicitur non faciliter sed difficulter replere, ut facilitas repletionis ex parte nutrimenti attendatur penes aptitudinem ipsius nutrimenti, ut secundum plurimas eius partes in membrorum substantiam conuertatur. Et dixi notanter ex parte cibi uel nutrimenti, quia ex parte corporis nutriendi penes aliud attenditur. ut satis patet.

Cibus & potus duplex.

Tertio sciendum est ꝙ tam cibus q̃ potus acceptus ut in ꝓposito pertinet est duplex. quia quidam est solũ à materia operans & quidam à materia & qualitate. In proposito est sermo de operante à materia licet etiam possit ampliari ad operantem à qualitate. Quarto sciendum est ꝙ in substãtia rara & fluida facilius fit impressio ab agente naturali, q̃ densa & spissa aut solida & hoc satis manifestum est. Ex quo patet facilius esse calori naturali cęteris paribus transmutare rem subtilem q̃ grossam. Vltimo nota ꝙ q̃to nutrimentum à calido naturali est magis passibile, tãto cęteris paribus secundum plures partes eius est aptum assimulari substantię membrorum. Prima cõclusio. Potus & cibaria liquida cæteris paribus facilius digerunẽ q̃ solida. Et dico notanter cęteris paribus, quia cũ liquiditate ciborum posset coniungi aliqua alia qualitas conuersioni multum repugnans. Probatur cõclusio sic. potus &c̃. minus resistit calori naturali digerenti & transmutanti igitur &c̃ patet consequentia & antecedẽs similiter. Secunda conclusio. Potus & cibaria liquida facilius nutriunt q̃ solida cæteris paribus. Probatur, q̃a facilius digeruntur, ideo facilius nutriunt. Tertia conclusio. Cęteris paribus secundum plures partes digerũtur & nutriunt potus & cibaria iam dicta q̃ solida. Probatur, quia minus resistunt calori digerenti &c̃. Corrolarium, ex quo sequitur plures superfluitates residere ex digestione solidorum cęteris paribus. Quarta cõclusio. Facilius replentur corpora apta cibarijs facilis digestionis repleri potu & cibis liquidis q̃ solidis. Patet ex dictis. Istam conclusionem uoluit Hippo. & Gal.

Vltima conclusio. Licet ita sit, stat tamen de aliquo oppositum, ut patet in deductione argumenti primi.

Quantum ad secundum articulum sint notata & conclusiones.

Corpus duplex et nutriens duplex.

Primo sciendum ꝙ sicut corporum quędam dicuntur humida quędam sicca, ita nutrientium quędã dicuntur eodem modo. s. quoddam humidum & quoddam siccum. Et per nutriens humidum in proposito nõ intelligo nutriens aptum conuerti in partem substantificam humidam, sed intelligo nutriens humidum. s. liquidum. Econtra per siccum solidum. Secundo sciendum ꝙ quãtum ad faciliter nutrire possumus comparare nutrimentum humidum corpori nostro humido & corpori sicco. Prima conclusio. Nutrimentum humidũ nutrit tam corpora humida q̃ sicca, facilius tamen q̃ siccum. Patet ex dictis in primo articulo. Ex ista conclusione sequitur ꝙ non quęlibet similitudo maior actualis siue conuenientia inter aliqua arguit inter illa faciliorem transmutationem fore. sed maior similitudo uirtualis, quæ non est aliud q̃ maior aptitudo patiendi huiusmodi ab illo est illa quę arguit faciliorem transmutationem.

Gal.

Secundo ex dictis inferri potest intellectus Gal. sexto de accidenti. cap.3. dicẽtis, iuuenes & pueros esse pares in humidis digerendis quod quandoq; quidem uerum est non punctualiter sed ad istum sensum, ꝙ uterq; faciliter digerit humida in comparatione ad sicca. Secũda conclusio. Humida nutrimenta facilius nutriunt corpora humida q̃ sicca cęteris paribus. egent.n. in eis trãsmutatione minori. Tertia conclusio. Sequitur ꝙ sicca in aliquo corpore sicco facilius digeruntur q̃ in humido, & in aliquo minus. Patet, quia facilius nutriunt iuuenes, propter calidum esse in ipsis acutius q̃ in pueris, & senes difficilius. Quarta conclusio. Potest probabiliter poni ꝙ cęteris paribus semper nutrimenta humida facilius nutriũt corpora humida q̃ sicca. Patet, cum uideantur in eis indigere transmutatione minori.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum quid sit dicendum patet per ultimam conclusionẽ articuli primi. Ad secundum dicitur ꝙ licet sit maior conuenientia formæ materialis non tamen est maior cõuenientia uirtualis. Ad tertium dicitur ꝙ pro simplici nutricatione & conseruatione fienda per nutrimentum eadem omnibus competunt cibaria, ut satis patet. Ad quartum negatur consequentia. quęlibet.n. transmutatio per quam potus transmutatur est facilior & uelocior q̃ correspondens per quam transmutatur cibus solidus. nam cum uolumus cito restaurare damus uinum uernacium & oua sorbilia. Ad quintũ dicitur ꝙ aliquando alicui acquiritur facilius maior latitudo q̃ alteri minor facilius.n. stuppa inflammatur q̃ ferrum sit tepidũ ubi tamen cętera sint paria difficilius semper acquiritur maior q̃ minor latitudo. Ad confirmationem negatur ꝙ grossum facilius ingrossetur, immo aliquod subtile est facilius ingrossabile, quia est magis subtile, & per cõsequens facilius reduci potest ad mediocrem modum substantię. Ad sextum dicitur ꝙ cibaria grossa sunt magis confortatiua. i. dantia nutrimentum magis constans & resistens solutioni. Ad septimum dicitur similiter ꝙ sunt pauci nutrimenti i. parum solidi, quod consueuerunt medici antiquitus appellare modicę substantiæ.

Aliter ꝙ ly & stat expositiue. & est sensus ꝙ cibaria humidiora modicum dant nutrimentum corporibus. et pro. i. celeriter euaporantur. Ad auctoritatem Dama. dicitur ꝙ quẽadmodum uirtus generatiua ex parte subtiliori seminis generat spiritus & ex grossiori membra, sic nutritiua ex parte subtiliori resumit spiritus, & ex grossiori membra quę pars grossa respectu spirituum ẽ frigida & sicca. uoluit ergo ꝙ nutrimentum non est frigidum & siccum absolute. sed in cõparatione ad calidũ naturale, puta spiritũ quo effectiue uiuimus.

Quæstio. xxij. Aphor. xij.

VTRVM Materię peccantes post crisim relictæ possint facere recidiuam. Arguitur multipliciť ꝙ non.

Primo, impossibile est aliquam partem materiei post crisim in corpore retineri quin cito euacuetur. igiť &c̃. patet consequentia & assumptum probatur, quia materia euacuanda ante crisim erat maioris resistentię & amplioris q̃titatis multo q̃ sit reliqua eius relicta post crisim, & uirtus sufficit pro tunc illam materiam saltẽ quo ad maiorem eius partem euacuare, igitur tunc põt hãc reliquiam euacuare. Vel sic. maior est proportio uirtutis expulsiuę membrorum ad hanc modicam relictam reliquiam q̃ fuerit eiusdem ad totalem materiam per crisim euacuatam. sed prius sufficit uirtus de illa totali notabilem facere expulsionem. igitur &c̃. patet consequẽtia & assumptum similiter. Secundo confirmatur idẽ & signetur instans terminatiuum crisis, quod sit nunc gratia argumenti. & arguitur sic, continue post hoc instans, quod est præsens erit uirtus fortior q̃ iam est, eo ꝙ nõ molestabitur ab actuali morbo, sicut hucusq; molestabatur, & cum hoc materia erit continue maioris actiuitatis, eo ꝙ continue aget calor naturalis de ipsa aliquid resoluendo & minorando & qualitatem eius prauam corrigendo, sed nunc non sufficit hęc materia facere recidiua. igitur nec aliquando post hoc. consequentia nota & assumptum satis deductum est. Tertio principaliter

paliter arguitur sic, quod relinquitur post crisim semper uel ut plurimum est sicut cinis materię putrefactę. sed cinis non potest esse uehiculum caloris putredinis. igitur &c. patet consequentia & maior patet. & minor est de mente Auicē. primo quarti. Vel si conceditur ꝙ huiusmodi materia incinerata possit facere febrem, illa febris semper erit quartana. & sic raro huiusmodi materia faciet ueram recidiuam. Quarto sic &c. hoc maxime foret, quia materia relicta post crisim pauca existēa in quantitate uel malitia in processu à qualitate mala in membro relicta potest augeri in quantitate uel malitia & sic iterato facere morbum. Sed arguitur ꝙ non, quia tunc ab intrinseco stante perfecta crisi posset fieri perfecta recidiua siue uera, quod repugnat ex quid nominis crisis perfectæ. & consequentia probatur, quia qua ratione mala qualitas in membro post crisim relicta potēs est materiam relictam in quantitate uel malitiam augere, eadem ratione potest nouam materiam reaggregare dato ꝙ nulla relicta fuerit, quo posito in esse erit crisis perfecta. quia totalis materia perfecte euacuabitur. & tamen post eā sequetur recidiua ut patet. ideo &c. Quinto ad principale sic. materia in crisi taliter euacuatur ꝙ infirmus non potest amplius recidiuare. igitur &c. patet consequentia & assumptum uidetur de mente Gal. prima huius. 20. commento. s. apho. illius. Ea quorum crisis fit, & quorum facta est &c.

Tra. 2. Cap̄. 1

Ad oppositū est Hippo. in Apho. & Gal. in cō. 12.

Respondendo ad hanc quæstionem. Primo oportet p̄mittere notabilia quædam. Secundo cōclusiones respōsiuas de quæsito. Primo pręmittendū ex dictis circa literā ꝙ cā recidiuę qñq; est itrīseca & qñq; extrinseca nō corporalis siue pręmitiua sicut indebita administratio sex rerū nō naturalū aut alicuius earum. In proposito autem est sermo de recidiua contingente à causa intrinseca siue corporali. Secundo sciendum ꝙ causa intrinseca faciens recidiuam potest esse triplex (ut tangebatur circa literam). s. causa antecedens quę nondum putruit, reliquia causæ coniunctæ, & mala qualitas siue complexio relicta nouę materiei aggregatiua. Tertio pręmittendum est ꝙ materia post crisim potest esse multa aut modica. Similiter intensę malitię & remissę. Similiter mala qualitas relicta potest esse intensa aut remissa &c. Similiter uirtus potest esse multum debilis et potest esse fortis. omnia ista satis patent. Quarto præmittendum est ꝙ recidiua est duplex. s. uera & nō uera. Vera est quando à materia uel à causa alia corporali ex radice relicta causatur noua ægritudo secundum specificam eius denominationem similis radici, ut si post tertianam sequatur tertiana. Recidiua non uera potest fieri dupliciter. s. vel quando ex radice pręcedentis secundum specificam denominationem nō sequitur eadem febris, ut si post tertianam sequatur quartana. uel si similis sequatur tamen ex causa primitiua & non intrinseca erit recidiua non uera. Quinto pręmittendum est ꝙ crisis est duplex. s. perfecta & imperfecta. Perfecta ē per quam fit totalis materiæ extraductio uel euacuatio, ita ut per dispositionem protunc in illo remanentem nō sit corpus illud aptum recidiuare merito. s. illius dispositionis. Econtra uero crisis imperfecta est qua uel non totaliter materia extraducitur, uel non taliter quin corpus merito illius dispositionis in eo remanentis sit aptū recidiuare. Prima conclusio. Nunq̄ materia relicta nec aliqua dispositio relicta post crisim perfectam potest facere ueram recidiuam. Hęc conclusio uidetur nota ex quid nominis perfectę crisis, ut statim tangebatur. Similiter quia post ueram crisim debet ęgrotans ad salutem uel sanitatem alterari, ut patebit in commento illius. 13 apho. secundę. Quibuscunq; crisis fit his nox. sed nūq̄ æger taliter alteratus paratus est merito dispositionis in eo derelictæ recidiuare. igitur &c. patet consequentia, & assumptum similiter. Secunda conclusio. Materia morbum faciente totaliter ad extra euacuata possibile est post hāc crisim corpus scidere uerā recidiuā. Probatur sic conclusio. possibile est ab aliqua causa corporali ex radice derelicta perduci ad ægritudinem secundū specificam denominationem radici similem. igitur &c. patet consequentia ex quid nominis recidiuæ ueræ. Et assumptum patet, quia quantuncunq; materia radici fuerit ad extra totaliter euacuata stat tamē in membro ubi prius fuit minera materię malam remansisse qualitatē similem materiam radici reaggregāre. sed hoc in esse posito sequeretur recidiua uera, & tamen prius fuit materia radicis totaliter ad extra euacuata. igitur &c. patet cōsequentia & assumptum similiter. Corrolarium ex illa conclusione sequitur ꝙ non quælibet crisis per quā totaliter materia morbi euacuatur est perfecta. Patet hoc ex conclusione præcedente immediate. Ad perfectā igitur crisim requiritur ꝙ materia ad extra ducatur & cum hoc merito dispositionis derelictæ, quia. s. malę cōplexionis non sit corpus paratum egrotare. Tertia conclusio. Vt plurimum recidiua causata à reliquia causæ cōiunctæ radicis est recidiua nō uera. Patet, q̄a ut plurimum talis materia est melancholica quæ putrescens febrem generat quartanam. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter. Quarta conclusio. Licet ita sit possibile est tamen reliquiam causæ coniunctę radicis ueram facere recidiuam. Hęc conclusio declaratur primo imaginando fortem tertianarium, & ꝙ forte uere criticante crisi perfecta, parte materię iam euacuata per sudorem occurrat causa uehementer fortem infrigidans & poros claudens & extinguens actualem calorē materiei. deinde per temporis processum iterato putrescat materia ista cholerica. & patet antecedēs. Et similiter quantuncunq; illa materia cholerica respectu unius caliditatis leuis dicatur incinerata, ita ut illius nō sit amplius uehiculum, stat tamen sibi occurrere aliam causā fortiorem facientem impressionem, ipsa adhuc existente cholera sic putrida, & tertianam iterato faciet. Exemplum satis familiare. uidemus enim cum ignis applicat̄ lignis ꝙ taliter potest imprimi & ita debiliter calor ī ligna illa ꝙ solum incinerabit ea ad carbones, qui calorē illum taliter impressum conseruare non poterunt. dicētur igitur incinerati respectu illius caloris taliter impressi. Si tamen illis carbonibus applicatur forte agens imprimens calorem, ut si in fornace proijcerentur. certum est ꝙ calorem taliter impressum conseruarent, quousq; perducerentur ad ultimam incinerationem & perderēt formam suam. Ita proportionabiliter dictum est de materia illa calida cholerica faciente febrem. Item quia materia cholerica adusta permanens potest choleram benignam aut sanguinē putrefacere, & per consequens &c.

Recidiuę cā duplex & tripˣ

Materia post crisim mltiplˣx

Recidiua duplex.

Crisis duplex

Quinta conclusio. Recidiua causata à materia, quæ fuit antecedens radicis ē ut plurimū uera recidiua. Patet quia ut plurimum causat ęgritudinem secundum specificam denominationem eius &c. Dixi notanter ut plurimum. potest. n. causari ap̄a aut aliquid huiusmodi radice existente febre. Sexta & ultima cōclusio Ad hoc ut materia post crisim relicta possit ueram facere recidiuam, necesse est ipsam maiorari in quantitate uel malitia uel in utroq;. Patet, quia aľs non posset assignari causa, quare post faceret ægritudinem & nō ante. licet etiā posset addi situs in membro. materia enim distans à corde non facit febrem. quę pulsa prope cor febrem faciet. Ex omnibus his elicias conclusionem responsiuam ad quæsitum, ut patet.

Ad argumenta patet solutio &c.

Quæstio. xxiij. Aphor. xij.

VTRVM Radix siue principaliter morbus & recidiua sint idem morbus numero siue constituant unū & eundem morbum numero. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. quia posito principali non requiritur sit ue ponitur recidiua & econtra. igitur &c. patet conse-

quentia & assumptum probatur, quia bene sequitur. ē radix. igitur non recidiua & econtra. Secundo recidiua est effectus radicis. igitur &c̄. patet consequentia, quia nunquam causa & effectus sunt idem numero. & assumptum patet cum recidiua depēdeat à radice. Tertio possibile est recidiuam esse phlegmaticam puram principali ægritudine existente tertiana nota. igitur &c̄. consequentia patet & assumptum probatur, ponendo fortē febrire ex materia mixta ex cholera & phlegmate, et ꝙ critice euacuetur materia subtilis cholerica peccans remanente parte grossa phlegmatica in qua nouiter accendatur etiam putredo. & patet antecedens. Quarto possibile est recidiuam esse quartanam principali siue radice existente sanguinea continua. igitur &c̄. patet consequentia & assumptum similiter ponendo sanguinem putrefieri, cuius subtile conuertatur in cholerā & grossum in melancholiam quæ putrescat. et patet assumptū.

Quinto quia recidiua est deterior radice & nihil est deterius se. igitur.

Ad oppositum arguitur. Primo. quia in quatuor tēporibus unius morbi salubris simul includitur radix & recidiua igitur &c̄. patet consequentia & assumptum dicitur de mente Gal. in commen. 12. aphor. primę particulæ. paroxismos & consistentias &c̄. de domino Anaxione pleuretico. Secundo quia non minorem uidetur habere unitatem recidiua cum sua radice quam paroxismi distincti tertianæ uel quartanę adinuicem. sed huiusmodi paroxismi constituunt simul unum morbum numero, ut patet de tertiana & quartana. igitur similiter radix & recidiua patet consequentia & assumptum similiter. ita n. cadit quies inter diuersos paroxismos sicut inter radicem & recidiuam. Item tertio. quia radix terminatur ad recidiuam. igitur saltem recidiua est quid intrinsecum uel pars intrinseca.

In ista quęstione primo ponam notabilia & quasdam distinctiones Secundo ponam cōclusiones responsiuas de quęsito. Primo pręmittendum est. Duplex est recidiua, uera & non uera. Et hoc de recidiua loquendo ab intrinseco proueniente, licet recidiua ab extrinseco proueniens etiam debeat dici non recidiua sed potius nouus morbus. Et per ueram recidiuam intelligo ęgritudinem secundum specificam denominationem similem radici, causatam ex materia uel ex aliqua causa corporali ex radice derelicta. Econtra uero dicitur recidiua non uera.

Recidi uę uerę cōditio 4^{x}.

Ex quo patet ꝙ ad hoc ut aliqua dicatur recidiua uera requiruntur quatuor conditiones. Prima est principalē ęgritudinem præcessisse & cessasse. Secunda est ꝙ sit similitudo specifica huius ægritudinis sequentis ad principalem ægritudinem pręcedentem. Tertia ꝙ hæc sequēs quę dicitur recidiua sit uel fuerit dependens ab aliqua cā corporali ex principali ægritudine derelicta, sicut causa antecedens uel coniuncta. uel fuerit mala qualitas nouę materię reaggregatiua, ut dicebatur. Quarta ꝙ fuerit apparēs declinatio uniuersalis præcedentis ęgritudinis. Et dico notanter apparens declinatio uniuersalis &c̄. quia licet in fine primi paroxismi tertianæ sit apparens declinatio, s. particularis, non tamen debemus dicere ꝙ aduētus secūdi paroxismi sit uera recidiua. Per primā ergo conditionem differt recidiua radice. Per secundā differt à quartana sequente sanguineam uel tertianam. Per tertiam differt à recidiua contingente à causa primitiua. Per quartum differt à reditu paroxismi. Secundo

Vnum nūero triplex.

nota prout in proposito spectat aliqua dicuntur tripliciē vnum numero. Primo, quia ex illis constituitur. vna entitas uel ens per essentiam sicut dicimus medietates continui esse unum. Secundo improprie propter similitudinem partium sibijnuicem succedentium, ut heticā diceremus unam à principio usque ad finem. Tertio ualde improprie, quia ipsis per successionem quādam correspondet una similis causa à qua dependent, sicut diceremus eundem fore radium in mane & meridie, aut eandem caliditatem in principio paroxismi & declinatione, aut eandem febrem sanguineam à principio usque ad declinationem. Prima conclusio. Recidiua non uera & sua radix &c̄. non constituunt unum morbum numero. Patet per argumenta adducta ante oppositum. Secunda conclusio. Nec sunt necessario morbus unus secundum specificam denominationē. Patet similiter ex dictis. Tertia cōclusio. Recidiua uera & sua radix sūt una ęgritudo secundum specificam denominationem. Patet ex conditionibus uerę recidiuę. Quarta cōclusio. Loquendo de unitate proprie dicta numerali plures paroxismi unius interpolatę non constituunt unū morbum numero. Probatur, quia paroxismus non est nisi determinata inuasio siue motus &c̄. sed inter quoscūque motus cadit quies media illi non constituunt unum numero. igitur &c̄ patet consequentia et assumptum similiter. Ex ista conclusione sequitur ꝙ nulla ægritudo ꝓprie est interpolata. Sequitur secundo ꝙ existens in gete inter paroxismos nō est in aliquo tempore morbi. Patet, quia tunc non est morbus cum corpus tūc ab actuali morbo quiescat. ideo &c̄. Quinta cōclusio. Loquēdo de unitate improprie dicta ex pluribus paroxismis unius interpolatę fit unius morbus. Patet, quia talibus per successionem quādam correspōdet similis causa, puta antecedens uel coniuncta uel mala qualitas reaggregatiua. ideo &c̄. patet consequentia & assumptum similiter. Ex quo sequitur ꝙ sor. post primum paroxismū interpolatę anteꝗ̄ adueniat secundus, ualde improprie dicimus esse in tempore morbi nisi ad intellectum datū quia. s. est in tempore in quo est adhuc similis causa &c̄. vel pro quanto est causa adhuc taliter uel taliter morbum factura, ut dicamus principiū uel augmentū &c̄. per attributionem ad causam. Sexta conclusio. Sequitꝰ ꝙ recidiua uera & sua radix non constituunt morbum unum numero unitate proprie dicta. Septima conclusio. Radix & recidiua uera constituunt unum morbū numero unitate improprie dicta. Patet ex dictis. Primum dubium. An corpus existens in tempore medio inter radicem & recidiuam debeat dici ægrū uel neutrū. & si neutrum cuius significati. Secundum dubium. Probatur post crisim imperfectam ꝙ reliquia materię quę remansit non sit sufficiens ꝙ per eam fiat recidiua, & ꝙ ex inordinatione regiminis fiat simul cum illa materia ęgritudo similis priori. Et quęritur utrum hęc debeat dici recidiua uera uel non uera. Ad primum dubium dicitur ꝙ illud est neutrum nunc primi significati decidentię. Potest etiam dici neutrum de secundo significato ut debet uideri primo techni. & habetur plene in quęstionibus. Ad secundū dicitꝰ ꝙ in illo casu illa erit recidiua uera. Patet ꝑ descriptionē recidiuę uerę. Gal.

Ad argumēta pricipalia patet solutio ex dctis i qōne.

Quæstio. xxiiij. Aphor. xij.

VTRVM Chymi longo tempore putrefacti necessario generēt febrem. Arguitur multipliciter quòd non. Primo, quia longo temporę putrefacti sunt incinerati. Secundo quia possunt esse diminutę quantitatis. Tertio quia in loco distanti à corde pñt putrefieri.

Oppositum ponit Galenus. Respondendo ꝙ per putrescentes in longo tempore intelligit illos in quibus tāto tempore processit putredo, ut putridam fuliginem possit ad cor mittere, & hoc stante quantitate sufficienti & situ cōuenietī. Et sic patet solutio. Dubiū. Verū humor malus contentus in locis calidioribus uelocius putrescat. Q. non, quia ibi est uirtus fortior & resistentia ad putredinem maior.

Ad oppositū est Gal. Et patebit solutio ibi, ubicunque cibus pręter naturam &c. aphoris. 17. secundæ particulę. quare illic quęre.

Quæstio. xxv. Aphor. xiij.

VTRVM Crisis sit uehemens & uelox motus, hoc est utrum diffinitio à Gal. commento. 13. data de

crisi

criſi ſit bona. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. quia criſis eſt tardus motus. igitur &c̄. patet conſequentia et aſſumptum eſt Auicē. 4. ſecunda. cap̄. 1. Et arguitur ratione, quia poſſibile eſt aduenire criſim laudabilem uirtute materię morbi modicum dominante, ſed hoc poſito fiet materiei expulſio tarda & non uelox, ut ſatis patet. ideo &c. tota conſequentia eſt nota cum antecedente. Secundo criſis non eſt aliquis motus. igit̄ &c. patet conſequentia & aſſumptum probatur, quia criſis eſt aggregatum ex motu locali materię, quę expellitur & ęgrotantis alteratione. notum eſt autem huiuſmodi aggregatum non eſſe aliquem motum. igitur &c. patet conſequentia cum antecedente. Tertio criſis qualitercunq; ſumpta non eſt motus morbi. igitur quęſtio falſa patet conſequentia & aſſumptum probatur diſcurrendo. Si. n. capiatur criſis pro ſeparatione nocitiui à iuuatiuo aut euacuatione, notum eſt ꝙ ipſa nō eſt motus morbi ſed materię morbi. Similiter ſi capiatur pro alteratione ad ſalutem, quia talis alteratio eſt ęgrotantis. Conſimiliter arguitur ſi capiatur pro toto aggregato ex his ut patet intelligēti. Quarto. per criſim ſalubrem nō ſubito alteratur infirmus ad ſalutem nec etiam ad mortem. igitur quæſtio falſa. patet conſequentia & aſſumptum. q. n. non ad mortem ſatis patet &c̄. ſed ꝙ nec ad ſalutem &c̄. arguitur, quia prius alteratur ad neutralitatem. igitur &c̄. patet conſequentia & aſſumptum ſimiliter. Quinto. quia materia exiſtente ſumme digeſta non fit uehemens motus eo ꝙ tunc non eſt fortis pugna, cum ſit materia perfecte uirtuti obediens. ſed in ſtatu dum aduenit criſis eſt materia ſumme digeſta ut ſatis patet. igit̄ &c̄. patet cōſequētia & aſſumptū ſimilr̄.

Ad oppoſitum eorum quę arguta ſunt, expreſſe eſt Commentator in commento. 13.

Reſpondendo ad iſtam quæſtionem. Primo pręmittam quædam notabilia & diſtinctiones. Secundo ponā cōcluſiones reſponſiuas de quęſito. Prima diſtinctio. Criſis dupliciter ſumitur. Primo communiter & indifferenter pro quacunq; ſuperatione morbi à uirtute uel econtra, ſiue fiat ſubito ſiue paulatine, & hoc modo ſūpſit

Gal̄.

Gal̄. criſim tertio. de criſi. cap̄. 1. dum diſtinguebat criſim in ſex ſpecies.

Criſis ſpēs 6r.

Prima eſt ſubito ad ſalutem. Secunda paulatine ad ſalutem. Tertia ſubito ad ſalutē imperfecte & paulatine perfecte ad ſalutem. conſimiliter diſtinguitur de mortali criſi, & ſic non ſumitur criſis hic in propoſito quando à Gal̄. diffinitur. Secundo modo ſumitur criſis pro ſubita ſuperatione morbi à uirtute uel econtra, & pro uehementi euacuatione materiæ uel diuiſione uel alteratione ſubita ægrotantis ad ſalutē uel ad mortem.

Criſis quadruplicit̄.

Secunda diſtictio. Criſis ſecundo modo ſumpta iuxta communem modum loquendi doctorum ſumitur quadrupliciter. Primo modo pro actuali ſeparatione nocitiui à iuuatiuo & directione eius ad loca expulſionis. Secundo pro ipſius euacuatione. Tertio pro alteratione ſubita conſequente prædictam euacuationem & ſeparationem uel ad ſalutem uel ad mortem. Quarto capit̄ pro toto aggregato ex his. Ad propoſitū hic maxime capitur criſis in eius diffōne ſecundo & tertio modo.

Criſis cā duplicit̄.

Tertia diſtō. Criſis tertio modo acceptę quędam ſunt cauſę uniuerſales ut coeleſtes. Et quædam particulares ut uirtus & calor naturalis & materiei expulſio. ad extra. Et hanc diſtinctionem in pluribus locis innuit

Gal̄.

Gal̄. in libro de criticis. Ex qua ſequitur idem poſſe eſſe ſignum & cauſam reſpectu eiuſdem, ut euacuatio materiei critice expellendæ eſt cauſa & ſignum alterationis ad ſalutem.

Motus, uel mutatio triplicit̄.

Quarta diſtō. Tripliciter dicitur motus aliquis uel aliqua mutatio eſſe alicuius. Primo tanq̃ agentis ut calefactio calefacientis. Secundo tanq̃ ſubiecti, ut calefactio calefactibilis. Tertio tanq̃ termini. ſic. n. corruptionem dicimus eſſe formæ quę corrumpitur & generationem formę quę generatur. Ad propoſitum criſim eſſe motum morbi, poteſt intelligi aliquo iſtorum trium modorum iam dictorum.

Morbus duplicit̄.

Quinta diſtinctio. Iuxta communem modum loquendi. Per morbum intelligitur quandoq; diſpoſitio præter naturam per ſe & immediate operationes lędens, & ſic diſtinguit̄ contra cauſam & accidens. Quandoq; autem per morbum intelligimus materiam morbi: ut dicentes morbū conſumi intelligunt materiam morbi. Vltimo nota ꝙ per ſalutem in diffōne criſis poſitam non debemus intelligere ſanitatem, prout diſtinguitur contra neutralitatem, ſed debemus intelligere diſpoſitionem ſaluam per quam ſaluabitur æger, & illa eſt communis ſanitati & neutralitati conualeſcentię.

Prima concluſio. Qualitercunq; ſumatur criſis iuxta ſecundam diſtinctionem quęlibet criſis eſt motus naturę tanq̃ agentis. & hoc loquendo de ſalubri. Patet, q̄a omnem talem efficit natura, igitur &c̄. Secunda concluſio. Aliqua criſis eſt motus materiei tanq̃ agētis. Patet de mortali ſumpta pro ſubita alteratione ad mortē.

Tertia concluſio. Quęlibet criſis primo uel ſecundo modo ſumpta eſt motus materiei morbi tanq̃ ſubiecti. Patet. q̄a talis non eſt niſi expulſio uel directio &c̄.

Ex quo patet ꝙ idem poteſt eſſe materia ſiue ſubiectum & agens reſpectu motus eiuſdem, ſicut materia ē agens ſtimulando, & tamē eſt ſubiectum. Quarta cōclo. Vt ſic criſis nō ē motus morbi proprie ſumpti. Patet, quia nec tanq̃ agentis, nec tanq̃ ſubiecti, nec tanq̃ termini. Niſi forte quis dicat ꝙ morbus ſtimulādo agit hunc motum. Quinta concluſio. Criſis ſumpta pro ſubita alteratione ē motus corporis tanq̃ ſubiecti, & morbi tanq̃ termini, & natura tanq̃ agentis. Patet hæc concluſio intelligenti. Sexta concluſio. Criſis ſumpta pro toto aggregato non eſt motus niſi improprie modo quo dicimus aliquod ens per aggregationem eſſe ens. Vltima concluſio. Diffinitio data de criſi eſt bona. & competit hic diffō cuilibet contento ſub diffinitio. Per hoc enim quod dicitur motus tangitur genus, & conuenit criſis cū paulatina ſuperatione morbi à uirtute, & econtra. Per hoc autem quod dicitur uelox & uehemēs differt criſis à paulatina ſuperatione. Per hoc autem quod dicitur morbi intelligere poſſumus ut circa literam tangebatur morbum proprie. & ſic tangitur cauſa formalis, quia illius terminus motus eſt mors uel ſalus, quia i laudabili corrūpitur & deperditur, in mortali uero augetur. Si autem intelligitur materia morbi explicatur cauſa ſubiectiua prędicti motus. Per hoc autem quod dicit̄ quo infirmus &c̄. differt criſis perfecta à criſi imperfecta uel diminuta in qua non fit ſubita tendentia ad ſalubrem uel ad mortem, Et ſic patet totam illam diffinitionem fore bene poſitam. Eſt. n. diffinitio ſolius criſis completę ad ſalutem uel ad mortem.

Ad argumenta principalia reſpondetur. Ad primū cum dicitur uirtute modicum ſuperante materiam modicum mouet. negatur hoc quia licet ſit paruus exceſſus uirtutis ad materiam quantum ad eius prauitatem & actiuitatem, tamen eſt ſatis magnus ad eā localiter mouendam. Et ponatur in caſu ꝙ paruus eſſet exceſſus ad eam localiter mouendam quēadmodum eſt quantum ad eius prauitatē. tunc dicas ꝙ non foret criſis. Ad auctoritatem Auicē. dicitur ꝙ ſumpſit criſim cōmuniter & non proprie. Ad ſecundum & tertium patet ex dictis. Ad quartum dicitur ꝙ ſubito non intelligitur in inſtanti, ſed intelligitur in tempore ſatis breui. Et dicitur ꝙ quando ægrotans alteratur nō prius mouetur ad neutralitatem quàm mouetur ad ſalutem. Ad quintū dicitur negando hanc conſequentiam. materia eſt perfecte obediens. ergo non fit fortis pugna aut motus &c̄. quia licet materia ſit obediens, tamē ab ea eleuantur fumi putridi multi propter agitationem fortem qui peruenientes ad membra principalia magnum eis inferunt nocumentum. Sume exemplum de fimo à quo ſi moueat̄ fit eleuatio multorum fumorum putridorum.

Quæstio. xxvi. Aphor. xiij.

VTRVM In crisi necessario præcedat antecedēs alteratio seu commotio, de qua Gal. loquitur in commento. 13. Arguitur multipliciter quod non. Primo. possibile est materiam critice euacuandam contineri in uijs expulsionis. sed non oportet fieri commotionem &c. nisi ad digerēdum materiam ad loca expulsionis. igit̄ &c. Secundo uirtus non potest separare nocitiuum à iuuatiuo. igitur. assumptum probatur, cum uirtus sit agēs mere naturale &c. Tertio in critica euacuatione materiei apostematis nō oportet antecedere commotionem. igitur &c. assumptum probatur, quia digesta et saniata materia non fit commotio. ergo &c. antecedens patet. tunc n. remittuntur febris et accidentia mala. ideo &c. non autem fit illa cōmotio nisi digesta materia. Quarto materia existente summe digesta ipsa non præparatur expulsioni, sed in statu ipsa est summe digesta. igitur &c. patet consequentia & antecedens probatur, quia ipsam præparari expulsioni est ipsam digeri. Vltimo. in crisi mortali potest antecedere. igitur &c. patet consequentia. & assumptum patet, quia potest uirtus nulla tenus commouere posse materiam.

Ad oppositum eorum quæ arguta sunt expresse est Gal. in commen. 13. Primo nota quod multi morbi per crisim sunt terminabiles, quasi continuæ febres & interpolatæ & apostema &c. Nota tamen quod interpolatæ maxime terminantur per euacuationem criticam causæ antecedentis. Continuæ uero terminātur per criticam euacuationem causæ coniunctæ. Secūdo nota quod multi sunt non per crisim terminabiles. Tertio nota quod causa coniuncta febris continuæ continetur intra uenas permixta laudabili materiei. interpolatæ uero extra uenas, sed antecedens intra uenas ut in pluribus. Et nota quid intelligi debeat per commotionem antecedentem. Prima conclusio. Possibile est fieri commotionem antecedentem non subsequēte crisi. Probatur, quia potest uirtus unam istarum puta commotionem sufficientem facere, quamuis ipsa nō sufficiat euacuare materiam, cum difficilius sit duo cæteris paribus quàm unum facere. Secunda conclusio. Non quamlibet crisim præcedit commotio antecedens. Patet de aliqua mortali. Tertia conclusio. Aliquam crisim laudabilem non precedit fortis commotio. Patet de apostemate. Quarta conclusio. Possibile est ad commotionem antecedentem sequi crisim imperfectam ad salutem paulatine terminabilem. Patet satis uirtute non multum forti licet excedente. Quinta conclusio. pro mente Gal. Ante omnem crisim continuæ uel interpolatæ feb. laudabilem & perfectam præcedit commotio antecedens. Probatur, quia in tali materia est intra uenas extra uias expulsionis. igit̄ &c. patet cōsequētia & assūptū similiter.

Ad argumenta patet solutio. Et nota duplicem esse crisim scilicet perfectam & imperfectam. Et nota quod causa antecedens tertianæ interpolatæ est intra uenas, & coniuncta extra uenas, & continuæ causa coniuncta & antecedens intra.

Quæstio. xxvij. Aphor. xiij.

VTRVM Crisis diurna sit perfectior crisi nocturna. Arguitur multipliciter quod non. Primo. crisis quæ fit de nocte cum maiori pugna fit & fortiori conatu uirtutis. igitur fit completius & perfectius. consequentia uidetur nota, quia effectus ab agente productus cum conatu maiori uidetur esse perfectior. Secundo uirtus & calor naturalis sunt fortiora & magis superant materiā de nocte quàm de die. igitur perfectiorem & completiorem tunc sufficiunt facere crisim. consequentia nota & assūptum probatur sic, quia tūc calor est magis unitus in interioribus. Tertio quod frequentius fit à natura regulariter operante in uno tempore quàm in alio est conuenientius in illo tempore in quo fit frequentius, sed frequentius facit natura crisim de nocte quàm de die ut docet experimentum. igitur &c. consequentia nota & assumptum satis patet. Quarto citius & completius aduenit subita mutatio ægri ad salutem de nocte quàm de die. igit̄ &c. consequentia nota. & assumptum probatur, quia talis subita alteratio aduenit per remotionem illius qualitatis præter naturā puta caloris febrilis, sed huiusmodi remotio citius & completius efficitur in nocte, eo quod frigiditas nocturna iuuat in remotione illius qualitatis igitur &c. Quinto tam crisis per sudorem quàm per fluxū uentris melius perficitur in nocte. igitur etc. assumptū probatur primo de crisi per sudorem, quia talis melius efficitur in somno quàm in uigilia. secundo patet hoc idem de crisi per fluxum, quia in uigilia trahitur calor spiritus & sanguinis ad exteriora de die, & ex consequenti ē minus potens calor euacuare materias in die quàm in nocte, quando est circa materias expellendas unitus.

Ad oppositum arguitur. Crisis diurna fit cum maiori facilitate naturæ. igitur est perfectior. consequentia uidetur nota & assumptum patet. in die n. porositates & uiæ per quas debet fieri euacuatio sunt magis latæ & aptæ. igitur &c. Primo nota quod crisis capitur quādoque pro agitatione materiæ & euacuatione, quandoque pro subita alteratione, ut supra habitum est. Secūdo præmittendum est quod euacuatio quam uirtus tolerat cum minori labore cæteris paribus est laudabilior, quàm illa quam uirtus tolerat cum maiori labore. Patet, quia ad illam sequitur maior resolutio et debilitatio uirtutis. igitur &c. patuit etiam supra illo apho. 2. particulæ primæ. In perturbationibus uentris. Tertio præmittendum quod eiusdem uel similis euacuatio est difficilior in nocte quàm in die cæteris paribus, quia tunc uiæ sunt minus ampliæ uel apertæ per quas debet fieri euacuatio materierum. Prima cōclusio. Crisis accepta pro agitatione aut euacuatio materiæ cæteris paribus facta in die est laudabilior quàm facta in nocte. Probat̄, quia tunc uiæ per quas debet fieri euacuatio sunt ampliores igitur protūc facilius euacuatur materia & minori fatigatione uirtutis. Itē uapores tūc eleuati à materia agitata minus retinentur, quia magis transpirāt. sed illi sunt potissima causa nocumenti cōtingentis tempore crisis. igitur. consequentia nota, & totū assumptum supra patuit. Secunda conclusio Licet ita sit, sæpius tamen contingunt crises in nocte quā in die. Probatur, quia in illo tempore uirtus magis stimulatur primo quia uapores à materia agitata eleuati magis retinetur. secundo quia materia a calore interius unito fortius agitatur. Corrolarium. hæc consequentia non ualet. Hoc sæpius & frequentius fit à natura regulariter operante in hoc tempore quàm in illo. ergo hoc fieri in hoc tempore laudabilius est quàm fieri in illo. Sed bene sequit̄ supposito quod natura non foret stimulata ab aliqua causa præter naturam ipsam stimulante nec necessitante hāc operationem in illo tempore facere magis quàm in alio. Tertia cōclusio. Captendo crisim pro subita mutatione uel alteratione ipsius ægrotantis ad salutē facilius & citius perficitur crisis in nocte quàm in die cæteris paribus. Patet, quia tunc est frigiditas aeris maior, quæ iuuat in remotione caliditatis præter naturam. igitur &c. Quarta conclusio. Sequitur quod perfectissima crisis est illa, cuius agitatio & euacuatio materiei efficit̄ in die, & in nocte sequenti fit ægri alteratio ad salutem. Patet ex dictis.

Crisis duplex

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. xxviij. Aphor. xiij.

VTRVM Crisis nocturna sit melior & perfectior diurna. Arguitur multipliciter quod nō. Primo sic. multo sæuiora & difficiliora sunt accidentia nocturna quàm diurna. igitur deterior est crisis nocturna quàm diurna. Patet consequentia, quia una de conditionibus requisitis ad bonitatem crisis est leuitas accidentium. assumptum uero est de intentione Commentatoris in cōmē. 13. qui dicit quod accidentia critica nocturna sunt magis periculosa cū cōsuetudinis humanæ sit nocte quiescere.

Secundo

Secundo facilius fit eũo materierũ critice euacuãdarũ in die q̃ in nocte, & adhuccũ minori nocumento. ergo diurna est melior. patet consequentia & assumptum arguitur, quia in die uię & meatus per quos fit euacuatio amplian̄t & dilatan̄t. pori apertiores, materię subtilian̄t calor etiã similit̄ cum materiebus euacuandis simul ad exteriora mouetur. in nocte autẽ accidit oppositũ oĩum istorum. igit̄. Et confirmatur, quia crisis diurna uider̄ ꝓportionari crisi æstiuali & nocturna hyemali. sed ęstiualis est melior & ꝑfectior q̃ hyemalis. oẽs. n. ægritudines hyems prolongat & æstas abbreuiat et idẽ uoluit

Auicẽ. Auicẽ. 2. quarti. cap̄ 2. igitur &c̄. Tertio multo plus debilitar̄ natura in crisi nocturna q̃ diurna. igit̄. patet consequentia & assumptũ arguit̄. quoniã per crisim nocturnã mutatur natura ab eo quod est sibi consuetũ. s. à quiete. per diurnã uero non mutatur à consueto. sed deterius est naturã remouere ab eo quod est sibi consuetum. igitur. Et confirmar̄, quia tẽpore noctis materię magis accentran̄t & mouẽtur ad interiora. ergo magis obuiãt mẽbris principalibus, & per consequẽs magis offendunt et debilitant. Similit̄ quia poris clausis uapores eleuati a materia putrescente includun̄t in corpe & maxime nocent mẽbris quibus obuiant. Et confirmar̄ a posteriori, quia plẽs fiũt crises mortales in nocte q̃ in die.

Quarto in crisi diurna luminare magnũ ẽ super hemisperium nostrum, quod est dator uitę & uita uiuentium, unde Ptolomeus octauo uerbo centiloquij dicit

Ptol. In ꝓpõ ne. 86. quod sol est radix uirtutis uitalis ergo cum eius influentia fit diurna multum confortabitur uirtus uitalis in die, quę est regitiua totius. in nocte autem deficiente eius influxu multum debilitabitur. igitur crisis diurna melior erit nocturna.

Secũdus modus collectus à Dyno eſt iſte. Prima diſtõ. Duplex eſt uenenũ. quoddã eſt operatiuum à qualitate manifeſta, quoddã uero à forma ſpecifica. Exemplum primi, ſicut opium, mãdragora Exemplum ſecundi, ſicut multorum animalium uenena. Colligiť hęc diſtinctio ſexta quarti. cap̃. 2. Secunda diſtõ. Operatiuum à qualitate manifeſta aliquãdo eſt calidum, aliqñ eſt frigidũ. Exemplũ primi, ſicut arſenicũ euforbium. Exemplum ſecundi, ut opium &c. Tertia diſtõ. Frigidorum quędã ſunt in modo ſubſtantię membris humani corporis diſconuenientia, ut ceruſa & plura alia, & argentum uiuum, iuxta ponentes ipſum frigidũ. & quædam ſunt conuenientia corpori humano in modo ſubſtãtiæ, ut plãtæ plures ut mandragora & poma eius. Quarta diſtinctio. Duplex eſt nutricatio. ſ. perfecta, qua fit perfecta aſſimilatio nutrientis ad nutritũ tam in ſubſtãtia q̃ in diſpõnibus accidentibus. Econtra uero iperfecta. Prima concluſio. Impoſſibile eſt uenenum à forma ſpecifica hominis corruptiuũ hominem nutrire. Patet, quia inter quodlibet nutritum & nutribile eſt conuenientia in ſpecifica forma. ſed inter nullum uenenũ hominis corruptiuum & hominem eſt ſimilitudo uel conuenientia in forma ſpecifica, ſed penitus diſconuenientia & cõtrarietas igitur &c patet conſequentia cum ãnte. Item quia iſte non eſſet homo ut ſupra. Item ratio ueneni rõni nutrimenti contrariať igitur &c. patet conſequentia cum antecedente. Iſtam concluſionẽ et argumenta intellexit Auer. in trac. de theriaca. Corrolariũ, puella non uere nutriebatur ueneno ſed in eo humiditates infectę erant à quibus eleuabãtur corrupti uapores inficientes uiros qui ſecum cõmiſcebantur. coniungebantur enim plures cum ea ꝓpter eius pulchritudinem nimiã. Secunda concluſio. Impoſſibile eſt uenenum calidũ nutrire corpus. Patet, quia omne tale eſt inflãmatiuum aut aduſtiuum aut putrefactiuũ aut corroſiuum &c. ſed nullũ tale poteſt nutrire probatur, quia oportet ipſum corrigi à calore noſtro. ſed ſicut calor magis ſprimit, ita tale uenenum efficitur deterius ut patet. igitur &c. Concluſionem iſtã ſenſit Gaľ. 3. de ſimplici medicina. diſtõne 4. p̃rio cap̃. Tertia concľo. Venena frigida ex toto in modo ſubſtãtiæ membris humani corporis diſconuenientia non poſſunt nutrire. non enim apparet quomodo poſſet unua lapia perduci ad hoc ut nutriat. Quarta concluſio. Ex ueneno frigido in modo ſubſtãtię aliquo modo cõueniente &c. poſſibile eſt in quãtitate parua corpus nutriri, quia tale rõne modi ſubſtãtię eſt aptum reduci ad benignum & eius qualitatem manifeſtã uincere poteſt calor. Dicit tamen hic poſitio q hęc nutricatio eſt iperfecta. Aliter ponitur iſta quarta cõcľo ſic. Alia uenena licet imperfecte in parua q̃titate nutrire pñt. patet, quia frigiditas eorum poteſt à calore uinci. & tamẽ non ſic repugnat in forma ſpecifica &c. Iſtas tres cõcluſiones ultimas uiſus eſt Gaľ intellexiſſe alleg. cap̃.

Auicẽ.

Venenũ calidũ duplex.

Gaľ.

Gaľ.

Quantũ ad tertium eſt tertius modus reſpõdendi q pręmittit aliquas ſup. Prima eſt. Animal uenenoſum põe fieri non uenenoſum ex ſola nutrimenti p̃mutatione & econtrario. Prima pars ſuppõnis colligitur. 6. de accñti. cap̃. 1. de arbore tranſplantata de perſide in ęgyptum qua in perſide erat uenenoſa & in egypto facta eſt nutritiua. & qua rõne poſſibile fuit hoc de arbore uidetur etiã de animali aliquo non enim apparet unius maior repugnantia q̃ alterius. Secunda ſuppõ ſequitur ex prima. Nõ repugnat in duobus iduiduis eiuſdem ſpẽi reperiri diuerſas, imo cõtrarias ſpecificas formas. Patet de arbore trãſplantata & non trãſplãtata, quarum una habet conuenientiã occultam alia diſcõuenientiã ad humanam ſpẽm. Et ex hac ſequiť ſecunda pars. ſicut .n. à uenenoſitate põt aliquid moueri ad nõ uenenoſitatẽ, ita ecõtra. Tertia ſuppõ. Per paulatinã aſſuefactionẽ efficiť aliqua diſpõ corpori naturalis uel ſaltẽ ſtans in terminis naturalibus. quę ſi ſubito in corpore ꝓduceretur eſſet ſibi mortifera. Patet ſatis de permutatiõe regiminis cõpłonis conſuetudinis. ſi .n. corpus indi fiat tale quale eſt ſicut corpus ſclaui aut īfirmabiť aut morietur, ut patet 1. 28. p̃icula, ꝓbleumatũ. 1. ꝓbleuma. ubi dicit de Dionyſio quẽ ebrium pľa uolebat ad temperiẽ reducere ſubito, & tunc ille infirmabať donec rediuit ad priſtinam ebrietatẽ. Prima concľo. Venenũ tam calidum q̃ frigidum q̃ etiã à forma ſpecifica corruptiuũ põt nutrire. Probatur. primo non repugnat in aliquo hoĩe proprietatem occultã reperiri per quã quod alijs eſt uenenũ eſt cibus eidem. igitur &c, patet conſequentia, et añs ꝓbatur

tur, quia fungus aut alium existēs cibus alicui est mihi uenenum. igitur &c. patet consequentia & antecedens probatur, quia ex quo alium in me seua producit accidētia, & non merito qualitatu manifestæ, erit hoc merito occultę proprietatis quā formam specificam appello, & qua rōne sic est, est de me Iacobo de Foroliuio respectu allei, sic pōt esse de alio respectu napelli. igit̃ &c. Contra. sequit̃ q̄ napellus non agit à tota substātia &c. Negatur cōsequentia ad uerum intellectū. s. nisi cōiungat̃ accidentalis proprietas habens ꝓhibere occultā. Secundo pōt persuaderi cōclusio. q̄ꝑ possibile est dispōnem fortis penitus mortiferā per paulatinam assuefactionē fieri forti connaturalē, tam possibile uidet̃ esse hoc de uenenosa dispōne. sed primū est possibile per tertiā suppositionē. igit̃ &c. patet consequentia. & assumptum sit̃ intelligenti. Ex quo sequitur possibile fuisse puellā ueneno nutriri sicut testant̃ auctores. Sequit̃ secundo q̄ possibile est hominē esse uenenosum ut puellā illam, ita q̄ uere in membris eius est subiectiue uenenositas sicut in serpente, & q̄ ipsa possit alios uenenare. signetur enim tota latitudo uenenositatis napelli quę sit quatuor graduum. & patet q̄ ad quemlibet istoꝶ quem pono nō sensibiliter permutare humanū corpus potest assuefieri, ita ut tandē totam illā uenenositatis impressionē sine nocumento sustineat. Ex quo patet ulterius q̄ non repugnat ex generatione aliquē talem reperiri imaginando aliquē sic infectū cum aliqua taliter infecta coire & emitti ſp̄ma uenenosum & menstruū uenenosum. Cōtra pōnem arguit̃ sic. Ex illa sequit̃ q̄ corpus temperatum per paulatinā alterationem posset calefieri in quarto stātē illo continue in latitudine sanitatis. Arguit̃ consequentia, quia non plus sanitatis & uitę repugnat proprietas occulta talis in quarto q̄̃ manifesta qualitas talis in quarto, sed ad occultā proprietatē potest corpus temperatum permutari talem in quarto, puta dispositionem uenenosam, igit̃ & ad manifestā. Q. si conceditur. Contra, ex hoc sequit̃ possibile esse hoīem fieri calidiorem leone serpente, & sic de alijs, & sic nimis lata esset ęqualitas primi modi. Pro isto dr̄ concedendo q̄ ad caliditatem quę est talis in quarto pōt temperatus permutari, licet non ad quālibet sicut non ad quālibet proprietatem occultam talem in quarto. Quartus enim gradus tam occultę ꝓprietatis q̄̃ manifestę magnā habet latitudinem, cuius plures sunt gradus cum quoꝶ nullo staret uita. Ad istā conclōnem pōt adduci alia probatio, quia non repugnat q̄ in eodem sit rō cibi & uenenositatis. & q̄ per accidentalē & occultā proprietatē in eo à medicina beçoatica posita corrūpat & destruat uenenositatē. igitur &c. sicut patet de carne serpentis artificialiter ꝑparata, & de rege Mitridate legit̃ in hystorijs romanorum. De quo loquit̃ etiā Frāciscus petrarcha laureatus in epistolis qoę sunt in carminibus, qui rex non potuit mori ex ueneno. Et super hoc argumēto tu poteris fundare duas suppōnes. Prima q̄ per usum medicinę theriacalis pōt in membris proprietas corruptiua ueneni derelinqui. Secunda q̄ nō repugnat in eodem simul reperiri potentiā ueneni & cibi, ut in cibo uenenoso q tandē expoliat̃ uenenositate sua, et postea ꝓcedit secūdū hoc etc.

Mitridatus ñ potuit mori ueneno,

Quantum ad quartum articulum restat responsio.

Ad primum dr̄ q̄ probat ueritatem. Ad secundū sit̃ & tertium. Ad quartum dr̄ q̄ non omnis medicina solutiua est uenenosa, ut cassia &c.

Ad argumenta etiā post oppositū patet. Ad primum negat̃ q̄ uenenū non pōt operari à materia. operatur. n. à forma ut uenenū. operatur autē à materia ut in se habet potentiā nutritiuam. hę autem potentię simul pñe esse, ut patuit in qōne. Ad aliud dr̄ q̄ per potentiā nutritiuam habet conuenientiā, & per potentiam uenenosam habet disconuenientiam, ut est de aliquibus cibis nutritiuis & solutiuis qui inquantū solutiui repugnant inquantum nutritiui conueniunt &c.

Potest poni duplex conclusio. Vna de forma specifica. Alia de manifesta qualitate. Et probo illud de manifesta qualitate per eadem media et per stricturā uiarum, ut in turdo, in stomacho cuius diutius moratur napellus q̄̃ in stō humano. Item homo habet uias latiores, & de hoc dicit Auic. 6. quarti. & de succo lactucę potato. 3. de simplici medicina. distōne. 4. primo cap. Auicē. Ista qō disputata fuit Ferrarię & positę fuerunt istę suppositiones & conclōnes. Prima suppō. Per assiduū usum medicinę theriacalis acquiri et imprimi pōt in membris humani corporis aliqua ꝓprietas uenenorū expulsiua & ipsorum impressionis prohibitiua. Secunda. Contingens est simul in eodē reperiri uirtutem uenenosam & cibalem. Conclō est Ex aliquo ueneno etiam à forma specifica corruptiuo possibile est corpus humanū nutriri. Corrolariū. Non omnis serpens uenenosus homini est necessario uenenosus cuilibet homini. Corrolariū secundum. possibile fuit puellā nutritam fuisse napello.

Corrolariū tertium. Non quodlibet naturaliter uenenosum a quolibet non uenenoso est specifice essentialiter distinctum. Et sic finitur ista quęstio.

Q ō. xxxv. Aphor. xvij. ne leius cōmēti.

VTRVM sanguis uel alius humor putrescens possit ad benignum reduci. Arguitur multipliciter q̄ non. Primo quia à priuatione in habitū impossibilis est regressus. sed putrefactio ē priuatio benignitatis. igit̃ etc. patet consequentia & minor. & maior est philosophi in postprędicamentis. Aristo. Secundo si sic &c. sequeret̃ q̄ non in cuiuslibet feb. putridę cura esset habenda triplex intentio. s. digestionis, eūonis, & alterationis. consequens est falsum & econtra Gal' 3. techni. text. 90. & consequentia probat̃ ponendo humorem putridum ad benignum reducibilem facere febrem. & q̄ per digestionē debeat. a. reduci ad benignum & patet q̄ nunq̄̃ erit intentio eūandi. a. quia nec ante digestionem. a. nec post. igitur &c. q̄ non ante patet, quia non erit tunc digesta materia, q̄ etiā non post patet, quia tunc erit humor simpliciter benignus & naturalis non indicās de sui eūone sed retentione & conseruatione. Tertio sequit̃ q̄ non quęlibet feb. putrida salubris habet quatuor tempora. consequens est falsum, & generaliter contra oēs doctores. & consequentia probat̃, quia in casu ꝑcedentis argumenti feb. dependens ab. a. non habebit quatuor tempora quod arguitur, quia in statu feb. hæc erit perfecte curata igitur &c. patet consequentia & assumptum, quia tunc totaliter est cā febris s. putredo remota. igitur &c.

Quarto tunc foret aliquis morbus salubris, post cuius statum non sequeret̃ declinatio, & sic carens esset declinatione, quia post statum febris iam dictę nunquā erit feb. igit̃ nunq̄̃ erit declinatio feb. Quinto ad principale arguit̃. quęlibet materia quę est cā coniuncta feb. est maioris malitię q̄̃ aliqua quæ est cā añs febrem. sed caussam antecedentē febris non sufficit uirtus ad benignum reducere. igitur nunq̄̃ sufficit ad benignum reducere aliquam cām coniunctā. & per consequens nunq̄̃ humorem actualiter putrescientem. tota cōsequentia est nota. & patet maior, quia maioris gradus malitię semper uidet̃ materia putrescens q̄̃ solum parata putrescere, cuiusmodi est cā antecedens & minor satis patet. in interpolatis enim quę per crisim terminatur expellitur & expulsioni præparat̃ materia erat cā añs febris. igit̃ &c.

Ad oppositum uidet̃ Gal' in cōmento. 17.

Respondendo ad quęstionem primo præmittam notabilia quędam & distōnes. Secundo ponam conclusiones de quęsito. Prima distinctio. In humore putrescēte duplicem imaginari possumus benignitatem acquiri. Hũoris putrescentis benignitas duplex. Vna est benignitas simpliciter dicta per quam efficitur humor simpliciter naturalis, ita ut à uirtute membrorum nutritiua possit in substantiam membroꝶ conuerti & eis assimilari. Alia est benignitas secundum quid qua humor non efficit̃ simpl'r naturalis & naturę cōue

nrens,

niens, sed solum acquirit dispositionē per quam est obediēs uirtuti expulsiue membrorum. Et notum est ꝙ cū benignitate ista stat humoris prȩternaturalis, qua .s. humor hinc indicat de sua expulsione In proposito autem est sermo de benignitate primo modo .s. simpliciter dicta. nulli .n. dubium est humorem putridum acquirere posse benignitatem secundo modo dictam. Secunda distinctio quæ colligitur ex dictis Gal. in cōmento. prȩallega. In humore putrescente duplicem possumus imaginari gradum putredinis. Vnum .s. debilem & remissum Alium uero fortem et intensum. Et per gradum remissum &c̄. intelligimus illum qui reperitur in materia, quando in ea modico tempore processit putrefactio ita ut nondum sit humidum multum extraneatum. nec adhuc à centro usq; ad circunferentiam deductum sed solū in eo aliqua processit bullitio parua. Per gradum autem intensum putredinis e contra intelligimus quando in ipso humore multum processit putrefactio, ita ut sit iam humidum ualde extraneatum & sit iam forma substantialis humoris corrupta uel in statim corrumpi. Nota tamen ꝙ huiusmodi gradus intensus putredinis habet latitudinem. Quidam est supremus, & est ille quo reddit̄ humor uirtuti totaliter rebellis, ita ut nullam actionem uirtutis ad benignum simpliciter, aut secundum quid recipiat, sicut humor faciens cācrenam refugit omnem uirtutis actionem ad melius producentē. Alter uero est mediocris, & est ille per quem quāuis humor refugiat actionem naturȩ qua ipsa possit reduci ad benignum simpliciter, recipit tamen ratione naturȩ qua possit reduci ad benignum secundum quid .s. præparari ad expulsionem. Tertia distinctio sequitur ex dictis. Quandoq; in humore putrescente habetur intentio solius alterationis & non euacuationis .s. quando humor est putridus remisso gradu putredinis. Quandoq; alterationis & euacuationis ut quando est putridus mediocri gradu putredinis. Et quandoq; euacuationis tantum ut quando est putridus supremo gradu putredinis. Prima conclusio. Humor putrescens supremo gradu putredinis non est ad benignum simpliciter nec secundū quid reducibilis. Patet ex quid nominis gradus supremi supra positi. Secunda conclusio. Humor putrescena mediocri gradu malitiæ uel putredinis non est ad benignū simpliciter, sed solum ab benignum secundum quid reducibilis. Patet ex quid nominis gradus mediocris supra positi. Tertia conclusio. Sequitur ꝙ humor putridus remisso gradu putredinis est ad benignum simpliciter reducibilis. Patet, quia ex quo gradus huius malitiæ remissus est, illum potest uirtus abijcere & maxime si fuerit fortis. Ex ista conclusione sequitur ꝙ non semper in cuiusq; febris putridȩ cura, necesse est habere intensiones iam dictas. Patet quia habetur quandoq; intētio solius alterationis, quandoq; solius euacuationis ut ostensum est. Infero secundo ꝙ non quælibet res præter naturam indicat de sui remotione, humor .n. remisse putridus est huiusmodi. igitur &c̄. Quarta cōclusio. Possibile est aliquam febem putridam salubrem carere statu & augmento. Patet, quia possibile est aliquā febrem putridam dependentem ab humore remisse putrido carere hora sensibilis maiorationis accidentiū aut ultimitate eorum post sensibilem maiorationem. igitur &c̄. patet consequentia. & antecedens intelligenti. Ex qua conclusione patet ꝙ nō necessario quilibet morbus salubris habet quatuor tempore. Quinta conclusio. Si ponatur hanc febrem habere quatuor tempora, dicimus tunc esse principium quādo materia incipit ebullire & ad cor putridam fuligiē mittere aliquam. Tunc est augmentum quando sensibiliter maiorabitur quantitas horum fumorum ad cor euenientium. Tūc est status quando ultimabitur horum fumorum quantitas. Sed tunc erit declinatio quando incipit uirtus hanc materiam digerere & remittere in hoc humore calorem putredinalem prohibendo exhalationem huiusmodi humorum & uaporum eleuationem. Patet, quia non apparet qualiter aliter quo ad accidentia possint in hoc distingui tempora morbi. Ex qua conclusione sequitur primo ꝙ in aliqua febre principium quo ad digestionē materiȩ, & declinatio q̄ ad accidētia ꝑ parte coincidūt.

Hūorū putredo duplex.

Hūoris putrescētis intentio duplex.

Sequitur secundo ꝙ status digestionis in aliqua febre nulli tempori morbi penes accidentia distincto se communicabit. Patet similiter, cum status iste sit extra febrem. Sequitur tertio aliquam esse febrem putridam salubrem cui non possunt correspondere nisi tria tēpora distincta penes actionem uirtutis in materia. Et infinita quasi alia his similia possunt concludi &c̄.

Ad argumento principalia respondetur. Ad primū dicitur ꝙ priuatio actus & aptitudinis est illa, à qua in habitū impossibilis est regressus, priuatio tamen actus non est huiusmodi. licet .n. somnus naturalia sit priuatio uigiliȩ, non tamē sequitur ꝙ à somno illo non sit possibilis reditus ad uigiliam, quia ibi est aptitudinalis reditus licet non actualis, & hoc nisi aliud adueniat. Ad secundum dicitur concedendo consequens & consequētiam. Et pro auctoritate Gal. dicitur ꝙ intelligitur in febribus putridis uel in morbis ī quibus est gradus putredinis in materia mediocris. Vel dicendum ꝙ enarrauit omnes intentiones, quæ possunt haberi in febribua, licet non in qualibet sit necesse habere istas omnes ut patet. Ad tertium dicitur concedendo, sed tamen illud nō sæpe contingit. Ad quartum dicitur ꝙ in morbo salubri semper post statum accidentium sequitur accidentium declinatio, non tamen necessario post statum digestionis sequitur declinatio, ut tactum est in quȩstione.

Ad quintum dicitur negando antecedē absolute. stat enim ꝙ causa antecedens maioris malitiæ sit, & hoc q̄ntum ad resistere. Vnde dupliciter dicitur aliquis hūor altero maioris malitiæ, ut patet de intentione Auicē. tertia primi. cap̄. 3. Et ideo dico ꝙ q̄ntum ad agere uel posse agere humor qui est causa coniuncta est maioris malitiȩ quam causa antecedens. stat tamen q̄ntum ad resistendum ꝙ causa antecedēs sit maioris malitiȩ, sicut humor qui paratus est facere cancrenam. negandum ē igiē antecedens, quia aliquando poterit corrigere coniunctā natura quando non poterit corrigere antecedentem.

Auicē.

Vel sic ꝙ dupliciter potest dici humor maioris malitiȩ uel actu uel aptitudine. Et iuxta hoc dico ꝙ actu cā coniuncta est maioris malitiæ, cum quo tamē stat ꝙ aptitudine causa antecedens sit deterior. Pono exemplum de for. & pla. quorum unus ex inclinatione naturali malus est, actu non malus. alter uero ex inclinatione naturali bonus actu autem malus. Alij respondent negando maiorem & ad probationem dicitur etiam negando ꝙ semper materia existens sub actu putredinis sit deterioris dispositionis q̄ꝫ parata putrescere. Alij autem dicunt ꝙ stat ꝙ super aliquam partem aliqualiter putridā sit uirtua potentior q̄ꝫ supra causam antecedentem quā euacuat. dicunt etiam ꝙ aliquam partem causȩ antecedentia natura potest ad benignum reducere. non plus dicunt. & est resolutio Mundini &c̄.

Humor maioris malitiȩ dupl̄r.

Quæstio. xxxvi. Aphor. xvi[ij].

VTRVM Apho. sit uerus q̄ntum ad utrāq; literam. Et arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic quātum ad secundam literam. caro cerui & etiam panis furfuraceus faciunt ueloces secessus & tamen non ueloci͛ nutriunt cum sint durȩ & difficilis digestionia. igiē etc̄. consequentia nota & assumptum q̄ntum ad illud quod dicitur de carne cerui habetur ab Auicē. 2. canon. cap̄. de carnibus. Secundo q̄ntum ad primam literam possibile esse aliquem habere digestiuā fortem & tamē actū expulsiuȩ impediri. igiē &c̄. consequentia nota & assūptum patet. Primo de homine habente uentrem stypticum. Secundo de habente renes debiles à mala complexione frigida cum fortitudine digestiuȩ hepatis. Tertio

de habente digestiuam membrorum fortem cum poro rum cutis angustia. In primo.n. tardatur emissio egestionum quantumcunque copiose & uelociter nutriatur. In secundo emissio urinę tardatur ut patet. In tertio tardatur expulsio superfluitatum tertiae digestionis.

Ad oppositum est apho. Primo nota ad hoc ut apho, sit uerus quantum ad secundam literam requiritur q̄ sit paritas in praeparatione ciborum, qui corpori exhibentur secundum naturam talium ciborū. Posset.n. cibus tardioris nutrimenti taliter praeparari q̄ uelocius nutriret & uelocius fieret secessus. Vbi.n. cętera sunt paria in hoc uelociores sunt secessus ciborum uelocius nutrientium.

Secundo nota q̄ etiam oportet q̄ non sit disparitas in aliqua proprietate cibo associata cuiusmodi foret uirtus solutiua uel aliquod simile. ubi.n. sic foret esset uerus apho. Tertio nota quantum ad secundam literam pro ueritate apho. oportet caetera esse paria quantum ad membra expulsionis & uirtutem expulsiuam eorum, quia non plus impediatur expulsio in uno quam in alio, nec plus excitetur nisi secundum q̄ uelocius aut tardius sequestrat nocitiuum a iuuatiuo de nutrimento. Conclusio apho. est uera cum istis conditionibus, aliter non.

Ad argumenta patet solutio.

Quaestio. xxxvij. Aphor. xviij. vel com. illius.

VTRVM Viscositas nutrimenti retardet secessū.

Arguit aucte & rōne q̄ nō. Prio auctoritate Gal. secundo alimentorum. ca. 2. Secundo communiter in clysteribus ponitur oleū quod est uiscosum, & brodia pinguia dātur ad prouocandum secessum.

Viscositas nutrimenti duplex Oppositum ponit Commentator. Nota q̄ viscositas nutrimēti est duplex. q̄dā est cōiūcta grossitiei substātię & quędā subtilitati, & e sicut unctuositas. & prima īpedit siue retardat secessū. secūda uero adiuuat.

Ad argumenta patet solutio, quia hic intelligit de primis uiscosis cum quibus est multa terreitas.

Quaestio. xxxviij. Aphor. xix.

VTRVM Certiores sint pronosticationes in chronicis quam in acutis morbis. Arguitur multipliciter quod non. Primo. in aliquo acuto certissimae sunt pronosticationes. igitur quaestio falsa. consequentia patet & assumptum de forti apoplexia. Secundo magis & perfectius apparet dominium uirtutis supra materiā et ecōtra in acutis quam i chronicis. igitur. assumptum arguitur quia maior & fortior est conatus & pugna uirtutis contra materiā & econtra in acutis quam in chronicis. igit &c. pone exemplum de forti & de debili pugna &c. vbi magis apparet dominium uirtutis supra materiam uel econtra. igitur &c. Confirmatur, quia in quolibet morbo acuto maius est dominium uirtutis supra materiam uel econtra quam in chronico. igitur in quolibet acuto facilius arguitur huiusmodi, & per consequens &c. patet consequentia. & assumptum arguitur, quia uelocius terminatur quilibet acutus quam chronicus. sed fit uelocior terminatio ubi est maior proportio uel dominiū uirtutis dominantis ad subdominantem materiam uel econtra. igitur &c. Tertio minus manifeste distinguuntur contra se inuicem tempora uniuersalia in morbis chronicis quā in acutis. igitur &c. patet consequentia. & assumptum arguitur, quia tota latitudo dispositionum in quolibet tempore uniuersali chronici acquirenda est maior quam in simili in acuto correspondente. igitur &c. Quarto aeque certa possunt esse signa pronostica in acutis sicut in chronicis & ecōtra. igitur &c. assumptum probatur quia aequale potest esse dominium uirtutis supra materiam praecise igit &c. assumptū probat, quia pōt eē maius & pōt eē minus. igitur pōt esse aequale. Et cōfirma

T.c.7. tur auctoritate Hipp. 3. prono. dicentis. Signa pronosti

T.c.cō. 56. ca in tritijs diuturnorum sunt latētia, in acutis uero sūt euidentiora. Item pronosticorum secundo. Q. si medicus recte signa considerauerit pronosticorum certitudinem in offense progreditur. Et primo. ca. 2. ut in singulis ualitudinibus praesentia pterita et futura cognoscat.

Ad oppositum est Hip. in apho. & Gal. in cōm. 19.

Respondendo ad hanc quaestionem primo tangetur ois modus respondendi ad quęsitum. Secundo respondēdo ut mihi apparebit probabiliter respondendum.

Quantum ad primum abbreuiando hūc modū sine distinctiones & conclusiones. Prima dictō, Cum comparamus signa pronostica acutorum signis chronicorū, uel comparamus signa principij ad signa principij, uel signa status ad signa status, uel processum ad processū, aut econtra. Secundo praemittitur. Istorum signorum quędam significant morborum longitudinem aut breuitatem. quędam salutem uel mortem. In proposito est sermo de significantibus salutem uel mortem. Prima conclusio. signa pronostica tam chronicorum quam acutorum certiora sunt in statu quam in principio. Patet quia magis manifestatur pugna. Secunda conclusio. signa pronostica in chronicis in principio sunt minus certa quam in acutis. Probatur sic tūc ualde occultatur pugna i chronicis quae in acutis manifestetur propter pugnę uehementiam. ideo &c. Et pro ista conclusione uidetur auctoritas Hippo. superius allegata tertio pronosticorū. Signorum pronosticorum comparatio duplex. Signorum significatio duplex.

Tertia conclusio. Signa pronostica certiora sunt in chronicis in statu uel uersus statum quam in statu uel uersus statum acutorum. Probatur, quia utrobiq; est satis manifesta pugna & fixior & minus mobilis est materia in chronica &c. Et hanc conclusionem uoluit Hipp. in litera. Ex quo potest colligi alius intellectus illius partis. nō omnino toto, quia nō toto tempore morbi. Et isto patet concor. Hippo. 3 pronostico. & hic. Quarta conclusio Sequitur q̄ etiam sunt certiora quam in principio acutorum. Patet similiter ex dictis. Ego uero non comprahendo quare minus certa est pronosticatio in chronicis in principio stante aliquorum signorum comprehensio neque possunt esse pnostica quam in acutis. Incertissimū enim tunc uidetur iudicium in acutis. Et hic per principium intelligo unum de quatuor temporibus morbi. Et si dicitur q̄ pugna est euidentior, dicitur q̄ uerum est, prnosticatio tamen ex ea est incertissima. ideo &c.

Quantum ad secundum articulum sunt distictiones suppositiones & conclusiones. Prima distinctio. Per signa pronostica tam in acutis quam in chronicis pronostica ri possumus uel de salute uel de morte, uel de longitudine uel breuitate morbi. Aliter potest poni. s. quędā sunt signa pronostica salutis uel mortis; quaedam uero diuturnitatis uel breuitatis aegritudinis. Exemplum primi sicut digestio apparens in urina. Exemplum secundi, sicut sudor apparens multus in principio. & sic de alijs significantibus materiam multum uel tardam digestionem. Et quantum ad utrunq; istorum possumus comparare signa pronostica apparentia tam in acutis quam in chronicis. Secunda distinctio. Signa adhuc comparare possimus adinuicem uel in principio uel in alijs tēporibus uniuersalibus morborum. totum satis patet. Signū pnost. duplex Signorum cōpa. duplex

Tertia distinctio, Morborum acutorum quidam sunt ex toto genere mortales, quidam uero sunt ex suo genere indifferēter ad salutē uel ad mortem terminabiles. Exēplum primi, ut fortis apoplexia. Exemplum secundi, ut causon & huiusmodi. Quarta distictio. Materia faciens aegritudinem acutam multipliciter potest esse causa aegritudinis acutae. Primo ratione dispositionis qualitatiuae illius materiei quo ad qualitates manifestas, sicut est caliditas & siccitas acuitas & huiusmodi. Secundo ratione multitudinis materię sicut materia frigida sua multitudine subito suffocans dicitur facere aegritudinem acutam. Tertio ratione loci in quo continetur ipsa materia sicut materia faciens apoplexiam. Quarto ratione occultę maligne proprietatis sicut materia faciēs febrem pestilentialem. Prima suppositio. Materia faciens morbum acutum ratione qualitatum suarum manifestarū est materia utplm ualde mobilis & nō fixa. Morbus acutus duplex. Acutae aegritudinis materia quadruplex.

Contra

Contra autem materia faciens chronicum. Hęc ſuppoſi
tio ſatis patet cum talis ſit materia calida leuis et acu-
ta. Nec ſolum debet intelligi mobilis de loco ad locum;
ſed etiam quia ſecundum qualitates ſuas eſt ualde uaria
bilis ut.ſ. faciliter ſit receptiua malignitatis & putredi-
nis. Secunda ſuppoſitio. Mobilitas materię interficit
ſeu incertificat iudicium quo iudicare debemus ægritu
dinem eſſe ſalubrem uel mortalē. Econtra autem ſixio
& immobilitas materiei reddit iudicium certum & per
manens. Tertia ſuppoſitio. Aliud eſt aliquod ſignum
ſalutis aut mortis &c̄. eſſe certius uel eſſe magis certum
et aliud ē ipſum eſſe manifeſtius. Stat n. aliquod ſignū
eſſe manifeſtius, & tamen ꝙ per illud incertius poſſu-
mus ſignificare ut ſatis patet intelligenti. Prima con-
cluſio Signa pronoſtica mortis apparētia in morbis acu
tis mortalibus ex toto genere ſunt certiſſima. Patet con
cluſio talia.n. ſunt infallibilia igitur &c̄. Ex iſta con-
cluſione ſequitur ꝙ non certiora ſunt ſigna pronoſtica
ſalutis uel mortis in chronicis quā in acutis iam dictis.
Patet ſatis ex concluſione. Secunda concluſio princi-
palis. Signa pronoſtica ſalutis uel mortis apparentia in
chronicis non ſunt neceſſario certiora q̄ꝫ apparentia in
acutis ratione loci uel multitudinis materię. Patet, quia
ſi ſic, hoc uideretur eſſe propter materiei mobilitatē ma
iorem eſſe in acutis ſed hoc non eſt cum talis materia ſie
uel poſſit eſſe frigida groſſa. ſic patet de apoplexia aut
periphleumonia & ſpaſmo igitur &c̄. Tertia conclu-
ſio. Signa pronoſtica ſalutis uel mortis apparentia ī acu
tis à materia praua occultæ malitię prouenientibus ſūt
incertiora q̄ꝫ ſigna ꝓnoſtica eīc̄. in chronicis Patet hęc
Auicē. concluſio experimento. Et colligitur ab Auicen. quarti
prima. ca. de febre peſtilentiali. Q uarta concluſio pri
cipalis. Signa per quæ in acutis ſignificare poſſumus lō
gitudinem aut breuitatem morbi certiora ſunt in acu-
tis & manifeſtiora q̄ꝫ in chronicis. Patet, quia euidenter
apparēt in acutis accidētia uehementia cum quibus nō
poſſet uirtus longo tempore perdurare qualia non appa
rēt in chronicis ut patet. ideo &c̄. conſequentia nota &
aſſumptum ſimiliter. Q uinta concluſio. Probabiliē
ponitur ꝙ ſigna quęcunqꝫ per quę ſignificare poſſumus
ſalutem uel mortem in chronicis certiora ſunt uel ſaltē
minus dubia q̄ꝫ ſimilia ſigna in acutis apparentia. Pro-
batur, quia ſignificatum ſuper quo ſignificamus per hu
iuſmodi ſigna in chronicis eſt minus uariabile q̄ꝫ ſignifi
catum ſuper quo ſignificamus in acutis. igitur ſignum
eſt certius. patet conſequentia & aſſumptum ſimiliter,
quia materia faciens morbum acutum eſt magis mobi-
lis de loco ad locum, & ad intenſiorem gradū malitię fa
cilius deducibilis. ideo &c̄. patet conſequentia & aſſum
ptum ſimiliter. Et pro iſta concluſione uidetur ſenten-
tia Gal. in commen. iſtius aphoriſmus. Acutorum mor
borum &c̄. Et intelligitur hęc concluſio de ægritudine
acuta dependente à materia acuta. ſ. calida ſubtili aut ca
lida & ſicca. Sexta concluſio. Licet ita ſit ut ponit con
cluſio pręcedens in omnibus tamen ægritudinibus acu
tis bene manifeſtiora ſunt ſigna ꝓnoſtica ſalutis uel mor
tis q̄ꝫ in chronicis. Patet quia uehementiora ſunt accidē
tia, fortior & uelocior eſt actio materiæ in membra, &
impreſſio quam facit calor naturalis in materiam in acu
tis q̄ꝫ in chronicis igitur &c̄. patet conſequentia cum an
tecedente. Septimam concluſionem ponit quidam. Li
cet ita ſit frequentius tamen contingit errare in prono-
ſticando in chronicis q̄ꝫ in acutis. Communis tamē re-
ſpōſio eſt ꝙ in principio morbi ſigna apparentia in acu
tis ſunt certiora & in chronicis in ſtatu ſunt certiora, q̄a
in chronicis in principio quaſi non percipitur aliqua pu
gna uirtutis contra materiam, & econtra propter ma-
teriam eſſe frigidam & paucorum accidentium. In
principio tamen acutę eſt manifeſta pugna, unde tunc
certius & melius coniecturare poſſumus quid ſit futu-
rum. Sed in ſtatu chronicę manifeſtatur pugna, & cum
hoc adeſt maīꝫ imobilitas q̄lis nō reperit̄ i acutis iō &c̄.
Ad argumenta principalia reſpōdetur. Ad primum
patet quid ſit dicendum cum fortis apoplexia non ſit de
indifferentibus ad terminum ſalutis uel mortis. Ad ſe
cundum dicitur concedendo ꝙ in acutis manifeſtius ap
paret dominium &c̄. & negatur conſequentia. igr̄ ſūt
ſigna certiora, ſed ſolum ſequitur illa fore manifeſtiora.
Et ſimiliter dicitur ad tertium quartum & quintum.
Et ad vltimū dr̄ ꝙ inoffenſe &c̄. q̄a. ſ. iudicabit recte
ſic̄ pt̄ medicus iudicare de materia icerta & ſic de alijs.

Q uæſtio. xxxix. Aphor. xx.

V T R V M Venter in iuuētute lubricus ꝓpter for
tem appetitum a frigiditate cauſatum tempore ſenectu
tis fiat ſtypticus. Arguitur multipliciter ꝙ non. Pri
mo ſic. quia ſi ſic. hoc maxime foret quia adueniente ſe-
nectute augeī frigiditas oris ſtomachi, unde proſternit̄
appetitus, quia omnis immoderata qualitas &c̄. Sed ar-
guitur ꝙ non, quia aucta cauſa augetur effectus. igitur
aucta frigiditate augetur appetitus. patet conſequentia
& aſſumptum, quia ad eſſe cauſę ſequitur eſſe effectus.
igitur ad eſſe maius cauſę ſequitur eſſe maius effectus.
Item quanto calidum eſt maius tanto maiorem & for-
tiorem facit attractionē, igitur &c̄. patet conſequentia
& aſſumptum patet, cum calidum & ſiccum igneū for
tiorem faciat attractionem ut docet experimentum Itē
quanto humiditas plus maioratur, tanto plus fortificat̄
expulſiua, eo ꝙ tanto plus debilitatur retentiua. ideo il
lud fundamentū nō ualet. Secundo ad principale ſic. ſi
quæſtio eſſet uera ſequeretur ꝙ in ſtomacho frigido poſ
ſet eſſe appetitus temperatus. conſequens falſum, a com-
plexione. n. lapſa non prouenit operatio tēperata. & cō
ſequentia probatur, quia detur ſtomachus ſor. frigidus
à gradu intendente appetitum in iuuentute & ſignetur
gradus frigiditatis in ſor. remittens appetitum reſpectu
temperati tempore ſenectutis, ex quo fiet ſortes ſtypti-
cus & ſit. b. & ſit appetitus temperati medius inter ap-
petitum cauſatum ab. a. & . b. c. Et arguitur ſic per ſuc-
ceſſiuam & continuam relationem appetitus prouenie̅
tis ab. a, tranſibitur ad appetitum remiſſiorem. c. appe-
titu in ſor. igitur in ſor. erit quādoqꝫ appetitus talis qua
lis eſt. c. ſed. c. eſt appetitus temperatus. igitur &c̄. tota
conſequentia uidetur patere cum antecedente. Tertio
ad principale arguitur ſic. qualecūqꝫ eſt aliquod corpus
uel aliquod membrum tempore iuuentutis reſpectu tē
perati in eadem ætate, tale eſt illud reſpectu temperati
ſenis in ſenectute naturali complexione ſeruata. igitur
qualiſcunqꝫ eſt ſtomacus frigidus in iuuentute reſpectu
temperati, talis eſt in ſenectute reſpectu eiuſdem ſenis.
ſed in iuuentute erat intenſius appetens q̄ꝫ temperatus.
igitur &c. Similiter, quia qualis eſt habitudo tempera-
mentorum membrorum inter ſe talis eſt habitudo ope
rationum. ſed temperamenti frigidi ſtomachi ad tempe
ramentum temperati in ſenectute eſt eadem habitudo
quæ in iuuentute. igitur ſimiliter & operationum, & ꝑ
conſequens &c. Et ſimile argumentum deducetur ꝙ uē
ter ſtypticus propter caliditatem in iuuentute non fiet
humidus in ſenectute ut patet intelligēti. Q uarto ad
principale. ſignetur tota latitudo frigiditatis potens face
re appetitum intenſiorem temperato. & ſit. a. duorum
graduū, & tota latitudo ipſum remittēs quę ſit. b. et in
cipiat à gradu ſicut duo & terminetur ad quatuor. et ar
guitur ſic. poſſibile eſt ſtomachum ſenis non habere fri
giditatem excedentem latitudinem. a. hoc poſito ſeque
retur &c. patet cōſequentia & aſſumptum, quia poteſt
dari ſtomachus ſenis qui ultra eſt frigidior temperato.
& ſenes cuius ſtomachus erit calidior ſtomacho tempe
rato igitur dabitur ſenes cuius ſtomachus erit frigidior
intra latitudinem. a pręciſe. ſed illo poſito non erit uen
ter ſtypticus ſed lubricus. igitur &c. & per idem uel ſi-
mile poſſet deduci in ſene poſſe fieri appetitum intenſio
rem. Q uinto quia ſemper ſuper frigiditatē ſtomachi

Gal. Te.4.

signãremus per fortitudinem appetitus, ut uult Gal. 2. techni. in trac. de uentre. in quacunq; ætate ponitur. igitur &c. Sexto si stomachus est in iuuentute frigidus unde uenter efficitur fluxibilis & stomachus frigidus cibum male digerit. igitur in senectute ad hoc deterior erit digestio. sed mala diminuta digestio est causa fluxibilitatis uentris. igitur adhuc fiet uenter fluxibilis in senectute, & per consequens &c. tota consequentia ē nota & assumptum similiter. Septimo quia cum frigiditate stomachi stat etiam siccitas magna ipsius & intestinorum quæ est causa stypticitatis etc. Et per idē cū eius frigiditate stat etiam humiditas. igitur &c.

Ad oppositū ē expresse Gal. in lr̄a in cōmento. 20.

In quæstione erunt duo articuli. In primo præmittā quædam pręambula notabilia distinctiones & suppositiones. Secundo ponam conclusiones responsiuas de quęsito.

Corpus ī iuuentute fluidū in senectute pōt esse siccum dupl'r.

Prima distinctio. Corpus quod in ætate iuuentutis habet uentrem fluidum habere ipsum in senectute stypticum potest dupliciter intelligi. Primo ꝙ habeat eum stypticum in comparatione ad seipsum in tempore iuuentutis. Secundo ꝙ habeat eum stypticum in comparatione ad senem temperatum, & econtrario iuuenem stypticum in senectute fluidum potest dupliciter intelligi, ut statim dictum est.

Venter stypticus uel fluxibilis duplicit.

Secunda distō. Consimilis potest poni. Cum dicimus in iuuentute uentrem stypticū esse uel fluxibilem possumus hoc intelligere, uniuersali in comparatione ad corpus temperatum, uel in comparatione ad seipsum in alijs ętatibus.

Venter stypticus uel lub. permutaī ad oppositam qualitatem triplicit.

Tertia distinctio. Ventrē in iuuētute stypticum uel lubricum possumus imaginari permutari ad oppositam qualitatē, uel ex decursu ætatum, ita ut ætatis mutatio sit illius mutationis causa, uel propter mutationem factam in alio uel in alijs corpori approximatis. In ꝓposito est sermo de mutatione primo & non secundo modo cōtingente. & hāc distinctionem innuit Commentator in commē. allega. ad principium. Prima suppositio. Quandocunq; causę contrariorum productiuæ ad actionem ęque potenter concurrunt producunt effectum medium æque distantem ab extremis. Patet, agunt. n. effectum non magis ad unam q̄ ad alteram causarum declinantem. igitur &c. patet consequētia & assumptum similiter. Secunda suppositio. Huiusmodi causis cōtrarijs simul cōcurrentibus in æque potenter. ita ut quęlibet agat aliqd ad effectum producendum producitur effectus ad unū extremorum declinās. hoc satis manifestum est. Tertia suppositio. Anima ad quamlibet operationem suam organicam limitat sibi certam mensuram qualitatum à qua qualitercunq; fiat recessus illa operatio organica imperficitur, immo tantus potest esse recessus ꝙ omnino ista operatio aufertur. Patet discurrendo. non. n. cū qualibet mensura caloris quantuncunq; intensa uel remissa potest conuenienter fieri nutrimenti digestio, & sic de alijs. Ex quo statim sequitur ꝙ ad actum appetendi requirit anima certam mensurā frigiditatis. igiē &c.

Quarta suppositio. Per aliquam frigiditatem intensiorem q̄ sit in stomacho temperato potest in stomacho aliquo fieri appetitus intensior, & per aliquā remissior. Patet prima pars de mente omnium auctorum, similiē quia ab appetitu temperato potest fieri recessus secundum plus appetere & minus. sed secundum calidum fit appetitus semper minor & remissior q̄ in temperato igitur per frigiditatem aliquam intensiorem fiet appetitus intensior, similiter per aliquam remissior. Si n. per aliquam frigiditatem potest appetitus totaliter auferri, per aliquam potest remitti. prius. n. necessario remittetur actio q̄ ipsa totaliter auferaē. Quinta suppositio. Ad hoc ut aliqua operatio dicatur temperata non sufficit ipsam esse ęqualem in gradu operationi prouenienti ī corpore temperato. sed requiriē ipsam ad corpus in quo causatur habere debitam conuenientiam & habitudinem. v. g. si tantum de cibo sumeret corpus melancholicum sicut temperatum, non propter hoc diceremus hanc cibi assumptionem fore temperatā, quia & si foret æqualis in gradu assumptioni cibi corporis temperati, non tamen propter hoc esset melīco cibus conueniens neq; digestiuæ proportionatus. Prima conclusio. Stante prima causa fluxibilitatis possibile est uentrem esse stypticum, similiter possibile est ipsum fore fluxibilem, & adhuc medium inter fluxibilem & stypticum respectu tēperati. Hæc conclusio probatur. Primo prima pars, qa cum prima causa potest concurrere causa fortior in stypticando q̄ sit illa prima in lubricando. igitur &c. patet consequentia & assumptum, quia potest esse intestinorum siccitas & stomachi fortis retentio aut hepatis caliditas igitur &c. Secunda pars similiter, quia potest esse ꝙ huic primæ causæ non coniungatur aliqua causa sibi repugnans aut resistens in lubricitando. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter. Tertia pars similiter patet, quia cum prima causa potest concurrere causa inductiua stypticitatis æque potenter, sed hoc posito generabitur effectus medius per primam suppositionem. igitur &c. consequentia patet cum antecedente.

Ex ista conclusione sequitur primo ꝙ non quilibet uēter est lubricus, stypticus, uel temperatus. talis enim in quo est huiusmodi operatio media est huiusmodi ut patet intelligenti. igitur &c. Secunda cōclusio est ꝙ semper deductis impedimentis prima causa. s. intensio appetitus uentrem facit lubricum. Et istam cōclusionem intellexit Gal. & potest probari sicut eam probat Gal. in litera. Tertia conclusio principalis. Possibile est à frigiditate oris stomachi causari appetitū præcise tantę intensionis quantę est appetitus temperati stomachi. Hęc conclusio probatur per unam suppositionem superius positam, quia potest à frigiditate intensa aliquantulum augeri appetitus magis q̄ sit in tēperato corpore, & potest adhuc fieri minor, quia potest totaliter auferri. igiē potest fieri pręcise tantus sicut in temperato. tota consequentia cum antecedente patet. Ex quo sequitur primo ꝙ in stomacho reperire possumus mensuras tres frigiditatis cum quarū una sit in stomacho appetitus semper intensior, cum alia remissior q̄ in temperato, & medium inter has cum qua fit uel causatur appetitus in gradu æqualis appetitui temperati. Sequitur secundo ꝙ non a qualibet complexione oris stomachi gradualiter lapsa à tēperato proueniat oppositio gradualiter lapsa. Stōchi mēsura frigiditatis triplex.

Sequitur tertio ꝙ aliquis est appetitus qui non est à tēperamento gradualiter recedens ut patet, & tamen non est temperatus. & ꝙ non sit temperatus patet, quia non est proportionatus digestiuæ, sed multo maior etiā non est qualis oportet, ut patet. igitur &c. Quarto sequitur ꝙ non semper super frigiditatem stomachi significare possumus per signum sumptum ab intensione appetitus. Quinto sequitur ꝙ nō semper frigiditas oris stomachi reperta in tempore iuuentutis causat uentrē fluxibilem, quia non semper facit appetitum intensum uel intensiorem temperato. ergo non faciet fluxibilitatem uentris propter primam causam quæ est appetitus intēsior respectu digestiuę. & plā alia ex his concludi possunt ut patet ex dictis. Sequitur etiam ex tertia cōclusione ꝙ non qualis est proportio gradualis temperamētorum inter se, talis est proportio operationū. Ex quo sequitur non uniuersaliter talem esse proportionem effectuum qualis est proportio causarum. Ex quo ulterius sequitur ꝙ stat aliquam actionem temperatæ actioni continue gradualiter fieri propinquiorē, & tū ipsam fieri continue deteriorem, ut appetitus per intensionem frigiditatis oris stomachi perdens excessum. igitur &c.

Quarta conclusio principalis. Non semper habens uētrem fluxibilem tempore iuuentutis per primam causam habet ipsum stypticum cum tempore senectutis respectu temperati uel adhuc respectu iuuentutis. Hęc cōclusio declaratur, quia possibile est tempore iuuentutis

stante

stante frigiditate oris stomachi tempore senectutis aduenire pręcise ad mensurã frigiditatis gradualem cũ qua stat appetitus intensio. igiť conclusio uera. patet consequentia & assumptum deducit quartũ principale tactũ ante oppositũ. igitur &c̃. Et intelligiť hęc conclusio adhuc deducto impedimento contrariarũ causarũ habentium stypticare. Quinta conclusio principalis. Possibile est ex sola ętatis mutatione ad bonum intellectũ ꝙ habens uentrẽ fluxibilẽ tempore iuuentutis ex prima causa deductis impedimentis habeat ipsum stypticũ tẽpore senectutis adhuc respectu temperati. Probať quia possibile est tempore iuuentutis os stomachi foret frigidum frigiditate tanta ꝙ si ulterius intenderetur illa frigiditas appetitus diminueretur, igiť contingẽs est illam frigiditatem tẽpore senectutis tantum intendi, imo ut plurimum sic contingit ꝙ in senectute ualde deijciť appetitus, unde ita modica quantitas cibi assumitur ꝙ exinde sequitur uentris stypticitas. Ex quo sequitur ꝙ in hoc corpore est quandoq; appetitus tantus sicut in tẽperato in gradu. Similes possunt poni conclusiones de stypticitate reperta tẽpore iuuentutis propter caliditatem existentẽ in ore stomachi. Hoc excepto ꝙ per processũ ætatum nunq̃ tantum intendereť appetitus in hoc corpore ꝙ fiat tantum sicut in temperato, ita ꝙ semper manebit corpus calidum respectu tẽperati nisi poneremus hoc corpus ualde calidum esse. & siccum. unde per decidentiam tẽpore senectutis fieret melãcholicum. In quo casu probabiliter concedi posset ꝙ in senectute erit in tali corpore appetitus intensior factus non solum respectu sui temporis iuuentutis, sed etiam respectu temperati corporis. Ad argumenta principalia respondetur.

Ad primum dicitur concedendo illud propter causam tactam in argumento. Et dicitur ulterius ꝙ illa propositio non est uniuersaliter uera, nisi forte ad istum intellectum ꝙ causa productiua effectus facta potentior ad effectum producendum augetur effectus, quod non contingit in proposito, quia non fit causa potentior, sed imbecillior ad effectum producẽdũ. Posset etiam dici illã propositionem habere ueritatem in effectibus nõ requirentibus ad suam productionem certã et determinatam mensuram agẽtis, qualiter non est in proposito. Ad primam confirmationem dicitur negãdo assumptũ de quo habebiť infra. Et ita similiter ad aliam confirmationẽ est dicendum. Ad secundum principale patet ex corrolarijs tertię conclusionis quid sit dicendum. Ad tertiũ principale potest probabiliter dici negando assumptum quantũcunq; n. cholericus in iuuentute sit (grã exempli) siccus in primo respectu temperati, cõseruata tamẽ naturali complexione nõ sequitur ꝙ in senectute erit p̃cise siccus in primo respectu temperati senis, cum multo uelocius in eo procedat exiccatio q̃ in temperato, ut satis manifestum est. Absolute etiam dicitur illam propositionem esse negandam qualis est proportio tẽperamentorum mẽbrorum &c̃. nisi forte fiat illa proportionabilitas inter tẽperamenta ex una parte, & gradum perfectionis operationum sibi correspondentiũ ab illis prouenientium ex alia. Ad quartum dicendum ꝙ illud probat unam conclusionem positam in quęstione. Ad quintum etiam dictum est. Ad sextum dicitur etiam negando illam consequentiam. deterius digeritur. igitur est uenter fluxibilior. Ad ultimũ satis dictũ est.

Quæstio. xl. Aphor. xx.

VTRVM Habentes uentrem fluxibilem ex tempore iuuentutis propter multitudinem cholerę ad stomachum & intestina fiãt in senectute styptici. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. ꝙ multitudo choleræ non sit causa fluxus. Primo, quia tunc idem agens naturale esset causa contrariorũ effectuum. consequens falsum. contrariorum. n. effectuum contrariæ debent esse
Aristo. causæ. 4. meth. & consequentia probatur, quia caliditas hepatis est causa multitudinis choleræ. si igitur multitudo cholerę est causa fluxibilitatis &c̃. sequitur ergo &c̃. quia quicquid est causa causę, est causa causati ĩ eodem genere causę. Simile caliditas hepatis est causa attractionis fortis. sed fortis attractio hepatis stomacho ẽ causa fortis stypticitatis uentris. igitur &c̃. Et cõfirmatur secundo, quia tunc idem uẽter esset simul stypticus & lubricus. sequiť. n. in hoc hepate multa abundat cholera. igitur uenter fluxibilis. Similiť in hoc hepate multa abundat &c̃. igitur hoc hepar est calidum, & per consequens fortiter attractiuum & per consequens causans uentrem stypticum. Confirmatur tertio. frigiditas est causa lubricitatis uel fluxibilitatis uirtutem contentiuam debilitando. igitur caliditas est causa stypticitatis. contrariarũ. n. causarum effectus sunt cõtrarij. sed quęlibet caliditas hepatis maior. s. temperata est causa multitudinis cholere. igitur multitudo choleræ non est causa fluxibilitatis, & per consequens &c̃. Secundo ad principale arguitur sic. ꝙ tales in senectute non sunt styptici. Primo, quia tales in senectute plus habent de cholera q̃ corpus temperatum. igitur &c̃. patet cõsequentia & assumptum patet, cum in senectute tales sint cholerici & per consequens &c̃. Secundo adueniẽte senectute debilitatur uirtus retẽtiua in senibus. igitur &c̃. patet cõsequentia & assumptum probatur, quia tales in senectute infrigidantur. sed omne corpus frigidum necessario habet actiões defectas, ut habetur à Cõmẽtatore in cõmen. igitur &c̃. Tertio confirmatur, quia in senectute in talibus multiplicatur indigestio quę est causa abundantiæ humiditatis accidentalis quæ debilitat retentiuam. igitur &c.

Ad oppositũ huius est Cõmentator in cõm. 20.

In ista quęstione erunt duo articuli. In primo uidebitur utrũ multitudo cholerę sit causa fluxibilitatis uẽtris. In secundo uidebitur de principali quæsito.

Quantum ad primũ præmitto notabilia quædã. Secundo ponam conclusiones. Primo pręmittendũ ꝙ licet caliditas hepatis sub aliquanto gradu uel mẽsura sit apta fortiorem facere hepatis attractionem à stomacho non tamen sub q̃tocunq; notum est. n. ꝙ posset esse tãtę intensionis caliditas hepatis ꝙ non solum non augeret, sed forte auferret actionem uirtutis attractiuę hepatis. experimẽto. n. patet ꝙ quãdoq; hepar ẽ ualde super calefactum & tamen egestiones sunt chilosæ. Ex quo patet esse signabilem aliquam mensuram caliditatis per cuius pręsentiã in hepate stat uigor attractionis hepatis. Similiter aliquam per cuius pręsentiam stat eius debilitas, & ista pro parte declarara sunt in pręcedenti quæstione. Secundo principaliter premittendum est ꝙ licet chol'a sit humor calidus & à caliditate generatus, calidum tamen cholerę multiplicatiuum maxime debet esse calidum igneum, quia. s. tantę intensionis ꝙ materiam multam exiccet uel coniunctum cum siccitate. cholera. n. pro sua generatione non solum requirit in materia caliditatem sed cum hoc etiam siccitatem requirit. Ex quo patet ꝙ cum caliditate sufficiente ad multiplicandum choleram respectu corporis temperati in hepate stat debilitas attractiue uirtutis hepatis, quia cum caliditate hepatis multum à tẽperamento recedente stat multæ chol'ę generatio cum qua tamen non stat fortitudo uirtutis attractiuę hepatis, immo uirtutis attractiuę debilitas. igitur &c. Patet secundo aliquam esse mensuram caloris, per cuius pręsentiam multiplicatur chol'a magis q̃ fortificetur attractio & ecõclusio. Caliditas enim supra temperamentum parum aucta multum fortificat attractiuam, quæ tamen non multiplicat choleram multam, quia nõ multum exiccat materiam nutrimentalem. Ipsa tamẽ notabiliter intensa multam chol'æ generationem augmentabit debilem faciendo attractiuam. Et tota causa huius est, quia aliam requirit caloris mensuram attractionis fortificatio, & aliam chol'ę multę augmentatio. Nota tamen ꝙ sicut hic imaginamur

aliquam esse caloris mẽsuram per cuius præsentiam au getur attractio &c̃.ita imaginari possumus aliquã caloris mensuram per cuius præsentiam in hepate fit multiplicatio cholerę,& aliam per cuius præsentiam prolubetur cholerę multiplicatio & etiam omniũ humorum. Satis.n.imaginari possumus in hepate foratã caloris mẽsuram q ipsa non erit cõueniens generationi cholerę, sed materiam nutrimentalem conuertit in fumũ. quod etiã contingit quandoq; in tympanitico febriente ubi generatur uentositas non obstante magna caloris mensura, licet forte hoc eueniat à spirituum paucitate sicut declaraui alias. Ex his infero aliquas conclusiones. Prima conclusio. Caliditas hepatis intensior temperata potest esse causa stypticitatis uentris. Patet,quia caliditas hepatis à tẽperamento modicum recedens potentior est ad uigorandum attractiuam q̃ ad multiplicandum choleram.sed hoc stante fiet uenter stypticus.igitur &c̃.patet consequentia.& assumptum intelligenti. Secunda cõclusio.Caliditas hepatis potest esse causa fluxibilitatis uentris. Patet, quia caliditas hepatis multo intensior tẽperata potentior est multiplicando choleram q̃ attractiuam fortificando,cum sit possibile ut eam debilitet. igitur &c̃.patet consequentia.& assumptum similiter ex dictis. Tertia conclusio. Sequitur q possibile est aliquam caliditatem hepatis maiorem temperata causare dispositionem uentris mediam inter fluxibilitatem & stypticitatem. Patet, quia per caliditatem parum intensiore fit uenter stypticus, & per caliditatem multo intensiorem fit uenter lubricus.igitur si fiat transitus de una istarum in altam transit per illam quę neutrum horum facit, & per consequens &c̃. Ex istis conclusionibus sequitur primo q in aliquo casu agens agit aliquem effectum, & tamen illud idem eiusdem effectus productioni resistit. patet. Caliditas n.hepatis ultra temperamentum modicũ aucta facit stypticitatem, & tamen illi resistit.patet,quia producendo multã cholerã aliqualiter remittit stypticitatem & promouet fluxibilitatẽ. nec hoc reputet incõueniens de agente uniuersali quod mediantibus diuersis instrumentis terminatur ad diuersos uel contrarios effectus producendo. Sequitur secũdo q à causis cõtrarijs potest si!is uel idem effectus produci secundum speciem, ut à caliditate hepatis fluxibilitas, & similiter frigiditate retentiua debilitante etiam ut patet intelligenti. Sequitur tertio q non àqualibet complexione lapsa quilibet effectus uel operatio prouaniens est gradualiter lapsa, licet semper operatio lapsa sit perfectionalr,ut dictũ est in quæstiõa præcedenti. Plura alia possunt concludi quæ gratia breuitatis omitto.

Quarta conclusio. Sequitur q non semper ad multitudinem cholerae transmisse &c̃. sequatur uentris fluxibilitas. Patet ex dictis. Quinta cõclusio. Deductis impedimentis à causis stypticis prouenientibus semper multitudo cholerę causat uẽtris fluxibilitatem. Et istã conclusionem uoluit Gal.cõmen.20.

Quantum ad secundum est sciendũ ut als dictũ est q huiusmodi uentrem fluxibilem in iuuentute fieri in senectute stypticum possumus imaginari, uel in comparatione ad eundem uentrẽ tempore iuuentutis uel in cõparatione ad tẽperatum uentrem tempora senectutis. Prima conclusio. Vtplurimũ talis uenter efficitur stypticus respectu eius quod fuit in iuuẽtute. Patet, qa minoratur utplurimũ causa faciens fluxibilitatem eius igitur &c̃.patet consequentia & assumptum similiter.

Secunda conclusio. Possibile est etiam talem uẽtrem fore stypticum in comparatiõe ad senem temperatum, hoc autem contingit in duobus casibus. Primus casus est ubi huiusmodi compsto transeat in melancholicam per decidentiam. Secundus casus est ut imaginemur mẽsuram caliditatis per cuius præsentiam in hepate sequitur attractio fortior q̃ in hepate temperati senis, & sit illa.a.&.b.sit mensura caliditatis per cuius præsentiam debilitatur attractiua & fortificatur generatio cholerę iuxta tacta in pcedenti articulo & cũ hoc ponat sor.in iuuentute habuisse hepar calm in extremo remissiori. b. uersus.a.& q in senectute ueniat hepar sor. ad caliditatem.a. & sequitur conclusio, ut patet intelligenti. Credo tamen Gal.intellexisse primam & non secundã conclusionem huius articuli.

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. xli. Aphor. xxi.

VTRVM Qu̧elibet aucta qualitas deijciat actũ proprię uirtutis. Arguitur multipl'r q non. Primo sic.aucta siccitas auget retentionem.igitur &c̃.consequentia nota & antecedens satis patet. Secundo caliditas aucta confortat attractiuam, quia quanto caliditas est fortior fortius attrahit.igitur &c̃.consequentia nota & assumptum satis patet. similiter fortificat digestiuam. Tertio humiditas quanto est maior tanto expulsiua est fortior, eo quòd quanto est maior plus lubricum facit membrum.

Oppositum sentit Cõmentator in cõmen.20. Nota q oẽs operationes animę requirunt determinatũ temperamentum ultra quod si mutantur organa imperficiuntur operationes, & tandem auferuntur propter nimiam remotionem ab illo temperamento. Conclusio. quęlibet qualitas qua uirtus perficit operationes egrediens temperamentũ proportionatũ illis operationibus imperficit illas. Patet conclusio.

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. xlij. Aphor. xxi.

VTRVM Appetitus caninus sit differens à fame naturali. Arguitur multipliciter q non. Primo. appetitus caninus est fames naturalis stomachi. ideo &c̃. patet consequentia & assumptum, pbat multipliciter. Primo qa appetitus caninus est motus uel operatio stomachi prouentens ab intrinseco. puta ab anima stomachi, mediante sua complexione uel naturali calore. Suppono.n.ad pręsens tam sensum q̃ appetitum sensitiuũ ad suas operationes effectiue concurrere, ut habet ui de-anima.ideo &c̃.patet consequentia, & assumptum cum obiectum uel cibus non sit totalis causa sensatiõis uel appetitus. 2.organum appetitus naturaliter inclinatur ad hoc ut tali obiecto præsente, & tali alteratione recepta fiat talis sensatio in eo qualis in fame, & consequenter talis appetitus.igitur talis operatio puenit secundum naturalem inclinationem passi, & per consequens est naturalis. patet consequentia, & assumptum satis intelligenti. 3.in tali sensatione, & in tali appetitu passum.s.anima illum actum sentiendi. & similiter illum actum appetendi recipiens confert uim agentis.igitur est actio naturalis.igitur &c̃. patet consequentia & assumptum, quia anima coagit obiecto causanti sensationem, & sensationi causanti appetitum. igr̃ etc̃. — Aristo.

Secundo ad principale arguitur. nulla est fames naturalis.ideo quæstio falsa. patet consequentia, & assumptum pbatur. Primo, quia quælibet dispositio indicãs de sua obiectione est dispositio præter naturam, sed ue notum est quælibet fames est huiusmodi. igitur. patet consequentia, & assumptum similiter. Secundo in fame est dolor, & mala complexio diuersa. igiẽ &c.patet consequentia, & assumptum est de intentione Gal. in libello de malitia complexionis diuersæ.

Ad opposit um est Gal. in cõmento.

Respondendo ad istam quęstionem primo uidebitur de principali quæsito, qualiter scilicet appetitus caninus sit uel non sit actio naturalis. Secundo uidebitur de quodam tacto in secundo principali, qualiter.s. aliqua fames debet dici naturalis.

Quantũ ad primum sunt notata & conclusiones.

Primo notandum q fames iuxta sententiam medicorum dicitur triplex.s.naturalis, non naturalis & pręter naturam, Et quid intelligatur per quãlibet istarũ patet — Fames triplex.

circa

Fames pter naturā triplex.

circa litteram. Secundo sciendum ꝙ huiusmodi fames præter naturam est triplex. s. canina, uaccina, & syncopalis. Tertio nota per appetitum caninum intelligere debemus appetitum intensum ultra mensurā humanæ speciei debitam, ita ut homo efficiatur uorax ut canis q ponitur animal uoracissimum. Ex quo patet quare appetitus caninus dicitur actio corrupta. nō enim dicitur actio corrupta, quia appetat quale appetere non debet, sed quia appetit taliter intense qualiter competit speciei canum et non humanæ speciei. Et ideo dicitur appetitus mutatus in forma propria, quia. s. non similatur uel proportionatur formę debitæ sed alteri. Simili modo dicatur de appetitu uaccino, quia est cum satietate & stomachi et mēbrorum indigentia. Q uis autem sit appetitus syncopalis debet uideri tertio. 13. Auicē. Ex dictis patet quòd in appetitu canino duplicem imaginari possumus prȩter naturalitatem. Vna sumitur ex parte intensiōis illius actus appetendi cum. s. intensior sit q̄ conueniat formæ humanę. Secunda ex parte excellentię obiecti quod appetit qa. s. appetit obiectū maius q̄ formę cōpetat hūanę, & rōne utriusq; dicit actio corrupta. Q uarto sciendum ꝙ multipliciter potest dici aliquis motus uel operatio naturalis. Primo ut destinguitur naturale contra cognoscitiuū uolūtarium uel artificiale, & sic actionem sensibilem non dicimus esse naturalem. Secūdo naturale sumitur ut distinguitur contra uiolentum put idē est ꝙ à principio intrinseco proueniens, aut ē ab extrinseco passo uim conferente, & sic sensationem uolitionem & intellectionem dicimus naturalem. Tertio dicitur aliqua operatio naturalis magis proprie iuxta sententiam medicorum. & est illa quę est corpori conueniens existenti in naturali sua dispositione, & ad cuius productionem non concurrit aliqua causa præter naturam. & sic diceremus uomitum nō esse operationem naturalem. licet. n. ab extrinseco proueniat ad ipsum, tamen cōcurrit aliqua causa prȩter naturam. etiam sic diceremus de sternutatione & similibus quas ꝓ͡eā dicunt medici esse actiones præter naturam. oēm. n. operationem ad quam concurrit effectiue aliqua dispositio prȩter naturam uocant medici prȩternaturalem. Prima conclusio. Capiendo naturale primo modo. s. prout distīguitur contra cognoscitiuum &c. appetitus caninus nō est actio naturalis. est. n. actio insequens sensationē oris stomachi. Secunda conclusio. Capiendo naturale secūdo modo appetitus caninus est actio naturalis Patet per argumenta ante oppositum adducta. Ex qua sequitur. Primo ꝙ omnis actus animę debet dici actus & operatio naturalis. Secūdo ꝙ dolor est actio naturalis. Tertio ꝙ aliqua actio uel operatio prȩter naturam est actio naturalis. ista patent. Tertia conclusio. Capiendo naturale tertio modo nullus caninus uaccinus lupinus appetitus est naturalis. Patet, quia ad cuiuscunq; talis productionem concurrit aliqua dispositio uel causa præter naturam, puta nimia frigiditas. tota consequentia patet. & assumptum similiter.

In tra. 2. c. 18

Appetitus cani. pter naturalit dupx

Motus naturał uł opō duplex

Q uantum ad secundū sunt notata & conclusiones. Primo sciendum est ꝙ licet ab auctoribus ponatur dispositionem naturalem et prȩter naturam differre, quia s. naturalis indicat de sui conseruatione &c. hoc tamen non debet intelligi sicut uerba sonant, sed sic ꝙ naturalis dispositio indicat de sui conseruatione actuali uel aptitudinali. & hoc declaraui alꝭ. & de hoc habetur in qōnibus secundi techni. uersus finem. in. 28. quęstione in articulo primo, an aliqua fames sit naturalis denominānda. & ibi ponitur pulcher modus quem pono contra aliquos. Secundo sciendum est ꝙ licet dispositio sub qua reperitur corpus dum est famelicum fame naturali dicatur naturalis, non tamen repugnat aliquam dispositionem eidem esse naturaliorem, quia conuenientiorem patet cū naturale sit idem, quod est conueniens. Ex quo patet ꝙ in fame causari maiorem consumptionem &c. possumus intelligere uel absolute respectu naturalis dispositionis ipsius corporis, & sic non est uerum. uel respectu dispositionis, quæ est in illo tempore quo ipsum est cibo refectum & sic est uerum. Prima conclusio. aliqua fames est naturalis naturalitate tertio modo sumpta. Patet ex quid nominis naturalis tertio modo sumpti. Secunda conclusio. Licet ita sit, minus tamen naturalis dispositio est fames respectu dispositionis, sub qua est corpus dum est refectum. Totum satis patet.

In fame cāt maior consumptio dupłr.

Ad argumenta patet solutio intelligenti.

Q uæstio. xlij. Aphor. xxij.

V T R V M Inanitio & repletio sint morbi materiales. Et arguitur ꝙ non. Inanitio est morbus immaterialis. igitur repletio. consequentia tenet, quia opposita habent fieri circa idem. Et probatur antecedens, quia inanitio est morbus indepēdens à materia. ut patet. igitur &c. Oppositū arguitur, quia repletio est morbus materialis. ergo & inanitio cū sint opposita & habēt fieri circa idem. Nota ꝙ dupłr dicitur aliquis morbus materialis. Primo proprie, quia positiue à materia dependens. Secundo improprie, qa à materia per accidens causatus, quia est per priuationem materie causatus sicut spasmus de inanitione est spasmus materialis, quia insequitur defectum materię, & tamen non est morbus primo mō materialis, qa nō positiue pēdet à materia &c.

Morbus materialis dupłr.

Q uæstio, xliij. Aphor. xxij.

V T R V M Repletio & euacuatio sint causę ęgritudinum. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic. inanitio & repletio sunt ęgritudines. ergo. patet consequentia & probatur antecedens. per illas denominatur corpus formaliter ægrum. igitur. tenet consequentia. et probatur antecedens, per idem dicitur homo ęger formaliter per quod est à proprio temperamento remotus. sed per inanitionem aut repletionem est homo formalit̄ a proprio temperamento remotus, quia nulla dispositione addita foret homo ęger. igitur. consequentia nota. et sic sequit̄ ꝙ inanitio & repletio ē ęgritudo, eo ꝙ nihil denominatur formaliter ægrum nisi per ægritudinem. Et confirmatur, non minus materia prȩter naturalem quantitatem contenta in membro dicitur ęgritudo quā lapis est in uesica. sed lapis in uesica dicitur ęgritudo. secunda primi. ca. 3. igitur. Secundo arguitur. inanitio & repletio per se & immediate lędunt operationes. igitur sunt ęgritudines. cō sequentia nota per descriptionem morbi dictam à Gał. primo de accidenti & morbo & tertio colliget. ab A uer. & assumptum patet, qa nulla alia dispositione de nouo addita membro inanito uel repleto operationes lęduntur ideo &c.

Ca. 2. & 8. Auer.

Ad oppositum uidetur intentio Hippo. apho. 22. cū dicitur. Ex plenitudine quæcunq; ęgritudines. Primo pmitto ꝙ non repugnat idem in cōparatione ad diuersa esse morbum causam & accidens. Vt febris sequēs apostema est morbus pro q̄to operationes immediate lędit. Accidens uero pro quanto ipsa sequitur apā. Causa aūt pro quanto ipsa causat ęgritudinem puta siccitatem prȩter naturam aut aliquod tale. Ex quo sequitur ꝙ morbus causa morbi & accidens morbi non omnino ex opposito distinguuntur, nisi secundum suas rationes formales. Secundo præmitto ꝙ tam repletio q̄ euacuatio possunt sumi pro materia replente uel cuius materie fit euacuatio. Secundo pro ipso modo se habendi membri qui forte non est aliud q̄ membrum repletum uel inanitum. Prima conclusio. Capiendo repletionem primo modo nec repletio nec inanitio sibi opposita est ægritudo. Patet, quia ęgritudo debet esse passio uiuentis, ut primo de sensu & sensato. sed tales nō sunt passiones. qa non sunt dispōnes uiuentis. Corrolarium. sequitur ꝙ proprie loquendo lapis in uesica non est ægritudo sed cā ęgritudinis. similiter euacuatio et repletio primo modo dictę. Secunda conclusio. Capiendo inanitionem & repletionem secundo modo ipse sunt ęgritudines, quia sūt

Repło & ēuacuatio duplicit. Aristo.

passiones uiuentis uel modi se habendi ipsius uiuentis. Corrolarium. sequitur φ aliqua est ægritudo, quę nō est quid reale distinctum a re ægra & sanitate sibi opposita. & hoc satis patet de sanitate, & ægritudine in natura compositionis uel in q̄titate. Aliter posset dici probabiliter φ materia replens & lapis exña in uesica sunt ægritudines eo φ immediate lędunt opōnes, & quod sanitas & ægritudo sunt passiones uiuentis ad primum intellectum, quia nihil dicitur sanum uel ęgrum nisi uiuens, sed hoc non repugnat dicto.

Quæstio. xlv. Aphor. xxij.

VTRVM Ægritudo de repletione facilius curetur q̄ de inanitione. Arguitur multipliciter φ non. Primo multę sunt ægritudines de replone incurabiles. igitur non qualibet ęgritudo de repletione facilius curaī. igitur &c̄. consequentia nota. & assumptum patet de forti apoplexia & similibus. Secundo. quęlibet ægritudo de repletione curatur cum uiolentia quadam, sed ægritudo de inanitione curatur sine uiolentia. igitur consequentia nota. & assumptum satis patet. non. n. remouetur repletio nisi aut per medicinas euacuātes aut p phlebotomiam, & in quolibet istorum contingit uiolentia & præternaturalitas quædam. Tertio in cāu ęgritudo de repletione & inanitione sunt lapsus æque mali. igiē ęque reducibiles ad temperamentum. consequentia nota & assumptum patet, quia datur inanitio deterior repletione & cōtrario. igitur datur ęque mala pręcise.

Ad oppositum uidetur intentio Cōmentatoris in cōmento. 22. Item in cuiuslibet inanitionis cura oportet aliquid de nouo generare. sed hoc non oportet in cura repletionis, sed solum remouere. sed facilius est amouere quod appositum est q̄ de nouo generare. igitur &c̄. consequentia est nota. Primo nota φ ægritudo de inanitione est deterior cęteris paribus q̄ ægritudo de repletione. & hoc satis deduxi in illo aphor. 3 primæ particulę. qui sic incipit. In exercitantibus ad summum. Ex illo sequitur φ sub mensura ęquali plus lędit inanitio q̄ repletio. Secundo nota. licet ita sit, tamen potest repletio fore tanto maiore inanitione φ deterior ęgritudo foret repletio q̄ inanitio. Prima conclusio. Cæteris paribus existentibus facilius curatur ægritudo de repletione q̄ de inanitione. Patet ex dictis. Secunda conclusio. Licet ita sit, ubi tamen cætera non sunt paria potest oppositum contingere.

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. xlvi. Aphor. xxij.

VTRVM Omnem ægritudinem de repletione sanet euacuatio aut econtrario. Arguitur multipliciter φ nō. Primo sic aliqua ęgritudo de repletione est omnino incurabilis, sed nullam talem sanat euacuatio. igitur &c̄. consequentia nota. & assumptum patet de apoplexia forti. Secundo. quodlibet remouens ęgritudinē est inducens sanitatem quæ prius erat deperdita. sed nō est possibile euacuationem inducere sanitatem prius deperditam. igitur consequentia nota. maior patet. sed minor probatur, quia euacuatio est actio materiæ priuatiua. & sanitatis inductio est actio positiua. sed per nullam operationem materię priuatiuam perducitur positiuum. igitur &c̄. Tertio. aliqua ęgritudo de repletione curatur per simplicem alterationem. igitur cōsequētia nota & assumptum declaratur. Primo de causonide incensiua, quę per simplicem potum quādoq; curatur. Secundo hoc idem patet de putrida consequente putredinem remissam aut remissi gradus humorum reducibilium ad benignum per solam digestionē. Quare eo. euacuatione facta quandoq; ęgritudo de repletione adhuc remanet. igitur &c̄. consequentia nota et assumptum patet de ęgritudine facta à repletione quę adhuc remota repletione potest in membro conseruari.

Item sequitur φ in cura putridę solum foret unica intentio habenda. s. ad causam morbi & non ad morbum consequens falsum. & cōtra intentionem Gal. in tertio tract. techni. prius. n. oportet remouere causam. deinde uenire ad eam quę facta est ęgritudinem. Secundo principaliter arguitur φ non quascunq; ægritudines de inanitione repletio sanat. Primo, quia quędam sunt incurabiles ut hetica tertiæ species. Secundo ad idem sic. capiatur fe. sequens inanitionem. & arguitur φ repletio non sanat eam, quia omnis cura fit per contrarium, sed notū est φ repletio non contrariatur febri. igitur. consequentia nota. & totum antecedēs patet. Tertio. euacuatio curatur euacuatione igitur non repletione. consequentia tenet & antecedens probatur, quia uomitus curatur uomitu, & fluxus fluxu. Auicē. primo. canō fen quar. cap̄. primo. circa finem eius &c̄. — T. 957 — Auicē.

Ad oppositum est sententia aphorismi. Primo nota φ per ęgritudinem de inanitione uel repletione intelligere debemus omnem ęgritudinem sequentem repletionem uel inanitionem. Secundo nota φ ęgritudinum talium quędam sunt fientes & quædam factę. quid sit utraq; patet. Tertio nota φ ęgritudinem de inanitione curari per repletionem & econtrario possumus intelligere uel tanq̄ per totalem causam curatiuam uel partialem. Quarto nota φ tā inanitio q̄ repletio possunt esse causa immediata uel mediata ęgritudinis. Quinto nota φ morbi de inanitione & repletione sunt duplices quidam curabiles & quidam incurabiles &c̄. In pposito est sermo de curabilibus. Prima conclusio. Alicuius ęgritudinis de inanitione repletio est totalis causa curatiua & econtrario. Patet ubi foret solum humorum modica q̄titas sine aliquo peccato qualitatis, aut sola nimia quantitas sine peccato qualitatis. Corrolarium, non quęlibet actio corpus lapsum ad sanitatem educens est actio positiua aliquid in corpus humanum positiue producens. patet de actione, qua euacuatur solus humor superfluus &c̄. Contra. per talem actionē producitur sanitas in corpore, quę prius non erat, sed q̄libet sanitas est quid positiuum. igitur. Dicitur ad hoc negando φ producatur sanitas sed bene efficitur corpus sanum per solam excessus remotionem. Secunda conclusio. Non quęlibet ęgritudo fiens ex inanitione curatur per repletionem aut econtra tāquam per causam curatiuam totalem. Patet, quia ephimera sequens inanitionem non curatur per solam repletionem, quia cum hoc oportet caliditatem pręter naturā remouere, & hoc fit à uirtute. similiter causon per potum aquę frigidę causata non curatur per solam inanitionem uel euacuationem. Tertia conclusio. Nulla ęgritudo facta sequens inanitionem uel repletionem curatur per inanitionem uel repletionem tanq̄ totalem causam curatiuam. Patet, quia al's non esset ęgritudo facta. Quarta conclusio. Licet ita sit, in cuiuslibet tamen ęgritudinis de inanitione cura necesse est repletionem concurrere & econtrario. Patet, quia alias non remoueretur ęgritudinis causa nec ęgritudo ex consequenti. & istā conclusionē uoluit Hippo. in aphor. 22.

Ægritudo duplex.

Ægritudinē curari duplr.

Morbus de inanitiōe et repletōne duplex.

Ad argumēta patet solucio ex dictis in quęstione.

Quęstio. xlvij. Aphor. xxiij.

VTRVM Acutę ęgritudines in. 14. diebus solū terminentur siue iudicentur tanquam in proprio termino. Arguitur multipliciter φ non. Primo sequeretur φ terminus acutarum absolute esset. 13 magis quā 14. ergo &c̄. consequentia nota, & assumptum patet, & colligiť. 2. de criticis. c 8. &. 3. de cri. c. vlt. Nā morua ęgritudinū acutarū absolute fortior ē ad ipparea, sed non aduenit crisis nisi hora maioris afflictōis. ergo &c̄. — Gal.

Cōfirmatur. q̄to aliquis dies criticus est propinquior principio tanto fortior est in crisi, sed. 13. est huiusmodi. ergo &c̄. Cōfirmatur. plus appropinquat finis. 13. fini secundę septimanę q̄ finis. 14. ergo. & hoc infra pbatur. Confirmatur. plus horas continet in se criticas. 13. q̄. 14. ergo consequentia nota & assumptum probatur.

batur.nam.13.continet.12.horas.14.uero nòn continet nisi.11.cum duę septimanę non sunt nisi.13.dierum &.11.horarum. Secundo sic. conuenientior terminus acutarum absolute est septimana.q̃.14. ergo. consequentia nota.probatur assumptum,quia illud operatur in uno periodo interpolata,quod operatur continua in uno die.sed interpolata terminatur in septimo periodo.ergo & continua terminabitur in.7.die. nam in febribus acutis interpolatis longior terminus est.14. dierum. Tertio sic.si quęstio esset uera hoc maxime esset,quia acute terminarentur in.14.& peruenirent tunc ad statum,sed post statum subsequitur declinatio. ergo acutę ęgritudines non terminãtur in.14.die &c̃. ergo.patet. Quarto sic se habet acuta absolute post. 14.sicut se habet tropica ante.14. sed ęgritudo acuta tropica potest terminari ante.14. ergo acuta absolute poterit terminari post.14.probatur minor.ponendo q̃ sortes patiatur ęgritudinem tropicam ex natura sui motus,tunc contingens est ante.14.morbum fortificari in tantum q̃ stimulabit naturam ut expellat in.14.hoc uidetur satis possibile. pro illo uidetur sententia Gal. in

Isaac. cõmento.eadem sententia est Isaac in lib.de febribus.

In oppositum est Hippo.in littera. & Cõmentator in cõmento.22. Primo pręmittendum quòd per ęgritudinem acutam absolute intelligatur ut dictum est circa litteram.uidelicet. Ægritudo acuta est duplex s. absoluta, & tropica, seu conuersiua quę fit multis de causis.uel propter distantiam materiei à principalibus. vel quia materia est etherogenea,ob quod non seruat ordinatum motum.Acuta est quę ab ipso principio est sęuorum accidentium, & uniformis motus. & dicitur acuta absolute quam dicit Gal.nunquam transire.14. Nota etiam quòd licet multis modis posset dici acuta, hic tamen intelligitur maxime de acuta propter qualitatem materiei manifestam. Secundo pręmittendum quod eędem causę sunt dierum criticorum, & crisis quarum causę sunt duplices. Intrinsecę. vt uirtus, & calor naturalis qui est eius instrumentum. Extrinsecę, & uniuersales sunt influentia, & dispositio aeris quę est cã instrumentalis, & minus principalis. Tertio pręmittendum quòd crises acutarum de quibus est sermo sequuntur influentiam lunę.Primo quia uidetur esse domina humiditatum, unde ea crescente crescunt undationes maris, crescunt medullę in ossibus, et in plantis,ob quod ligna solent incidi in plenilunio, & tunc crescunt cerebra in animalibus.Secũdo,quia luna omnibus planetis est nobis proximior, quare nos ualde immutat. Tertio, quia est uelocissima planetarum. Vltima causa est aspectus quadraturarum uarius ad nos, qui aspectus est experimento.nam primus quaternus indicat secundum &c̃.

Ægritudo acuta duplex.

Criticorũ dierũ et crisis cã duę.

Quarto pręmittendum quòd luna ex proprietate habet hoc secundum astrologos quòd cum erit opposita secundum quadraturam opposito modo influit ab illo signo in quo incepit morbus quando erit maxima oppositio,quia isti sunt aspectus inimicitię. Alij aspectus non sunt ita fortes,sed quia primi aspectus sunt in.7.& in 14.ideo fiunt tunc plures crises.nam sicut incepit morbus in aliquo signo,propter quod illud signum debilitabat naturam, sic cum luna erit in signo opposito habebit aspectum illi signo contrarium in quo morbus incepit.similiter cũ erit i aspectu quadraturę, licet ille aspectus non sit ita fortis.

Ex isto inferuntur tres conclusiones. Prima. Non omnes acutę in.14.dñ̃iudicant.hoc patet de acutis tropicis. Secunda conclusio. Non omnes acutę absolute terminantur in.14. Probatur,quia acutę ut patuit in cõmento. Tertia conclusio responsalis. Acutæ absolute non transeunt.14.sed in ea uel citra terminantur, ut probatur,quia eo tempore sunt omnes causę fortiores primo materia ualde acuta sui acuitate stimulans uirtutem & uirtus fortis aspectus quadraturę, & oppõnis. hoc supposito quòd non sit causa accidentalis impediens, ut malitia regiminis, & similia.

Istis positis respondetur ad argumenta. Ad primum negatur assumptum. Ad probationem dicendum q̃ irritatio materię & radicis inferioris motus in partibus ẽ fortior, sed quia uirtus naturalis regulata ab intelligentia non errãte expectat iuuamentũ ex influxu. iõ &c̃.

Alius modus respondendi quòd crisis sit fortior in.13. quantum ad principium q̃ in.14. finitur & complet̃. Et ideo.14.conscribitur magis,quia ibi est directa oppositio. Ad secundam confirmationem dicẽdum quòd oppositio Galeni est falsa uniuersaliter, & propterea est exponenda comparata radicali ad radicalem & indicatiua ad indicatiuam, tunc septima quę est in propinquo est fortior.14. Sed diceres contra, contrarium dictum est cum in.14.sit aspectus oppositionis qui est fortior. De hoc patebit solutio infra. Ad confirmationem negatur consequentia. & similiter ad.2.quia in 14.horę.11.sunt fortiores in crisi q̃.12.13.diei,quia ibi est aspectus directe oppositionis. Ad secundum negatur assumptum.ad probationem dicendum concedendo cõsequentiam, & consequens q̃ plures crises acutarũ fiũt in.7. Ad tertium principale dicitur concedendo casum ad argumentum q̃ in.14.erit status, & declinatio completa. Ad quartum sic se habet &c̃. dicendum negãdo similitudinem.nam tropica potest mutari in maiorem afflictionem ꝓpter appropinquationem ad principalia. non autem sic potest fieri in acuta absolute. Ad auctoritatẽ dicẽdũ est quòd uerũ est ratione motus materię, sed quia natura expectat influxũ, iõ tũc ñ facit crisim.

Contra cõclõnes positas q̃ acutę absolute seruato debito regimine terminant̃.in.14.propter motũ eorũ esse continuum et fortẽ.Sed contra hoc fundamentũ arguitur sic. Primo.ita se habet uirtus fortis ad ęgritudinem fortẽ ordinati motus, sicut se habet uirtus debilis ad ęgritudinẽ debilẽ cõtinui & ordinati motus, sed debilis uirtus põt hũc motũ tolerare post.14.ergo uirtus fortis poterit hunc motũ fortẽ etiã ultra.14.tolerare.

Secundo confirmat̃.longiori tẽpore potest fortis tolerare cõtinuũ & fortẽ motũ q̃ mediocris. sed mediocria põt tolerare hunc motũ ultra.14.ergo cõsequẽtia manifesta & assumptũ habet̃ in casu. Tertio cõfirmat̃. signando certã latitudinẽ sęuitatũ accñtiũ acutorũ, ut 4.usq; ad.8.tunc sic multo longiori tẽpore põt tolerare uirtus uehementiã accidentiũ ut sex q̃ uehementiam ut.8.sed uehementiã ut.8.tolerat usq;.14.ergo uehemẽtiã ut.6.poterit ultra.14.tolerare. Quarto cõfirmat̃, quia crisi debente uenire in.14.in forti põt ꝓp accidẽtale impedimẽtũ tardari crisis post.14.sed magis põt tale impedimẽtũ ꝓuenire ab intra.ergo. Quinto confirmat̃.lõgiori tẽpore põt uirtus tolerare accña concernẽtia crisim salubrẽ q̃ mortalẽ.sed accña critica mortalia tolerat usq; ad.14.ergo cõsequẽtia bona. & minor ꝓbat̃ ponendo duas acutas.unã salubrẽ & aliã mortalẽ. Vltimo sic.signo duos homines sortẽ & platonẽ patientes ęgritudines acutas mortales. & plato sit fortior. tunc arguit̃ sic sortes põt trãsire usq; ad.14 cũ istis accidẽtibus.ergo plato poterit ultra trãsire. cõsequẽtia ẽ nota & assumptũ ponitur in casu.

Ad argumenta hęc per ordinẽ respondetur. Ad primum cum dicit̃ q̃ sic se habet uirtus fortis. Dicendũ q̃ morbus põt dici altero fortior. Aut absolute, quia cum alijs paribus est aptus causare fortiora accña, ut causon causatus à duabus libris cholerę fortior est q̃ causatus à libra una.econtra dicitur debilior. Alio modo potest dici fortior comparatione ad suam uirtutem, quia est aptus sęua accidentia causare in cõparatione ad suã uirtutem, econtra debilis. Ideo ad argumentum respondetur negando minorem. si loquatur de fortitudine absolute. si capiatur fortitudo uirtutis respectiue. negatur maior, nam talis motbus debilis dicitur fortis in

comparatione ad uirtutem. hoc sic ostenditur exemplo si sit uirtus fortis ut. 8. & morbus ut. 4. et uirtus platonis ut. 4. & morbus ut duo. Ad secundum cum diceba tur longiori tempore potest tolerare fortis q̃ debilis acci dentia acutę absolute. Ad hoc dicendũ primo negando assumptũ si absolute capiatur. Hoc manifestatur si apo plexia ueniat forti et debili citius interficit fortem q̃ debilem, ꝙ utrunq; interficit per uiam suffocationis. Simi liter suffocatio matricis in muliere forti citius interficit. Similiter in squinantia. Similiter in assumptione cibi ue neno si fortius leditur homo fortis uirtutis q̃ debilis. sicut patet in comestione fungorum, qui magis lędunt ho minem calidę complexionis q̃ frigidę. Similiter imaginandum est de uirtute forti agitante materiam facientẽ esfumare ad cor quare cito interficit. quod uirtus debilis non fecisset. Ex quo infertur. Primo ꝙ uirtus fortis est causa mortis. Secundo ꝙ uirtus fortis est causa citioris mortis. Tertio ꝙ melius foret aliquando ęgrum fore debilis uirtutis. Aliter dicendum negando assumptum. nam licet ego possim portare duplum pondus q̃ for. non possum illud portare per duplum spatium. Aliter dixe runt alij ꝙ quando Hippo. & Gal. dixerunt ꝙ absolute acutę non possent trãsire, intelligitur ꝙ non possunt trã sire. 14. quin ueniat una de quatuor crisibus dictis in cõ mento, uidelicet ꝙ subito terminentur ad salutẽ aut ad uiam salutis uel ad mortem subito uel ad uiã mortis, sed tunc sunt omnes causæ concurrentes ad faciendum tales crises. Ideo ad argumentum dicitur concedendo totum, sed ęgritudo non remanebit acuta absolute, quia nõ erit uniformis. Ad tertium dicendum admittendo casum. & ad argumentũ dicendum negando minorem, quia secundum proportionẽ sęuitatis accidentium ad uirtutem crescit fortitudo morbi, quam non posset uirtus tolerare. Ad quartũ cum di. quia potest uirtus ab extrinseco impediri conceditur. Et ad probationẽ ulterius dicitur ꝙ potest uirtus ab intrinseco impediri, immo etiã incitabitur ad crisim. Ad quintũ cum dicebatur longiori tẽ pore potest uirtus expectare crisim salubrem dicendum negando, quia idem est terminus ad salutem uel mortẽ, quia naturaliter materia agit sine deliberatione. Ad aliud cum dicebatur longiori tempore potest uirtus for tis, dicendum negando &c. quia dabitur aliquis terminus quem nulla acuta absolute poterit pertransire. & sic est. 14. Ad ultimum si cę se habet &c. neganda est similitudo, quia ægritudo difformis motus prouenire potest à difformitate materiæ.

Quęstio. xlviij. Apho. xxiiij.

VTRVM computatio dierum medicinalium ad sciendum dies crisis debeat principari ab hora decubitus infirmi. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic. ta lis computatio non est certa. igitur. cõsequentia nota & assumptum probatur, quia in quibusdam ęgrotantibus per plures dies durat ęgritudo anteq̃ decubant, ut patet in multis corporibus robustis. ideo. Secundo. computa tio debet incipi ab hora, qua incipit motus materię faciẽ tis ægritudinem. igitur consequentia tenet, quia illa nõ est hora decubitus, sed est hora neutralitatis. & antecedens arguitur, quia motus materierũ est causa ægritudi nis. igitur &c. Tertio. si &c. hoc maxime diceret, quia deberet incipi computatio ab hora sensibilis lesionis, sed arguitur ꝙ non, quia tunc non posset sciri punctualiter hora crisis, quia non scitur punctualiter hora sensibilis lęsionis, cum ante omnẽ sensibilem læsionem pręcessit sensibilis lęsio. Item lęsio in uno sensibilis est alteri insensibilis. igitur non est apta reg^a incipere computationem ab hora sensibilis lęsionis &c.

Ad oppositum sunt omnes medicinę auctores. Primo nota ꝙ alia est hora decubitus & alia est hora sensibilis lęsionis. Secundo nota. Licet ita sit, tamen in aliquibus corporibus puta debilibus communicat hora, sci licet decubitus & sensibilis lęsionis. Tertio nota quòd ęgritudinum quędam sunt lædentes operationes omnes totius indifferenter, quędam autem sunt lędentes operationes determinatę partis tãtum Exemplum primi, ut feb. Exemplum secundi, ut apostema pedis uel manus.

Ægritudo lędens duplicit.

Quarto nota ꝙ crisis causa est non solũ motus, sed uirtus principalis &c. Prima conclusio. Incipiendo computare dies medicinales in quibusdam corporibus possumus incipere ab hora decubitus. Patet. quędã sunt corpora, in quibus statim cum incipit ęgritudo ipsa decum bunt ut corpora debilia. Secunda cõclusio. Non in om nibus corporibus licet ab illa hora computationem inci pere. Patet de corporibus robustis, ut supra arguebat.

Tertia conclusio. In quibuscunq; corporibus computando dies &c. incipiendum est ab hora sensibilis læsionis siue totius siue partis. Patet, quia incipere debemus ab hora, qua incipit pugna uirtutis ad materiam, & ecõ tra. sed hęc est hora sensibilis lęsiõis siue totius siue partis patet &c. Ex quo sequitur ꝙ non est possibile medico certitudinaliter scire tempus punctualiter illius sen sibilis lesionis, ut argutum est. igitur &c.

Ad argumenta patet solutio.

Quęstio. xlix. Aphor. xxv.

VTRVM omnes ęgritudines tempore ęstatis sint breuiores q̃ tempore hyemis. Et arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. hetica primæ & secundæ speciei est breuior tempore hyemis. ergo. consequentia nota & assumptum arguitur, quia talis est mala complexio calida & sicca. Secundo sic. spasmus siccus non confirmatus facilius curatur in hyeme. ergo consequentia nota. probatur assumptum, quia facilius fit humectatio tempore hyemis quàm tempore æstatis, sed talis spasmus curatur per humectationem. Tertio. spasmus repletionis mortalis & apoplexia citius interficiunt in hyeme. ergo &c. consequentia nota & assumptũ patet. Quarto sic. & capio febrem causatã ex supercalefactione. tunc sic, talis humor facilius reducit simpliciter ad benignũ tempore hyemis quàm tempore æstatis ergo &c. Con firmatur & pono fortem patientem. tertianam ex mala complexione calida & sicca in hepate talis facilius remo uetur in hyeme q̃ in æstate. Confirmatur etiam hoc in ictericia, quia facilius pręseruantur corpora ab ictericia in hyeme q̃ in æstate proueniente in ictericia ex tali cõ plexione calida & sicca hepatis.

Oppositum uult Commentator in commen. & in cõ men. 12 primę. Pro responsione intelligendum ꝙ hic intelligitur de ægritudinibus æstiualibus & hyemalibus comparatis inter se in eadem specie. Prima conclu sio. Nõ omnes ęgritudines immateriales salubres citius terminantur in ęstate. Hoc patet. Primo in hetica primę speciei. Secundo apparet in complexione calida immateriali, quæ fit in corde uel in alio membro principali, quæ prolixior est in ęstate quàm in hyeme, ut pa tet, quia contę illius resistit tempus, quod non est in hye me, immo cęteris paribus tardius curatur. Secunda conclusio. Non omnes ęgritudines materiales citius ter minantur ad mortem uel salutem in ęstate quàm in hye me cęteris paribus. Patet conclusio in hydropisi morta li. patet etiam in materiali salubri, ut si sanguis supercalefactus non sit multum extraneatus aptus ad benignũ simpliciter reduci. hoc facilius fit in hyeme, quia facilius infrigidatur hepar. Et sic sunt tres casus in quibus citius terminantur in hyeme ęgritudines. Primo quan do est multitudo materiæ ut in apoplexia, & in spasmo repletionali. Secundo quando esset febris pendens ex hu more ad benignũ simpliciter reducibili. Tertio quando penderet ęgritudo ex mala complexione calida hepatis in salubri, uel à frigiditate principalium in mortali. Tertia cõclusio. Oẽs materiales ęgritudines putridę in quibus materię malitia sua putredine est apta interfice re in ęstate citius terminant. Probatur, quia tũc uirtus est debilior & agens impressiuior & mobilior. & hanc

intellexit

intellexit Gal. in commento. Vltima conclusio. Omnes ęgritudines putridę salubres per uiam euacuationis terminabiles citius terminantur in æstate. Et hanc etiā uoluit Gal. in commento quantum ad ægritudines salubres. Sed contra hanc conclusionē sic arguitur. Primo. aliquanta materia & aliquanta malitia potest facere ægritudinem in æstate quanta & quantę malitię non posset facere tempore hyemis. ergo aliquāta materia & aliquanta malitia poterit ægritudinem facere longam in æstate, quanta & quantæ malitię non faceret in hyeme.

Secundo sic. aliquanta materia potest facere ęgritudinem mortalem in æstate quę non posset ipsam facere in hyeme mortalem. ergo aliquanta materia posset ægritudinem facere longam in æstate quę posset facere breuem ipsam in hyeme. Tertio sic. non minus fortificabilis est uirtus per frigiditatem hyemis q̃ per aliquod frigidum ab extra approximatum. sed tale frigidum poterit ęgritudinem in æstate incurabilem curare, ut in tetano q curatur in æstate ex aspersione aquę frigidæ ergo ita curabitur in hyeme sine aliquo extrinseco approximato.

Istis positis patet responsio ad argumenta. Ad primū conceditur totum. Ad secundum dicendum uerum esse & ad tertium. Ad quartū & quintum dicendum est q tales non solum euacuatione curantur sed per alterationem, de quibus Cōmentator non intellexit.

Argumenta contra conclusionem ultimam infra soluentur, quare &c.

Quæstio. I. Aphor. xxvi.

VTRVM liceat medico in spasmo de repletione prouocare febrem. Arguitur multipliciter q nō. Primo. multitudo morborū est deterior q̃ simplicitas eorum, quia plus grauatur uirtus à duobus morbis q̃ ab uno, ut uidetur colligi posse quarto apho. commen. 40. cuius aphorismus sic incipit. Et ubi in toto corpore. Cōfirmatur, quia omnis lęsio cōposita ex pluribus est maior quàm aliqua illarum. igitur. Confirmatur, quia cū spasmo repletionali stat anhelitus difficultas. igitur &c. patet consequentia, quia in febribus spiritus offendens malum. apho. 67. quartę particulę. & secunda tertij. capit. de spasmo. Secundo ad principale. febris superueniens spasmo nō potest esse spasmi curatiua. igitur &c. assumptum arguitur, quia uel in digerendo uel resoluendo. sed non primum, quia calor pręter naturam non digerit. nec secundum, quia plus dominatur calor febrilis supra spiritum. & resolubilior est spiritus q̃ materia illa. igitur. Confirmatur, quia tunc conueniret in hydropico. Tertio sic possibile est spasmum esse solum in manu uel pede aut alio determinato membro, cuius nocumentum non est commune toti. febris autem est totius commune nocumentum.

In oppositum est Hipp. in apho. & Commentator in commento. 26. Primo. non febris superueniens spasmo potest esse maioris minoris & ęqualis nocumenti cū spasmo. Secundo nota q potest esse spasmus in particulari membro non faciente operationē necessariam toti, aut in toto, uel in mēbro cuius operatio est ad totius conseruationem necessaria ut in stomacho uel gula. exempla patent. Tertio nota. febris prouocari potest aut cum his quę humores adurunt aut cum his, quę solū spiritus inflammant. Quarto nota. corpus aut est plethoricum aut non. Quinto nota q febris prouocatur in spasmo cum habentibus proprietatem inflammandi spiritum absq; hoc q humores ducantur ad ebullitionem, ideo debet corpus pręparari mundificatione. Facientia autem ad spiritus inflammationem sunt anacardus, theriaca antiqua, mitridatum, uinum subtile & potens. Contra, quia uinum non conuenit in spasmo nec in paralysi. Dico q hoc est uerum in principio, sed in declinatione & facta euacuatione totius bene competit. Prima conclusio. Non licet febrem maioris uel æqualis nocumenti in spasmo prouocare, patet intelligenti. Secunda conclusio. Sequitur q non licet febrem acutam prouocare. Tertia conclusio. Stante spasmo in particulari membro &c. non licet febrem prouocare, sed cum particularibus calefactiuis est curādus, quia maius esset periculum quàm possit esse iuuamentum. Quarta conclusio. Siue particularis siue uniuersalis fuerit spasmus. non licet stante plethoria febrem prouocare. Quinta conclusio. Licet euacuatione pręcedente secundum exigentiam materiæ.

Spasmus triplex.

Feb. ꝓnostica tio duplex.

Medicinę faciētes ad īflāmationem spūs.

Ad argumenta principalia respondetur. Prima argumenta probant ueritatem alijs paribus, sed non sunt ubi licet febrem prouocare. Ad secundum dicitur q ad resoluendum humorem concurrit spiritus, uirtus & febrilis calor, sed ad resoluendum spiritū concurrit solus calor febrilis. & plus possunt ista tria resoluere humorē q̃ ille solus spiritum. Quidam autem aliter dicunt cōcedendo consequens, quia continue plus de spiritu resoluitur q̃ de materia. tamen continue regeneratur plus de spiritu q̃ de materia reaggregetur &c.

Quæstio. II. Aphor. xxvi.

VTRVM corpus facilius incurrat spasmum humidum q̃ siccum. Arguitur multipliciter q non. Primo. spasmus siccus est similis neruo, & humidus uel repletionalis est contrarius. Sed facilius cadit corpus in lapsum similem q̃ contrarium ut infra in commento. 34. in morbis minus periclitantur ægrotantes. & secunda primi. cap. de signis complexionū. Secundo si sic, tunc quanto corpus esset humidius difficilius caderet in spasmum siccum, quia maior latitudo humidi esset deperdenda &c. hoc est falsum. igitur &c. patet consequentia. Et arguitur falsitas, quia spasmus siccus facilius aduenit pueris, ut colligitur secunda tertij. cap. de spasmo. Confirmat. spasmus siccus facilius aduenit puero quàm iuueni, ergo spasmus humidus difficilius. cū igitur humiditas difficilius adueniat puero q̃ iuueni, uidetur q facilius aduenit ei spasmus siccus q̃ humidus. argumentum posset bene deduci. Tertio. aliquis spasmus siccus aliquo humido facilius remouetur. igitur facilius inducitur. assumptum arguitur, quia aliquis siccus est curabilis aliquo humido incurabili exn̄te. ergo &c. Quarto. idem spasmus est de repletione & de inanitione. igit. assumptum arguitur, ponendo eundem neruum cōtrahi propter humorem imbibitum et corrugari ꝓpter siccitatem. hoc enim non uidetur repugnare, sicut de bursa repleta dum comburitur. & patet quia uel idem uel diuersus. si secundum tunc ægritudines oppositę erunt in eodem. si primū, sequitur conclusio. Confirmatur ponendo q causa replens & exiccans concurrant ęque potenter, ita q neutra illarum per se, sed ambę possunt facere spasmum. Et per idem probatur q aliquis est spasmus qui simul est proportionatus & non proportionatus ad materiam, uel q intra eos cadit medium. Quinto. difficilius est membrum humectare q̃ exiccare. igitur difficilius incidit spasmum humidum q̃ siccum. assumptū colligitur. 7. terape. ca. 5. & . 6. & . 4. primi. secundo cap. Confirmatur saltem q non fiat subito spasmus de repletione, quia causatur à materia frigida secundum plurimum quę est tardi motus &c.

Auicē.

Idem.

Gal.

Auicē.

Ad oppositum est Commentator in commento.

In ista quęstione primo pręmittenda sunt pręambula quędam. Secundo conclusiones de quęsito. Prima distinctio. Spasmus tripl'r sumitur sicut circa literā declarabatur. Et proprie sic describitur ab Aui. 2. tertij. cap. de spasmo. Spasmus est ægritudo neruosa qua mouentur lacerti ad sua principia, & inobedientes sunt in dilatatione. Per hoc q dicitur ęgritudo ponit genus. Et possumus dicere q sumit ęgritudo cōmuniter, ut extendit se ad omnem dispōnem pręter naturam &c. qualiter apoplexiā ægritudinem dicimus, & tunc iste ablatiuus qua non denotat circumstantiā causæ efficientis sed formalis. Posset etiam dici q ęgritudo sumitur proprie, et sic spa-

Spasmus qd Auicē.

smus non est contrario sed est ęgritudo ad quam cōtractio sequitur, et tunc ly qua. denotat circunstantiā agentis uel efficientis. primum est melius. Dixit autem mouetur, ut moueri ad motum esse se extendit. In spasmo enim dum est in fieri est motus. dum autem est in facto esse est solum contractū esse. Vel posset dici ꝙ iste terminus spasmus proprie significat motum, ideo non est spasmus nisi dum est motus sed bene spasmatum esse. Et tu de spasmatione & contractione dicas sicut dicunt philosophi de intensione, quia sumitur indifferenter pro dispositione qua aliquid formaliter contrahitur uel est cōtractum modo dicto. Per hoc autē quod dicitur & inobedientes sunt &c. differt à motibus, quibus naturaliter contrahit membrum ad originem cum quo stat obedientia &c. ut patet. Ex quibus patet ꝙ spasmus proprie est accidens, quia scilicet actio læsa puta corrupta. Est enim talis motus uel talē motū esse. Per ly uersus principia differt à tremore & paralysi. Secunda distinctio est tacta circa literā. s. Huiusmodi spasmus est duplex. s. proportionatus & non proportionatus ad materiā. Differunt tamen ex parte causarū ut circa literam. Et iterum proportionatus ad materiā est duplex quidam de repletione, & quidam de inanitione. Qui etiam ex parte causarū differunt patet. Ex quibus sequitur primo ꝙ idem membrum pōt esse spasmatum spasmo de repletione & de inanitione. Patet in casu. Sequitur secundo ꝙ idem spasmus potest esse de repletione & de inanitione. Ponēdo istas causas ęque potenter concurrere. Et arguit sic, hic motus est spasmus de inanitiōe, & hic idem est de repletione, ut patet. igitur &c. Ex quo sequitur ꝙ spasmus repletionis & inanitionis non sunt contrarij, sicut nec spasmus humidus nec siccus. Sequitur ulterius ꝙ per spasmum proportionatū ad materiam intelligi debet spasmus cuius totalis causa est materiæ defectus uel materia replens, & per non proportionatū, cuius causa non est materia. Probabiliter concedi potest posse esse aliquem spasmum, qui nec est ꝓportionatus ad materiā nec non proportionatus, concurrentibus enim illis causis æque potenter. Patet. Nec sic proportionatū esse & non proportionatū ad materiam sunt contradictorij termini. Si tamen per spasmum proportionatū &c. intelligimus spasmum omnem à defectu uel à superabundantia materię pendentē siue tanq̃ à totali siue partiali causa, illum spasmum debemus ad materiam appellare proportionatum. Tertia distinctio. Dupliciter dicitur aliquod membrum humectari. s. qualitatiue & quantitatiue. Sed quantitatiue dupliciter. s. substantifice & madefactiue siue accidentaliter uel infusiue. Similiter exiccari quantitatiue & qualitatiue. Et quantitatiue accidētaliter & substantifice. Exempla patent in proposito. In spasmo repletionali humectatur membrū quantitatiue accidentaliter. In sicco uero exiccatur substantifice. Ex quo euidenter patet spasmum humidum non esse contrarium spasmo sicco. nō enim humectatio accidentalis opponitur substātificę exiccationi ut sic. Quarta distinctio. Dupliciter dr̄ aliquis lapsus uel morbus alicui corpori uel membro similis. Primo formaliter. Secundo uirtualiter. Formaliter qui specifica denominatione cōuenit cum complexiōe uel natura membri. Virtualiter quem promptius est corpus & membrū cadere. Exemplum primi, ut calidum calido. Exemplū secundi, sicut collum longum & gracile phtisi. Prima conclusio. Licet membrum quodcunq; qualitatiue facilius exiccetur q̃ ipsum humectetur, quātitatiue tamen accidentaliter citius & facilius humectatur q̃ substantifice exiccetur. Prima pars patet, quia calidū qualitatiue exiccatur &c. Secunda pars arguitur, quia ad quantitatiue humectandum accidentaliter sufficit humiditatē ad membrū defluere & imbibi membro, sed hoc est facilius. igit̄ &c.

Spasmus multiplex.

Hūectari membrū uel exiccari multiplicit̄.

Lapsus uel morbus similis corpori duplex.

Ex ista conclusione sequitur alia conclusio. Facilius cadit membrum in spasmū humidū siue de repletiōe &c. Secundo sequitur ꝙ spasmus humidus est neruo uirtualiter similis, siccus uero contrarius respectu humidi.

Tertia conclusio est. Facilius exiccatur membrum accidentaliter q̃ ipsum substantifice humectet̄. Probatur conclusio sic. accidentalis exiccatio fit per solam remotionem humidi accidentalis accidentaliter humectantis. humectatio uero substantifica per restaurationē humidi substantifici. Sed notum est ꝙ cęteris paribus difficilius est secundum q̃ primum. igitur &c. Quarta conclusio, Sequitur ꝙ facilius est spasmus humidus curabilis q̃ siccus. Probatur sic. spasmus humidus curatur per exiccationem accidentalē, siccus uero per substantialē humectationē, quę difficilior est cęteris paribus per conclusionem procedentē. igitur &c. Quinta conclusio ponitur pro materia cuiusdā argumenti ante oppositū. Stat aliquod membrū à gradu siccitatis spasmantis gradualiter altero plus distare, & tamen illud idem in spasmum siccum alijs paribus facilius cadere. Patet de neruo pueri respectu nerui iuuenis. Ex quo sequitur primo aliquem lapsum alicui membro formaliter magis cōtrarium esse eidem uirtualiter magis similem q̃ alteri.

Sequit̄ secundo aliquod membrū alio & similiter corpus in utrunq; lapsum contrariorū secundum denominationē facilius cadere, ut neruus pueri tam in spasmū siccum q̃ humidum. Et colligitur hoc corrolariū secundo cañ. & secundo techni de membro frigido uel calido raro. et secūda primi. cap. de causis debilitatis membrorū. Sequitur tertio tā similitudine formali q̃ uirtuali similiorem esse spasmum humidum puero q̃ iuueni.

Ad argumenta principalia respondeē. Ad primū dicitur ꝙ spasmus siccus est similis neruo formaliter, humidus uero magis uirtualiter. Ad secundum dicitur negando consequentiā. licet enim per maiorem latitudinē distet &c. dispositius tamen est humidum nerui pueri ad resolutionem. & per dicta patet ad confirmationē. Ad tertium conceditur illud ad quod deducit argumentū, quia in casu ita est, dum cætera non sint paria. Negatur tamen illa consequentia. facilius inducitur. igitur facilius remouetur uel ecōtra. sicut facilius frigida fit aqua q̃ calefiat, non tamen facilius remouetur ab ea frigiditas quàm caliditas.

Ad quartū & quintū patet solutio per dicta in qōne.

Quæstio. lij. Aphor. xxviij.

VTRVM permanentia corporis in sua carnositate sit signum malum in forti febre. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. dispositio sanę similis in febricitantibus est signum bonum, ut Hipp. 1 pronosti. tex 8. igitur &c. Secundo talis permanentia sigñat fortitudinē uirtutis. igit̄ &c. consequentia manifesta est et añs probatur, quia fortis macrefactio sigñat debilitatem eius.

Dispō similis sanę.

Ad oppositum est Hippo. in aphor. & Cōmentator.

Nota per dispositionem similem sanę quam dicit Hippo. esse bonum, non debemus intelligere totalem similitudinem, sed nō multum sensibiliter uariatam. Et sic patet solutio ad argumenta &c.

Quęstio. liij. Apho. xxix.

VTRVM in principio morbi liceat materiā euacuare & non in statu. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. in principio materia est cruda. sed materia existente cruda ipsa non est euacuanda. igitur. consequentia nota. & patet maior. & minor patet similiter in prima particula. aphor. illo. 22 scilicet digesta medicari. Secundo. in principio si morbus sit mortalis non debet fieri euacuatio, sed semper in principio dubium est an morbus sit mortalis. igitur. consequentia nota. & maior est Cōmentatoris in cōmento 29. & minor patet, quia in principio non apparent signa digestionis uel opposita. Tertio. in principio non est iuuatiuum separatum à nocitiuo igitur tunc nō debet fieri euacuatio. cōsequentia tenet, quia si fieret euacuaretur plus de iuuatiuo, cuius euacuatio non competit. Secundo principa

liter

Auicē. liter arguitur q̄ debeat fieri euacuatio in statu. Primo, quia tunc materia est digesta euacuationi obediens. Secundo. ad idem est Auicē. auctoritas. prima quarti. ca. de cura feb. putridarum in generali. ubi ponit q̄ in statu natura si nō mouet moueatu. Tertio. hora conueniēs pharmaci est hora digestionis, & huiusmodi est status. Quarto. quia possibile est uirtutem in statu multum fatigari. igitur tunc ei confert auxilium medici in euacuando.

Mā peccās multiplr. Eūo duplex. Ad oppositum est Hippo. in Aphor. Primo nota. q̄ materia peccans in principio potest peccare solo quanto uel solo quali uel utroq;. Secundo nota. q̄ materia peccans tertio modo potest esse multa uel pauca. Tertio nota. q̄ duplex est euacuatio. s. minoratiua & eradicatiua. Quarto nota. q̄ modo potest esse furiosa uel non furiosa. Quinto nota. q̄ licet materia in statu sit digesta, quandoq; tamē sufficit uirtus eam euacuare & quādoq; non. Prima conclusio. Materię peccāti in solo quāto euacuatio competit à principio eradicatiua. Patet, p illam ducitur corpus statim ad sanitatem. Secunda cōclusio. Materia peccante in quali existente modica non multę malitię à principio nō competit ei euacuatio. Patet, quia se sola sufficit uirtus eam regulare & euacuare. Tertia conclusio. Materia peccante existente multæ quantitatis & non multæ malitię competit minoratio à principio. Patet, quia per illam degrauatur uirtus.

Contra. sicut degrauatur ita debilitatur. Dico q̄ plus degrauatur q̄ debilitetur. Quarta cōclusio. Materia furiosa existente siue paucę siue multę q̄titatis à principio competit euacuatio eradicatiua. Patet ex dictis alibi. Quinta conclusio. Virtute sufficiente euacuare in statu non est tunc à medico fienda euacuatio. hanc uoluit Hippo. in apho. 29. Sexta conclusio. Virtute non sufficiente cōpetit euacuationem fieri à medico. Et hæc conclusio est de mente Auicē. prima quarti. cap̄. de cura feb. putridarum &c̄.

Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. liij. Aphor. xxxiij.

VTRVM In omni ægritudine confortari mēte, & bene se habere ad oblationes sit bonum. Videtur q̄ non. Primo sic. quia in hetica tertię speciei aut in forti apoplexia non est bonum mente confortari. igitur. consequentia nota & assumptum patet, quia non sunt nisi signa mala. Secundo per confortari mente debilitatur uirtus, igitur. consequentia nota & assumptum patet. propter spiritus magnam dilatationem expanditur spiritus & resoluitur. Tertio. per magnam confortationem desinit quandoq; infirmus à remedijs opportunis. igitur. consequentia nota, & assumptum satis patet.

Quarto. in hydropisi bene se habere ad oblationes est malum. igitur. consequentia nota, & assumptum satis patet, q̄a id auget hydropisim. Quinto. in aliqua ęgritudine non competunt oblationes, ut in illa in qua competit dięta tenuissima. igitur non in omni ęgritudine bene se habere ad oblationes &c̄. est bonum.

Cōfortari mēte quid. Ad oppositum est Aphorismus. 33. Nota q̄ per confortari &c̄. debemus intelligere uel mentem illęsam esse uel bene sperare, nisi autem speraret aut non bene, q̄a nimis id non bene dicitur. Prima conclusio. Vtrunq; istorum bonum dicitur per uiam signi & per uiam causę. Probatur ut in aphoris. Secunda conclusio. Contrarium est malum.

Ad rationes patet solutio.

Quæstio. lv. Aphor. xxxiiij.

VTRVM Lapsus ad contrarium sit periculosior q̄ lapsus ad simile. Arguitur multipliciter q̄ nō. Primo phlegmatico & cholerico æqualiter febrientibus respectu proprij temperamenti frigidiora debentur cholerico. ergo maior & periculosior est lapsus cholerici. assumptum probatur, quia aggregatum ex calore naturali & putredinali tam cholerici, q̄ phlegmatici resistit in frigidatibus. sed illud est multo maius & potentius in cholerico. ergo aliquante potentie infrigidans sufficit infrigidare phlegmaticum & non cholericum, & per consequens sibi debentur frigidiora. & colligitur idem septimo colliget. 2. ca. Secundo. facilius remouetur cæteris paribus lapsus ad cōtrarium q̄ ad simile. igitur. assumptum probatur, quia melior est intrinseca prōptitudo ad remittendum lapsum contrarium q̄ similem, ut patet de uirga flexa & aqua calida seu calefacta. Tertio. in casu ex lapsu ad simile citius incurrit mortis periculum, q̄ ex lapsu ad contrarium. probatur, quia cholericissimus stante sanitate & uita plus tolerat de lapsu ad frigidum, q̄ ad calidum. Similiter phlegmaticus plus de lapsu ad calidum, q̄ ad frigidum. igitur &c̄. Cōfirmatur. quodlibet corpus naturaliter frigidum facilius, & cum minori nocumento labitur ad calidum, q̄ ad frigidum. assumptum probatur, quia caliditas est uitę conformior, & in omni operatione dominantior. Quarto spasmus siccus est neruo similis, & humidus contrarius eidem, & tamen siccus est periculosior. Similiter spasmus siccus est contrarius puero & similis iuueni, & in eo periculosior. igitur. Quinto corporibus mundis febris pestilentialis est morbus contrarius, & disproportionalis, & imundis proportionalis, & tamen eis est periculosior. primo de differentijs febrium. ca. de febre pestilentiali. Gal. Sexto. tonsilitas faciei minus uerenda est in ægritudine chronica complexione frigida tēpore hyemis, q̄ in acuta tempore æstatis. in primo pronosticorum. cōmen. 11. & secundo Cōtinentis. Rasis. Septimo. homo calidi cordis, & humidi cerebri uelociter incurrit ægritudines melancholicas quamuis sit ęgritudo sibi dissimilis ut prima tertij. cap̄. de melācholia. Octauo. apostemata calida cordis sunt periculosiora frigidis. 12. tertij. Auicē. Et uniuersaliter morbi calidi frigidis. Damas. in aphoris.

Dama. Nono. Causon incensiua est in corpore cholerico periculosior paralysi, & tamē est similis. Similiter est in iuuene periculosior ęgritudo acuta, q̄ chronica, cum tamen acuta sit similis, chronica uero cōtraria. 10. pleuresis uel paralysis dextri lateris est minus mala pleuresi uel paralysi sinistri, & tamen est magis proportionalis sinistro. Similiter podagra sinistri pedis deterior est q̄ dextri, & tamen sinistro pedi est proportionalis. 11. ieiunium, & extenuatio in cholerico est periculosior q̄ in phlegmatico. 12. ap̄ata phlegmatica in hydropico & melancholica in leproso sunt deteriora, & tamē &c̄.

Secundo ad principale. hi lapsus sunt æquales. igitur. assumptum probatur multipliciter. Primo, quia cum alijs paribus ęqualiter distant à temperamento. Secundo, quia sanitas est mediū uniformit' se habēs ad utrūq; extremorum. quia ęqualiter utriq; cōtrariat' & utrūq; excludit. ergo ęque malus est unus sicut alter. Tertio. ęque faciliter labitur corpus cum alijs paribus ad cōtrarium sicut ad simile. igitur &c̄. consequentia tenet, & assumptum probatur, quia ęque distat uel ęque mediat' utriq;. Quarto. ex lapsu simili & contrario possunt op̄ationes ęqualiter lędi, q̄a auferri aut minui igit' &c̄.

Ad oppositum est Hippo. in Aphor. 34. Et Gal. in cōmen. Et primo pronosticorum. cōmen. 11. Et Auicē. secunda primi. octauo. cap̄. Et ibidem doctr. 3. ca. 3. Et Gal. septimo terapeut. vltimo. ca. Et Arist. 1. probleumatum. 28. probleumate. Gal. Auicē. Aristo.

In quęstione primo præmittendę sunt quędam distinctiones. Secundo conclusiones de quęsito. Primo sciendum q̄ lapsus proprie importat recessum à temperamēto siue à dispositione naturali ad deteriorem dispositionē, quæ potest esse naturalis pręter naturalis. de pręternaturali est hic sermo. Secundo notandum. Per lapsū similem intelligendum esse non præcise lapsum similem formaliter, ut calidus calido, frigidus frigido. sed p portionalem penes modum loquendi auctorum. Et est lapsus in quem promptum est corpus labi faciliter,

siue hoc merito ætatis, siue complexionis compositionis uel temporum &c. Econtra uero per contrarium disproportionalem in quem corpus non est promptum faciliter cadere. Sensus ergo quæstionis est, utrum lapsus proportionalis &c. quia ergo simile et dissimile dicuntur ad aliquid non repugnat aliquem lapsum uni cōparatum absolute denominandū esse similem, qui tamē respectu alterius est cōtrarius ut lapsus ad calidum est absolute phlegmatico similis respectu lapsus ad frigidū sed cōparato phlegmatico ad cholericum est sibi cōtrarius & cholerico similis. Tertio notandū ꝙ tam proportionalitas q̃ disproportionalitas siue contrarietas lapsus simul respectu diuersorū est signum & cā. proportionalitas enim est dispositiua siue pręparatiua cā corporis ad ulteriorem lapsum. Econtra uero contrarietas indispositiua. Similitudo etiā lapsus alijs paribus debiliorē ostendit & significat cām morbi, contrarietas uero uehementiorē. Et tu per exempla declara. Quarto notādum ꝙ proportionabilitas & disproportionabilitas lapsus ad corpus sumit ex conuenientia uel disconuenientia lapsus ad naturā, tempus, compōnem, ętatem, regionem, sexum, consuetudinē, & uniuersaliter ex qualibet dispōne facilitante aut difficultante lapsum. Veruntamen hę dispositiones quandoq; omnes aut plures conueniunt in faciendo lapsum, & per consequens promouendo facilitatem lapsus. quandoq; uero partim cōueniūt & partim disconueniunt, & tunc uincenti dabitur iudicium. Si enim cā promouens similitudinē efficacior fuerit erit lapsus similis, si uero econtrario contrarius. si uero medio modo se habuerit erit medius inter hos. Quinto notandū per periculosiorē lapsum intelligendum esse lapsum quo ægrotans magis mortis incurrit periculum. Econtra uero minus periculosus, sicut causonidem phlegmatica aut tertiana periculosiorem esse dicimus. Deterior autem lapsus intelligitur à quo alijs paribus difficilius releuatur ęgrotans, aut ex quo alijs paribus maiora incurrerit nocumenta. Dico autem alijs paribus, quia non repugnat aliquem lapsum facilius remoueri, esse tamen magis lęsiuū, ut causon phlegmatica, & pleuresis sinistri lateris pleuresi dextri, ut. 10. tertij. Similiter econtra, ut patet. Ex quo patet hanc consequentiā non ualere. plus læduntur operationes ab. a. lapsa q̃. g. ergo deterior est. à. lapsus q̃. g. Similiter non sequitur. difficilius est releuabile corpus ab. a. lapsu q̃. a. g. lapsu. ergo deterior est lapsus. a. q̃. g. sed argumentū bene tenet cum alijs paribus. Sexto sciendū ꝙ periculositas et malitia lapsus prouenire potest. aut ex parte morbi, aut causæ, aut accidentis, & ex parte dispōnis morbo accidētaliter coniunctæ. Hęc autem potest proprietas morbo coniuncta ut uenenositas, aut uirtutis imbecillitas, aut subiecti dispositio uaria, uel subita dispositio, noua periculositas. ergo lapsus potest prouenire ex morbo, cā accidente uirtutis imbecillitate, compōne subiecti, proprietate &c. Exemplum primi, ut hetica ephimera. Exemplū secundi, ut causon hyemalis periculosior est æstiuali cęteris paribus, quia amplior est eius cā, ut circa lrām dictum est. Exemplū tertij, ut apostema auris est periculosius in adolescentibus q̃ in senibus. s. rōne accidentis, ut intensioris doloris & inflāmationis in illis q̃ in ijs senibus, ut quarta tertij. cap. de dolore auris. Exemplum
Aristo. quarti, ut branchus & coriza periculosior est in sene, ꝑpter uirtutis imbecillitatē. Exemplum quinti, ut phtisis in habentibus pectus strictū. Exemplum ultimi, sicut febris pestilentialis periculosior est causone propter uenenositatem sibi additā. Vltimo notandū ꝙ cum proponitur quis sit periculosior aut peior lapsus, hoc debet intelligi stante in alijs paritate. Notū enim est ꝙ ubi non fuerit in alijs paritas contingit lapsum similem deteriorem esse & periculosiorem lapsu contrario, ut si lapsus inęquales fuerint, aut fuerit utrobiq; uirtutis īparitas, aut temporis, aut consuetudinis, possumus autem imaginari eos ęquales esse. Primo quo ad sensum medici eos comprehendentis, ut si ad tactum tanta percipitur caliditas in phlegmatico febricitante sicut in cholerico febriente. Secundo in comparatione ad proprium uniuscuiusq; temperamentum, ut si supernaturale utriusq; temperamentū addatur ęqualis caloris excessus, licet in hoc posset distingui de æqualitate arithmetica & geometrica, ut circa literam uisum est. sed secunda non est ad propositum.

His p̄missis tenendæ sunt probabiliter istæ conclusiones. Prima conclusio. Quilibet lapsus similis cęteris paribus deterior & periculosior est per uiā causæ q̃ lapsus contrarius. Patet cōclusio, quia plus disponit corpus ad lapsum ulteriorē lapsus similis q̃ contrarius, minus etiam promptum reddit corpus redire ad naturalē eius dispositionē. Secunda conclusio. Lapsus cōtrarius per uiam signi deterior & periculosior est q̃ lapsus similis. Quæ cōclusio intelligenda est in lapsibus à cā actualiter pendentibus. Patet, quia cęteris paribus fortior maior & periculosior est causa à qua pendet lapsus contrarius super quam significamus ex lapsus contrarietate. Et non plus uolunt istę conclusiones nisi quòd lapsus similis est peior ut causa. sed contrarius est peior, ut signum. Istę conclusiones non respondent ad quęsitum.

Tertia conclusio. Si duo corpora similis naturæ labantur, unum lapsu simili aliud lapsu contrario ęqualiter ad sensum, deterior est lapsus contrarius q̃ similis cæteris paribus. Probatur, quia à uehementiori uenit causa, & cum hoc euertit corpus magis à naturali suo tēperamento. igitur &c. & hanc conclusionē puto intellexisse Gal. & Hippo. Ex ista conclusione sequitur ꝙ si duo corpora contrarię complexionis labātur lapsu eodem ad sensum pari, deterius & periculosius labitur corpus cuius complexio contrariatur lapsui. Quarta conclusio. Duobus corporibus æqualiter labentibus à proprio temperamento, uno lapsu simili & altero cōtrario et ipsis lapsibus actualiter à cā pendentibus, peior est lapsus cōtrarius q̃ similis alijs paribus. Patet, quia ex parte lapsus est paritas. & cū hoc cā lapsus contrarij est multo fortior. igitur &c. Item quod est magis contra naturalem inclinationem est deterius. Forte negatur consequentia, quia in eo est pronitas maior. Contra. quia causa uincit corporis pronitatē uel inclinationē. Quinta conclusio. Pro solutione multorum argumentorū. stat lapsum similem lapsu contrario esse periculosiorē & peiorem. Hęc cōclusio patet in multis casibus. Primus casus ubi lapsus non sunt ęquales. Secundus casus ubi lapsus hi non essent actu pendentes à causa, sed sint immateriales ut hetica in hyeme & æstate q̃ produxit utrobiq; putrida hetica remanente. Tertius ubi fuerit disparitas in uirtute. Quartus in occulta proprietate, iuncta simili & non dissimili. Quintus in accidente. Sextus in dispositione subiecti accidentali uel naturali, ut in hydropico apostema phlegmaticum.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū ante oppositū ꝙcquid sit de antecedente, nego consequētiam. competunt enim cholerico frigidiora, quia uirtus & calor naturalis in eo fortior est ad tolerandū impressionem frigoris, sumpta tamen indicatione à lapsu & à cā à qua pendent, frigidiora debentur phlegmatico, eo ꝙ morbus abijciendus utrobiq; par est, & cum hoc causa in phlegmatico est amplior. & ad hāc intentionem ꝓcedit auctoritas Auer. Ad secundū patet, quia licet naturalis pronitas sit maior in corpore lapso contrario lapsu, causa tamen prohibens reditum ad naturalem eius dispositionem est efficacior, & ita auget malitiam & periculositatem lapsus. Ad tertium potest dici probabiliter. Primo ꝙ ille cholericissimus plus tolerare poterit de lapsu ad calidum quàm ad frigidum, licet ergo sit in extremo latitudinis caloris cum quo stat sanitas, non tamen est in extremo eius cum quo stat uita. Vel dic

ꝙ illud

ꝙ illud non repugnat dictis qꝛ hoc non erit, ꝓpter lapsus similitudinē, sed qꝛ non est paritas in subiecto ut lapsus similis & cōtrarij. Si enim acciperet̃ cholericus in extremo temissiori cholericitatis sicut ille est in extremo intensissimo, & laberet primus ad calidum, & secūdus ad calidum, deterius laberet primus secundo ut patet. De phlegmatico uero dr̃ ꝙ lapsus ad calidum est sibi similis absolute & ꝓportionalis, licet sit sibi contrarius respectu temperamenti uel calidioris. Et per idem patet responsio ad cōfirmationem. Ad quartum dr̃ ꝙ spasmus humidus est neruo similis. i. ꝓportionalis et non siccus. Et silr̃ spasmus siccus similis puero & dissimilis iuueni.

Ad quintum. illud argumentū probat ꝙ eodē aere occurrenti corpori mundo & nō mundo ex eo ꝓuenit feb. minus periculosa corpori mundo, aut non prouenit, & sic uoluit Gal. Si tñ uideres corpus primo mondū ęque febrire pestilentialiter cū corpore non mundo esset periculosior febris in mundo corpore significās uehementiorem fuisse cām quę impressit putredinē in humoribus.

Ad sextum, si bene consideras tornatilitas illa in principio acutę est sicut lapsus disproportionalis in processu chronicę similis. ideo non procedit argumentū. Ad septimū dr̃ ꝙ licet ille lapsus sit formaliter contrarius, est tñ illi uirtualr̃ similis uel ꝓportionalis. complexio enim cordis calida multiplicat ꝑadustionē melancholiā, cum eius impressionē cerebrum facile recipit. Ad octauum dr̃ ꝙ apostemata calida sunt periculosiora rōne doloris & accidentiū aut rōne cārum. & silr̃ morbi calidi sunt magis mortiferi rōne causę imprimentis. alijs tamē paribus contingit oppositū. Ad nonum argumentū et eius confirmationē id argumentū assumit uerū sed nō sunt paria in lapsu. minus enim labit̃ à tēperamento corpus infrigidatū in paralysi q̄ patiens per causonem, & etiā patiens chronicā q̄ acutam alijs paribus. Ad decimum dr̃ ꝙ illud est per accidens ꝓpter propinquitatē eius ad cor. Ad illud tñ de podagra pōt aliter dici. Et tu considera de podagra. Et est per accidens propter debilitatem partis sinistrę magis q̄ dextræ. Ita dicit Conciliator in dr̃a. Ad undecimum dr̃ ꝙ probat ꝙ cā ęqualis causatura morbū similem & disproportionalē plus nocet causando similē q̄ dissimilē lapsum causando. Ad duodecimum dicit̃ ꝙ illud est per accidens propter accidentalē dispositionē & defectum uirtutis in illis corporibus & non in alijs. Attamen Thadeus respondet ꝙ cum dicitur lapsus similis minus periculosus est. Itelligitur de naturali, non autem de accidentali.

Thadeus.

Ad alia satis patet solutio intelligenti.

Quęstio. lvi. Apho. xlij.

VTRVM diffinitio apoplexiæ circa lr̃am posita sit bona. Arguitur multiplr̃ ꝙ non. Primo apoplexia est ęgritudo. igitur non est ociositas quę est accidens. assumptū probatur, quia ei debetur cura, & quia nō differt ab epilepsia nisi secūdū magis & minus, et epilepsia est egritudo. Secundo arguit̃ cōtra istam clausulā. sensus & motus, quia in apoplexia nō perdit̃ anhelitus nec pulsus, ut colligit̃ in cōmento. 42. & prima tertij. allegato cap. Et per idem ꝙ nō sensus, quia ablato sensu motus auferẽ. sed non econtra, ut colligitur. 4. de accidenti.

Secundo ad principale arguitur sic. nam non quęlibet apoplexia pendet ab oppilatione uentriculorū cerebri. igitur &c. assumptū probatur multiplr̃. Primo possibile est apoplexiā causari à mala complexione frigida sine materia. igitur &c. consequentia uidet̃ nota, & colligitur assumptum prima tertij. cap. de causis apoplexię. Cōfirmatur idem. ex sola oppilatione arteriarum ferentium spūm uitalem ad cerebrum pōt fieri apoplexia. igitur non necessario fit ab oppilatione cerebri patet cōsequentia. & colligit̃ assumptum prima tertij ut supra.

Cōfirmatur. q̄ possibile est per immoderatā frigiditatem spūm cerebri fieri disproportionatū ad operationes sensus & motus, tam possibile uidetur illud idem per cuiuscunq; alterius qualitatis excessum. Omnis enim immoderata qualitas deęcit actum proprię uirtutis. sed hoc facto aut ꝓpter caliditatē aut humiditatem &c. fiet homo apoplecticus, & nō propter oppilationē cerebri. igit̃ etc. consequentia uidet̃ nota. & assumptū similiter. ergo.

Oppositum huius patet. Et est de mente Auicen. circa litteram.

Pro ista qōne primo tractabit̃ difficultas tractata in secundo principale. An. s. omnis apoplexię cā sit cerebri oppilatio. Secundo uidebitur de principali quęsito.

Quantum ad primū sunt distōnes & conclusiones. Oppilatio triplex.

Prima distinctio. Licet oppilatio multipliciter distingui posset, ad alterum tamen trium generum posset reduci quælibet oppilatio. s. ad attennatoriam, coartatoriam, et carnosam. Colligit̃ hęc distinctio secunda primi doc. 2. summa secunda. cap. 6. Et expressius à Ioannitio. Auicē. Ioan. Intelligunt autem per oppilationē attenuatoriā contingentem à re extrinseca receptaculo cōprimente concauitatē uię quare prohibetur debitus trāsitus uel subingressus &c. sicut esset apoplexia aut frigiditas cōstringens &c. Dr̃ attenuatoria eo ꝙ taliter constringens uel comprimens concauitatem illam attenuat uel minorat. Coartatoria uero dr̃, quæ fit à re extranea uel dissimili cadente in concauitate uię uel membri quod oppilatur. Et dicitur coartatoria, quia coartat & constringit transitum eorum quę per uiam uel concauitatē transire debent. sicut humor grossus uiscosus existens in uena arteria uel receptaculo. Carnosa uero est quæ fit à carne pręternaturaliter in uia generata, aut à re quę est carni proportionata, ut porus uel uerruca. Ad propositum à qualibet istarū imaginari possumus fieri apoplexiā. Secunda distinctio. Per spūm sensibilem et motiuum quādoq; intelligitur spūs qui est immediatū instrumentum sensus & motus, & sic solum de animali dr̃. quandoq; etiā dicitur de uitali. unde prima primi, uitalis uero uirtus est quę spiritus esse cōseruat qui sensus & motus uehiculū existit, & per spūm hunc intelligit uitalem. unde & uitalem uirtutē animalem appellat. Spūs sensibilis duplex. Prima conclusio. Possibile est à mala complexione frigida immateriali causari apoplexiā. Probatur sic. per fortē frigiditatem extrinsecā cerebro occurrentē posse est uentriculos cerebri cōstringi in tantū ut ꝓhibeat̃ transitus sensibilis & motiui spūs ad omnia membra. idē &c. patet consequentia & assumptū intelligenti. Et colligitur hęc conclusio de mente Aui. loco pręallegato. Secunda conclusio ꝓbabiliter ponitur. Cuiuslibet qualitatis excessum in cerebro & animali spiritu consequi apoplexiā. Probatur, quia per cuiuslibet qualitatis excessum pōt fieri spiritus disproportionatus ad operationes sensus & motus. Ego autē credo ꝙ difficile esset probare ꝙ spiritus animalis ad tantam perueniret inflāmationem stāte uel peruenire possit ꝙ omnino sensus auferat̃ & motus, si enim sic esset maxime foret in mortali causonide, cuius oppositum experimento contingit. Tertia conclusio. Non quęlibet apoplexia causat̃ propter oppilationē cerebri uel uentriculorū eius. Patet, quia possibile est per solam oppilationē arteriarum iam dictarum fieri apoplexiam. Et notum est ꝙ nō necessario ad hoc sequitur cerebri oppilatio. Quarta conclusio. Istas arterias cursus spiritus sensibilis & motiui nominando, quælibet apoplexia consequitur oppilationem coartatoriam aut attenuatoriam. Probatur sic, quia uel consequitur solam frigiditatem, et sic habemus attenuatoriam. uel cōpressionem à materia comprimente & sic iterum est attenuatoria. uel causam contentā in uentriculis aut cursibus iam dictis, & sic habemus coartatoriam. De carnosa autem non uidetur sic uerisimile, quia non nisi in longo producitur tempore, ideo &c. tñ illud non repugnat imaginari. Ex istis conclōnibus sequit̃ ꝙ nullius qualitatis excessum tāq̄ cām imediatam pōt sequi apoplexia quia nō sequit̃ aliquā istarū nisi pro quāto causat

oppilationem, ut patet de frigida constringente & humida taliter relaxante, quæ concidunt partes uentriculorum, nisi uellemus per solam distéperantiam spūs animalis uel etiam uitalis fieri posse apoplexiā, & tūc oporteret ad prędictam descriptionem addere, uel distéperantiam in eo spiritu sensibili & motiuo. Quinta cōclō. Imaginabile est per solam distemperantiam spiritus uitalis causari apoplexiā. Patet, ex quo uitalis necessario concurrit hoc autē nō potest ratione probari, quin etiā tunc in cerebro & animali spū fieret distēperies iuxta quod dicunt quidam diffōnem iam datam solū uerificari de apoplia cāta per proprium nocumentū cerebri.

Apoplia duplr. Quantum ad secundū sunt notata & conclusiones. Primo sciendum ꝙ iste terminus apoplexia sumit dupliciter. Primo proprie pro ociositate iam dicta. Secundo improprie pro dispō ne illa pręter naturam ad quam immediate sequitur ociositas. Secundo premittenda ē distinctio superius pluries posita de ægritudine, tenendo ꝙ sola spiritus distemperantia potest esse causa immediata apoplexiæ. Sequitur ꝙ ægritudo potest esse in re inanimata. Et ꝙ non omne habens ægritudinem in se est ægrum. Et quòd aliquid potest esse formaliter ægrū per ægritudinem in alio subiectiue existē. Et multa alia sequi possunt. Aliter potest poni secūdū distinctio. Dupliciter potest fieri apoplexia. Primo per proprium cerebri nocumentum. Secundo per cōmunitatem alterius membri. Exemplum primi patuit. Exemplum secūdi, sicut ex oppilatione arteriarum per quas trāsit spiritus uitalis &c. aut distemperantia animalis spiritus & hoc declara. Prima conclusio. Possibile est malam complexionem frigidam materialem ꝙ immaterialem esse causam apoplexiæ. Patet satis. Secunda conclusio. Nō cuiuslibet apoplexię causa est oppilatio uentriculorū cerebri uel econtra. Tertia conclusio. Cuiuslibet apoplexiæ causatæ per proprium substantię cerebri nocumentum causa ē oppilatio coartatoria uel attenuatoria &c. non apparet bene uerisimile ꝙ carnosa sic faciat &c.

Apoplia fit duplr.

Quarta conclusio. Illas artertas possumus appellare cursus spiritus sensibilis & motiui. Quinta cōclusio. Apoplexia improprie sumpta potest esse ægritudo. Patet, quia est ipsa oppilatio. Sexta conclusio. Apoplexia proprie sumpta est ociositas & accidens. Patet ex quid nominis apoplexiæ. Septima conclusio. Diffō data de apoplexia tenendo ipsam non posse sine oppilatione causari est bona. Patet quia sufficienter per illam differt à quocunꝙ alio, & conuenit cuilibet apoplexiæ &c. consequētia tenet per bonę diffinitionis conditiones. Octaua conclusio. Tenendo apoplexiam sine oppilatione causari posse puta ex sola spiritus uitalis distemperātia, aut ex solo prohibito debito transitu diffinitio est incompleta, ut patet intelligenti, sed oportet ipsā sic supplere. Apoplexia est ociositas membrorum à sensu & motu, ppter oppilationem uentriculorum cerebri & cursus spiritus sensibilis & motiui uel propter spiritue sensibilis & motiui distemperantiam, uel propter causam lędentem & impedientē cerebrū debitū instrumētū sensus & motus mēbris trāsmittere, & tūc erit cōpleta descriptio.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū patet quid dicendum sit in secundo articulo. Ad secundum dum dicitur non esse intentionem Auicē. ipsam eē ociositatem, quia ablationem omnino, sed esse ociositatem, quia plurimū aufert sensus & motus, uel quia est ociositas à sensu & motu apparentibus. unde difficulter ipsis percipitur motus. & intelligit potissime de uoluntario motu. motus enim naturalis non est ablatus, qa mouetur cor. Et per idem ad confirmationem, conceditur enim ꝙ ablato sensu aufertur motus simpliciter uoluntarius & de intentione prima, qualis non est anhelitus.

Ad tertium dicitur ꝙ apoplexia prouenieus à mala cōplexione frigida siue materia consequitur oppilationem attenuatoriam. Ad confirmationem dicitur istas artertas posse dici cursus spiritus sensibilis & motiui, ut in quæstione est dictum. Ad aliam confirmationem patet quid est dicendum.

Quæstio. lvij. Aphor. xlij.

VTRVM Fortis apoplexia sit incurabilis, facilis uero difficilis curę. Arguitur multipliciter contra primum. Primo. fortis apoplexia est cum est anhelitus ex toto ablatus & iacet homo sicut motus, sed aliqua talis est curabilis, ut prima tertij. dum inquit. Accidit ut homo apoplexiam incurrat & non sit differentia inter ipsum & mortuum, & non apparet aliquis anhelitus, deinde reuiuiscit & sanatur, & nos plures uidimus tales. Auicē.

Confirmatur. aliquando stertit apopleticus, & superueniente febre curatur apoplexia uel curari est possibile, ut. 6. apho. 51. apho. Quibuscunꝙ dolores in capite repente fiunt &c. sed huiusmodi stertura est signum fortis apoplexiæ ut ibidem patet per Cōmentatorem in cōmento. ideo &c. Secūdo cōfirmatur idem sic. quanta est proportio apoplexiæ debilis ad uirtutem debilem talis debet esse fortis ad fortē. sed ex debili contingit uirtutem debilem releuari. igitur. patet consequentia et assumptum similiter intelligenti. Secundo ad principale arguitur sic, quia debilis non potest curari. Primo qa aliqua epilepsia ē incurabilis, sed qualibet epilepsia fortior est apoplexia quantuncunꝙ debilis. igitur &c. patet consequentia & assumptum intelligenti. Confirmatur. nunꝙ potest aliquis ex apoplexia fieri sanus uel ad sanitatem duci. igitur ipsa est insanabilis. assumptū probatur, quia semper terminatur ad paralysim, ut colligitē prima tertij. alleg. cap. Tertio ad principale arguitur sic, non quęlibet est difficile curabilis, quia curabilitas apoplexiæ habet latitudinem diuisibilem in gradus. igitur potest aliqua apposita in duplo facilius esse curabilis, aliqua in triplo & sic deinceps. Confirmatur. secundum quantitatem causę uel fortitudinem causę est fortitudo uel debilitas ipsius apoplexię. sed quātuncūꝙ parua potest esse causa alicuius et leuis. igitur &c. patet cōsequentia & assumptum intelligenti.

Ad oppositum est Hippo. & Gal. in cōmen. Primo notandum ꝙ licet ablatio anhelitus arguat fortitudinē apoplexię, non tamen simpliciter sed cum certis circunstantijs, puta ꝙ corpus sit calidum magna indigens euētatione, ubi autem hoc non esset, non oporteret sic esse. Corde. n. frigidæ complexionis existē & modica indigēte respiratione uirtute etiam motiua lacertorum existe debili contingens est ex parua & leui oppilatione apparente anhelitum prohiberi, ubi tamen non esset fortis apoplexia. Ex quo tanꝙ ex fundamento apparet primo aliquam apoplexiam esse respectu unius corporis debilem, quæ respectu unius alterius corporis esset fortis. Patet secundo eundem gradum læsionis actionis in casu esse causam fortioris lęsionis in corpore fortioris ꝙ debilioris uirtutis. Patet tertio ab eadē uel æquali causa occurrente citius perductibile esse ad mortem corpus fortioris ꝙ debilioris uirtutis, ut sic calidum corpus robustum ex sanguine debeat laqueo aut aqua suffocari aut uir fortis & mulier &c. & plura alia sequuntur ex his. Et tota causa est, quia licet nocumentum apoplexiæ incipiat à cerebro, ad cor tamē terminatē, & per hoc principaliter nocet anhelitum & cordis refrigerium & euētationem prohibendo. Ex quo patet ꝙ licet aliquod corpus alio maiori indiget refrigerio, ita plus lęditur ex apoplexia. Secundo præmittendum est spuma de qua uidebitur in sequenti. Prima conclusio Fortis apoplexia non distinguitur à debili ex duritie uel ablatione uel facilitate anhelitus, nisi cum cæteris paribus. Patet con clusio ex notato. Secunda conclusio. Non omnis apoplexia cum qua est ablatio anhelitue est fortis. Tertia conclusio. Nō cum qualibet debili est anhelitus ordinatus. Quarta conclusio. Omnis apoplexia cum anhelitus duritie & complexionis caliditate uel anhelitus ab-

latione est fortis & incurabilis. Patet per causam probantem conclusionem primam aphorismi quadragesimi secundi. Quinta conclusio. Omnis debilis apoplexia est difficulter curabilis. probatur etiam ut secunda conclusio aphorismi. 42.

Sed contra dicta quędam insurgunt dubia. Primũ dubium. Videtur ꝙ non in omni apoplexia fiet mtius mollities allegatis locis, quia in apoplexia potest eẽ spasmus non proportionatus ad materiam. igitur non erit ibi mollities. assumptum patet, quia fit in epilepsia. igitur à fortiori in apoplexia in qua maius causatur nocumentum. Similiter quia possũt nerui à frigore congelari, potest etiam esse spasmus proportionatus, quia repletionalis, ut patet. Secundum dubium. Quomodo uirtus naturalis mouet lacertos pectoris in apoplexia, cum talis motus uideatur uolũtarius. Tertium dubium. Quare apoplexia facilis semper uel utplurimum terminatur ad paralysim unius lateris, & quare magis dextri q̃ sinistri, cum dextrum latus sit fortius sinistro secundũ plurimum. Quartum dubium. Quare pręcipiunt medici, ut apoplectici tardetur sepultura usq; ad septuaginta duas horas. Ad primum istorum dicitur ꝙ utplurimũ apoplexia est mollities &c. sed quia secundum plurimũ impeditus est transitus spiritus ad neruos sine cõmunicatione materię nerui, quare nerui laxantur ablato sensu & motu. Dico autem ꝙ in ea non causatur spasmus non proportionatus consequens sensationem nocumenti, quia aufertur sensus. Nec sequit in epilepsia causat. igitur &c. Potest tamen in ea contingere ex congelatione & proportionatus ad materiam. Ad secundum dubium secundum uiam Gentilis dicitur motum anhelitus non esse simpliciter uoluntarium sed mixtum, ideo impedito uoluntario naturalis remanet. Ad tertium dicitur ꝙ ideo terminatur ad paralysim, quia huiusmodi terminus est crisis imperfecta & non perfecta. materia enim est multa cruda uiscosa frigida. uirtus est satis oppressa. unde nec sic perfecte materię dominatur ut crisim completam possit perficere. fit igitur crisis per mutationis, quia materia à membro nobili puta uentriculo cerebri permutatur ad ignobilius quia ad neruos per uias spiritus sensibilis ipsius cerebri, qua sic oppilante neruorum substantiam paralyticatur membrum. Cã uero quare magis latus dextrum q̃ sinistrum paralyticatur sumitur ex tribus. Primo quia latus dextrum calidius est & rarius. Secundo quia motus naturalr fit ad dextrum, & fixio est in sinistro. Tertio, quia in apoplexia materia magis colligitur in dextro q̃ sinistro latere. His stantibus natura tentante materiam oppilantem expellere inuenit uias angustas in latere sinistro, & ipsũ multum obscessum uel obstructum ab oppilante materia & iam plenum quare non põt materiam bene per illud latus expellere. Econtra uero in dextro ẽ uacuitas raritas & caliditas iuuans attractionẽ, quare &c.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primũ patet quid sit dicendum ex dictis in aphoris. 42. Eodem modo ad confirmationem.

Similĩr ad secundum principale et ad tertium.

Quæstio. lviij. Aphor. xliiij.

VTRVM Crassi secundum naturam citius moriantur gracilibus. Arguitur multipliciter ꝙ non.

Primo quia cęteris paribus ęqualiter labuntur à mediocri habitudine. igitur sunt æqualiter mali. patet consequentia. & assumptum est possibile. Secũdo plus de spiritu et sanguine est in crasso q̃ ĩ macro alijs paribus. igitur. assumptum arguitur. Primo quia in eo est plus de unctuoso sanguine. ideo de sanguine plus & per consequens de spiritu. Confirmatur secondo, quia pinguedo iuuat ad digestionem ut supra cõmento. 35. & secũda primi. cap. de modo generationis humorum &. 13.

Auicẽ. tertij. cap. 1. Item corpora crassa sunt calida, & humida, quia pinguedo est calida. 2. canõ. cap. de pinguedie,

Tertio qualis est proportio partis ad partem, talis est proportio totius ad totum. sed melius dispositus est uenter crassus q̃ gracilis. igitur melior est dispositio totius crassi q̃ gracilis consequentia est nota. & colligitur minor super apho. & cõm. 35. In omnibus morbis ea quę circa umbilicum. Confirmatur, quia melius defendũtur ab extrinsecis alterantibus huiusmodi crassa q̃ gracilia. igitur. assumptum probatur, quia horum mẽbra sunt extrinsecus nocumentis exposita & detecta, econtra crassa. Quarto latitudo humidi deperdẽda in crasso per decursum ętatum suarum est amplior q̃ in macro. & cum hoc continue tardior est actio calidi naturalis in humidum in huiusmodi crasso igitur tardius in eo exiccatur humidum usq; ad siccitatem cum qua nõ stat uita, & per consequens lõgiori tempore uiuit huiusmodi corpus. patet consequentia & maior. minor similiter quia humidum est amplius & calidum remissius uel saltem non intensius. ideo &c. Confirmatur. diutius durat humidum radicale in phlegmatico crasso à generatione contractum q̃ in gracili. igitur. assumptum probatur, quia continue tardius exiccatur.

Ad oppositum est Hipp. in apho. 44.

Respondendo ad istam quæstionem primo pręmittẽdæ sunt distinctiones & suppositiones quædam. Secundo cõclusiones de quęsito. Prima distinctio. Mors est duplex. s. naturalis & accidentalis. Et de utraq; est sermo in proposito. Secunda distinctio. Crassities est duplex. Et intelligitur hic de phlegmatica. Tertia distinctio. Consimiliter gracilitas est duplex &c. In proposito est sermo de cholra. Est igitur sensus quę corpora alijs paribus citius moriantur an phlegmatica an cholrica. — *Mors duplex* — *Crassities & gracilitas dux.*

Prima suppõ. Maxime & pricipaliter per calidi & humidi naturalis conseruationem conseruatur uita & anima in subiecto animato. Colligitur in libro de morte et uita & de caussis longitudinis & breuitatis uitæ. & prima primi. ca. de complexionibus. Patet etiam, quia instrumentum proprium animę est calidum naturale qd' non conseruatur sine humido. non conseruatur autem forma in materia sine suo instrimẽto. ideo &c. Propter quod in libro de morte & uita. Generatio uiuentis ẽ prima participatio animę nutritiuę in calido naturali, uita autem est eius permansio. Ex qua suppositione sequitur primo & principaliter ꝙ per operationes uegetatiuę potentię conseruatur uita & anima in subiecto, quia per ipsas calidum & humidum restauratur. Sequitur secundo ꝙ ubi sunt meliores uegetatiuę potentię operationes melius anima & uita conseruatur, eo ꝙ ibi melius calidum naturale & humidum restauratur. Item quia si tales operationes uitam conseruãt meliores melius & diutius in subiecto animam consaruabunt. Secũda suppositio. Licet calidum & humidum sint principia uitæ, non tamen quomodolibet sunt principia uitę conuenienter conseruatiua, sed est necesse illa adinuicem fore debite proportionata. Patet, quia ubi calidũ nimis excedit humidum aut exceditur ab eo, ex primo extinguitur uel extenoatur ex secundo non debite regulatur. Hęc autem debita proportionabilitas calidi ad humidum ex quatuor sumitur cõditionibus. Prima ut humidum sit aereum bene digestum & conuenienter subtile, ut calidum eius debite foueatur. Secunda ut nõ nimis modicum. Tertia ut non sit nimium. Quarta ut calidum sit etiam debitę quantitatis. ex quibus resultat conuenientia & proportio calidi ad humidum. Et ex hac suppositione sequitur primo causam immediatam conseruationis uitę esse debitam mensuram actiuarum & similiter passiuarum, & consequenter debitam proportionem actiuarum ad passiuas. Sequitur secundo tarditatem resolutionis humidi à calido non arguere lõgitudinem maiorem aut minorem uitę perdurationem, sed bona potius & conueniens calidi & humidi restauratio illud cõuenienter arguit, quę tãto melior et perfe- — *Aristo. Auicẽ.*

ctior est quanto calm & humidũ est atq; melius propor
tionatum. Prima conclusio. Accidentali morte secun-
dum plurimum citius moriuntur crassi iam dicti quàm
graciles. Probatur, quia secũdum plurimum moriũtur
ęgritudine suffocante. & graciles ex resoluẽte. igr̃ &c.
patet consequentia. & assumptum similiter intelligẽti.
Auicẽ. Pro illo etiam est Auicẽ. septima quarti. allega. cap̃. Et
dixi notanter secundum plurimum, quia cõtingens est
ægritudinibus aliquibus acutis, ut squinantia & simili
bus, minus resistere cholicum propter cõplexionis cali
ditatem. Secunda conclusio. Citius alijs paribus mo-
riuntur crassi morte naturali q̃ graciles ad intellectum
datum. Probatur conclusio. in cholicis fit continue me
lior humidi substantifici restauratio quã in huiusmodi
phlegmaticis. igitur consequentia uidetur nota, & si-
mul assumptum intuenti. Item sicut alicuius comple
xio est fortior sic alijs paribus est uitę lõgioris. igr̃ &c.
Corrolarium primum. hæc cõsequentia non ualet. cõ
continue uelocius consumitur humidum in sorte q̃ in
plat. igitur continue plus sortes appropinquat siccitati
cum qua non stat uita q̃ plato, & per consequens oppo-
situm consequentis stat cum antecedente. s. cõtinue tar
dius appropinquat termino mortis sor. q̃ pla. & tamen
multo uelocius fit exiccatio & resolutio in humido sor.
q̃ pla. Corrolarium secundum, licet propter resolutio
nem fiat humidum continue terrestrius, non tamen ex
maiori resolutione sufficienter arguitur maior humidi
terrestrificatio, nisi cum alijs paribus. Et plura alia ex
his concludi possunt quæ sunt satis nota. Tertia conclu
sio. Corpora crassa secundo modo sunt longioris uitę q̃
gracilia qualitercunq; alijs paribus. Quarta cõclusio.
Corpora gracilia primo modo sunt longioris uitę q̃ gra
cilia secundo mõ Patet de melãcholicis & cholicis &c.
Ad argumenta patet solutio.

Quæstio. lix. Aphor. xlv.

VTRVM Mutationes locorum ætatum & tem-
porum & uitarum curent epilepsiam iuuenum. Argui
tur multipliciter q non. Primo auctoritate Hippo. in
quinta particula aphο. apho. 8. Epilepsię quibus ante iu
uentutem nascuntur &c. Secundo possibile est epilep
siam fieri à causa extrinseca aut primitiua. sed causę ex
trinsecæ uel primitiuæ occursum non habet ætas remo-
Gal. uere. igitur. patet consequentia & assumptum colligit
Auicẽ. tertio interiorum. cap̃. 7. & prima tertij. trac. 5. cap̃. de
epilepsia. Tertio per cuiuscunq; qualitatis excessum
adhuc sine materia potest fieri epilepsia, igitur &c. cõ
sequentia manifesta & assumptũ probatur, quia epile-
psia non ab apoplexia uidetur differre nisi secundũ ma
gis & minus. sed per cuiuscunq; qualitatis immaterialis
excessum potest fieri apoplexia. ut supra ostensum est,
Aristo. igitur &c. Quarto mutationes temporum generant
morbos igitur non uidentur curare epilepsiam. assum-
ptum colligitur tertio huius aphor. 1. & prima problеu
matum probleumate 3. Quinto arguitur, epilepsia,
& apoplexia sunt idem. sed apoplexia non curatur per-
mutationem ætatum igitur &c. patet consequentia, &
minor. sed arguit maior, quia apoplexia est ablatio sen-
sus & motus sic epilepsia & ab eadem causa s. aboppi
latione. igitur. &c. patet consequentia. & colligitur as-
Gal. sumptum tertio interiorum. cap̃. 7. ubi ponit q nõ au-
dit nec uidet &c. & sic ablatus est sensus, sed oblato sen
su aufertur motus, ut quarto de accidenti. cap̃. 5. Item
experimento patet ipsos cadere & non sentire si pungun
tur &c. immo etiam in igne comburi.
Auicẽ. Ad oppositũ est Hip. in apho. Et Gal. in cõm. 45.
Epilep- In quæstione primo pręmittenda sunt quędam præã
si ęnom bula. Secundo conclusiones de quęsito. Tertio mouẽdę
multi- sunt difficultates, & soluendę.
plex & Quantum ad primum sunt quędam præmittenda.
uariũ. Primo sciendũ est, ut ponit Auicẽ. secũda primi. doc.
prima. cap̃ 8. quod est de complendis ægritudinum di-
spositionibus. Ægritudines in his modis nomina sortiũ
tur. Nã epilepsia multas denominationes recipit. Quã
doq; .n. denominatur ab accidente consequente ipsam,
& dicitur morbus caducus, quia facit hominem cadere
ad terram. Quãdoq; a membro uel parte læsa, ipsa etiã
dicitur epilepsia ab epi q est supra & lensis læsio. Dicit
etiam per idem morbus sacer, quia sacram partem, quia
cerebrum quod animę rationalis est templum lædit, iu
xta sententiam antiquorum. Dicitur etiam morbus di
uinus ab occultatione suæ cãę q̃ est ignota uulgo. igno
rantes. n. uulgares eius causam ipsam tanq; causis ime-
diatis dijs attribuebant. Dicitur etiam herculea passio,
aut quia eam Hercules passus est, aut fortis & fortes dej
ciens ut fuit Hercules. Dicitur etiam lunatica passio à
mutatione quam facit secundum lunationes, quia freqn
ter secundum lunæ quadras, aut secundum lunares men
ses ęgrotãtẽ inuadit. Dicitur quoq; ab ætate in qua plu
rimum aduenit infantilis passio, quia infantibus frequẽ
ter euenIens, quia ex ea frequenter moriuntur pueri.
Passio etiam ista frequẽter mater puerorum uocatur.
Ad propositũ quantuncunq; hęc nomina distincta sint
unicam tamen passionem ab auctoribus dictam epile-
psiam important. Secundo sciẽdum est q de hac passio
ne ab auctoribus uarię dãtur descriptiones. Auerrois Auer.
in tertio colliget. cap. ulti. ipsam taliter descripsit. Epi-
lepsia est quæ facit cadere patiẽtem in terram in primis
quare tunc mouentur omnia membra motu malo extra
neo, & priuantur omnes sui sensus & uirtutes animales
aut diminuuntur & colliguntur & contrahuntur om- Serap.
nia ipsius membra sicut spasmata. Serapio autem pri-
mo sui breuiarij. 23. cap̃. taliter describit. Epilepsia est
spasmus totius corporis non tamen semper cum nocum Gal.
to actionis omnium membrorum principalium. Gal.
autem quarto interiorũ 2. cap̃. Epilepsia est totius cor
poris spasmus infirmũ in mollitiem ducens minime. i. Gord.
paralysim. Gordonius autem dixit. Epilepsia est mor
bus cerebri consimilis, auferens sensum & erectio-
nem totius corporis cum perturbatione mentis propter
oppilationem factam in uentriculis cerebri non princi-
palibus. Omnes istę descriptiones sane intellectæ salua-
ri possunt. Perfectior tamen inter omnes uidetur de- Auicẽ.
scriptio posita ab auicẽ. prima tertij. trac. 5. cap̃. de epi
lepsia. Epilepsia est ægritudo prohibens membra aĩata
à sensu & motu & erectione nõ integre. In qua ly ægri
tudo ponitur pro genere & capitur communiter p di-
spositione præter naturam &c. uel forte potest nomina
ri ægritudo proprie, ut infra uidebitur. Per hoc quod di
cit prohibens &c. differt ab apoplexia in qua integre im
pedit. differt etiã à paralysi & mollitię &c. Perfectior
tamen descriptio apparet illa posita ab Auerroi loco alle Epile-
ga. ut infra uidebitur. Tertio sciendum est q in epile- psię tp̃a
psia triplex imaginamur tempus quantum ad eius paro triplex.
xismum. s. principium medium & declinationẽ ipsius
paroxismi. & in medio includitur augmentum & sta-
tus. quantum ad principium & declinationem euidẽ ter
sentiunt licet diminute. Et similiter quãtum ad augmẽ
tum. In statu tamen aliquando epilepsia exñte fortis nõ
sentiunt, ita etiam tunc motum uoluntarium perdunt.
& in hoc differt epilepsia ab apoplexia. Propter quod di
xit. Serap̃. q est spasmus totius corporis, non tamẽ sem
per. In principio. n. non perfecte prohibetur transitus, Serap̃.
nec in declinatione oppilatione iam minorata. In statu
autem contingens est. Quarto sciendum est. A multis Epilep-
causis potest prouenire epilepsia. s. a causa extrinseca et się cã
primitiua, ut à forti frigiditate extrĩseca adhuc sine ma multiplex
teria multum cerebrum lædente, quare contrahitur ce
rebrum in se ad repellendum nocumentum ad cuius con
tractionem contrahuntur nerui & neruosa membra. et
in tali contractione prohibetur transitus spiritus anima
lis super toto uł minuitur. & sic fit motus spasmosus in
membris & impeditur sensus. Quandoq; autẽ à causa
intrinseca

intrinseca corporali. Et hoc dupliciter scilicet per ppriе tatem & cõmunitatem. Per proprietatem appellat epilepsia cerebralis. Per communitatem recipit denominationem à cõmunitate membrorum ut dicatur stomatica splenetica myrachia, & sic de alijs. Contingit.n. à mẽbro quantuncunq; distanti transmitti malam & nociuam materiam ad cerebrum, quare cõtrahitur cerebrũ & fit spasmus in toto secũdum modum iam dictum, ut colligit potest tertio interiorum.ca.7. de puero à cuius crure eleuabatur materia uentosa. Ad propositũ de qua libet istarum est sermo in proposito potissime tamen de cerebrali ex proprio.s. cerebri nocumento contingente. Ex quibus patet primo q̃ epilepsia potest esse spasmus non proportionatus ad materiam, quia nulla cerebro uel membris cõmunicata materia neruos replente, sed solo uapore, aut mala qualitate trãsmissa nocẽte &c. Gal.

Patet secundo quòd possibile est etiam esse spasmum proportionatum ad materiam.s. de repletione &c. quia materia illa potest replere origines neruorum secũdum latitudinem eos augendo & licet longitudinem eos diminuendo. Patet tertio q̃ ipsa potest esse simul uterq; spasmus concurrentibus ambobus ut patet. Ex quibus apparet ulterius non omnem epilepsiam esse paroxismalem. Patet de dependẽte à uermibus à causa primitiua uel p̃ focatione. Et p̃s alia cõcludi possunt ex his &c.

Quantum ad secundum sint hę conclusiones. Prima conclusio. Non q̃libet epilẽia curabilis est apta curã recipere per mutationem ętatum. Patet de dependente simpliciter à causa primitiua, aut de dependente à uermibus. Secunda conclusio. Aliqua epil̃ia est per simplicem alterationem remouenda. patet intelligenti simi liter. Tertia conclusio. Epilepsia quęlibet contingens per proprium cerebri nocumentum maxime curam est apta recipere per mutationem ętatis ex pueritia ad iuuentutem. Similiter uitę temporis & regionis iuuentuti proportionatarum, quia.s. calidę & siccę complexionis. Patet quia per talia potissimę resoluitur & prohibetur multiplicatio materię facientis epilepsiam. igitur. patet consequentia, & assumptum intelligenti. Ex quo patet per iuuenes intelligendos esse pueros uel saltem circa.15.annos. Quarta conclusio. Inter epilepsias cerebrales de his causã corporali pendentibus ueruse aphо. à materia phlegmatica maxime pendentibus uel alia humorali materia pręterq̃ cholica. Patet satis intelligẽti. Et istę duę conditiones respondẽt ad quęsitum.

Quantum ad tertium sunt difficultates. Prima difficultas. Non uidetur q̃ epilepsia & apoplexia in causa omnino cõmunicent. Epilepsia.n. causatur à uentositate, ut.3.cano. fen prima alleg. cap. & tertio colliget. & tertio interiorum. alleg. cap. Apoplexia autem non, ut patet per omnes auctores. igitur &c. Item quia fit apoplexia ex sola oppilatione arteriarum portantium spiritum uitalem ad cerebrum, ex qua tamen non fieret epilepsia, qa non motus contractiuus. Secunda difficultas. Non uidetur quãlibet epil̃iam esse spasmum, quia possibile est uaporem non inferrẽtem sensibile nocumẽtum cerebro taliter oppilare originem neruorum, ut sẽsus & motus impediãtur non integre. sed hoc posito nõ fiet spasmus, quia non fieret cerebri contractio. tõ &c. In statu etiã paroxismi non est motus spasmosus. Tertia difficultas. Si paruus uapor aut uentus esset causa contractionis &c. sequeret q̃ semper in febribus fieret epilepsia, quia semper ad cerebrum multę materię fumosę ascendunt, igitur semper deberet contrahi ad expellendum rem nociuã, & per consequens &c. Quarta difficultas. An epil̃ia debeat dici accidens uel ęgritudo &c.

Ad primam istarum dicitur primo q̃ secundum plurimum cõmunicant causa antecedens epilepsię, & cã coniuncta apoplexię. licet in causa coniuncta non necessario, quia epilepsia fit ut plurimum à uentositate grossa, cuius signum est uelox resolutio & terminatio paroxismi, licet etiam ab humore cõceditur. patet etiam quòd apoplexia potest fieri à uentositate grossa. sed tamen ga raro aduenit, ideo non fecerunt auctores mẽtionem de ea. Ad confirmationem potest dici q̃ ex sola oppilatione arteriarum potest fieri epilepsia & q̃ non est essentiale epilepsię esse spasmum, sed accidẽtale. Vel dic quòd non esset epilepsia, quia non esset ibi spasmus. Et quando dicitur in cõmento ipsas cõmunicare in causis, intelligitur de apoplexia secundum plurimũ cõtingente qualis non est ista. Ad secundam respondetur similiter sicut ad primum. Ad tertiam dicitur negando consequẽtiam, eo q̃ licet ascendant uapores, nõ tamen perueniũt ad uentriculos cerebri. Ad quartam potest dici, q̃ isto termino epil̃ia auctores utũtur multũ equiuoce. Quandoq;.n. accipiunt pro illo contractiuo motu, ita q̃ epilepsia supponat pro illo motu, & appellet impedimentum in sensu & motu uoluntario, & sic est accidens uirtutis motiuę, ut patet. Quandoq; sumitur pro illa priuatione sensus & motus uoluntarĳ uel impedimento, & cõnotat contractionem aliquam in aliquo tempore sui, & sic iterum est accidens. Quandoq; autem sumitur pro illa contractione substantię cerebri, & uentriculorum eius ad expellendum &c. & sic est ęgritudo saltem in receptaculo. potest etiã dici accñs, quia motus malus, & sic potissime describitur ab auctoribus.

Ad argumenta patet responsio. Ad primum patet per iuuentutem pueri, iam esse intelligendam. Ad secundum similiter patet quid sit dicendum. Ad tertium similiter. Ad quartum dicitur q̃ mutationes temporũ generant & etiam curant morbos. Ad quintum dicitẽ, q̃ epilepticus in aliqua parte sui paroxismi priuatur sensu & in aliqua non, ut in quęstione dictum est. Et ĩ hoc differunt epilepsia ab apoplexia &c.

Quæstio. lx. Aphor. xlvi.

VTRVM Plures dolores possint esse in eodẽ mẽbro adequate. Arguitur multipliciter q̃ sic. Primo, possibile est in eadem parte simul esse plura obiecta doloris igitur &c. assumptum arguitur, quia possibile est in eodem simul esse malam complexionem diuersam & solutam continuitatem notabilem, quarum quælibet ẽ obiectum doloris, ut colligitur secundo techni. tex.32. Gal.

Confirmatur, quia deducta mala complexione stilus perforans membrum sensibilem dolorem induceret. Similiter deducta acutie stilus ignitus occurrens membro dolorem causaret. igitur his ambobus concurrentibus utrunq; ipsorum dolorem causat & non eundem, cum non essent sensationes eiusdem obiecti &c. Confirmatur, quia possibile est in eadem parte simul esse dolorẽ extensiuum & aggregatiuum. igitur &c. assumptum satis patet. Secundo communiter arguitur sic. possibile est eandem partem simul calefieri & infrigidari. igitur &c. assumptum colligitur secundo de accidenti & morbo.ca.6. Tertio ad principale. possibile est in eodem plures esse delitias igitur & dolores. patet consequẽtia, & arguitur assumptum, quia delitia causatur ex reditu sensibilis membri ad naturalẽ eius temperiẽ, sed potest secundum plures qualitates lapsum secundum illas redire ad naturalem temperiem. igitur &c. Quarto sicut se habet mẽs uel anima ad dolorem animę, ita coe pus ad dolorem corporis. sed in mente uel anima sunt simul plures causę doloris. igitur &c. Vltimo ad idem. sicut se habet uisus ad uisibilia, ita tactus ad tangibilia. sed in uisu possunt esse simul plures uisiones distinctę. igitur & in tactu plures sensationes tactiuę. & per cõsequens &c. Vel si negetur quęratur diuersitatis causa quare uisus potest simul distincta uisibilia distincte percipere, non autem tactus &c.

Ad oppositũ uidet Cõmentator in cõm.46.

In ista quęstione primo sunt quędam præmittenda. Secundo ponendæ sunt cõclusiones. Prima distinctio. Plures dolores esse in eodem membro adæquate possu- Dolores eẽ eodem ĩ mẽbro dupl̃r.

mus multipliciter imaginari, uel quorum unus est alterius pars, uel ambo alicuius tertij, uel sic q non fiat una sensatio ex eis. exempla patent &c. Secunda distinctio. Plures dolores &c. possumus imaginari uel obiectorū specie similium uel dissimilium. Tertio præmitto q specifica distinctio sensationum eiusdem sensus secundum speciem maxime & principaliter arguitur ex specifica distinctione obiectorum cum alijs partibus. Dico autem notanter cum alijs partibus propter uiride de longe uisū & nigrum de prope similem secundum speciem uisionē generantes. intelligitur autem de sensatione, quę distincte & non confuse sentitur. Ex quo infero quarto q sicut ex gradu caliditatis pręexistente in subiecto & superaddito resultat una caliditas intensior q̄ aliquis illorum, ita ex sensatione caliditatis & præexistente. Præmitto quinto q sensus percipiēs obiecta distincta numero non percipit distinctionem inter illa nisi ratione singularium circunstantiarum distinctarum, cum quibus illa compræhendit sensibilia. unde uisus non distincte compræhendit. a. & . b. album nisi quia in alio situ compręhendit. a. in alio. b. aut in alia distantia aut alterius magnitudinis & figuræ. Si. n. a. & . b. in eodem situ adæquate ponerētur proculdubio non iudicaret uisus de a. & . b. tanquam de distinctis obiectis. Ex quibus infero primo istas conclusiones esse concedendas. Prima. a. & . b sunt una qualitas, & tam. a. q̄. b. sunt sensatio. & tamen tam. a q̄. b. non sunt una sensatio, quia nō unius adęquati obiecti. aliud. n. est esse unam qualitatem & aliud est esse unam sensationem. Ex qua sequitur q licet ex uisione qua uides sortem, & uisione qua uides platonem fiat una qualitas uel forma, non tamē ex ipsis fit una sensatio, quia non unius adæquate obiecti apprehēsio. Vlterius infero consimiliter esse concedendum de intellectione. Et plura alia ex his cōcludi possunt. Prę mitto ultimo q tactus ab obiectis plurimis eiusdem speciei materialiter imutatus, quia ex illis qualitatibus in organo resultat una qualitas à qua deciditur species repręsentatiua non iudicat nisi de obiecto uno. patet satis si. n. radius solis & ignis calefaciāt manū tuā, neruus tu dicabit de qualitate in organo impressa quæ quia una ē unica tunc erit sensatio. non. n. iudicat tactus de exteriori obiecto per materialem impressionem. Prima conclusio. Possibile est in eadem parte adæquate esse plures dolores non facientes unum dolorem ab inuicem specie distinctos. Patet, quia in eadem parte potest esse tristis sensatio consequens aggrauationem & extensionē, excessiue calidum, & solutio continuitatis. igitur &c. Patet etiam per plura adducta ante oppositum. Secūda conclusio. Licet imprimentia qualitatem tangibilem materialiter in organo tactus sint distincta, stat tamen unicam sensationem sentire qualitatem illam in organo tactus impressam. Patet per ea quæ dicta sunt. Tertia cōclusio. Possibile est in eadem parte adæquate esse plures dolores eiusdem speciei partiales ex quibus resultat unus totaliter dolor. Et est nota conclusio. Quarta conclusio. Non est possibile in eadem parte adæquate esse plures dolores eiusdem speciei ex quibus nō fit unus totalis dolor. Et istam sententiam intellexit Commentator in commento. Patet, quia obiectum tunc adęquatū est unum & unica sensatio.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū cum eius confirmationibus patet solutio per primā conclusionem cōcedit̄. n. ibi totū deductum. Ad secundū dixi supra quō contingit eandē partē adæquate calefieri sup illo apho. 16. primæ parti. humidæ diætæ.

Ad alia argumenta patet solutio.

Quæstio. lxi. Aphor. xlvij.

VTRVM Circa generationem saniei accidant dolores & fe. magis q̄ facta sanie. Arguitur multipliciter q non. Primo sic. in generatione saniei apostematis lateris. s. pleuresis non accidunt dolores & feb. igitur. patet consequentia, & assumptum colligitur. 3. cano. fen. 10. cap. de signis pleuresis. pluries etiam declaratū est hoc. Secundo possibile est membrum hora generationis saniei stupefieri aut complexionem membri tantum corrumpi, ut sensus membri amittatur, sed hoc posito non fient dolores magis. igitur &c. patet consequentia & assumptum similiter. Tertio similiter arguitur, q̄a si hoc esset, esset maxime propter causam tactam in cōmento. 47. s. quia materia ebulliens membrum extendit. sed arguitur q non, quia possibile est materiam tūc esse multo minoris quantitatis q̄ ante. igitur tunc minus extendit. assumptum patet ponendo materiam mul cum esse resolutioni paratam subtilitate sua, ita ut plus per resolutionem minoretur q̄ per ebullitionem in suis dimensionibus augmentetur. uel ponendo in augmento āpatis scarificationem pręuenisse prohibētem ipsam tantum augeri. Quarto in generatione saniei continue materia saniē te minoratur putredo & caliditas pręternaturam. igitur non crescunt accidentia putredinem sequentia, consequentia patet, & assumptum, quia continue in eadem crescit digō quę est alteratio faciens cessare putredinem manente substantia, ut colligitur tertio techni. Quinto à nulla causa potest fieri in materia sananda caliditas maior q̄ prius. igitur non potest maior em tunc pati ebullitionem. patet consequentia & assumptū arguitur, quia nec ab intra nec ab extra. nō enim ab intra, ut patet etc. deducas argumētum ut al's. T. 90.

Sexto ad principale arguit̄ auctoritatibus. Et primo auctoritate Auicē. 2. primi. doc. tertia. ca. 10. Cum illud quod collectum est fit maturum, febris fortitudo et doloris & pulsus sedatur, & loco doloris aduenit res quę est sicut pruritus. Secunda primi. ca. 5. doc. prima quod est de ægri. compositis. ubi ponit q post eam peruenit ad statū & ad ultimū minor est, deīde minuit & maturatur. maturatio autem sequitur minorationem āpatia. Item tertia quarti. cap. de signis exiturarum intrinsecarum quando materia fit sanies sedatur dolor & febris. Vltimo illa febris non est ephimera, nec putrida, quia nec interpolata nec continua, igitur &c. Auicē.

In oppositū est Hip. in apho. Et Gal. in cōm. 47.

In quæstione primo pręmittenda sunt notabilia. Secundo ponendę sunt conclusiones de quæsito. Prima dist. Sanies ē dux. s. laudabilis & illaudabilis quę uirus & uirulentia dicitur. De qualibet istarum potest eē sermo in proposito. Secunda distinctio. Āpa multipliciē terminari potest. s. per uiam resolutionis suppurationis siue saniationis, & ad sclirosim, hic est sermo ut patet de āpate terminando per uiam suppurationis uel saniationis. Tertia distinctio. Aliquando ante mutationem uł saniationem procedit materiei minoratio, & quandoq non. Exemplum primi, ubi præ nimia āpatis magnitudinc fieret ante mutationem scarificatio. Exemplum secundi patet. Quarta distinctio. Aliquando in generatione saniei constat membri sanitas apostemati aliquādo non. exempla patent. Vltimo nota q hora qua sapostemate generaī sanies fit magna materię ebullitio, unde & membrum āpatum tunc magis feruet, quare spiritus tunc magis inflammat & totum corpus aut etiā fumos à materia putrescente eleuatos cordi communicat, & ex consequenti fit febris maior q̄ ante, quia tamen materia, bulliente ipsa ampliatur ad dimensionea maiores hinc fiet etiam q membri āpati fit solutio continuicatis magis q̄ prius & laceratio, & ex consequenti dolor. completa tamen saniē partibus subtilibus resolutis totum reductum est ad dimensiones minores, quia continui solutio minorat̄, & ex consequenti dolor, quia ēt tota materia facta est cōstantior solidior & spissior, hic est q minus apta est ad cor euaporationem facere & ex consequenti minoratur febris. Similiter etiam quia minus feruet et spiritum totius corporis minus inflāmat. Sanies duplex. Āpatis termi- nus mł tiplex.

Prima conclusio. Possibile est in generatione saniei il laudabilis

laudabilis minorem esse dolorem, & febrem, q̃ sanie facta. Probaẗ. quia sanie facta deterior ẽ eius putredo. igitur deteriora potest imprimere nocumenta. patet consequentia, & assumptum satis patet. Item econtra, quia possibile est saniem malam grossiorem factam esse, & minus sensibiliter imprimentem. Nota tamẽ ꝙ hoc nõ est necessario, quia potest sanies esse ita mala ut sensum membri penitus destruat mẽbrum mortificando, quo posito in generatione erit dolor fortis, & tamen in facto esse saniei non. Ex quo sequitur ꝙ in generatione talis saniei non necessario procedit dolor augendo. Secũda conclusio. Non necessario in generatione saniei laudabilis augentur dolores & febres. Probatur conclusio in multis casibus. Primus casus est ubi sicut procedit saniatio in materia, ita ab aliqua accidentali causa remittatur sensibilitas membri. completa uero sanie redeat mẽbri sensibilitas. Secundus casus est ꝙ sicut materia saniatur uel ad saniei formam alteratur, ita ad loca permuteẽ exteriora. Tertius casus est ꝙ sicut disponitur, ita de ipsa fiat euacuatio. unde continue remaneat materia sub dimensionibus minoribus & pauciores potẽs ad corputridos fumos emittere. tunc. n. patet quod sicut generabitur sanies, ita remittentur dolores, & febres. Quartus casus esset ubi materia esset ualde etherogenea eius subtili resoluto tempore quo peruenit ad alterationem saniantem remaneat grossior nõ potens æqualiter inflãmari aut intendi. Et sic patet conclusio. Tertia conclusio. Licet ita sit, aliĳs tamen paribus seruatis ex parte sẽsibilitatis membri, & aliorum sicut alteratur materia ad saniationem, ita augentur dolores, & febres. Istã conclusionem uoluit Hippo. in aphor. & Gal. in cõmento 47. Quarta cõclusio responsiua ad quęsitum. s. Tũc causantur maiores dolores, & febres q̃ facta sanie cum aliĳs paribus. Et probatur per causam supra probantem principalem conclusionem apho. Quinta conclusio et ultima responsiua ad quæsitum. Stante sensibilitate mẽbri nec materia per euacuationem aut resolutionem notabiliter diminuta nec pulsa ad loca distantiora aut multo ineptiora effumationi semper circa generationem saniei fiunt maiores dolores &c̃.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primum patet per secundam conclusionem quid sit dicendum.

Ad secundum similiter per eandem patet. Ad tertium similiter patet. Ad quartum dicitur ꝙ licet augeatur digestio stat tamen putredinem maiorari, quod uidebiẽ infra. Ad quintum dic sicut de spiritu. Ad auctoritatem cum quod collectum est fit. i. factum est maturũ.

Similiter ad aliam. deinde maturatur & minoratur. i. est maturum, uel minuitur per partium deperditionem licet dimensionaliter augeatur. Similiter ad aliã. quãdo materia fit. i. facta est sanies &c̃.

Quæstio. lxĳ. Aphor. xlviĳ.

VTRVM Apho. 48. sit uerus. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo sic. quia natura non tolerat repẽtinas mutationes. 3. techni. tex. 53. &c̃. Secundo qes subita facta post motum est nociua. igitur. assumptum colligitur secundo regiminis acutorum cõmento. 52. Gal.

Tertio sic se uidetur habere quies ad præcedẽtem motum sicut motus ad pręcedentem quietem. sed subitus motus post pręcedentem quietem non conuenit secũdo regiminis acutorum. alleg. cap̃. ideo &c̃.

Ad oppositum est Hippo. Primo tenenda est cõclusio apho. Et probatur ut conclusio apho. probata est superius. Secũda conclusio. Licet regulariter ita sit sumpta indicatione à lassitudine, possibile tamen est merito dispositionis sibi coniunctę, & sumpta indicatione ab eadẽ esse aliter operandum, ut si corpus multũ sudaret, & esset aer uel locus frigidus, & sic de aliĳs multis.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primũ dicitur ꝙ natura non tolerat mutationes repẽtinas à naturali temperamento conuertentes, reducentes tamẽ ad naturalem dispositionẽ tolerat, ut patet de motibus criticis salubribus. Ad secundum quies subito facta &c̃. i. quiescere subito & assuefieri quieti post solitum siue consuetum exercitium est mala. Ad tertium neganda est similitudo. pręcedente enim quiete multiplicantur superfluitates plurimę si fuerit longa & assueta. de qua Hippo. ibi loquitur quibus superueniens motus subitus colliquat, & agitat faciẽdo eas per corpus currere & ad receptacula fluere. ideo &c̃.

Quæstio. lxiĳ. Aphor. xlix.

VTRVM Ad cuiuslibet humani corporis conseruationem debitam competat exercitium. Arguiẗ multipliciter ꝙ non. Primo. quia si hoc esset, esset propter resolutionem superfluitatum &c̃. Contra. primo difficilius est resolubile humidum substantificum mẽbrorum, q̃ superfluitates tertię digestionis. sed sine exercitio resoluit calor primum, igitur & secundum. Confirmatur, quia cerebrum esset magis pedibus exercitandum, quia in eo plures superfluitates sunt. Secundo ad principale. maior est caliditas cholerici in secundo quiescentis, q̃ phlegmatici in secundo exercitati, & grossiores sunt superfluitates phlegmatici. sed ex ipso exercitato sufficit calor suas superfluitates resoluere igitur I cholerico quiescente. Tertio quodlibet exercitium plus de spiritu resoluit q̃ de superfluitatibus. assumptum ꝓbatur ut alias. Quarto calefaciat exercitium temperatũ per. a. & distet sor. temperatus minus q̃ per. a. ab extremo temperantię calidiori. & arguitur sic. per. a. calefit. & minus q̃ per. a. distat. igitur non conseruabitur, sed distemperabitur. Quinto per quodlibet exercitium calefit corpus. sed non omne corpus indiget calefactione. Sexto tunc maiori & fortiori exercitio esset exercitandum phlegmaticum, q̃ cholericum. consequens falsum, quia calidiora calidioribus &c̃. ut tertio techni. T.44.

Septimo ꝙ non donec dolere incipiat, quia per dolorẽ corpus est ægrum, uel neutrum.

Ad oppositum est Hippo. apho. & Gal. in commen. Gal. & secundo regiminis sanitatis. ad principium. & Auic. Auicẽ. primo canon fen. 3 doct. secunda. cap̃. primo. & Rasis Rasis. quarto Alman. primo. caplo.

Primo nota als notata. Prima conclusio. Ad cuiuslibet sani corporis conseruationem debitam requiriẗ exercitium. probatur conclusio sic, quia requiritur cuiuslibet sani corporis superfluitatem tertię digestionis consumptio, ideo &c̃. Secunda conclusio. Licet ita sit, nõ tamen ubicunq; plures sunt superfluitates maius debeẗ exercitium. patet de sene & infante. Tertia conclusio. Temperatum corpus à temperato exercitio est conseruandum. patet, quia aliquo exercitio est conseruandum & non alio q̃ temperato. Quarta cõclusio. Nõ quodlibet corpus conseruabile est per exercitium intensiue temperato æquale. patet quia pot est esse longius uel breuius. Corrolarium, non quodlibet æquale temperato I gradu est temperatum nominandum. Quinta conclusio. Magis calefactiuum, et resolutiuum debet esse exercitium phlegmatici, & uniuersaliter frigidi, uel humidi q̃ calidi & sicci uel cholerici conseruatiuũ, quia oportet plures & difficiliores superfluitates consumere. Corrolarium primum. non omne corpus est per exercitium sibi secundum denominationem simile conseruandum.

Corrolarium secundum. solum temperatum corpus ẽ exercitio simili conseruandum. Sexta conclusio est pe nes tenentes oppositum, & fuit Dynus. Non quodlibet exercitium magis calefactiuum est magis resolutiuum quia breue & forte est huiusmodi longum & leue oppositum. Septima conclusio est hęc. Licet ita sit magis tamen resolutiuum debet esse exercitium phlegmatici, ut prius probabatur. Corrolarium primum. illud exercitium debet esse multo longius, q̃ cholerici. Corrolarium secundum. licet nulli istorum corporum lapsorũ sit exercitium secundum denominationem simile, põt

tū dici aliquo modo simile in effectu, quia seruat &c.

Corrolarium tertium stat aliquam causam minus esse calefactiuam ut exercitium, quod tamen est maioris caliditatis conseruatiuum. Ex quo sequitur q̧ si calidius dicitur, quod est maioris caloris cōseruatiuum, aliquod exercitium est calidius quod tamen est minus calefactiuum, & plura alia ex his sequuntur.

Ad argumenta patet solo & p̄cipue tertio techni.

Quæstio. lxiiij. Aphor. I.

VTRVM Res consuetę ex longo tempore deteriores tamen minus molestent corpora in cōsuetis. Arguitur multipliciter q̧ non. Primo. minus resistit corpus consuetis alterationibus q̄ non consuetis. igitur cæteris paribus ab illis facilius & uelocius alteratur. patet consequentia, & assumptum arguitur, quia maior est symboleitas & conuenientia corporis ad consueta q̄ in

Aristo. consueta. sed in habentibus symbolum facilior est tran-

Auicē. situs. secundo de generatione. tex. cōm. 25. & secunda fen. primi. cap̄. de signis complexionum in sexto genere signorum. ideo &c. Secundo aer calidus multo plus calefacit corpus assuetum occurrere aeri calido, q̄ non assuetum. igitur. assumptum arguitur, quia tale corpus est in suis porositatibus magis apertum. ideo eius actio magis penetrat ad interiora, & per cōsequens &c. Tertio sequitur q̧ fortior esset indicatio sumpta à consuetudine q̄ à naturali complexione. cōsequens falsum & contra Gal. 8. terap ca. 9. & . 11. ca. 3. & arguitur consequentia, quia indicatione sumpta à naturali complexione semper sunt similia offerenda. Sed stante dissimiliū cōsuetudine dissimilia eēnt offerēda, eo q̧ uirtutē minus molestāt. igitur &c. Quarto ad idem arguitur auctoritate Auic. tertia primi. cap̄. de regimine eius quod comedit, & bibit. ille uero in quo mala digerunt nutrientia &c. Confirmat. q̄a oīs discrasia lædit à suo simili.

Ad oppositum est Hippo. in præsenti apho. 50. Primo nota q̧ res consuetæ possunt excedere in malitia res incōsuetas multum, aut modicū. Secundo nota. aliud est ab aliqua re magis alterari, & aliud est ab eo magis molestari. Ex eadē enim alteratione potest aliquod corpus alio magis, & minus molestari, ut siti, fame, calefactione, & infrigidatione, & sic de alijs. Prima conclusio. Possibile est res consuetas incōsuetis deteriores corpus eis assuefactum minus molestare. Probatur sic, ut in lectione dicebatur plus promouetur corpus ad tolerādum impressionem per consuetudinem q̄ sine consuetudine alijs paribus. igitur in aliqua ꝓportione plus. sit igitur q̧ in dupla & recipiatur res in sexquialtera minus mala dissueta tamē, & fiat argumentū ut alias. Secunda conclusio. Licet ita sit, non tū quęlibet, & quātuncunq; deteriora assueta quibuslibet, incōsuetis minus possunt corpus molestare. Probatur, quia malitia posset tanta esse &c. Tertia cōclusio. Stat aliquod corpus in sua sanitatis latitudine existens ab aliqua cā magis & facilius alterari ab eadem tamen ipsum minus molestari. patet, quia stat illam alterationē esse sibi consuetam, alteri tamē dissuetam. igitur &c. Quarta cōclusio sequitur. Licet ab aliqua causa alterante consueta corpus consuetum facilius corpore inconsueto alterationem suscipiat, stat tamen illud idem ab eadem minus molestari. Probatur prima pars, quia in habētibus symbolum facilior est transitus. Item assuetus aeri calido citius, & uelocius calesit alijs paribus q̄ assuetus aeri frigido, à quo tamē minus molestatur uel læditur, ut docet experimentum. igitur &c. Secunda pars conclusionis sequitur ex pręcedenti conclusione. Ex his sequitur primo q̧ per solam corporis assuefactionem ad contraria potest corporis sanitatis latitudo augeri. patet satis. Corrolarium secundū. in casu sor. & pla. sunt ęqualiter temperati omnino & continue uersus extremum temperantiæ æque uelociter æqualiter alterabuntur donec ęgrotent, & tamen citius fiet sor. ęger uel neuter q̄ pla. Tertium corrolarium non omnes homines eiusdē complexionis omnino habent suę sanitatis æqualem latitudinem. aliquorum. n. tēperatissimorū inęquales sūt latitudines suę sanitatis. Corrolarium quartum. sor. & pla. sunt oīno temperati æqualiter, & oīno à sua punctuali temperantia recedunt ęqualiter per caloris excessum. & sor. calesit in tertio, & tamen plo non calesit in tertio. Ex quo sequitur tertium gradum nō esse in omnibus corporibus mensurę eiusdem uel æqualis. Et infinita quasi alia sequuntur ex his.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū & secundum dicitur concedendo q̧ ab huiusmodi facilius alteratur, non tamen magis, & facilius molestatur.

Ad tertium dicitur negando consequentiam, quia indicatio sumpta à consuetudine est etiam sumpta à uirtute. non. n. indicat sui conseruationem nisi pro quanto p conseruationem eius melius uirtus conseruatur. ideo indicatio sumpta à consuetudine est simul à uirtute & cōsuetudine. Et indicatio sumpta à uirtute, & consuetudine quandoq; superat indicationem sumptam à uirtute sola. Ad quartum argumentum dicitur q̧ illa sunt cibaria multū mala. igitur &c. ex quibus sequitur ualde utile esse corpus ad inconsueta transferre.

Quæstiones clarissimi doctoris Marsilij sup tertia par. aphorismorum Hippocrat. incipiunt.

Quæstio. i. Aphor. i.



VTRVM Mutationes temporum ad naturam cōsimilem morbos habeant. generare. Negatiue arguitur sic. Primo usus ciborum consimilium non generat morbos, immo est salubrior usu ciborum diuersorum. ergo antecedens colligitur tertia primi. cap̄. de regimine eius quod comeditur, & bibitur. consequentia tenet, quia similis uidetur ratio de cibo respectu corporis cibādi, & de aere nostri corporis conseruatiuo. Secundo arguitur sic. uniformis membrorum complexio melior ē membrorum complexione difformi. igitur & temporū uniformes mutationes meliores per simile. iterum consequentia tenet. antecedens patet ex auctoribus. in malitia. n. uituperatur maxime membrum habens contrarias complexiones. Tertio ad idem arguitur sic. mala complexio diuersa deterius ęquali efficit nocumentum. ergo mutationes temporum ad simile minus malæ. an- Auicē.

tecedens est Auicē. secunda primi. cap̄. de pulsu temporum ad finem. consequentia pro tanto euidens est, quia temporum ad simile mutationes complexionem æqualē causant. Vltimo arguitur sic, mutationes ad sile sunt consuetæ magis. igitur. consequentia tenet pro tāto, q̄a res usa & consueta minus efficit nocumentum, ut sumitur tertia primi, allegat. cap̄. & . 2. aphor. apho. 38. Pa-

rum deterior cibus & potus. Auicē.

Ad oppositum est mens Gal. in commento. Et Aui. secunda primi. doctrina secunda. cap̄. 4. de iudicijs temporum & eorum mutationibus.

Pro quęstione sint hę propositiones. Prima propositio. Mutationes temporum naturales corpori temperato & cōmuniter omnibus sunt bonę corporibus. Propositio colligit secunda primi. alleg. ca. Et præsenti particula apho. 9. In moderatis temporibus. Secunda propositio. Omnium temporum mutationes utplurimum ad simile malæ sunt hæc propositio colligitur dicto. ca. & persuadetur sic. propter has mutationes corpora cōmuniter & utplurimum à propria & debita dispositione labuntur, ergo sunt hę mutationes incōuenientes. cōsequentia nota. antecedens patet pro quanto hę mutationes alterant humana corpora ad sibi similem qualitatē.

Tertia ꝓpositio. Alicui corpori mutatio temporis debita natura est conferens. Propō nota est in multis casibus hyems enim ad calidum tendens & siccum corpori confert epileptico. æstas etiam ad frigidū mutata & hu-

midum

midū corpori confert causon patiēti. Quarta propō. Mutationes temporū ad simile cęteris paribus peiores sunt mutationibus temporum ad contrarium. Exempli causa. si æstas autumnus hyems ad consimilem qualitatem permutentur, ut ad calidum aut aliam qualitatem. hoc peius est q̄ si mutetur ęstas à debita natura ad calidum, autumnus uero permutetur ad frigidum. Hęc propō colligitur ex Auicē. secunda primi. doc. secunda. & alleg. cap̄. Et persuadetur ratione insinuata ibidem. unum tempus contrarium correctiuum est æqualit' lapsus pręhabiti temporis, ubi in casu alio unum tempus augmentat lapsum alterius. ergo &c̄. consequētia uidetur apparens. antecedens patet nam ęstate existente calida, & autūno frido, per autūnū corrigit' ęstatis calor.

Ex his patet solutio ad obiecta. Ad primum, & secundum dicitur negando similitudinem. est enim naturaliter ordinatum tempora fore diuersa propter determinatos effectus, & iuuamenta quę humanis possunt apparere corporibus, tum ex debitis mutationibus corporum aut etiam nascentium frugum conseruationibus et augmentis. Ad tertiam rationem respondendum q̄ mala complexio diuersa alicuius unius temporis deterius efficit nocumentum mala complexione ęquali illius propter subitam corporis mutationem, nunc ad unam qualitatem nunc ad aliam. Ideo in temporibus quando eadem die nunc quidem ęstus nunc quidem frigus autumnales ęgritudines expectare oportet. aplio. 5. pręsentis particulę. Et propter consimilem causam uituperatur autumnus. apho. 10. ut patet ex cōmento. Totorū tamen temporum diuersitas paulatina lapsuum hincinde contingentium correctiua est. Ad ultimum. hęc mutatio est magis ad consueta. ergo est minus mala. nego consequentiam. Ad probationem, quia res cōsuetę sunt meliores. Verum est rerum paritate supposita, aut non earum maxima existente disparitate, qualis est in proposito. Plus. n. nocet lapsus propter consimilem mutationem q̄ conferat consuetudo. Plus etiam confert correctio quę fit per mutationem ad contrarium q̄ noceat incōsuetudo tēporis, cū tñ sit facta satis paulatine.

Quæstio. ij. Aphor. i.

VTRVM Mutationes temporum in aliquo uno tempore factę proportionabiliter naturalibus mutationibus sint peiores. Negatiue arguitur sic. Hę mutationes sunt æqualiter corporum alteratiuę, & minus mutant corpora ad insuetum, ergo non sunt peiores. consequentia uidetur nota. antecedens patet. nam pono exēpli causa. si una die sit tanta caliditas quanta est in die ueris etiam immediata æstati, & in alia die sit tanta caliditas quanta in prima die æstatis, non maior proueniet ex qualitatibus alteratio stante passi paritate. antecedens patet etiam quantum ad partem altam. nam si corpus p mutetur à uere in ęstatem iam permutatur à tempore sibi ualde consueto, quia à uere sibi multo tempore consueto in æstatem sibi totaliter insuetam, sed si mutetur à die uernali in diem æstiuum, mutatur ex nō sibi multum consueto in consuetum. igitur.

Ad oppositum uidetur esse mens Gal. in cōm. ubi cōmēdat tēporū naturales mutationes in sententia.

Pro quęstione teneatur conclusio. Mutationes temporum naturales illis dictis mutationibus sunt meliores. Hęc propositio est auctorum. Patet etiam propter paulatinum incessum unius temporis in aliud. intensa enim hyēs in frigore, & humiditate paulatim remittēdo procedit donec tandem perueniat ad uer. unde finis hyemis assimilatur principio ueris. puta etiam naturales alterationes tēporū à superioribus magis conformit' regulatas corporum humanorū conseruationi.

Ex isto soluo rationem q̄ quāuis alterationes illę sint gradualiter consimiles, quia tamen sunt magis subitæ uel saltem non sic regularę cōformiter. idcirco nō sunt corporibus conferentes humanis.

Quæstio. iij. Aphor. i.

VTRVM Mutationes temporum ad contrariū sint ita bonæ sicut mutationes naturales. Affirmatiue arguitur sic. Tanta potest esse adinuicē temporū cōtrariorum proportio quanta temporum naturaliter mutatorum, ergo consimilis debet alteratio prouenire. consequentia tenet pro tanto, q̄a ex æquali proportione ęqualis debet effectus prouenire saltem proportionabiliter. antecedens notum est in casu probabili. quanto. n. ęstas est calidior ęstate naturali tanto potest autumnus esse frigidior. Præterea hanc mutationem Auicē. cōmēdat auctoritas loco iam dicto.

Ad oppositum est sententia Gal.

Pro quęstione teneantur duę conclusiones. Prima conclusio. Temporibus nō multum intense mutatis ad contrarium hęc mutatio non est multum mala. Propō hic colligitur ex Auicē. loco dicto, & etiam ex causa q̄a unum tempus corrigit alterius lapsum. Secunda ꝓpō. Magnę mutationes ad cōtrarium sunt ualde malæ. Propositio sic arguitur. ualde ꝓsternunt corporum uirtutem. ergo. nota est consequētia. antecedens patet. nā primo si primum tempus ualde alterat sic alterando ualde prosternit uirtutem. si ergo ueniat tempus contrarium ualde intensum subito, abijciendo primum lapsum ualde prosternet uirtutem. exempli causa. Corpus ualde calidum si exponatur aeri ualde frigido lęditur multū, & econtrario. Ex propositione prima, & secunda infero conclusionem responsalem istam. Mutatio temporum ad contrarium non est ita bona sicut naturalis successio temporum. Propositio sic patet. hęc mutatio est ꝓstratiua uirtutis. ergo. antecedens patet ex probatione secūdæ propositionis. Ad rationem primam. Æqualis potest esse proportio. ergo ęqualis productio effectus. Cōcedo ęqualis gradualiter saltem proportionaliter, non tamen, ergo ęque boni. nam bonitas qualitatis productæ non attenditur solum penes gradum, immo penes modum, uel moderatam inductionem. ita ut ab intrinseco debite ualeat defendere. Ad secundam rationem respondendum quòd hę mutationes dici possunt bonę respectu mutationum ultra naturalem dispositionem ad similem qualitatem factarum.

Quæstio. iiij. Aphor. i.

VTRVM Mutatio omnium temporum ad temperiem sit melior naturali successione temporum. Affirmatiue arguitur sic. Tempus temperatum cęteris est melius. ergo mutatio temporum omnium ad temperamentum debet esse melior. consequentia tenet, quia bonum quāto cōmunius est, & amplius tanto melius, ut colligitur primo ethicorū. antecedens notum est. Aristo.

Ad oppositum est mens auctorum maxime naturalem successionem temporum cōmēdantium. Pro quæstione teneatur conclusio. Compensatis omnibus ꝓ conseruatione, & uita corporum humanorū melior est naturalis successio temporum, q̄ sit mutatio omnium temporum ad temperamentum. Patet primo propositio, q̄a cōmuniter tempora sunt lapsa, quę meliorantur ex naturali successione multę enim frugum digestiones fiūt quæ non fierēt in tempore temperato, nec sic per consequens fieret corporum conseruatio. Ad rationem ante oppositum. tempus temperatū est melius, dico q̄ tēpus tēperatum temperate durans melius est.

Quæstio. v. Aphor. ij.

VTRVM Lapsę complexiones melius cōtrarijs temporibus se habeant. Negatiue arguitur sic. Primo conseruatio fit per similia. igitur &c̄. pars pōnis negatiua uera. consequentia nota. antecedens colligit' tertio techni. tex. 43. Secundo ostendo q̄ habentes frigidam complexionem melius conseruantur hyeme. hyēs (Auicē.) habet caliditatem resoluentem. ergo. antecedens colligitur secunda primi doc. secunda cap̄. 3. de naturis temporum, & eorum mutationibus. ubi uult aerem quan-

tuncunq; frigidum, solis tamen & uirtute stellarũ uirtutem habere resoluendi. Q. etiam hyems ex caliditate componatur. primo complexionum, ca. 4. sententia dictat Gal. consequentia tenet. quia per se caliditatẽ hyemis prohibebitur à lapsu habes frigidam complexionem.
Rasis. Vltimo arguitur per rationem Rasis. 17. continentis. cap̃. de aere &c̃. Et est ratio talis per cibum con similem corpori corpus conseruatur. ergo & per aerem. consequentia tenet ꝓpter consimilẽ habitudinẽ & proportionẽ aeris & cibi ad corpus hũanũ añs ponit ibidẽ.

Ad oppositũ quęstionis est Gal. in fine cõmenti.

Pro quęstione pręmittatur hęc propositio alias tenta. Prima propositio. Licet per consimilia in forma & in gradu actuali non fiat actio in. a. membrum corporis cui ista similantur in forma, & in gradu. per ista tamen nullatenus potest fieri illius conseruatio. Propõ euidẽs est. licet. n. aer ęqualiter calidus cordi non agat ut est notum in corde, cum tali tamen aere non potest cor conser-
Auicẽ. uari, ut colligitur secunda primi. doc. secunda. caplo. 2.

Secunda propositio. Corpora calida, & sicca non male se habent in ęstate, quia caliditas ęstatis sit intensior caliditate eorum. Propositio sic arguitur. caliditate nõ debite euẽtante cor istorum isti non debite conseruanẽ in tali aere. ergo. antecedens notum est cuilibet, consequentia tenet per propositionem primam, quia caliditate ęquata saltem alicui membrorum, quia magis principali non sit debita corporis euentatio uel cordis. Tertia propositio. Calidi, & sicci male se habent in ęstate, quia cor eorum male euẽtatur in ęstate. Hęc propositio patet. Primo ex Rasi loco alleg. ubi uult aerem esse sicut medicinam per contrarium euẽtantem cor, qui aer existens calidus & siccus idebite euentat cor calidum et siccum. Secundo probatur dicta conclusio sic. isto supposito φ remissius aer sufficiat euentare cor calidum, et siccum q̃ cor temperatum, quod suppositũ est satis cõmune, & probari posset, quo supposito arguitur sic. aer temporis temperati ut ueris proportionatur in euentando cor temperatum. ergo habens complexionem calidã & siccam non debite euentatur in æstate. consequentia tenet, quia talis per suppositum debet euentari per aerẽ frigidiorem aere debite euentante cor temperatum. ergo per aerem frigidiorem aere ueris, & nõ per aerẽ ęstatis. Tertio sic. Per aerem temperatum siue intemperato aere corpora cholerica se optime habent, & cõmunit͛ oĩa corpora. ergo in aere calido, & sicco disposita sũt ad lapsum, & sic non bene se habent. antecedens est cõmune concessum, de quo dicetur inferius. consequentia tenet, quia aer æstatis notabiliter excedit in calido, & sicco aerem ueris. Quarta propositio ad quęsitũ sit hęc. Corpora frigida & humida male se habent in hyeme, et bene in æstate. Propositio persuadetur. propter frigiditatem, & humiditatem hyemis labuntur lapsu maiori. ergo. consequentia est nota. antecedens patet. frigiditate & humiditate hyemis propriam naturam obseruantis frigiditatẽ corporum, & naturalem humiditatem excellẽtibus. Quinta propositio. Corpora calida, & sicca macra, & inanita non bene se habent in hyeme. Propositio colligitur ex Gal. prima apho. cõmen. 15. illius apho. Ventres hyeme &c̃. Persuadetur ex causa ꝓpter frigiditatem hyemis horum corporum raritate disponẽte, & pauco calore in quanto modicum resistente horũ nimium repugnare naturę. Sexta propositio. Corpora calida, & sicca quibus frigiditas hyemis debite mensuratur hyeme melius se habẽt q̃ ęstate. Propositio patet cum moderato hyemis frigore naturalis calor non refrenetur à lapsu, & propter frigoris moderantiam non lædatur uehementer.

His positis patet solutio ad obiecta ante oppositum.

Ad punctum primi cõseruatio debet fieri per similia. uerũ est ꝑ similia effectiue. Nũc uero dicendũ φ moderata cõtraria, sunt effectiue similia lapsis complonibus pro quanto ipsa faciunt permanere in eadem dispõne. Ad secundã rõnem respondendũ φ hyems est à prædominio frigida, quamuis in se aliquid caloris contineat.

Ad auctoritatem & rationem Rasis dicendum per ea quæ dicta sunt in conclusionibus.

Quæstio. vi. Aphor. ij.

VTRVM Corpora calida, & humida melius se habeant hyeme q̃ ęstate. Et ꝓ nunc hę propositiones teneantur. Prima propositio. Caliditatis & humiditatis in lapsu paritate supposita aut amp̃. eius excedẽte calore hæc corpora melius se habent hyeme. Hæc propositio potest colligi ex sententia Gal. cõmen. 15. alle. Potest etiam persuaderi ex hoc, quia frigore hyemis quasi per uiã aliqualis antiparistasis reuocato interinsecus unito & fortificato calore fortes fiunt digestiones humorũ fortes restaurationes & superfluitatum, & non naturalium humiditatum uehementes insensibiles resolutiones, æstate uero humorali ebulliente materia ad grandes putrefactiones disponuntur. Secunda propositio tenenda est hæc. Contingens est humiditatem intantum proportionari calori ut calida, & humida corpora peius se habeãt hyeme q̃ æstate. Patet propositio ex hoc, qa ipsa sic exhausta cõcurrentibus frigore, & humiditate hyemis caloris fiet naturalis suffocatio.

Quæstio. vij. Aphor. ij.

VTRVM Actus conseruatiuus sit melior pręseruatiuo. Primo φ actus præseruatiuus corporum lapsorum sit melior. arguitur sic. Corpora lapsa melius se habent in temporibus contrarijs. igitur. antecedens colligitur ex pręlecto cõmen. ex hoc. tenet cõsequentia, qa propter contrarietatem præseruantur, & prohibentur à lapsu. Secundo arguitur sic. Corpora lapsa non eẽ lapsa nec labi ulterius est melius q̃ corpora remanere lapsa uel ulterius labi igitur actus pręseruatiuus melior est. consequentia tenet quia per actum pręseruatiuum prohibetur saltem lapsus ulterior.

Ad oppositum arguitur sic. Corpori temperato melior est conseruatio. ergo & corpori lapso. consequentia tenet pro tanto, quia utraq; dispositio ut lapsa, & temperata est naturalis sic per consequens conseruanda. Primo notandum ut ex tertio techni. tex. 50. est colligendum illa parte. Si igitur permutare &c̃. φ conseruatio est seruatio in consimili dispositione aut reductio ad meliorem dispositionem, quo modo conceditur artem reductiuam corporum esse artem conseruatiuam. Secũdo notandum φ pręseruatio potest sumi cõmuniter ꝓprie & magis proprie. Pręseruatio cõmuniter sumpta nihil aliud est q̃ ante seruatio q̃ corpus cadat in lapsum ĩ quẽ cadere pronum est, siue corpus ponatur actualiter lapsũ siue nõ. Et sic cõcedendum corpori seni temperato deberi pręseruationem, quem modum obseruasse uidetur Auicẽ. tertia primi. exprimens corporum regimẽ. Sumitur secundo præseruatio pro ante seruatione corporis naturaliter lapsi q̃ ad lapsum deueniat ulteriorem in quem cadere pronum est. Sumitur tertio præseruatio magis proprie, & est ante seruatio corporis lapsi pręter naturam ne in lapsum cadat ęgritudinalem, & isto modo apud auctores pręseruatio cõuenit solis neutris decidentię. Prima propositio contra quẽdam. Alicui corpori temperato melius est reduci q̃ conseruari in consimili tempore. Propositio notissima est in casu. Supponatur. n. puer lapsus à generatione aut à tempore ita φ non sit in medio temperamenti secũdi modi ad iustitiã, immo ad extremum declinet intensius aut remissius. Isto posito quod est concedendum intelligenti temperamẽta arguitur sic. huic corpori melius est φ reducatur ad medium temperamenti q̃ in suo temperamento permaneat. igitur. antecedens notum eum hoc corpus fiat temperatius & melius per hanc reductionem. cõsequẽtia nota. Secunda propositio notissima est hæc. Cæteris paribus nulli corpori temperato melior reductio ad

Conseruatio quid. Pręseruatio triplr.

aliam

aliam latitudinem corporum q̃ conseruatio in temperie. Propositio arguitur sic. latitudo temperamenti cęteris alijs est melior. ergo nota est cõsequentia. antecedens patet per notitiam temperamenti iustitialis de modo secundo. Patet etiã antecedens ex dictis Gal. secũdo cõplexionum, temperatam cõplexionem cõmendãtis. Cap. I.

Tertia propositio. Corporibus lapsis naturaliter prę seruatio non est melior conseruatione sumendo proprijssime prę seruationẽ. Hęc propositio sic psuadet. corpora lapsa naturaliter quia sana, lapsa tamen non sunt neutra decidentię ut suppono pro nunc tanq̃ probatum in primo techni. igitur eis non cõpetit prę seruatio ad istũ sensum. cõsequentia tenet ex notitia huius prę seruationis. Quarta propositio. Corporibus lapsis naturaliter prę seruatio secundo modo sumpta nõ est melior cõseruatione notificata ut est dictum. Propositio arguiẽ sic. prę seruatio illo modo sumpta est conseruatio & ecõtra. ergo. cõsequentia nota, quia idem nõ est melius se ipso. antecedens patet habẽti significata prę seruationis & conseruationis. Vltima propositio. Melius est prohibere corpora lapsa à futuro lapsu ipsa aliqualiter corrigẽda q̃ ipsa pręcise cõseruare in cõsimili dispositiõe. Propositio cuilibet est nota. Ex ista inferř propositio intẽta in aphor. & cõmento. Corpora naturaliter lapsa cõlecer semelius habẽt in tẽpibus contrarijs moderatis &c̃. Propositio sic patet. per hæc tempora prohibentur à lapsu. ulteriori & aliqualiter corriguntur. antecedens notum propter moderantiam contrarietatis pre pręhabitam conclusionem. tenet consequentia.

His positis patet rationes ante oppositum penultimã conclusionem ostendere.

Ad rationẽ uero post oppositum respondendũ negando cõsequẽtiã. licet.n. sit aliqua cõplexio naturalř talis correctione, tñ melioratur & prohibitione à lapsu.

Questio. viij. Apho. iiij.

VTRVM morbi generati in tempore simili &c̃.

Ad partem negatiuã arguitur sic. Primo. morbi generati in tempore simili intensiores sunt generatis in tẽpore contrario. ergo antecedens colligitur ex dicto eiusdem posito & allegato secunda. apho. cõmento. 34. nã simile additum simili facit ipsum furere. morbus ergo in tẽpore cõsimili natus est esse furentior & intentior. consequentia est nota, quia cęteris paribus intẽsio morbi maiorem arguit malitiam. Secundo arguiř sic. morbi generati in tempore consimili & curati in tẽpore cõsimili meliores existunt curatis in tempore contrario. ergo dictum Gal. falsum absolute consequentia tenet, quia absolute intelligiř morbos in tpe simili genitos & in cõtrario curatos fore meliores. añs arguitř, p q̃to ostẽdiř morbũ esse breuiorẽ ex quo curař in tpe simili.

Ad partem qõnis oppositam est Gal. in cõmentm.

Pro questione propter argumentum primũ ante oppositum teneatur talis conclusio.

Prima. Aliqui morbi generati in tẽpore consimili. s. qualitatibus morborum curati in tẽpore contrario peiores sunt non curo de confundentia termini genitis in tẽpore consimili & curatis in eodem. Propositio supra arguta est per argumentum ante oppositum. Secunda propositio est hęc & nota. Quibusdam morbis procura generatis in tẽpore consimili siue per se, siue per accidẽs plus nocet tẽpus contrarium q̃ tempus consimile. Propositio probatur sic. tertiana æstiua melius curaĩ ęstate q̃ hyeme. ergo cõclusio uera. nota est consequẽtia cũ hyems improportionetur qualitatiue tertianę. antecedens patet propter æstatem abbreuiare morbos, ut patet. 1. apho. cõmento. 12. & 2. apho. apho. 25. Tertia propositio. Morbus cõplexionalis genitus in tẽpore simili de per se curatur melius in tpe cõtrario. Propositio arguitur sic. curatio morbi de per se fit per contrariũ. ergo antecedẽs colligiř. 3 techni illa parte. Curatio quidẽ T. 83. unum habet modũ &c̃. cõsequentia tenet, quia tempus contrariũ cum contrarietur morbo iuuat ad curã. Ex illa propositione patet intellectus Gal. q morbi generati in tpe simili, curati autẽ in tẽpore contrario meliores sunt. Hoc est morbi generati in tempore consimili, curantur melius in tẽpore contrario sola medicatione sumpta ab essentia morbi, ut pręter naturam & aliorum paritate supposita, tum etiam ex hoc, quia morbus à facili causa generatur in tempore consimili, ideo intensionis paritate supposita curatur facilius.

Istis conclusis patet responsio ad obiectum. Ad primum per primam conclusionem.

Ad secundum respondẽdum q non est intentio Gal. uelle q morbus qui generatur in tẽpore consimili dilatus curationi in tempore contrario sit melior, sed uult q morbus in tempore consimili melior est ad curationem si sibi superueniat tempus contrarium indicatione sumpta ab essentia morbi & de per se.

Questio ix. Apho. iiij.

VTRVM dietæ siccæ meliores sint ætatibus & morbis humidis & calidę frigidis. Negatiue arguitur auctoritate Gal. 8 terapeu. finali cap. ubi uult q ętas indicat de dieta simili, unde coniuncta ætate morbo ratione ætatis sit similium indicatio. Gal.

Ad oppositum est Gal. in pręsenti parte.

Pro questione omittendo multa sunt quędam notata & conclusiones. Primo notãdum q dieta appellari potest talis actualiter uel potentialiter & effectiue. Primo modo uinum appellatur humidum. Secundo modo aliquid appellatur tale, uel in potentia passiua uel in potentia actiua. In potentia passiua, quia taliter est aptum pati ut conuertatur reponendo partem talis uel talis membri. exempli causa. aliquis cibus potest dici humidus, quia aptus reponere partem humidam. Et notetis istum modum per ipsum esse aptum pati membro humido nõ quia de se aliquid agat. Tertio aliquid appellatur potentia tale loquendo semper de dieta, quia potens conuerti reponendo partem membri talem taliter alterando. cum tale nutrimentum transmutetur. exempli causa. lactuca est potentia humida, quia scilicet potẽs reponere partem carnis humidam per suam qualitatiuam dispositionem potens est etiam in humidum sanguinem transmutari humectatiuum membri. Et isto modo illud appellatur potentia humidum quod potest efficere rem humidã non existentem humidam. Et isto modo potissimũ dietę appellãtur tales respectu corporum temperatorum. Quarto. aliquid appellatur potentia uel effectiue tale, quia potens facere aliquid esse uel manere tale. exempli causa. aliqua dieta appellatur cholerica, quia faciens corpus esse uel permanere cholericum exẽpli causa. secũdũ istam uiam si cholericum corpus sit aptum per uiã exiccationis fieri melancholicũ iuxta Gal. 2. techni illa parte. Decidentię quidem tunc dietę frigidę facientes corpus permanere cholericum refrenando calorem dici possunt effectiue cholericę uel potentia calidę. Prima cõclusio est hęc. Morbi de per se indicant applicari cõtraria. Propositio colligitur loco allegato. Dieta talis tripl. In trac. 4. te. 20.

Secunda propositio. Ætates lapsę indicant oblationẽ dietarum sibi effectiue similium. Propositio patet per Gal. ubi supra. Tertia ,ppositio. Ætates lapsę ,p quanto lapsę melius se habent ad dietas contrarias secundum denominationem q̃ ad similes. Propositio colligitur ex textu. Arguitur etiã sic. pro quãto per has dietas pręseruantur seu reducuntur. Quarta propositio. Nõ semper ætates lapsę coniunctę morbis melius se habent ad dietas similes secundum denominationẽ. Propositio arguitur sic. in ætate calida patiente causonem nõ melius se habet corpus ad dietam calidã q̃ frigidam. ergo &c̃.

Vltima propositio. Indicatio sumpta ab ætate lapsa cõiuncta morbo aut etiam complexione naturali coniuncta morbo de applicatione similium maior est quàm tempore sanitatis. Potest propositio colligi ex Gal. ubi

ſupra. Et perſuadetur ſic. hoc caſu ſtante intẽtio eſt ad curandum morbum & ex ætate intentio eſt ad pręciſe conſeruandum, ideo plus eſt indicatio ſimilium. conſequentia tenet, quia iudicatio ab ætate ut conſeruãda eſt de applicatione tantum talem reponẽtium partem qualis eſt in ętate deperdita.

Iſtis habitis patet reſponſio ad obiecta.

Quæſtio, x. Aphor. iiij.

VTRVM ſola tẽperata cõplexio ſuo ſimili gaudeat. Negatiue arguitur ſic. Primo qualiter ſe habet dieta temperata ad corpus temperatũ taliter dieta lapſa ad corpus lapſum. ergo ſicut dieta temperata conſeruat corpus temperatũ, ita dieta lapſa corpus lapſum. antecedens eſt notum. ſicut enim applicatur dieta tẽperata corpori temperato, ita dieta calida ut duo corpori lapſo ut duo poterit applicari. Secundo arguitur ſic. ęquale in conſimili latitudine non agit in ęquale, ergo dieta lapſa nõ faciet labi corpus lapſum. antecedens notum. conſequentia tenet, quia dieta lapſa poteſt eſſe ęqualis gradus & in latitudine conſimili.

Ad oppoſitum eſt Gal. in litera. Pro quęſtione primo ſupponendum corpus temperatum ſeu ſemper ſanum in ętate temperata fore naturaľr inclinatũ ad taľe pmanẽdum. hęc propoſitio colligi poteſt primo techni
Tex.6. in notitia corporis ſemper ſani. Secunda propoſitio eſt hęc. Tale corpus eſt aptum per dietam cõſeruari rpatã. Propoſitio arguiř ſic. dieta tẽperata non eſt pmutatiua corporis tẽperati, nec corpus tẽperatum eſt inclinatũ naturaliter labi in ętate tẽperata. igitur propoſitio continet ueritatem. antecedens euidens eſt quantum ad partem primam per notitiam dietę temperatę. quantum uero ad ſecundam partem per habitam propoſitionem.

Vltima propoſitio eſt hæc. Corpus lapſum lapſu naturali uel præter naturam non eſt aptum debite conſeruari per dietam abſolute talem ſecundum denominationem. Propoſitio arguitur ſic. corpus naturaliter uel pręter naturam lapſum eſt intrinſece inclinatum ad lapſum. ergo ſibi ſimili applicato non debite conſeruatur. antecedens ſatis eſt notum ex dictis primo techni pro parte etiam & ſecundo. probatur conſequẽtia, quia applicato ſibi adiutorio labetur.

Et dictis patet reſponſio ad obiectum ꝙ licet per poſſibile ita formaliter & gradualiter ſe habeat dieta lapſa ad lapſam cõplexionem uel ętatem, ut temperata ad tẽperatam. lapſa tamen eſt cauſa lapſus ulterioris, ubi temperata pręciſe in temperie conſeruat temperatam ſicut etiam de aere conſimili dictum eſt.

Quęſtio. xi. Apho. iiij.

VTRVM ęgritudines bene ſe habeant ad tẽpora anni. Negatiue arguitur ſic. Primo. omnis ęgritudo melius curatur tẽpore calido ꝙ̃ tẽpore frigido. ergo conſequẽtia ex hoc eſt nota, quia ęgritudines bene ſe habẽt ad tẽpora, quia ad tẽpora contraria. antecedens arguiř, quia ęſtas ſeu tẽpus calidum omnes abbreuiat morbos ut habitum eſt. 1. apho. cõmen. 12. Secundo ſic. morbi calidi curantur per calida. ergo. cõſequẽtia tenet per probationem habite cõcluſionis antecedens patet. nam cholerica febris curatur per pharmacum. omne autem pharmacum ſecundũ ſe calidum eſt & ſiccum. 1. apho. cõmen. 24. illius apho. In acutis paſſionibus. Tertio arguitur ſic. apoſtemata calida plus fiunt tẽpore frigido ꝙ̃ tẽpore calido. igitur &c. antecedẽs pro tãto tenet, quia materię calidę maxime aptę ſunt colligi in hyeme.

Ad oppoſitum quæſtionis eſt prima concluſio apho.

Pro q̃one primitus hę cõcluſiones teneantur. Prima cõcluſio. De per ſe & indicatione ſumpta ab eſſentijs morborũ, morbi ſunt apti melius ſe habere in tẽpore contrario. hęc prima concluſio perſuadetur per probationem primę cõcluſionis apho. Secũda propoſitio. Morbi ſunt aptiores ad curandum pluries in tẽpore ſimili ꝙ̃ in tẽpore cõtrario propter cauſas à quibus depẽdent aut propter aliquid accidentaliter contingẽs ad curam conferẽs. Propoſitio patet ſic. materię morborum materialiũ ſecũdũ plurimũ diſpoſitores ſunt remotioni in tẽpore calido ꝙ̃ in tẽpore frigido. igitur. cõſequentia tenet, quia ad remotionem materierũ à quibus dependent morbi materiales, illorum morborum cõſequitur remotio, cum ſint ſientes morbi. antecedens põt patere per unã rationem ante oppoſitum, eo etiã quia caliditatis ęſtiuę eſt ratificare poroſitates mẽbrorum, ſubtilare materias, & eas euaporationi diſponere. Patet etiam propoſitio quantũ ad aliam partem. Nam morbus frigidus per applicationẽ frigidi per accidẽs curatur melius. ergo etiã eſt contingens morbum frigidum melius curari in tẽpore frigido. cõſequentia probabilis propter cõſimilem operationẽ tẽporis frigidi operationi medicaminis frigidi. antecedẽs ſumitur. 5. apho. apho. 22. ibi. Eſt autem ubi in tetano. Ex iſtis duabus infertur propoſitio tertia. Morbi ĩmateriales melius ſe habent ad tpa cõtraria. Patet ꝓpoſitio. nã cura fit p cõtrariũ. ergo &c.

Infertur quarta. Contingẽs eſt morbum materialem melius ſe habere & curari in tẽpore conſimili. Propoſitio hæc patet per ſecundam. Infertur quinta propoſitio. Morbi probabiliter plus intendi poſſunt in tempore conſimili ꝙ̃ contrario. Propoſitio nota eſt propter tempus iuuare ad intenſionem cõſimilis cõplexionis. Infertur ſexta. Igitur morbi peiores ſunt de per ſe in tẽpore conſimili ꝙ̃ in tẽpore contrario. Propoſitio arguitur ſic. ſunt diſpoſitiores, ut intendantur in tẽpore conſimili per habitã cõcluſionẽ. ergo probabiliter peiores quãdoqꝫ, tenet conſequentia, eo ꝙ morbi intenſio peior eſt.

Iſtis pręhabitis patet reſpõſio ad obiectum. Ad primum per ſecundam principalem cõcluſionẽ. Ad ſecũdum cõſimiliter patet reſponſio reſpondendo ad antecedens per ſecundam partem ſecundę concluſionis principalis. unde dicendum ꝙ pharmacum calidũ de per ſe nõ curat morbum calidum, immo non curat niſi ſuã abijciendo materiam. Quid autẽ ſit per ſe curãs omittatur pro nunc. Ad ultimum. aꝑata calida plus fiunt tẽpore frigido. poſſum negare antecedens. Et dico ꝙ calidę materię plus poſſunt colligi æſtate ꝙ̃ hyeme, ad iſtum ſenſum, quia plures calidas materias cõtingit reperiri in corpore æſtate ꝙ̃ hyeme. Vel ſecundo dicendum ꝙ hę materię non plus apoſtemant hyeme ꝙ̃ æſtate de per ſe, quia ſemper plus reperiãtur hyeme ꝙ̃ æſtate. ſed per accidẽs, quia frigiditate hyemis plus contingit claudi & oppilari poros. plus etiam contingit ingroſſari materias, ut non tantum diſponantur exirui per uiam inſenſibilis reſolutionis quantum diſponuntur calore æſtatis.

Quęſtio xi. Apho. v.

VTRVM aliqua parte diei exiſtente calore & aliquando exiſtente frigore inæquales oporteat expectare morbos. Ad partem negatiuam arguitur ſic. Primo. unum tempus alteri in complexione contrarium pręcedentis malitiam corrigit. ergo & una hora diei contraria idem operabitur. antecedens colligitur ex hac particula tertia & ſecunda primi. doc. 2. cap. de iudicijs temporum & eorum mutationibus. Secundo arguitur ſic motus caloris naturalis quãlibet uirtutem confortat. igitur &c. nota eſt conſequentia, quia tali facta mutatione horarum mouetur caliditas naturalis ad motũ exercitij debite confortantis. antecedens colligitur. 2. apho. 48. commento illius apho. In omni motione corporis cũ ceperit quis dolere ſtatim quieſcere remediũ eſt. Tertio arguitur ſic. nocte ſuccedente aut etiam ipſam ſequẽte die non cauſatur morborum inęqualitas. ergo antecedens cuilibet eſt notum, temporibus propriam naturam obſeruantibus. tenet cõſequentia, quia cõſimiliter uideř mutari aer nocte ſuccedẽte aut ſequẽte die quẽadmodũ aliqua parte diei exiſtẽte calida & aliqua frigida. Quarto arguitur ſic, morbo calido cõpetit medicina adęquate frigida. igiř, antecedens colligiř tertio techni. quia

Auicẽ. Tex: 97.

quia omnis cura debet fieri per cõtraria inęquali gradu.

Ad oppositum quęstionis est Hip. in apho. & expressius Gal. in commen.

Pro quęstione sunt notata & conclusiones. Primo pręmittendũ ut colligitur ex cõmento hanc mutationẽ intelligi tẽporum cõplexionibus mutatis subito. & intense, cum. n. natura subitas refugiat alterationes, imo T. 53. eas nõ sustineat & prosternatur eisdem ut tertio techni est collectum, ideo sic temporum occurrentibus mutationibus ipsam debilitari contingit. Secundo notandũ ꝙ ex primo sequitur hanc temporum mutationẽ & successionem nõ esse secundũ temporum naturalẽ cursum & debitum. Prima conclusio responsalis. Dicta mutatio temporum est generatiua morborum. Propositio arguitur sic. hæc mutatio est prostratiua uirtutis & generatiua humorum diuersorum non aptorum à uirtute regulari. ergo. nota est consequentia, quia nõ rectis nec regulatis humoribus morbi generantur. antecedẽs est euidens ex pręmisso pro quanto hę mutationes sunt ꝓstratiuę uirtutum, quia sunt pręter naturam subitę & intensę. Secunda propositio. Secundũ aliquam contingentiam alicui corpori bona est mutatio hęc temporũ. uerificata propositio continet ueritatem. corpori enim calido bonum est aerem succurrere frigidum, calido inquam pręter naturam intenso, ut experientia notat in opere, nam corpori habenti uehemẽtem caliditatẽ qua timeamus calidum apostema, uehementer frigida actualiter & subito applicamus sibi. ergo hęc partialis mutatio temporum conuenit. Tertia propositio. Licet plurimum ex hac mutatione uarij generentur morbi non est inconueniens, tamen generari unum & uniformem morbum secundũ plurimum. Hoc persuadetur. Primo ad experientiam, nam autũno naturaliter existente inęquali conuenit maxime fieri quartanas, tum quidẽ caliditate pręcedentis æstatis quę combussit materiã, qua remanente & reclusa ꝑ frigiditatẽ autũni quartana febris cõsequit̃ multiplicata ẽt melãcholia in autũno frigiditate & siccitate sibi proportionatis dñantibus.

Istis conclusis patet responsio ad obiecta ante oppositum. Ad primum neganda est consequentia, eo ꝙ unũ tempus paulatine succedit alteri, ubi una hora magis subito succedit alteri, propter quod contingit cõplexionẽ horarum magis prostrauisse uirtutem. Ad secundum respondendum negando consequentiã & dicendo ꝙ motus caloris naturalis factus propter mutationem horarũ non similatur debito exercitio, ex quo fit paulatine & debita caloris extractio & alteratio. pręterea non est similitudo eo ꝙ post caliditatem horę immediate cõsequitur frigus. unde si exercitium & calorẽ corporis frigus immediate sequitur intensum magna corpori consequitur alteratio. Consequitur enim aliqua uehemens oppilatio propter frigiditatem recludentem caliditatem interius, aut saltem humores, aut consequitur lesio ex subita penetratione frigoris. Vnde dicunt uulgares hũc hominem esse recalefactum. i. retro & intus calefactũ. Similiter dicunt equum esse reprehensum quasi retro prehensum & intrinsecus. sic reclusis humoribus, ut febriat equus & patiatur oppilationes. Ad tertiũ respondetur negando consequentiam eo ꝙ nox naturaliter succedit diei & econtra, unde corpus est consuetum naturaliter tali mutationi. alia etiam iuuamenta sequuntur ex hac successione temporum. Pro quo dicebat Seneca in epistolis ad Lucillum. epistola tertia. Cum rerum natura deliberat, ipsa dicet tibi se diem fecisse & noctem.

Sene. Ad quartũ rñdendum negando consequentiã, & causa est, quia etiã medicinę curantes debent esse nõ subito sed applicatę paulatinę. unde ut pluries est dictũ cura fit per contraria inęquali gradu effectiue inquantũ ad totã approximationem. & ista est modernissima conclusio.

Quęstio xiij. Apho. vi.

VTRVM accidentia naturas consequãtur morborum. Affirmatiue arguitur sic. Ad morbos instrumentorum harum lęsarum operationum consequunt̃ actiones lęsę. igitur &c̃. antecedens colligitur tertio de accidenti & morbo. ubi describitur morbus per lędere imediate & sensibiliter operationes, tenet consequentia per hoc, quia tales lęsiones non sunt nisi accidentia quæ in litera explicantur. Gal. Cap. 11

Ad oppositũ quęstionis uidetur esse *in* parte *in* Gal.

Pro quęstione hęc cõclusio tenet̃. Ad aliquos morbos prędicta accidentia cõsequuntur. Propositio patere potest per particulares auctorum locutiones in morbis, ad quos ut euidens est accidentia consequuntur. Pręterea arguitur sic. ad uentum austrinũ uel borealem hęc accidentia consequi possunt. igitur & ad morbos ãs uoluit pñs apho. cum suis concordijs. cõsequentia ex hoc euidens est. quia instrumenta seu uirtutum organa morbis taliter poterũt disponi qualiter his uẽtis exterioribus.

Ad Galenum respondendum eum non negare accidẽtia consequi morbos.

Quęstio. xiiij. Apho. vi.

VTRVM aliqua accidẽtia consequantur naturas morborum. Negatiue arguitur sic. Morborum nullæ sunt naturę. igitur hęc accidentia non consequuntur naturas morborum. cõsequentia uidetur apparens. antecedens patet, quia si aliqua foret natura morbi tunc sequitur morbum per hanc naturam ita hunc effectũ efficere ꝙ non alium. cuius oppositum experientia notat, quia idẽ morbus est cõtrariorũ effectuum effectiuus.

Ad partem oppositã est Gal. in cõmento. Pro quęstione pręmittendum ꝙ natura morbi non est aliud ꝙ̃ morbus inclinatus ad taliter uel taliter operandum aut impediẽdum ut natura morbi calidi est calefacere & lędere quia calidus est. natura etiam oppilationis, quę nõ est aliud ꝙ̃ membrum esse oppilatum est lædere impediendo transitum uel delationem. natura n. phlegmaticę febris est lędere taliter, ut pendens à phlegmatica materia ita ꝙ effectus qui consequitur ad morbum, ita ꝙ eius effectio non principaliter causam denominat exteriorem sic dicitur consequi naturam morbi. Cõclusio responsalis. Licet accidentia quę in humanis corporibus generantur, causas exteriores secundũ plurimum cõsequantur, aliqua tamen naturas morborum consequuntur. Propositio quantum ad partem primam colligit̃ ex illo fideli Cõmentatore Auer. 3. colliget cap. 1. ad finẽ. ubi uidetur uelle ęgritudinem materialẽ lędere per malam cõplexionem immaterialem superuenientem membro à calore uel frigore. Quantum ad secundam partẽ persuadetur sic. Aliqua accidentia consequũtur morbũ non ut à causa exteriori pendentem, immo uel penitus independentem uel à causa interiori pendentem. ãs notũ in accidẽtibus cõsequẽtibus causonẽ aut ęthicã &c̃. Auer.

Isto posito ad argumenta patet responsio. Ad obiectum primum morborum nulla est natura. declino antecedens ad sensum datum. Ad probationem responde ꝙ idem morbus potest esse per accidens effectiuus cõtrariorum, ut ad modum medicorum morbus calidus per se est effectiuus lęsionis calefaciendo. per accidens autẽ habet infrigidare resoluendo & abijciendo spumosam substantiam calidam. Morbus est effectiuus du plr.

Quęstio. xv. Apho. vi.

VTRVM à causis exterioribus hęc accidẽtia sine morbis contingere possint. Sine formatione obiectorum teneantur hę conclusiones. Prima cõclusio. Hęc accidentia remissa quæ non sunt sensibiles lęsiones sine morbis contingere possunt. Propositio sic probat̃, cuilibet morbo sensibili operationum lęsio correspondet. ergo consequentia euidens. colligitur assumptũ ex descriptione morbi ubi supra. Secunda propositio. Licet cõiter teneatur oppositum hęc accidentia quę sunt sensibiles lęsiones, non possunt fieri à causis exterioribus sine morbis. Propositio habet euidentiam ex hoc supposito.

quòd quandocunq; membrum est sensibiliter lęsum in operationibus est ægrum. quod suppositum tenere potest urritatem ex dicta notitia morbi.

Cõiter tamen tenetur oppositum dicendo q̃ si causa exterior non fixerit suam impressionem dato q̃ læserit operatione sensibiliter, non tamen corpus erit ægrũ. Et tenendo istam uiã cõem esset concedendum q̃ aliqs ual de dolens caput aut ualde grauiter audiens esset optime sanus. Tenendo uiam secundę propositionis dicẽdum est ad Gal'. eum uelle aliqua accidẽtia consequi naturas morborum ad sensum datum. aliqua uero causas extrinsecas tanq̃ agentia manifesta causantia tamen accidentia morbis mediantibus. Notãdum ultimo q̃ discretio dictarum causarum medico utilis est. nã iustum est diuersimode iudicare in pronosticatione, ac etiã cura secũdum diuersitatem causarum. nam accidens à causa exteriori proueniens pluries est curæ facilioris, minus etiam sęuũ secũdum plurimũ, cum pluries causa exterior melius ualeat à corpore remoueri causa interiori.

Quęstio xvi. Apho. vi.

CVIVS cõplexionis sit uentus. Primo arguit̃ q̃ sit cõplexiõis frigidę & siccę. terra à qua eleuatur uentus frigida est & sicca. igitur. consequentia uidetur nõ, quia effectus attestantur suis causis antecedens notum est. Secundo arguitur sic, uenti cõiter flando refrigerant corpus humanum. igitur, antecedẽs sumitur. 2. methro. & patet ad experientiã cõsequẽtia uidet̃ apparẽs. Tertio arguitur, q̃a cõiter in locis frigidis uigorant̃.

Aristo. Oppositum arguit̃ sic. Primo. uenti gñantur à calido, ergo calidi esse uident̃. antecedẽs sumit̃. 2. metheo. caliditate enim solis aut etiã in terrę uisceribus existente uentorũ consequitur gñatio. Secundo arguit̃. saltem de uẽto australi q̃ calidus & humidus cõputatur.

Venti cõplo. Omittẽdo multa uerba cuiusdã, ac etiã aliqua dubia proposito impertinentia sint hę cõclusiones. Prima cõclusio. Ventus quilibet pria sui generatione potest dici calidus & siccus. Propositio arguit̃ sic. exhalatio calida & sicca quę facit uentum sua origine principali talẽ habet cõplexionem. ergo & uentus. antecedens patet primo metheo. satis ad principiũ ubi uult hãc calidam esse & siccam, uaporem autem esse calidũ & humidũ. cõsequentia patet ex hoc, q̃a uentus nõ uidetur esse aliud q̃ talis exhalatio aliis limitata limitibus, patet etiã hoc ex parte dictorum agentium calefacientium & leuigãtiũ

Vaporũ complexio. Venti cõplo duplr. dictam exhalationem. Secunda propositio. Aliqui uenti appellant̃ calidi, aliqui uero frigidi apud medicos. Propositio persuadetur primo ex Gal'. in cõmen. 6. Persuadetur etiã sic. aliqui uenti calefaciunt corpora humana ratione suarum qualitatum, aliqui uero infrigidãt. ergo añs notat expientia. cõsequentia est de se nõ. Patet etiã hoc p notata ratione locorũ p quę transeunt uenti.

Tertia propositio est cõior. Omnis uentus secundum primas respirationes seu actiones infrigidat. Hęc propositio colligitur ex secundo metheororum. & ex causa & modis dictis in notato.

Istis cõclusionibus positis patet respõsio ad obiecta, Ad primũ ad pũctum terra frigida est & sicca. igit̃, declino consequentiam. nam à frigida materia potest eleuari aliquid calidum per actionem agentis calidi.

Ad secundum responsum est & ad tertium. Ad argumentum primum in oppositum breuiter respondendo dicendum q̃ uenti generantur & possunt etiã corrũpi à calido. à calido inquam subtiliante intantum exhalationem ut conuertat in aerem. Ideo est dictum. 2. methe. q̃ sol facit cessare uentos. Vel etiam imaginandum caliditatem solarem intantum leuigare illam exhalationem, ut ad ignis speram perueniat & transmutetur in ignitam impressionem aut ignem. A frigido etiã & humido simul potest corrumpi uentus, ut propter nimiam infrigidationem & humectationem inferius descendãt exhalationes. Alię rationes factę post oppositum unã deducũt cõclusionẽ, & sic sit dictũ breuiter ad dubiũ.

Quæstio. xvij. Apho. vij.

VTRVM in æstate similata ueri sudores in febribus multos oporteat expectare. Negatiue arguit̃ sic. Primo in uere non oportet expectare multos sudores. ergo nec in æstate similata ueri. notum est antecedens, quia uer est tempus temperatum, in quo non est caliditas superfluens. Secundo arguitur sic. constitutio anni humida minus sana est sicca. ergo æstate similata ueri non oportet expectare sudores multos. antecedens patet apho. huius partis. 16. uel secundum aliam computationem. 15. sic dicente. Constitutiones anni omnino quidẽ siccę. &c̃. tenet consequentia, quia si in tempore humido fit multa crisis per sudorem ægritudo temporis humidi meliorem habens crisim ut per sudorem melioris erit terminationis. Tertio arguitur sic. æstate similata ueri fient multi fluxus uentris. igitur non multi sudores. antecedens notum est propter multiplicari materiã fluxu uentris effluibilem. tenet cõsequentia, quia una euo destruit aliam, ut colligitur. 4. apho. apho. 83. Vrina multa nocte facta modicũ secessum significat & cõtra.

Ad oppositum est Hippo. in habito apho. Pro quęstione conclusio teneatur. Æstate similata ueri multos oportet in febribus expectare sudores. Propositio colligitur ex commento. in tali æstate est agens & materia sufficiens, ac etiam dispositio corporis ad sudandum. igitur. antecedens patet, nam primo est caliditas potens supra materiam euacuandã. secundo etiam est multa materia humida propter æstatis humiditatem. est etiã fortitudo expulsiue uirtutis propter caliditatem æstatis. est etiam amplitudo pororum propter caliditatem etiã amplificantem poros.

Isto concluso ad obiecta respondetur. Ad primum in uere non expectantur. declino antecedens. Ad probationem uer est tempus temperatum. ergo declino consequentiam. Nam in tempore temperato per accidens possunt accidere morbi, quod restat declarãdum apho. 21. pręsentis particulę. Vere siquidem manię & melancholię. &c. Ad secundum tunc tempus humidum esset sanius declino consequentiam. Ad probationem ad punctum dico q̃ crisis per sudorem non semper est sanior. Ad tertium multiplicatur fluxus uentris. ergo. declino antecedens q̃ multiplicetur fluxus criticus. & hoc propter diuersionem materiæ ad uiam sudandi.

Quæstio xviij. Apho. & cõmẽti. vij.

VTRVM in uere multiplicẽtur plures sudores q̃ in æstate. Affirmatiue arguitur sic ex cõmen. In uere reperit̃ utraq; causa sudoris, in æstate tm̃ una. igit̃ &c̃. consequẽtia probabilis est. patet antecedẽs ex cõmẽto.

Oppositum arguitur sic. Ad experientiam plus sudatur in æstate q̃ uere. igitur in febre crisim per sudore plus oportet expectare, antecedens notat̃ experientia. consenquentia uidetur apparens.

Pro quęstione probabiliter hę conclusiones teneantur. Prima conclusio. In æstate corpora sana saltem quãtum ad primam partem æstatis plus sudare possunt quàm uere. Patet propositio sic narratiue, quia cum in uere caliditas sit temperata inuenit multam humiditatem congelatam quasi ex hyeme, quam dissoluit & liquat nec multum trahit ad cutem. superueniente. ergo caliditate æstatis multa fit humiditatum euaporatio, & tandem expulsio per sudorem. materia etiam in æstate est facta subtilior. pori etiam facti sunt ampliores. Secunda propositio. In febre tempore æstiuo plus oportet expectare sudores. Patet propositio propter causas assignatas, & propter multiplicari materiam subtilem cholericam aptam per sudorem expelli.

Isto posito patet solutio ad argumentum ante oppositum dicendo quòd quamuis in uere duę sudoris causæ reperiantur, causa tamen in æstate reperta illas duas uincere potest &c̃.

Quęstio

Questio. xix. Apho. viij.

VTRVM in tpe ficciori febres acutę fiant. Negatiue arguit sic. Primo. rarius & minor putrefactio fit in tpe sicco q̃ in humido. ergo cõsequentia tenet, qa febres acutę maiorẽ p̃supponunt putrefactionẽ. añs notum, eo q̃ siccitas prohibet à putrefactiõe. Secundo arguitur sic. humores fiunt grossiores in tpe sicco q̃ in tẽpore humido. igitur morbi ꝓlixiores & non acutiores. añs est notum ꝑpter siccitatem resoluentẽ partem subtilem dimissa terrestri. Tertio arguit sic. in tpe sicco naturaliter causant morbi ꝓlixiores q̃ in tpe humido naturaliter. ergo in tpe sicco p̃ter naturã causant morbi ꝓlixiores q̃ in tpe humido p̃ter naturã. cõsequẽtia tenet. Nã qualr se habet tp̃s siccum naturalr ad tp̃s humidum naturaliter, taliter siccum pręter naturã ad humidum pręter naturam. antecedens patet, quia in autũno causantur quartanę, & morbi prolixiores q̃ hyeme, cũ cõtingat quartanã prolongari usq; ad annos septẽ.

Ad oppositum est Hippo. in apho.

Pro quęstione teneatur cõclo apho. Pria cõclo. Secundũ plurimum in tpe sicco temperato in actiuis, ac etiã calido morbi & febres causantur acutiores. Propositio colligitur ex probatione commenti.

Secũda cõclo. In tpe humido morbum posse est esse acutiorem. Propositio pro tãto nõ. nam euidẽs est cuilibet quartanã posse fieri tpe sicco & causonẽ posse fieri tpe humido. nã ęgritudines quidem oẽs in oi tpe fiunt. tertio apho. 20. Tertio tenẽdũ est. Secundũ plurimũ morbus cõsilis spẽi & denoiationis fit acutior & breuior in tpe sicco. Propositio colligẽda est ex dictis i cõmẽto. Quarto ẽt tenendũ. Posse est morbum cõsilis denoiationis in tpe humidiori fore breuiorẽ & acutiorem. ut aliqua tertiana cõtinua potest in tpe humido à pauciori & calidiori ꝓuenire materia, ut breuiorem faciat morbum & acutiorem. Vltimo dicendũ morbum in tpe humido factum secundũ plurimũ exacui & breuiari tpe humido ad sicciorẽ ꝑmutato naturã. Propositio ẽt colligit ex cõmẽto. Et dictũ est secũdũ plurimũ, qa ꝑpter dispositionẽ humoris est cõtingẽs tãtã siccitate aeris fieri resolutionem, ut morbus fiat ꝓlixior adueniente tpe sicco, sicut patet in experiẽtia ueniente tpe ficciori tertianam mutari in quartanam.

Istis conclusis patet solutio ad obiecta. Ad primum obiectũ ad punctũ cõcedo q̃ de ꝑ se tpe sicco minor & rarior fit putrefactio. de per accñs tñ facto calido acutiori cõtingit humidi maiorẽ fieri ebullitionẽ & intẽsiorẽ putrefactionẽ. Dicendũ ẽt in tpe sicco non semꝑ fieri morbũ acutiorem rõne putrefactionis, imo aliquando solum gratia maioris acuitatis calidi sicut causata synocha febre inflatiua sine putrefactione.

Ad secundũ rñdendũ q̃ in tpe sicco secũdũ plurimũ plus facit acuitio caliditatis ad ignitendum & subtiliandum materiã q̃ faciat resolo subtilis. In casu tñ ut uoluit unum notabile. põt rõ concludere ueritatem. Ad ultimã rõnem ad punctum nego q̃ ita se habeat tẽpus siccum pręter naturam &c̃. & causa est, quia in tẽpore sicco naturaliter de quo arguit ut autũno sunt humores exiccati per æstatem præcedentem, unde adueniente noua exiccatiõe cõsequit ingrossatio, & per cõsequẽs ꝓlixitas morbi qđ nõ reperitur in tpe sicco p̃ter naturam necessario. Itẽ etiã in tali tpe sicco naturalr pori clauduntur frigiditate autũni & includũtur superfluitates & prohibẽtur ab expiratione breuiante morbum &c̃.

Questio. xx. Apho. viij.

VTRVM de qualibet tpis siccitate moderata uel nõ apho. contineat ueritatẽ. Primo negatiue arguitur ex additione Constantini ad principiũ ubi apho. de im-

Siccitas duplex & triplex.

moderata uerificat siccitate.

Oppositũ arguit sic. ois imoderata uel nõ moderata siccitas caliditatẽ exacuit. igitur. nõ est consequentia. añs ẽt. Pro qõne p̃mittendum ꝑ siccitatẽ imoderatã primo intelligi posse quãcunq; siccitatẽ à naturali tpis siccitate lapsam. Secũdo intelligere possumus siccitatẽ ualde intẽsam, ut sui intẽsione imoderatiõis sortiat denoiationem, sic per siccitatẽ moderatã intelligere possumus naturalẽ tpis siccitatẽ aut remissam siccitatẽ quæ respectu intẽsioris dicit moderata. Prio ergo tenendũ q̃ ois siccitas imoderata quocũq; modo qualitatũ actiuarũ entitate supposita ut est dictũ habet morbos acutos efficere. ꝓpositio cõclusa est ꝑ argumentũ post oppositũ. Secũdo tenẽdũ ẽ siccitatẽ moderatã, qa tpis naturę cõueniẽtẽ de ꝑ se ẽt morbos acutos causare respectu rpia naturalr humidi. hæc ꝓpositio iã supius dicta est & probata. Tertio ẽt tenendũ nõ ad intẽsionẽ siccitatis consequi ꝓportionalẽ morboꝝ acuitatẽ ꝓpositio pro tanto nõ est, quia propter nimiã exiccationem resoluto subtili consequitur humorum terrestrificatio & ingrossatio. Quibus conclusis patet intellectus literę dicendo q̃ per siccitatem immoderatam intelligit quãlibet moderatam intensiorem.

Questio. xxi. Apho. & cõmenti. viij.

VTRVM siccitas sola habeat rubeam cholerã generare. Negatiue arguit sic. Primo. datur mala cõplexio sicca tm̃. igit &c̃. añs colligit secũdo techni. cõsequentia tenet, qa qua rõne ex sola siccitate aeris cõsequitur cholerę generatio, rõne eadẽ ex sola siccitate naturali cõsequit cholerę gñatio respectu corporis tẽperati & sic caliditas respectu corporis temperati.

Secundo sic. cholera est calida & sicca. igitur ex sola siccitate gigni nõ põt. antecedens notum est pria primi cap. de humoribus. cõsequentia tenet, quia siccitatis est solum exiccare & non calefacere. Auicẽ:

Ad oppositum uidetur esse experiẽtia & additio Cõstantini. Patet etiam oppositum. Nam in iuuene in quo est caliditas æqualis caliditati pueri, siccitate facta ampliori, amplior cholera generatur.

Pro qõne hę cõclones teneant. Prio tenendum. Ex sola siccitate aeris actiuorũ supposita paritate põt amplior cholera gñari. Patet ꝓpositio ꝑ rõnes post oppositum, qa ẽt caliditas facta acutior põt gñare cholerã ampliorẽ. Secũdo tenendũ. Vt plimũ caliditas & siccitas tpis plus põt cholerã gñare q̃ sola siccitas. Propositio cuilibet est euidens ꝑꝑ caliditatẽ siccitati cõiũctã plus posse ad igniẽdũ humorẽ & cholerã generãdũ. Tertio est tenẽdũ. Cõtingẽs esse ꝑpter solã siccitatem plus reperiri de cholera in corpe q̃ ꝑꝑ caliditatẽ siccitati coniunctam. Propositio sine forma nõ est, eo q̃ calidũ siccitati coniunctũ tm̃ põt in adurẽdo, ut humores in nigrã cholerã ualeat trãsmutare ubi sola siccitate trãsmutabuntur in choleram rubeã. Quarto etiã tenẽdum. Solam caliditatẽ plus cholerę rubeę effectiuam q̃ sit sola siccitas. Propositio nõ est propter effectiorem esse calorem in cholerizando q̃ sit sola siccitas.

Istis positis respondendum ad obiecta ante oppositũ. Ad punctum primi, quia tunc non daretur mala complexio sicca tãtum, dicitur negando consequentiam Ad ꝓbationem primo dicendũ ꝓbabilr q̃ non in quacunq; cõplexione sicca tantũ plus generat de cholera q̃ in cõplexione temperata. similiter tenendum est q̃ non quęcunq; siccitas temporis maior uel intensior sufficit ad choleram generandum. Vel secundo dicendum negando hanc consequentiam in hac cõplexione generat plus de cholera. ergo hęc complexio est calidior stat enim q̃ generetur tanto paucior sanguis aut etiam tanto spiritus pauciores, ut ad æquiparantiam complexio in calore reducatur. & ideo absolute negãda est hęc consequẽtia. hoc corpus est cholericũ respectu temperati. igitur calidus temperato. Ad secundum respondendũ ad punctum q̃ à sola siccitate ex acuto calido possibile est calidum & siccum humorem plurificari.

Questio. xxij. Aphor. ix.

VTRVM in temporibus moderatis fiant morbi

bonę terminationis & econtra in immoderatis. Negatiue arguitur sic. Primo in autumno suam seruantem naturam fiunt morbi acutissimi, & maxime mortiferi. ergo nota est consequentia. antecedens colligitur apho. sequenti intellecto secundum Gal. Secundo arguitur sic. In autumno pluuioso pauciores fiunt morbi & minus mali q̃ in autumno sicciori. igitur in tempore imoderato non fiunt morbi male terminationis antecedēs su-
Auicē. mitur. 2. primi cap. 6. consequētia uidetur apparens.

Oppositū dicit apho. Pro dubio teneant duę apho. conclusiones & probentur ut habitum est. Ad rōnem primam respondendum. autumnum propriam naturā seruantem esse maxime mortiferum ipsum comparādo ad uer minus tamen esse mortiferum q̃ à propria natura mutatum saltem secundū plures mutationes. Ad secundum dicendum q̄ autumnus pluuiosus minus malus est autumno ualde sicciori naturali, propter pluuias aliqualiter refrenari autumni siccitatem, stat tamē autumnum suam naturā obseruantē fore meliorem. Vel secundo dicendum autumnum in quo sunt aliquę pluuię meliorem esse autumno sicciori. nam in naturali dispositione autumni q̃uis naturaliter declinet ad siccum quędam debent esse pluuię refrenantes siccitatem autūni & siccitatem & intensionem humorum in æstate intensorum & in autumno in corporibus relictorū &c.

Quæstio. xxiij. Apho. x.

VTRVM autūnus sit tēpus ægerrimum. Negatiue arguitur sic. Primo. autūnus est tempus temperatum. ergo. nota est consequentia ex commento decimo, quia tempus temperatum sanissimum est, & nō ægerrimum. ans sumitur 2. primi. doc. 2. cap. 3. de naturis tē-
Auicē. porum probaē etiā ans sic per rationē. cōplexio autūni mediat inter æstatem & hyemem. igitur. ans colligitur allegato cap. cum frigiditas autumni non sit ultimata ut hyems. sit autē excedens æstatem. tenet cōsequētia, qa uer non ponitur tēperatum nisi per mediare inter æstatem & hyemem. Secundo arguitur sic, in autūno reperiuntur fructus in sua ultima perfectione, reperiuntur etiam noui flores & germinationis. igitur autūnus non est tēpus ægerrimū. ans patet ad experientiā. cōsequentia tenet, quia ex isto cōprehenditur autūnum esse proportionatum aīationi & uitæ. Tertio arguitur sic. autūnus prohibet à putrefactione. igitur est non ægerrimus. cōsequentia tenet, quia sua ægrotatiuitas maxime est propter putrefactionē. ans patet, quia cū minime habeat qualitates ad putrefactionem facientes. est. n. frigidus caliditate carēs putrefactionis effectiua. est etiā siccus in humiditate defectus, ut materia putrefactionis. Q autē caliditas sit effectiua & etiā humiditas sit materia putrefactionis, patet. 4. metheo. cap. 4. & presenti particula cōmen. 12. illius apho. De horis quidem.

Ad oppositum est apho. 10. cum suo cōmen. & 23.
Auicē. & Aui 2. primi. doc. 2. cap. 6. Primo pręmittendū autumnum esse tēpus principij casus foliorum q secundū cōplexionē propriā frigidus est & siccus. ideo siccitate uehementi ac ēt frigore folia incipiunt cadere. Secūdo pręmittendum tpis tēperiē apud medicū attēdi in relatione ad corpus humanū maxime tēperatum quę tēperies cōprehendiē ex effectibus q ad dicta corpora pducunē. Tertio pręmittendum q̄ aliquod tēpus ex parte unius oppositionis pōt imaginari tēperatū alterius oppositionis respectu existens distēperatū. Quarto pręmittendū q̄ sicut humani corporis imaginari pōt tēperamētum p cōtrariū cōplexionū mēbrorū coalternationē seu alternā suppositionē sic etiā poterit in tpe imaginari, ut si tp̄s quanto secundū aliquā partē est frigidum, tāto sit secundū aliā calidū. imaginata huius contrarietatis coalterna suppositione poterit hoc tēpus appellari tēperatum. cum enim nō sit frigiditas potior in denoīando tp̄s q̃ caliditas neutrius extremi denoīatiōe tpe nominato medij sortieē denominationem. Vltimo pręmittendum q̄ tp̄s appellaē inconueniens nō solum ratione gradus qualitatiui ut debito intēsioris uel remissioris, sed etiā ratione nimis subite productionis & inordinationis mutatiōes subitas nō sustinēre natura iuxta sniam apho. 51. secundę pticulę. secundū multū & repente. Prima conclusio sit hęc. Autūnus dici potest tēperatus ex parte utriusq; oppositionis respectu ad ęstatem & hyemem. Cōclusio patet per unā rationem ante oppositum, ut arguaē sic. qualitates cōplexionales autūni gradualiter mediāt inter qualitates æstatis & hyemis. igitur. consequentia tenet saltē de temperamento qualitatiuo. antecedens patet. nā primo siccitas autūni remissior est siccitate æstatis. humiditatis uero hyemis excedit humiditatem autūni, ideo eius siccitas imaginari uidetur confracta esse ex humiditate hyemis & siccitate ęstatis. silr frigiditas autūni intensior est loquendo improprie frigiditate ęstatis, remissior aūt frigiditate hyemali. Persuaderē etiā sua qualitatiua tēperies facta p mutatione à caliditate summa tpis ęstatis, ac etiā à summa siccitate ad intēsam frigiditatem & hyemis humiditatē per medium primo transiri. probabile est quale est autūnale medium. Secūda propositio est hęc. Probabiliter q̃ gradualr uer est tpatum, tā gradualr autūnus secundū aliquā sui partē est tpatus. Propositio pōt sic psuaderi, q̃ à summa frigiditate & humiditate hyemis trāsitur ad summā ęstatis caliditatem & siccitatem mediāte uere, tā à summa siccitate & caliditate ęstatis transiē in summā frigiditatem & humiditatē hyemis mediāte autūno. igiē. ans patet. cōsequentia tenet, quia p cōsimiles gradus ttur à summe frigido & summe humido in summe calidum & siccū gradibus quibus transiē à summe calido & sicco in summe frigidū & humidū. Pręterea. nisi conclusio cōcedaē. Sit igitur uer parte ex toto calidius autūno & ex toto humidius. supponaē p nunc ęstatem secundū se totā toto uere fore calidiorē ac etiā sicciorem. supponaē etiā totā hyemē frigidiorem & humidiorē toto uere existere. deinde summo uer quod parte est calidius q̃ sit autūnus. tunc arguiē sic. sicut finis ueris imediaē ęstati, ita principium autumni imediatur ęstati. ergo aliqua pte ueris aliqua pars autumni est calidior. antecedens est notum. cōsequentia tenet, qa principium ueris assimilaē fini hyemis, & principium autūni assimilaē fini ęstatis. igiē principium autūni principio ueris poterit esse calidius & ultra. igitur aliqua pars autūni alicui parti ueris pōt ęquari in cōplexione. Cōsimiliter argui potest de humiditate & siccitate. Tertia propositio. Principium autumni dissimilaē principio ueris & medium medio, & extremū extremo. Propositio nota est. nam principium autūni accedit ad ęstatis naturā. principium ueris ad narutā hyemis. medium uero autūni accedit ad frigiditatē & siccitatē. medium uero ueris plus accedit ad tēperiem tpis. finis uero ueris plus concidit ęstati. finis uero autūni plus accedit ad naturam hyemis ex quo infereē principium autūni similari fini ueris & finē autūni similari principio. Quarta ppositio. Autūnus est tp̄s maxime distēperatum inter tpa, non rōne gradus qualitatiui, sed rōne inordinationis & inęqualitatis eius. Propositio patet. nā multa sunt tpa excedētia autūnū in qualitatiua distemperātia, ut ęstas in calore & siccitate, hyemis uero in frigore & humiditate. patet ppositio q̃tū ad aliud, qa in autūno sit pmutatio subita, nunc ad calorē nunc ad frigus ex qua plus psterniē uirtus ut notaē ad experiētiā q̃ ex intensione gradus in relatione. ergo ad tpata corpa autūnus est ualde distēperatus, q̃uis ēt rōne gradus sit distēperatus eius medio ad frigidum declināte ad siccum.

Ex qbus patet cōclo rñsalis q̄ autūnus est tp̄s ęgrotatiuū. hęc ppositio patet ex pręhabitis ppositionibus. & colligitur ex causis positis in commento decimo.

Quibus cōclusis patet rñsio ad obiecta. Ad primū autūnus est tēpus tēperatū. per cōclones tñ sum est. Di-

cendū

cendū igitur ad mētē Aui. ꝙ autūnus uidet́ magis grādualiter tēperatus inter calidū & frigidū pp eām assignatā, declinat tñ secūdū sui plures partes ad siccitatē:

Ad secundū, quia est tēpus ꝓportionatū asationi rñdendū ꝙ licet autūnus sit ꝓportionatus asationi quarūdā rerū, tñ ꝓpter sui inęqualitatē & inordinationē humanis corpibus maxime improportionat́, & ꝓpter etiā reclusionem humoꝝ incē soꝝ ex æstate. Ad tertiū respondendū ad punctū ꝙ licet autūnus merito suæ cōplexionis frigidæ & siccæ nō sit factiuus putrefactionis de per se, per accidens tamen malas includendo materias & prohibendo debitam transpirationem est causa putrefactionis, est etiam propter sui inæqualitatem debilitando uirtutem causa putrefactionis.

Q uęstio. xxiiij. Apho. x.

VTRVM in autūno fiant ægritudines acutissimę. Negatiue arguitur sic. Primo quando eadē die nuoc quidē est æstus, nunc uero frigus oportet expectare uarias ægritudines & inæquales. igitur in autūno nō fiūt acutissimi morbi. añs habitū est apho. & cōmē. 5. cōsequentia tenet, quia cū in autūno sit eadē die aliquādo calor, aliqñ uero frigus has longas & uarias oportebit expectare ægritudines. Secundo arguitur sic in autūno multiplicant́ morbi melancholici igit́ in autūno fiunt morbi nō acuti. consequētia notissima, quia morbi de materia melancholica sunt chronici. añs patet in hac pecula. apho. 32. Autūno uero & æstiuorū. Tertio arguitur sic. uirtus debilitatur in autūno supra materiā. igit́ in autūno nō fiūt morbi saltē salubres acuti. cōsequentia tenet, quia debilitas uirtutis est causa chronicitatis morbi salubris. añs ex primo cōmēto. colligit́.

vltimo arguitur sic. in autūno oon fiunt morbi acuti ratione æstatis pręcedentis. igitur in autūno non fiunt acuti. consequentia tenet, quia acuitas morborum autūni maxime uidetur esse propter materiam ex æstate reseruatam. patet antecedens, quia quos humores æstas adussit autūnus incinerat, ut patet secundo primi doc. Auicē. 2. c. 6. Materia uero incinerata non est cā putredinis.

Oppositum questionis uult Hip. in prima conclusione apho. decimi cum suis concordantijs.

Pro quęstione quędam ex notatis memoranda sunt.

Prima cōclusio. In autūno merito cōplexionis ꝓprię ut per se factiuę ad alicuius humoris putrefactionem & excrescentiā nō generant́ morbi acuti. Propositio persuadetur sic. cōplexio autūni proportionatur excrescentiæ & putrefactioni humoris facturi morbum chronicum & nō acutum. ergo cōsequentia est nota. añs patet nam primo autūnus frigidę & siccę ponitur cōplexionis, quę proportionatur excrescentię humoris melācholici, ad quā excrescentiā si cōsequitur putrefactio dicimus & hāc autūni cōplexionē illi proportionari putrefactioni. sed humor melancholicus morbum facit chronicum & non acutum. añs etiā colligitur ex auctoritatibus, ut secunda primi. allegato loco. 5. theori. 17. cōtinentis. Rasis. Patet etiam ex hoc, quia cum autūnus exiccando procedat, cholerā ex æstate seruata trāsmutat in adustam melancholiam. Secunda conclusio. In autumno potest morbus uere acutus generari. Propositio sic persuadetur. in autūno potest esse morbus breuis cū difficultate accidentium. ergo. consequentia colligitur loco sæpius allegato. ga secūdo apho. cōmē. 19. illius apho. Acutorum morborum. antecedens etiam experiētia notat cum causones aliquando fiant in autumoo, cum pateat etiam ad experientiā febres pestilētiales multę acuitatis plus malignari & multiplicari autūno. Tertia cōclusio est hęc. Plures chronicę ægritudines multiplicantur in autumno ꝙ̄ acutæ. Propositio persuadetur sic. plus in autūno cōtingit reperiri materiā chronici morbi ꝙ̄ acuti. & complexio autumni chronico morbo est conformior. ergo consequentia ex hoc uidetur apparēs, quia secundum multiplicationem materię morbi materialis alijs paribus multiplicatur & morbus. antecedēa patet. Nam primo materia seruata ex æstate secundum plurimum est materia adusta grossior subtiliori iā expirante materia secundum plurimum. materia etiam quę multiplicatur in autumno secundum plurimum est melancholica. Pręterea patet propositio per auctores numerantes morbos autūni qui quasi oēa sunt chronici.

Q uarta ꝓpositio Hip. habuit ꝓponere apho. 10. de acuitate morborū autūni. Propositio persuadetur sic. Hip. de temporibus locuturus habuit notificare id de autumno, quod prima facie erat ualde dubium. igitur conclusio continet euidentiam. cōsequentia tenet, quia prima facie uidet́ ꝙ in autūoo solū debeāt chronici aggenerari morbi. antecedens notum. Vltima propositio. Q uarūcunq; specierum morborum aliquę ægritudines possunt in autumno generari. Propositio arguitur sic. Omnes ægritudines omnibus possunt tēporibus aduenire. igitur propositio uera. nota est cōsequētia añs. Hip. apho. 20. sic dicentis. Ægritudines quidē omnes.

Istis conclusis patet responsio ad obiecta. Nam obiecta ante oppositum probant ueritatem quòd in autumno de ꝑ se generant́ soli chronici morbi. tñ de per accñs, quia rōne tpis pręcedentis ꝓpter etiā reclusionē materię quā facit autūnus cōtingēs est gñari morbū acutū.

Ad unum tamen punctum unius rationis dicendum ponendo conclusionem istā. Licet in morbo salubri debilitas uirtutis de per se sit causa prolongationis morbi, non tamen semper est causa minoris sęuitatis accidētiū. Propositio patet quātum ad partem primā. notū est. n. ꝙ uirtus fortis citius poterit remouere morbum cęteris paribus uirtute debili. Patet propositio quo ad aliā partem, quia cum uirtus fortis plus superet materiā ꝙ̄ uirtus debilis plus sęuire potest materia uirtute existente debili ꝙ̄ uirtute existente forti. Secundo dicendū est ꝙ uirtute existente forti propter disproportionē materie. propter etiā disproportionem conatus uirtutis minus acutus potest causari morbus salubris ꝙ̄ uirtute existente debili. Propositio quātum ad disproportionē materie nō est. quantum etiā ad disproportionem conatus propositio continet ueritatē. ubi enim uirtus debilis plus conetur & incitetur à materia consequitur maior acuitas. Tertio etiā tenendum est ꝙ uirtute existēte forti contingēs est morbum fieri breuiorem & etiam sęuiorem, eo ꝙ uirtute existente forti cōtingit uehemētius agitari materiam, ipsam etiam intensius putrefieri propter maiorem caliditatem coniunctam uirtuti fortiori, ideo maior accidentium sęuitas causatur. Ad propositum licet in autūno uirtus sit debilior, propter tamē dispositionē materię continget & morbū fieri acutū &c.

Q uęstio. xxv. Apho. x.

VTRVM in autumno fiāt morbi acutiores ꝙ̄ in alijs tpibus. Prīo arguit́ ꝙ hyeme sic. in hyeme caliditas naturalis fortior est ꝙ̄ in autūno. igitur caliditas pręter naturā pōt esse intensior. añs sumit́ prima apho. cōmē. 15. illius apho. Vētres hyeme. cōsequētia tenet, qa caliditas ꝑter naturā mēsurat́ ad mēsurā caliditatis naturalis, ut. 7. colliget. c. 2. satis collectū est. Secundo Auicē. sic. morbus acutus gñatur hyeme & à cā fortiori ꝙ̄ autūno. igit́ acutior est & fortior, cōsequētia tenet ex dictis. 2. apho. cōm. 34 illius apho. In morbis minus &c. añs patet. repugnante hyeme acuitati morbi. Tertio ostēdit́ ꝙ fiāt acutiores in uere. In uere multiplicat́ humor factiuus morbi acutioris. ergo. cōsequētia nota uidetur. añs patet, quia in uere multiplicat́ sanguis, & in autūno melācholia. In uere ēt plus accrescit cholera ꝙ̄ in autūno propter uer calidius esse autūno. Q uarto ostendit́ ꝙ fiant acutiores æstate. in æstate subtilior humor multiplicatur & ebullientior. ergo & morbus debet acutior generari. consequentia nota. antecedens notissimum est propter caliditatem & siccitatem æstatis.

Ad oppositum est Hippo. in aphorismo decimo.

Pro quęstione sint hę conclusiones. Prima conclusio. Morbum chronicũ superuenientem ęstati, aut etiã econtra, ęstate morbo superueniente chronico plus contingit breuiari morbum alĳs paribus q̃ si superueniat autumnus. Propositio arguit̃ sic. ęstiuę quartanę breues sunt respectu autumnalium. igitur. aõs habitum est 1. apho. cõmen. 12. & 2. apho. apho. & cõmen. 25. cõsequentia nota est. Secunda propositio. Contingens est ,ppter multas disparitates materierũ ac etiam uirtutum morbos chronicos plus autũno breuiari q̃ ęstate. Propositio nota. ubi æstati multa materia supponatur, autumno uero pauca. Tertia propositio. Morbos acutos salubres acutiores esse contingit ęstate q̃ autumno. Patet propositio ,ppter uirtutem fortiorẽ esse ęstate q̃ autumno, cum plus debilitetur in ordinatione autumni q̃ æstatis caliditate, cũ etiam materia subtilior sit acutior ęstate q̃ autumno. cum etiam pori cutis apertiores sint ęstate q̃ autumno. Quarta propositio. Morbos pestilentiales & mortales conuenit plus breuiari autumno q̃ æstate. Propositio persuadet̃ sic. uirtus est debilior autumno q̃ ęstate. materię etiam sunt corporibus inclusiores autumno q̃ ęstate. igitur morbos pestilentiales plus autumno breuiari contingit. antecedens est notissimũ. & consequentia tenet, quia materia plus inclusa corpori alĳs paribus citius interficiet uirtute existente debili q̃ fortiori. Quinta conclusio. Probabiliter & aliorum supposita paritate, his exceptis in quibus autumnus disproportionatur ęstati, omnes ęstiui morbi autumnalibus sunt acutiores. Propositio patet ex hoc ,ppter caliditatem ęstiuam plus facere ad morbi acuitatẽ, propter etiam caliditatem ęstiuam disponere corpus ad citiorem expulsionem materię, ad maiorem etiã subtilitatem & eius acuitatem, propter etiã non tantum debilitari uirtutem, q̃uis tamen ut aliqualiter tactum est in notatis de per accidens contingat in autumno morbũ salubrem uel mortalem fieri acutiorem q̃ ęstate. nam ubi in ęstate aliqua cholera erat magis exterior reclusa per autumnum poterit magis igniri & magis putrefieri, ut morbum salubrem aut mortalem faciat acutiorem. Confirmatur prędicta conclusio auctoritate Aui. secunda primi. doc. secunda. cap. 6. parte illa. Ægritudinum autem tempora. Sexta cõclusio. In autumno sunt morbi acutiores de facto q̃ in uere. Propositio primo patet per decimũ apho. Patet etiam ex causa propter humores relictos autumno ex ęstate. propter etiã autumnum aliqua parte diei ad intensiorẽ mutari calorem q̃ ueri correspondeat. Septima propositio. Chronicitates morbi de facto & merito complexionis denominationis autumnũ causantur autumno q̃ uere. Propositio colligitur ex narratione morborũ quam ponit Auic. secunda primi. alleg. cap. & etiam ex Gal. & Hipp. 3. apho. apho. & cõmen. 23. Patet etiã propositio ex causa. Nam primo in autumno reseruantur multę materię terreæ adustę morbos ualde prolongantes. in autumno etiam materię intrinsecus clauduntur, ubi in uere aperiuntur pori & rarificantur humores. Item merito complexionis &c. humor multiplicatur melancholicus morbi ualde protelatiuus.

Auicē. (margin)

Octaua propositio. De facto & secundũ plurimũ morbi acutiores multiplicant̃ autumno q̃ hyeme. Propositio colligitur primo ex narratione morborũ multiplicatorum ex autumno & hyeme. Colligitur etiam propositio ex modo loquendi Hip. secũda apho. apho. 25. Æstiuę quartanę ut multum. Patet etiam per dicta Gal. cõmẽ. alleg. apho. Sicut in ęstate cõtingit morbos breuiari maxime, sic ,ppter cãs oppositas morbos hyeme prolongari contingit, quas cãs colligatis ibidem. Patet etiã hoc. 1. apho. cõmento. 12. illius aphor. Paroxismos ubi uult hyemem prolongare morbos. Patet etiã pro tanto conclusio cum humores incensiores propter p̃cedentem ęstatem reperiantur autumno. aere etiam autumni ,ppter ęstatem pręeuntem dispõni ad caliditatem igneã et siccitatem. ut colligitur secunda primi. doc 2. & cap. 3. *Auicē.*

Vltima propositio. Aliquos morbos acutiores contingit fieri hyeme q̃ autumno. Propositio notissima est. nã acutior apoplexia põt fieri hyeme q̃ autumno, etiã spasmus. Item etiã est contingens febrẽ fieri acutiorem hyeme q̃ autumno. primo ,ppter disparitatẽ regiminũ ut corpore recto hyeme regimine ualde calido.

Istis conclusis patet responsio ad obiecta.

Ad primum in hyeme caliditas naturalis est fortior. igitur &c. Negatur consequentia. Ad probationem respondendũ ꝙ caliditas pręter naturam mensuratur &c. ad hunc sensum, quia secundũ ꝙ caliditas naturalis est fortior uel debilior plus caliditatis pręter naturalis poterit sustentare, unde robustum corpus multum habẽs de calido naturali intensiorem poterit sustinere febrem habente debiliorẽ caliditatem naturalem. Et ideo concedẽdum ꝙ caliditati existenti in hyeme inest intensiorẽ posse pati febrem q̃ insit caliditati ęstatis. dicendo tamen ꝙ non in hyeme alĳs paribus producitur ista caliditas intensior. & ideo ratio non cõcludit. Ad secundum morbus acutus causatur in hyeme à causa fortiori. igitur. consequentia ut profertur negãda est. Nam morbus factus à causa fortiori potest esse ualde remissus. ubi morbus factus à causa debiliori erit intensus ualde. exempli causa. si phlegmaticus incurrat. a. febrem, cholericus incurrat b. febrem triplę intensionis. igitur non ualet ista consequentia. a. febris prouenit à causa fortiori. igitur. a. febris est intensior. Secundum ergo istam responsionem sic formatur consequentia. morbus tantæ intensionis causatur hyeme & ęstate & prouenit hyeme à causa fortiori. igitur. cuius consequentię concessę negatur antecedens secundũ plurimum cõparando etiam hyemem autumno. Secundo potest responderi negando hoc antecedens uniuersaliter morbus acutus causatur à cã fortiori hyeme q̃ autumno. Similiter est negandum uĩr ꝙ morbus cum disproportione particularium fiat à cã fortiori q̃ morbus cum conuenientia particulariũ. unde si cholericus incurrat causonẽ phlegmaticus incurrat ephimeram, causon in cholerico potest fieri à cã fortiori. Antecedens tamen reductũ ad bonum sensum est uĩr concedendum. Nam morbus factus cum disconuenientia particulariũ tantę intensionis existens quantę factus cum conuenientia, à maiori prouenit causa. unde si causon tantę intensionis fiat in phlegmatico quantę in cholerico, à maiori ,puenit in phl'atico q̃ in cholerico. Et patet hoc ex isto, quia sicũ maiori resistentia & minori ęquales debeãt produci effectus oportet unũ agens altero fore pręstantius. Ad tertium rñdendum ad punctum. in uere multiplicatur humor calidior &c. igit̃. nego antecedens uĩr sumptum & consequentiã. Ad probationem antecedentis. in uere multiplicat̃ sanguis pro nunc concedatur. in autumno melãcholia. concedo. Sed dico ulterius ꝙ ,ppter caliditatem in aliqua parte autumni plus multiplicabitur cholera q̃ uere, propter etiã constipationem pororum ex autumno humores plus incendi & igniri cõtingit nego etiam consequentiã. et causa est. nam & si autumno multiplicentur humores grossiores, subtiliores tamen in eo reperiri contingit ,ppter pręcedentem ęstatem. Ad quartum respondendũ ꝙ ipsi probat unam ex conclusionibus. Vel dicendum ꝙ de per accidens ut est tactum propter reclusionem quã facit autumnus, maiori facta ignitione & inflammatione continget in autumno plus exacui morbum.

Quæstio. xxvi. Apho. & cõmenti. x.

VTRVM autumnus sit cęteris temporibus pestilentior. Negatiue arguitur sic. Primo. autumnus suã propriã naturam obseruat & in ipso fiunt crises. igitur. consequentia tenet, quia in temporibus proprias naturas obseruãtibus non fiunt maxime pestilentię. Probari potest per nonum aphor. huius particulę. Item tenet consequentia quãtum ad aliam partẽ antecedentis, quia

omnis

omnis crisis plus attinet saluti q̃ morti. 2. aphor. commen. 13. illius apho. Quibuscunq; crisis. antecedẽs notum est quantum ad primam partem et secundam. Secundo arguitur æstatem magis esse pestilentem. æstas actiuior est autumno & ualde debilitatiua uirtutum. igitur. declaro antecedens quantum ad secundam partẽ

Auicẽ. per Auicẽ. secunda primi. doc 2. cap̃. 6. ubi uult æstatem debilitare uirtutes & naturales operationes. Tertio arguitur hyemẽ esse magis pestilẽtẽ. qualitates hyemis plus contrariantur uitę qualitatibus autumni, & intensiores sunt illis qualitatibus. ergo plus mortificantes consequentia uidetur apparens. antecedens uero patet. in autumno aliquando dominante calore qualitates etiã intensiores sunt. est. n. hyems autumno frigidior & humidior q̃ autumnus siccus. Quarto ostenditur uer esse pestilentius, in uere est maior repletio q̃ in autumno ergo consequentia tenet, quia pestilentia cõsequitur malam materiam opprimẽtẽ naturã patet añs, qa uer simulatur morbo de repl̃one, nõ autem autumnus, ut patet primo apho. cõmento. 17. Semel aut bis.

Pestis unde. Oppositũ quæstionis uult Gal. cõm. 10. Pro quęstione pręmittendum pestem à depascendo dictam maxime consequi occultam maliciam humorum cum prostratione uirtutis. Istud præmissum potest probari per auctores et per cõmunes experientijs in pestilensijs. Apparet. n. aliquando pestis. & apparet totum corpus depasci & dissolui non cognita qualitate humoris aut intẽsione humoris non proportionato de pastu mortifero.

Prima conclusio responsalis. Alijs paribus autumnus est cęteris temporibus pestilentior. Propõ sic arguitur, plus in autumno q̃ in alijs temporibus causas pestiferas reperiri contingit. igitur. nota etiam consequentia, nam plus reperta causa plus etiam contingit reperiri effectũ. antecedens patet. nam primo in autumno reperiuntur humores plus malignari q̃ ęstate, propter primo eos ẽ malignos ex æstate, deinde etiam ex autumno propter autumni reclusionem. Item contingit eos esse plus malignatos propter maiorem prostrationem uirtutis in autumno quam uirtutem primo prostrauit æstas, secundo sui inordinatione sequens autumnus. Secunda propõ. Æstatem contingit autumno magis fore pestiferã. Propositio patet propter contingentias regiminum, ubi ẽt pestis consequeretur caloris maxime rabiositatem. Itẽ potest hoc esse propter constellationes, & propter occultos influxus. nam epidimia causatur aliquando ad uolũtatem Dei. hoc uidetur asserere Auen. 3. sui theysir. c.

Auen. Tra. 3. secundo. Tertia propositio. Vltra autumnum contingit ęstatem alijs temporibus magis esse pestilentem. Conclusio patet. primo ad cõmunes experientias & etiam ex causis propter caliditatem maxime esse debilitantem uirtutem facientem etiam humores ualde exacui, & ebullire, aperientem etiam & rarificantem corpora, ut sint impressioni aeris dispositiora & magis passibilia. Vltima propositio. Defacto uer est magis dispositum pestilentię hyeme. Patet propositio, quia cum corpora sint cõmuniter ex hyeme repleta, succedente uere fit rarificatio, & liquatio humorum, & corporis, et quasi quędam eorum ebullitio ad putrefactionẽ disponẽs. In hyeme uero humores congelati remanent, ut sumiẽ secunda apho. cõmen. 25. Licet tamen uer quantum ẽ de se sit conformius humanis corporibus ipsa conseruãs in sanitate consimili si extiterint temperata, ut allegatũ est tertia apho. cõmento. 21. illius apho. Vere siquidẽ maniæ & melancholiæ &c̃.

Quibus conclusis patet solutio obiectorum. Ad primum. n. responsum est. nam dicendum est in autumno plus debilitatam esse uirtutem, dato tamen q̃ æstas plus debilitauerit q̃ autumnus. Ad rationes de hyeme qualitates sunt &c̃. consequentia nihil ualet. nam frigiditas hyemis per accidens calidum naturale uigorat. Ad rationes de uere quicquid sit de assumpto nego consequentiam. Ad probationem, quia mors causatur &c̃. respondendum q̃ cęteris paribus ubi maior est repletio magis causatur pestilentia. sed quia disparitas est maxima in autumno, & uere ex parte humorum & aliorum, idõ minori repletione existeote in autumno, ipsum tamen cõtingit pestilentiorem existere.

Quæstio. xxvij. Aphor. x.

VTRVM uer sit tempus temperatum. Negatiue arguitur sic. Primo. ver est calidum, & humidũ. igitur non temperatum. consequentia est Gal. complexionum primo. cap̃. 3. partim & quarto. antecedens sumitur ex philosopho quarta probleumatũ. probleumate. 31. seu penultimo illo. s. propter quid aues, & pilosi homines sunt uenerei. colligitur etiam ex Hipp in lib. de humana natura ad finem libri per colũnam. ubi uult uer omnium esse calidum, & humidum. & habet una litera maxime. Secundo arguitur sic. uer non est temperatum ponderaliter. ergo non est temperatum. antecedens patet ex Auer. secundo colliget. ultimo alleg ca. cõsequentia tenet, quia ueri non uidetur tribui aliud temperamentum à quo dicatur temperatum nisi ponderale appellatur. n tempus temperatum propter caliditatem non uincere frigiditatem, & econtra, & consimiliter de humiditate, & siccitate dicendum. patet hoc primo cõplexionum. cap̃. 4. Tertio arguitur sic. in uere multiplicatur humor calidus, & humidus. igitur uer non est temperatum, sed humidum, & calidum. antecedens patet, quia in uere multiplicatur sanguis cuius domioio complexio dicitur calida, & humida. cõsequentia tenet quia effectus debent suis proportionari causis. Quarto arguitur sic. in uere multiplicatur sudor, & multa repletio. ergo. consequentia etiam uidetur apparens. antecedens patet quantum ad partem primam 7. apho. pręsentis particulę. quando æstas &c̃. Patet etiam quantũ ad aliam partem uer similatur morbo de repletione, ut colligitur primo apho. cõmen. 17. alleg. Quinto arguitur sic. datur tempus frigidum, & siccum. ergo. & dabile est tempus sibi contrarium antecedens est notũ, quia datur autumnus. consequentia tenet ex hoc, quia si unum contrariorum est in materia, & reliquum esse debet. secundo coeli. tex. cõm. 18. sed tempus calidum, & humidum non potest esse nisi uer. igitur &c̃. Vltimo arguitur sic. quatuor sunt combinationes possibiles qualitatum tempora denominantium. igitur, & quadruplex potest esse denominatio. antecedẽs patet ex possibilitate quatuor combinationum qualitatum quas asserit philosophus secundo de generatione. & Gal. 7. terapeu. ca. 3. ad principium. consequentia tenet. nam cũ denominatio sequitur qualitates deminantes possibilitas denominationis consequitur possibilitatem cõbinationis aliquod ergo erit tempus calidum, & humidum, quod non erit nisi uer.

Gal. Aristo. Gal. Aristo. Aristo. Auicẽ.

Ad oppositum est Gal. cõmento. 10. Et Auicẽ. secũda primi. doc. secunda. cap̃. 3. & . 6. allegatis.

Pro quæstione hę conclusiones primitus teneantur, Prima conclusio. Ver non appellatur tempus temperatum sanissimum & minime mortiferum, quia sit ponderaliter temperatum. Propositio patet per auctoritatem Auer. dictam. Et per rationem intellectam ibidem cum. n. actio. & operatio tribuatur denominationi uirtutis agentis, ut patet. 4. metheo ideo uer debens cõseruare & debite operari in corpora humana nõ debet põderaliter temperari. Propositio hęc etiã colligitur secũda primi. doc. 2. cap̃. 6. ultra principium ad colũnam. Præterea patet propositio ad cõmunes experientias, & sic arguitur in uere ex qualitatibus aeris percipitur rubificatio corporis percipitur etiam aliqua leuis calefactio. igitur non temperies ponderalis. colligitur antecedens. primo in experientia. & in Auicẽ. alleg. cap̃. consequentia ex hoc nota, quia temperamenti ponderalis nõ est taliter alterare. Secunda propositio. Probabiliter

Aristo. Auicẽ.

si ponderis æqualitas concedatur, aliqua pars ueris pōt esse ponderaliter temperata inter calidum, & frigidum, uel humidum, & siccum. Peopositio persuadetur sic. aer hyemis frigidior est ęquali pōderis, & aer ęstatis calidior est ęquali ponderis. ergo aere transmutato à frigiditate hyemis in caliditatem ęstiuam per temperamentum tādem ibitur ponderale. Cō similiter de humiditate & siccitate dicendum. Tertia propositio. Ver nō dicitur temperatum per comparari ad alia tempora. hæc propositio colligitur ex Gal. primo complexionum. ca. 4. Quarta propositio. Licet uer sit temperatum respectu aliorum temporum appellatur tamen temperatum pee qualitates suas maxime in ipso fore confractas. hæc propositio fit per Gal. alleg. ca. ubi uidetur uelle ꝙ in uere una qualitatum non uincit aliam supple manifeste & excessiue, sicut continget in alijs temporibus.

Quinta propositio. Ver apud medicum est etiam appellandum temperatum in cōparatione ad humana coe- Auer. pora. hæc colligitur ex Auer. 2. colliget. ca. alleg. Persuadetur etiam propositio. ver est tempus maxime aptum custodire humana corpora. igitue. consequentia tenet. antecedens patet. in hac tertia cōm. 21. illius apho. Vere siquidem. Sexta propositio. Ver dici potest aliqualiter ad calorem et humiditatem declinare, hęc pro- Auicē. positio patet per Auicē. secunda primi. doc. secunda. ca. 6. ubi uult ꝙ quamuis sit temperatum, declinet tamen ad quādam caliditatem sopitam & humiditatem. Hanc conclusionem uoluit Auer. alleg. loco. absolute tamen dicendum est temperatum propter causas assignatas. & hę conclusiones manifestæ sunt in uere regionis temperatæ. De distemperata uero regione duo probabilitee teneri possunt. Primo teneri potest ꝙ in quacunq; regione uer cæteris temporibus est temperatius. Si uero detur regio uehementer calida, & humida autūnus primo propter sui inordinationem, & pręcedentiā ex æstate erit peior uere. si detur etiam regio uehementer cal'a & sicca corporibus assuetis illi regioni malus erit autūnus. mala etiam erit hyems. quāuis. n. in hyeme remittatur calidum regionis, multę tñ reduduntur superfluitates. In uere uero erit caliditas media debita ēt pororū apertio. Potest etiam teneri oppositum dicendo ꝙ in regionibus distemperatis aliquod tempus est uere temperatius ut declinante regione ad calidum, & siccū hyemis erit conformior, sic ipsis ad frigidum, & humidū declinante erit æstas melior & conformior.

Istis positis ad rationem respondetur. Ad primam respondendo dum dicitur uer est calidum & humidū qualiter sit concedendum, & negandum. antecedens patet, ex responsali. Ad auctoritates tamen respondendum, ꝙ uer est calidum et humidum ad sensum datum. uel ēt dicitur calidum & humidum, quia in ipso substantia diffunditur calida & hu. & ad exteriora propellitur. ideo color rubificatur aliqualiter & hoc modo est maxime calidum & hu. omnium. nam de per se in nullo tempore multiplicatur, ita substantia calida, humida ut substantia spumosa & sanguinea sicut in uere. Ad aliā rōnem uer non est tēperatum ad pōdus. ergo nego cōsequētiā.

Ad probationem patet intellectus Gal. per responsalia. Ad tertiam rationem. in uere multiplicantur sanguis. ergo &c̄. nego consequentiam. Ad probationem quia sanguis est calidus & hu. hic respondeo ꝙ sanguis inter humores est temperatus, respectu tamen cutis calidus est & hu. quia tamen ex ipso substantia calida generatur & humida, ut caro spiritus &c̄. ideo calidæ cōplexionis ponitur & humidę. per sui tamen excrescentiam potest facere calidam & hu. cōplexionem. de se tamē ut temperatus humor, primo temperatæ complexioni respondet. Ad aliam datur tēpus frigidum & siccum. ergo. qualiter sit uerum consequens est dictum & etiam antecedens, sed tamen negatue consequentia. Ad probationem dicendum ꝙ si unum contrariorū adesse uniuersi uel constitutionem facientium est in natura, et reliquum esse debet, de quibus ibi intelligit Aristo. nō est autem sic in proposito. Ad aliam de combinationibus respondendum ꝙ complexiones temporum non inuestigantur penes illos modos sicut, nec ex toto corporū complexiones. uel cōcedendum est consequens, ut est dictū & sic responsum sit ad dubiū. Ad quartā in uere multiplicatur sudor &c̄. Primo responderi potest ꝙ istæ repletiones, & humiditates non sunt merito ueris, sed merito hyemis præcedentis. ideo ut est dictum si uer inueniat corpora munda in sua sanitate conuertat. Vel dicēdum in uere fieri sudorem propter caliditatem sopitam liquantem &c̄. cum qua concedere possumus ueris temperiem ad mentem Auicē. alleg. cap̄.

Quæstio. xxviij. Aphor. xi.

VTRVM Autumnus sit frigidus, & siccua, & inordinatus. Arguitur multipliciter ꝙ nō. Primo auctoritate Gal. primo cōplexionum. c. 4. ubi dicit ꝙ sermo supple dicens ꝙ autumnus est frigidus & siccus nō est rectus. igitur autumnus non est frigidus & siccus si est Gal. credendum. Secundo arguitur sic. pulsus au- Gal. tumni assimilantur pulsibus ueris igitur autumnus nō est frigidus & siccus quia uer ponitur temperatum. pulsus ergo similatus pulsui ueris erit in tempore tempera- Idem. to & non frigido & sicco. antecedens est Gal. libello introductorio pulsuum. ca. de pulsu secundū horas. Tertio arguitur sic. si autumnus foret frigidus et siccus, aut foret magis frigidus ꝗ̄ siccus uel ecōtra. uel siccus ęqualiter & frigidus. Non primo æqualiter siccus et frigidus nec magis frigidus ꝗ̄ siccus ex Gal. primo complexio- Auer. num. ca. 4. Et Auer. colliget. 2. cap̄. ultimo de alijs causis sanitatis. Nec potest dici magis siccus ꝗ̄ frigidus. qd' arguitur sic. autumnus mutatur à tempore inter tempora summe calido & summe sicco in tēpus summe humidum & frigidum. igitur non eemanet plus siccus ꝗ̄ frigidus. Aliter ista conclusio sequeretur. s. uel autumnum esse summe frigidum uel hyemem esse summe frigidam & temperatam in passiuis. Hæc bifurcata conclusio falsa est, attamen sic concluditue. nam uel summa frigiditas correspondet autumno uel tantum hyemi. Si dicatur primum habetue unum ex propositis. Si secundū dicatur, cum autūnus per se sit magis siccus ꝗ̄ frigidus, igitur citius erit producta summa frigiditas ꝗ̄ sit deperdita siccitas autumni & producta ualde intensa humiditas. consequentia tenet ex hoc, quia plus distat siccitas autumni ab humiditate intensa hyemis ꝗ̄ distet frigiditas autumni à frigiditate hyemis. Præterea. agēs infrigidatiuū humectatiuo actiuius citius poterit infrigidare. Quarto arguitur sic. morbi humidi causantur in autumno. igitur autumnus est tempus humidum. tenet consequentia ex hoc, quia effectus suis debent proportionari causis. antecedens arguitur sic, autumno causātur hydropes. igitur morbi humidi. nota est consequētia, quia hydrops est morbus humidus ut ex sua descriptione colligitur 14 tertij. antecedens patet huius particulæ tertiæ apho. 23. Autumno & æstiuorum.

Vltimo ostenditur autumnum non esse inordinatum sic arguendo. Ver non est inordinatum. igitur nec autumnus. antecedens est nostrorū omnium auctorū de uere loquentium. consequentia arguitue sic. in uere matutina sunt frigida, meridionalia calida & nocturna frigida, ut experientia notat. ergo si uer non est inordinatum nec autumnus. consequentia tenet, quia nō alia ut detur causa inordinationis autumni, ut patet primo cōplexionum, cap̄. 4. satis ad finem. Auicē.

Ad oppositum quæstionis est Gal. cōm. 11. Et Aui. Auer. secunda primi. doc. 2. 3. & 6. cap̄. Et uerax Cōmenta- Cōplō toe Aner. colliget secundo alleg. ca. & 4. colliget. de cau- nandi. sis alijs pulsuum. Primo præmittendum ꝙ modus cō- modus plexionandi tempora anni multiplex imaginari potest. quadru Primo. n. imaginari possumus cōplexionari tempora in- plex.

ter ea

ter ea unam tēperiem, & unum statuendo medium ad
quæ extrema tempora comparentur seu tempora lapsa.
ut exempli causa. si uer ponamus temperatum, alia tem
pora denominaremus taliter in complexione qualis ē de
nominatio lapsus temporum ab ipso uere Secundus mo
dus complexionandi potest intelligi per relationē ad me
dium in uniuersali substantia seu pōderale. Tertius mo
dus imaginandi est ut temporis temperies aut lapsus at
tendatur penes proportionem qualitatum contrariarū,
in temporibus existentium, secūdum ꝙ una uincit aut
ab alia uincitur aut sibi æquatur ut æstatem calidam di
camus & siccam eius frigus uincente calore & siccitate
superante humiditatem. Vltimus modus intelligi potest
in relatione ad corpora humana, ut illud tempus appel-
letur temperatum in quo corpora & maxime tempera-
ta debite conseruantur. Secundo præmittendum ꝙ qō
ne intellecta de autumno suam obseruante naturam et
maxime quantum ad partem autumni maxime autum-
nantem posse intelligi quęstionem, uel in autumno re-
gionis temperatæ uel lapsæ. Tertio præmittendum ꝙ
Cal'm absolu- te dupl'r — aliquid potest denominari absolute calidū &c̃. Primo se
cundum cōmuniorem appellationem & denominatio-
nem, & isto modo elementa simplicia quibus contraria
non cōmiscentur appellātur absolute talia, ut patet pri
mo & tertio cōplexionum. Secundo. aliquid appellatur
absolute tale quando denominatur absolute talis cōple
xionis sibi attributo tali termino speciali. Ex qua attri-
butione consequitur illius ad aliqua determinata compa
ratio. exempli causa. si dicatur. a. est tempus absolute ca
lidum. Ex hoc. n. compręhenditur in isto caliditatē ual-
de superare frigus & non sic in aliįs temporibus reperia
tur. unde quamuis sic dicendo nulla comparatio explice
Gal'. — tur, concipitur tamē talis modificata comparatio. Qui
secundus modus colligi potest ex Gal'. complexionū pri
mo. non dico ꝙ ponatur in littera. Vnde secundum hūc
modum loquendi negatur hęc consequentia a. est tem-
pus absolute calidum igitur. a. est absolute calidum. Sic
etiā negaī ista. b. est mixtū absolute calidū. igiī. b. ē ab
solute cal'm stat. n. ꝙ. b. inī oīa mixta sit magis cal'm nō
sit tamen ita calidum sicut elementū, quod diciī calidū
absolute. Prima conclusio responsalis. Autumnus nō
est uere tempus temperatum. Propositio iam superius
est habita Et patet per Auer. alleg. ca. Et per Gal'. pri-
mo complexionum sumitur. & cōmento. 10. &. 11. p̄
sentis particulę. Persuadetur etiam sic. autumnus ē acu
torum morborum generatiuus & cęteris pestilentior
igitur nota est consequentia. antecedens. 10. cōmento
collectum est. Secunda propositio. Autumnus est fri-
gidus & siccus. Propositio primo est auctorum locis al
legatis ad oppositum quæstionis. Præterea. probaī sic.
siccitas & frigiditas autumni caliditatem eius & humi-
ditatem superant. ergo colligitur consequentia, & ante
cedens primo complexionum. ca 4. antecedēs etiam ar
guitur sic. autumnus infrigidat & exiccat. igitur frigi-
dus est & siccus. consequentia uidetur apparens antece
dens notat experientia. ideo ipsum assimilat senectuti
Auer. 4. colliget alleg. cap̄. Tertia propositio. Proba
biliter concesso æquali ponderis autumnus ęquali pon
deris frigidior conceditur & siccior. Propositio arguiī
sic. ex impressionibus productis ad corpus humanum
autumni infrigidatio cōpræhēdiī & exiccatio. & ęqua
le ponderis compręhenditur temperatum, igitur. antece
dens quantum ad partem primam notat expertē tia. quā
tum uero ad secundam colligitur prima primi. ca. de cō
plexionibus ac etiam primo complexionū Gal'. Quar
ta propositio. Autumnus dicendus est frigidus & siccus
respectu humani corporis, licet non solum ob hoc frigi-
dus dicatur & siccus. Propositio persuadeī sic. Aer au-
tumni est causa humana corpora exiccans et infrigidās.
Auicē. — ergo &c̃. Q꞉ tum etiam ad partem aliam patet ex dictis
Gal'. primo complexionum alle. cap̄. Quinta propō.
Autumnus non est absolute frigidus & siccus. Hęc pro
positio colligitur complexionum primo. Et arguiī sic.
autumno elementa sunt frigidiora. ergo &c̃. colligitur
antecedens cum sua consequentia loco alleg. Sexta pro
positio. Autumnus non est tempus absolute frigidum,
& siccum. Hęc propositio sit pro Gal' intellectu. primo
complexionum. alleg. ca. dum uult sermonem dicētem
autumnum esse frigidum & siccum supple ad hunc sen
sum non esse rectum. & sit ista conclusio pro intellectu
& solutione primi argumenti. Præterea. arguitur sic.
æstas est siccior autumno & hyems est frigidior autū-
no. igitur autumnus non est absolute frigidus & siccus.
antecedens & consequentia tenent euidentiam ex Gal'.
alleg. ca. primo complexionum. Et hæ conclusiones in-
tellectæ sunt maxime in autumno temperatę regionis
quamuis & in aliįs aliqualem teneant ueritatem. Septi
ma conclusio. Autumnus non dicitur inordinatus pro-
pter partes eius contrariįs denominari denominationi-
bus ad inuicē comparatas. Propositio nota est cuilibet.
nam si &c̃. tunc omne tempus diceretur inordinatum.

Octaua propositio. Autumnus dicitur inordinatus ꝑ
pter partes eius denominari contrariįs denominationi-
bus eas ad inuicem comparando penes proportionē con
trariarum qualitatum illas componentium aut in rela-
tione ad tempus maxime temperatum, uel ratione effe-
ctuum ad humana corpora productorum. Hæc proposi
tio persuadetur hoc modo. Nam primo ad omnes expe-
rientias patet matutinum autumni ualde esse frigidū,
ut infrigidet humanum corpus, ut frigiditas domineī
calori & amplior sit q̄ in uere suam seruante naturam.
patet postea aerem meridiei esse ualde calidum, ut ual-
de & non temperate calefaciat humana corpora, ut etiā
calidior sit q̄ uere. Nona propositio. Autumnus ē ma
gis siccus q̄ frigidus. Hæc propositio colligiī ex Auer.
secundo colliget alle. ca. patet etiam ex modo loquendi
Gal'. primo complexionum. c. 4. ubi uult frigiditatem
autumni multum recedere à caliditate æstatis. uult etiā
minorationem siccitatis esse modicam quasi uelit sicci-
tatem plus remansisse. patet etiam propositio ex mō au
ctoꝝ q cōueniūt ī siccitate autūni, nō āt sic in frigore.

Quibus conclusis patet responsio ad obiecta. Ad
primum solutum est. Ad punctum secundi responden
dum est negādo ꝙ pulsus autumni sint similes pulsibus
ueris. hunc. n. modum reprobat Auer. ca. nominato. 4.
colliget. hoc etiam colligitur secunda primi. ca. de pul-
su temporum. ad finem. Ad Gal'. dicendum ꝙ pulsus au — Auicē.
tumni similantur pulsibus ueris in uelocitate & spissitu
dine quadā similitudine generali, quia sicut in uere nō
est uehemens uelocitas seu spissitudo, sic nec in autum-
no. tamen pulsus sunt ualde fortes in uere, ubi debiles in
autumno. Verūtamen hic dicendum ꝙ cum principiū
autumni similetur aliqualiter fini ueris, finis autumni
principio ueris. ut patet per Gal'. in libello pulsuum al-
leg. ideo pulsus in his temporibus aliqualiter proportio
nantur. Ex quo patet differentia inter autumnum, &
uer, hyemem & æstatem, quia principium æstatis simi
latur fini æstatis, & principium hyemis similatur fini
hyemis. Nam primo æstas incipit à caliditate minus in-
tensa, & finit etiam in caliditatem minus intēsam, hyēs
etiam incipit à frigiditate minus intensa & terminatur
in frigiditatem minus intensam. uer uero incipit à cali-
ditate remissiori finiendo in intēsiorem autumnus inci
piendo à caliditate intensa finit in ualde remissiorem.
Si uero comparatur medium autumni ad medium ue-
ris ualde hęc media disproportionātur. Ad tertium re
spondendum ꝙ autumnus est magis siccus q̄ frigidus.
& concedo unam ex conclusionibus ꝙ hyems quantum
ad aliquam partem est ualde frigida; ubi est modicum
humida, immo concedi potest probabiliter alia conclu-
sio ꝙ in aliquo puncto hyemis uel autumni temperies
erit inter siccum & humidum. Ad penultimum respō

deri potest negando consequentiam. Ad probationem dicendum ꝙ effectus producti per se ab aliquibus causis illis proportionantur, nunc autem autumnus debilitando digestiuam uirtutem & hepar & alia naturalia membra potest esse causa morbi humidi. & hoc per accidens ut patet. Ad ultimum respondendum ꝙ quamuis in alijs temporibus sit inter partes aliqua difformitas tamen non est illa in quæ autũno. Nam primo in uere matutinum &c̃. est tẽperatum. in hyeme etiam omnes partes sunt frigidæ,. in æstate omnes' calidæ, sed in autumno ut est dictum matutinum uere est frigidum ubi meridies est calidus comparato adhuc eius matutino ad matutinum ueris & meridie ad meridiẽ. Ex quo infertur contra quendam ꝙ autumnus uere debet dici difformis nõ sicut alia tpa. hoc illatũ infert ex p̃hius.

Quæstio. xxix. Aphor. xi.

VTRVM Autumnus sit malus phthisicis. Negatiue arguitur sic. Primo stat autumnum esse tẽperatum inter calidum & frigidum, licet sit lapsus ad siccum. ergo. antecedens colligitur ex pręhabitis. cõsequẽtia tenet, quia aer naturaliter se habẽs ad calidum & frigidum lapsus tamen ad siccum phthisim non facit, & ꝑ consequens nec augmentat. colligitur hoc in hac tertia particula cõm. 17 illius apho. Ægritudines uero. Secũdo arguitur sic. ulcerationi pulmonis infrigidatio cõpetit & exiccatio. ergo phthisi competit autumnus. patet antecedens. nam cum in tali ulceratione sit pus siue putredo, ut patet per descriptionem ulceris sumptam secunda primi. doc. prima. ca. 3. ubi ponit differẽtiam inter ulcus & uulnus, tali ulceri competit infrigidatio remittens caliditatem pręter naturam putrefacientem. cuiuslibet. n. putrefactionis causa effectiua est caliditas extranea, ut patet per notitiam putrefactionis positam 4. metheo. in principio. etiam competit exiccatio, quia hęc est cura ulcerum inquantum ulcera sunt. cum n. in quolibet ulcere sit pus & materia pręter naturam abijcienda, eget quodlibet tale exiccatione consumente hanc saniosam materiam. Hoc etiã uolunt omnes auctores medicinæ. consequentia tenet, quia autumnus frigidus est et siccus. Tertio arguit sic. calida & humida nocent phthisicis. ergo frigida & sicca eis conferunt. antecedens satis est notum, cum per caliditatem augeãt putrefactionem & amplius liquent humores, propter humiditatem uero multiplicent ulcerismateriam. cõsequentia tenet pro tanto, quia si calida & humida nocẽt augẽdo phthisim & frigida & sicca operatiua cõtrariorum phthisim minuendo conferent. Quarto arguitur Gal. auctoritate. quinto de ingenio sanitatis ubi aerem siccum phthisicis conferre concedit. ergo & autumnus confert consequentia tenet, quia autumnus nõ uidetur nocere nisi ratione siccitatis cum ratione frigoris remittat caliditatem præter naturam. Gal.

In oppositum est apho. cum suis concordijs & Hipp. 6. epidimiarum. Primo. pro quæstione præmittendũ sumpta phthisi proprie pro consumptione corporis totius consequente ulcus pulmonis, aut pro ulcere pulmonis, ad quod consequitur uel est apta consequi totius cõsumptio corporis eius duplicẽ possumus imaginari maneriem. Nam primo imaginari possumus ulcus pulmonis nouiter factum cui non associatur uehemens cõsumptio totius. Secundo considerare possumus ulcerationẽ iam dudum factam cui associatur uehemens cõsumptio totius &c̃. Secundo pręmittendum ꝙ licet quæstio intelligatur de ulcere pulmonis etiam ad uulnus poteritis ampliare. Prima cõclusio responsalis. Cuicunq; phthisi est nociuus autumnus. Propositio potest sic persuaderi. cuiuscunq; phthisis autumnus est auctiuus & ꝓstratiuus uirtutis. ergo &c̃. antecedens patet. nã primo consumptioni corporis autumnus amplius exiccando præbet augmẽtum, ac etiam ulcerationi pulmonis amplius iocundando ulcerosas materias sui frigiditate catarrhalẽ

Phthisis manenes duplex.

etiam augendo defluxum comprimendo & catarrhum à capite defluendo, nocet etiam phthisi cuilibet sui inordinatione & inæqualitate prosternendo uirtutem. Secunda conclusio. De se autumnus plus nocet ulcerationi pulmonis antiquæ & cui consequitur siue associatur uehemens corporis cõsumptio q̃ ulcerationi nouiter factæ. Propositio sic persuadetur. autumnus uehemẽter nocet augendo consumptionem. ergo. antecedens patet cum siccitate sui sit causa magni augmenti consumptionis cum sui frigiditate debilitando calidum naturale debilitet corporis resumptionem & sic debilitando auget consumptionẽ. cõsequentia tenet ex hoc, quia tali phthisi plus molestans & infestans erit totius consumptio, cuius autumnus est per se effectiuus. in noua autem ulceratione non multum per se nocet autumnus nisi per accidens constipando &c̃. Præterea potest argui conclusio sic in ulceratione antiqua cui associata est &c̃. probabiliter & alijs paribus uirtus prostratior est q̃ sit in ulceratione nouiter facta. ergo autũnus illi est magis nociuus antecedens notum est, quia magis perdurãte morbo cęteris alijs paribus plus debilitatur uirtus. cõsequẽtia tenet, quia idem agens debilitans plus debilitat cęteris paribus uirtutem debilem uirtute forti. Tertia conclusio. Cõtingens est autumnũ plus nocere noue phthisi q̃ antiquæ. Propõ sic arguitur. autũnus potest plus augere nouam phthisim q̃ proportionabiliter auxerit antiquam potest etiam plus prosternere uirtutem ergo &c̃. antecedens patet, ubi primo in habente nouam phthisim sit multa replecio catarrhalis, tunc autumnus ualde augmentando defluxum plus augebit ulcerationem. sic etiam ualde grauando uirtutem plus contingenter debilitabit per uiam aggrauationis q̃ debilitaret in antiqua per uiã resolutionis. Quarta propositio. Autumnus est malus uulneri pulmonis. Propõ arguit sic. autumnus est actiuus uulneris pulmonis, & facit ipsum transire in ulcus, & est prostratiuus uirtutis. ergo &c̃. consequentia tenet antecedens patet quãtum ad primã partem. nam primo coãgustando caliditatem intrinsecus est causa ꝙ pulmo magis ponat in motu & elarget uulnus. Item etiam augmentando defluxum est cã ut uulnus augeatur. Item facit uulnus trãsire in ulcus superfluas retinendo materias, sui etiam inordinatione et inæqualitate debilitando uirtutem, ut non debite humores à natura detenti putrefiãt.

Istis positis patet solutio ad obiecta. Ad primũ punctum respondendum ꝙ aer uere temperatus inter calidum & frigidum declinans tamen ad siccum de per se non facit phthisim ut dicetur. sed aer autumni ut ẽ dictum non est bene temperatus inter calidum et frigidũ immo declinat ad frigidum quo ad sui medium. uel etiã non est debite temperatus propter sui inordinationem & inęqualitatem. Ad aliam respondetur negando istã consequentiam calida & humida nocent. ergo ad probationem respondendo ꝙ frigida & sicca de per accidẽs sunt productiua consimilis effectus calidis & humidis ut patet ex dictis. Ad aliam rationem est breuiter respondendum ꝙ aer siccus est conueniens phthisicis dũmodo non fuerit inæqualis & inordinatus qualis est aer autumni. Ad alium punctum etiam respondeo ꝙ autumnus de per se est prohibitiuus putrefactionis, de per accidens tamen ut est tactũ auget putrefactionem et ulcus. & sic sit dictum ad quæstionem istam.

Quæstio. xxx. Aphor. xij.

VTRVM Ver possit esse intantum calidũ & humidum ut sua caliditate & humiditate borealis hyemis frigiditatem superet & siccitatem. Negatiue arguitur sic. Primo. hyems est naturaliter humida. igitur uer sua humiditate non potest superare siccitatem. antecedens notum est. cõsequentia tenet. quia tũc siccitas hyemis cum sit cum disconuenientia naturæ hyemis, non autem humiditas ueris ueri, erit siccitas hyemi maior

lapsus

lapſus iuxta apho. 34. ſecundæ particulæ eius cōmenti, cuius initium. In morbis minus. Item de caliditate argr̃ ſic. hyems eſt naturaliter frigida. uer uero eſt naturaliter temperatum. ergo hyems permutata ad frigidum ad frigidius poterit permutari q̄ poſſit uer ad calidum. antecedens eſt omnium auctorum noſtrorum tempora cōplexionantium. conſequentia tenet. Nam qualiter ſe habent diſtemperatæ complexiones corporum ad complexionem temperatã, taliter & diſtemperata tempora reſpectu temperati. nunc corpus frigidum magis eſt labile ad frigidum q̄ temperatum ad calidum primo temperato non inclinato ad aliquod extremorum. Secundo probatur ſic. quia corpus frigidū ſimiliter eſt labile ad frigidum ſicut calidum ad calidum lapſu exiſtente proportionabili. igitur corpus frigidum eſt magis labile ad frigidum q̄ temperatum ad calidum. conſequentia tenet quia temperatum(ut eſt notum)eſt minus labile ad calidum q̄ ſit calidum ad calidum. Cōſimiliter & hyēs magis erit labilis ad frigidum q̄ ſic uer ad calidum quod fuit unum ex intentis. Tertio arguitur ſic. tempus ueris tempore hyemis eſt breuius. ergo non poteſt tãtum calefacere & humectare quãtum hyems infrigidare antecedens eſt ex auctoritatibus conceſſum cōmunit̃. conſequentia tenet, quia cæteris paribus agēte in pluri tpe applicato paſſo intenſior producitur effectus.

Ad oppoſitum uidetur eſſe apho. & cōmentū. Primo ſupponat̃ pro quæſtione hæc prima propoſitio. Aer eſt naturaliter calidus & humidus. Hæc ſuppoſitio ſecūdo de generatione. tex. cō. 16. ſumitur. Secundo ſupponendum. ſimplex aut mixtum mobilius eſſe ad intenſionem qualitatum conformium & naturalium. Suppoſitio etiam ſatis nota eſt propter tale ſimplex aut mixtū taliter alteranti repugnare minus. Tertio ſupponēdū. cæteris paribus calefactiuum fortius eſſe in calefaciendo q̄ infrigidatiuum in infrigidando. Hæc propoſitio ꝑſuadetur ex cōmuni conceſſo. caliditas actiuior eſt frigiditate. ergo. conſequentia tenet, quia agens cæteris paribus cum fortiori & actiuiori inſtrumento etiam eſt in agendo fortius. Prima concluſio reſponſalis. Aer eſt mobilior ad caliditatem & humiditatem q̄ ſit ad frigiditatem & ſiccitatem. propoſitio ſic perſuadetur. aer eſt naturaliter calidus & humidus per propoſitionem primam. ergo per propōnem ſecundam mobilior ad calidum & humidum. Secunda concluſio principalis. De facto aer plus mouetur ad ſiccitatem q̄ ad humiditatē reſpectu humani corporis. Propoſitio patet propter aerem æſtiuum de facto plus exiccare & reſoluere ad experientiam q̄ humectet aer alterius temporis. Tertia propoſitio. Non eſt bene demonſtrabile aerem de facto ſecundum tempora anni plus mutari ad calidum q̄ ad frigidum, uel econtra ęſtate enim & hyeme ſuas naturas obſeruantibus, q̄ extreme ponitur æſtas calida tã extrema frigida ponitur hyēs. Quarta concluſio. Mutatio ueris ad calidum & humidum minus eſt abſolute pręter naturam corpori humano q̄ mutatio ad frigidū & ſiccum. Hæc propoſitio perſuadetur uno fundamento cōmuni ſuppoſito φ homo declinet ad calidum & humidum. quo ſuppoſito arguitur ſic. caliditas & humiditas ſunt conformiores & naturales homini igit̃ &c̃. conſequentia tenet per ſecundam pręambulam concluſionem. Quinta propoſitio. Ver poteſt ita mutari ad calidum & humidum intenſiue & gradualiter ſicut hyems ad frigidum & ſiccum. Hæc propoſitio ſic perſuadetur ver contingit fieri æſtiuum ex parte caloris. contingit etiam fieri ualde humidum. ergo. antecedens notat experientia quamuis rara. conſequentia tenet cum primo caliditas æſtatis equiparetur frigiditati hyemis, cū etiam propter innumerabiles pluuias aer ueris ad multam poſſit aduenire humiditatem. Sexta propoſitio. Licet uer non mutetur ad tãtum gradum caloris & humiditatis ad quantum gradum frigoris mutatur hyemis. tamen poteſt eſſe tantum mutatum præter naturã & plus. Propō nota eſt cuilibet propt̃ lapſum aliquē à tēperamento ueris eē tãto pręter naturã ueri quãto gradus frigoris additus hyemi eſt præt̃ naturam hyemi.

Iſtis poſitis ad obiecta patet reſponſio. Ad obiectū primum dicendo ad punctum φ ratio non concludit aliud niſi φ aer hyemis ad maiorem poſſit deuenire frigiditatem q̄ aer ueris ad caliditatem cum hoc tamen ſtat φ aere hyemis deueniente ad aliquam frigiditatem pręter naturam ad tam intenſam caliditatem deuenire poſſit uer, licet non ad quancunq; frigiditatē deueniente hyeme ad tantam caliditatem uer deuenire poſſit uel dicendum ad unum punctum φ aer in uere quamuis dicatur temperatus, ad calidum tamen declinat & humidum quibus labi poteſt facilius. Ad ſecundum punctum tēpus ueris eſt breuius. primo dicendum φ uerum eſt uere naturaliter ſe habente. ſic tamen à ſua ꝓpria natura mutet̃ contingit oppoſitū cōceſſū etiã ad dubium.

Quæſtio. xxxi. Apho. xij.

VTRVM Hyeme exiſtente ſicca & boreali, uere uero auſtrino & pluuiali febres acutę generētur ęſtate. Q. ſic arguitur per aphoriſmum et cōmentū. Q. non ſic arguitur. febres generentur propter tempus fuiſſe humidum. ergo non debent generari acutæ, imo minus. conſequentia tenet per aphor. 8. antecedens colligitur ex cōmen. Prima propō pro quæſtione. Nō uniuerſaliter eſt uerum φ in tempore ſicciori morbi generentur acutiores. Propoſitio arguitur ſic, quia in tēpore temperato non generantur morbi acutiores q̄ in tēpore humidiori. Secunda propoſitio. Propter tempus fuiſſe humidum de per accidens ſequitur generatio morborum acutorum. propoſitio patet propter reperiri materiam minus regulabilem à natura, & magis ebullibilem à caliditate intenſa qualis æſtiua. vnde ſi tempus fuiſſet minus humidū, ita fuiſſet paucificata materia φ nō fuiſſet factus morbus. ſed ſi ponamus paritatem quantitatis materierum tempore calido & humido præter naturã & ſic calō & ſicco, acutiores cãbūt̃ I calō & ſicco.

Iſto cōcluſo patet ſolō ad obiecta ñ diſcurrēdo ꝑ ipſa.

Quęſtio. xxxij. Aphor. xiij.

VTRVM Morbi de quibus loquitur apho. futuri ſint uere uel alio tempore. Q. alio tempore arguit̃ ſic. Primo. hyeme exiſtente auſtrina, & uere boreali æſtate humida, morbi cauſantur autumno. ſtante ergo caſu apho. debent cauſari autumno aut æſtate. antecedens eſt Auicē. ſecunda primi. doc. ſecunda. 8. ca. ad principium. conſequentia patet qualitatem æſtatis debente accelerare morbum cum ergo procelletur ad autumnū ita & nunc debet procellari. Secundo arguitur ſic hyeme exiſtente boreali & uere auſtrino. morbi in æſtate cauſantur. ergo & hyeme exiſtente auſtrina & uere boreali. antecedens uoluit apho. duodecimus. cōſequentia patet, cum per conſimiles qualitates alteretur corpus ſecundum caſum præſentis apho. & præhabiti. Vltimo arguitur ſic. vnum tempus contrarium aliud corrigit, ut eſt habitum. & ſecunda primi. alleg. ergo propter dictam conſuetudinem non cauſabuntur morbi. cōſequētia tenet cum hic ſit tempoꝝ contrarioꝝ cōplicatio.

Auicē.

Ad oppoſitum eſt aphor. 13. Primo pro quæſtione tenenda eſt iſta concluſio. Secundum caſum apho. hos morbos æſtate & autumno poſſibile eſt euenire. Propoſitio patet primo per aphor. vigeſimum huius particulæ. Ægritudines quidem. Patet etiam propoſitio repertis cauſis æſtate & autumno, poſitate etiam reſeruationis ad autumnum. Secunda concluſio tenenda eſt. Hi morbi uere frequēter contingunt. Hæc propoſitio ſit ꝓ mente apho. cum ſuis concordantijs. & patet propoſitio ex cauſis quæ ſumuntur ex cōmento. Tertia propoſitio pro ſolutione obiecti ſecundi ſit hæc. Non ſic hyeme exiſtente boreali & uere exiſtente auſtrino poſſunt uere cauſari morbi ſicut in caſu pręſenti. Patet ꝓpoſitio.

nam caliditas ueris austrini minus lædit corpora infrigidata ex hyeme boreali q̃ frigiditas ueris borealis lędat corpora calefacta ex hyeme. primo propter caliditatem esse corpori minus deformem. propter etiã corpus ex hyeme boreali eē cō dē satis cōstipatū & calori ualde resistēs. vbi calitas ueris borealis est deformior corpori inuenit etiam corpora apparata passioni propter raritatem eis ex hyemis caliditate contingentem. Modus autem penetrationis caloris aut frigoris ad interiora primo imaginabilis eit secundum simplicem alterationem ad modum medicorum ut una pars frigida alteret aliam & sic ulterius. secundo per transitum uaporum calidorū, aut frigidorꝝ ad interiora aut aerꝝ cō similr dispositorꝝ.

Quo posito patet respōsio ad obiecta. Ad obiectū primum per primam conclusionem patet respōsio. Ad obiectum secundum per tertiam patet responsio. Ad tertium patet dicendo q̄ tēpus contrarium excedēs non facit tēperamētū sed facit lapsum, ut ex. cō. 12. colłr.

Quæstio. xxxiij. Aphor. xv.

VTRVM Constitutio ęstatis & autumni frigida & sicca cōferat humidis natura & mulieribus. Negatiue arguitur sic. Primo. melius est tempora temporaliter se habere q̃ esse lapsa. ergo hęc constitutio non confert humidis natura & mulieribus. consequentia uidetur nota, quia si tempus temperatum est melius corpori, tempus lapsum debet esse nociuum antecedēs colligitur tertio huius. apho. nono. In moderatis temporibus &c̄. Secundo arguitur sic. corporibus humidis natura & mulieribus confert ęstas naturaliter sicca et autumnus. igitur talis constitutio est mala. antecedens colligitur ex multis primo tertio huius. cōmento. 3. colligi etiam potest ex sententia cōmenti. 19. consequentia apparet, quia cum ista constitutio sit longe siccior constitutione temperata nimiam faciet exiccationem. Tertio arguitur. aliqua sunt corpora humida parum lapsa. igitur ista constitutio illis non conuenit. tenet consequētia propter hanc constitutionem non parum à temperamento. immo exiccare multum. Quarto arguitur sic. aliqua sunt corpora frigida & humida aut temperata in actiuis & humida. igitur non ista constitutio omnibus confert corporibus natura humidis. antecedens est medicorum. frigida. n. corpora & humida per hanc constō nem labuntur ad frigidum & tēperata etiã à tēperamēto in actiuis labuntur.

Ad oppositum est Hippo. in apho. cum suis concordãtijs. Prima concl͡o pro apho. uniuersalis. Cuilibet corpori naturaliter humido ratione humiditatis cōfert hęc constitutio Hæc conclusio sit pro intellectu Hippo. in apho. Ideo dicendum q̄ confert humidis nã inquantum sunt humida natura. sicut etiam diætæ humidæ & frigidæ conueniunt febricitantibus inquantum febriunt ut colligitur. 8. terapeu. finali. ca. & persuadetur ex dictis in textu. hæc constitutio prohibet hæc corpora à lapsu futuro & corrigit aliqualiter præsentem lapsum. ergo. antecedens patet propter contrarietatem constitutionis & colligitur antecedens ex cōmento tertio huius consequentia nota est. Secunda propositio. Non oībus corporibus humidis natura confert æqualiter hæc constitutio. Propositio sic persuadetur. non omnia corpora humida natura sunt æqualiter humida natura igitur propositio continet euidentiam. antecedens notum est intelligenti cuilibet & maxime medico. nota est cōsimiliter consequentia. Tertia conclusio. Aphorismus & prima conclusio maxime continet ueritatem in humidis natura multum lapsis. & hoc constitutione non existente multum lapsa. Propositio quantum ad primam partem sic persuadetur, apho. continet ueritatem in corporibus humidis natura & non necessario in parum lapsis, ergo maxime in multum lapsis. consequentia tenet pro tanto quia corpora humida natura, uel sunt parum lapsa, uel multum lapsa, antecedens quo ad primam partem colligitur ex apho. Quantum uero ad secundam persuadet hoc modo nam possibile est corpus humidum natura esse intantum parum lapsum ut sibi sufficiat naturalis cōplexio æstatis & autumni, aut saltē parua mutatio æstatis ad siccitatem, dato q̄ nō taliter mutetur autumnus. Q̃tum ad secundam partem nota est cuilibet propositio. potest enim hæc constō intantum mutari ad siccum ut corpora humida secundum naturam non tantum ad temperiem, sed immoderatã siccitatem cōplexionis deducantur. Quarta cōclusio. Quibusdam corporibus humidis natura hęc cōstitutio est ualde nociua. Propō potest sic persuaderi. quibusdam corporibus plus nocere potest hæc constitutio per frigiditatem q̃ prosit per siccitatem. igitur propositio clara. nota est consequētia. nam cum sit caliditas proportionabilior uitæ humiditate, frigiditas est difformior uitæ q̃ sit indebita exiccatio & cum indebita exiccatio nō sit multo peior q̃ bona sit debita exiccatio, sic maius erit nocumētum ex parte infrigidationis q̃ sit nocumentum ex parte indebitæ exiccationis & sit etiam maius iuuamento ex parte debitę exiccationis, sequetur rem taliter infrigidantem absolute magis fore nociuam. antecedēs patet in corporibus ualde frigidioribus q̃ sunt humida, & in corporibus extenuatis & exilibus. Quinta propositio. Constitutio maxime confert calidis & humidis secundum naturam. Propositio leuiter persuadetur. hęc constitutio minus nocet his corporibus & plus ea pręseruat à lapsu & corrigit. igitur conclusio uera antecedens patet quantū ad partem primam, propter hęc corpora resistere huic constitutioni per calidum et humidum et uigorari in suo calido per antiparistasim & caloris unionem. quãtum ad partem secundam est etiam euidens conclusio. Et ne errare contingat dicendum ista simul stare, caliditatē corporis calidi naturaliter & humidi ut sanguinei uigorari à tali constitutione in sui naturalitate per pl'alitatem corporis calidi. prohiberi tamē à lapsu intensiuo in quē est corpus naturaliter inclinatum. Ex ista propositione infertur hoc corrolarium probabiliter q̄ ab aliqua causa ęgrotatiua minus est corpus aliqualiter temperatum defensabile, non curando de confidentia termini aliquo corpore lapso aliqualiter infertur corrolarium ex dicta conclusione. Sexta conclusio. pro solutione cuiusdam obiectionis sit hęc. Licet tota humana complexio ad modum loquēdi medicorum respectu ponderis ad calidum decliner & humidum. hęc tamen temporum constō nō cuilibet humanę complexioni conuenit. Propō quantum ad partem primam colligitur cōmuniter prima primi. ca. de cōplexionibus. Quantum uero ad partem aliam colligitur ex apho. & cōmento. & persuadet ex causa ut arguatur sic. Aliqua corpora humana sunt debite humidiora ęquali ponderis ut temperata. aliqua sunt minus humida respectu ęquali ponderis q̃ debeãt. igitur hęc constitutio non est &c̄. antecedens est cuilibet medico notum. consequentia etiam notissima, quia corpora debite humidiora ęquali ponderis non debēt fieri letiora. corpora etiam modicū indebite humida non debent fieri letiora. Septima propositio quãtū ad aliã partem quęsiti sit hęc. Multis mulieribus hęc constitutio est inconueniens Persuadetur conclusio sic. multę mulieres in regione temperata & aere temperato patiūt melãcholiam uel siccam ophtalmiam uel sunt paratę ad hos morbos igitur conclusio uera. consequentia nota est ex aphorismo & sua uerificatione. antecedens notat experientia colligitur etiam antecedens ex apho. secundo huius sępius allegato. Ægritudines quidem omnes &c̄. & sic omnibus regionibus fiunt. Octaua propositio. Constitutio maxime confert mulieribus secundum naturam humidis & non solum sexualiter. Hęc propositio probatur per probationem conclusionis primę & ad suum sensum. Nona ppositio. Mulieribus humidis secundum naturam pariter in suo sexu uiris humidis se-

cundum

Gal.

Auicē.

cundum naturam in suo sexu plus confert ista constitutio q̃ uiris. Propositio ex cõmuni cõcessu persuadetur sic. mulieres taliter humidę sunt magis humidæ uiris taliter humidis ergo. antecedens est concessum cõmuniter. quandoq; propter cęteris paribus constitutionẽ prohibentem corpus magis lapsum à lapsu esse magis conferentem secundum probabilem locutionem. 10. propositio. Omnibus mulieribus sumpta indicatione à lapsu sexuali & cõmuni usu regiminis competit talia constitutio sicca. Propositio leuiter persuadetur propter mulieres multiplicantes multas superfluitates non solũ expellibiles menstrualiter, imo egẽtes resolutione & exiccatione, propter etiam eas cõmuniter esse ociosas & inordinate comedentes & bibentes, propter etiam eas habere debilem digestiuã, dico sexualiter. Et ista ultima conclusio sit pro intellectu partis apho. Ex qua inferendum q̃ taliter sumpta indicatione mulieribus plus confert constitutio temporum distemperata q̃ temperata per præhabita infertur conclusio.

Ista habita patet responsio ad obiecta. Ad primũ per cõclusiones, quamuis etiam respondere possit ad q̃situm per unum notatum circa hanc partem conferr, iõ multa ex conclusionibus sunt dicta probabiliter. Ad rõnes alias patet rñsio per cõcl'ones modificantes apho. & sibi dãtes intellectũ ex quo excludunt̃ obiecta.

Q uæstio. xxxiiij. Aphor. xv.

VTRVM In cõstitutione æstatis & autumni frigida & sicca causẽtur ophtalmiæ & febres acutæ. Negatiue arguitur sic. In tali constõne debẽt causari morbi proportionati qualitatibus cõstitutionis. ergo nota est consequentia, quia febris acuta nõ propoetionant̃ frigiditati, nec ophtalmiæ, cũ sit apa calidum.

Ad oppositum est Hippo. Prima propõ pro quæstione. Febres acutę non consequunt̃ per se hanc constõnẽ. Probatur sic ad constitutionem frigidam solum de per se cõsequit̃ morbus frigidus. consequentia tenet, q̃a febris acuta est morbus calidus, antecedens patet, quia effectus qui de per se consequitur ad frigiditatem est frigidus. Secunda propositio est hæc. Febres acutæ consequuntur hanc constitutionẽ de per accidens. Persuadet̃ conclusio præbendo modum. frigiditate harum constõnum retinent̃ & incuneantur malæ materiæ & per reflexionem exacuunt̃. Item ratione siccitatis consumuntur phlegmata & aliæ humiditates obtundentes caliditatem, ideo calidi humores ad caliditatem ulteriorẽ educuntur. ut tandem putrefactis in uenis febres continuæ causentur. Tertia propositio tacta in notato textus sit hæc. Febres acutę quamuis non de per se causent̃ in ista constitutione. causantur tamen de p accidens maxime in autumno uel fine autumni, propter maiorẽ esse factam exiccationem, & maiorem exacuitionem caloris per prohibitam transpirationem & materię retentionem. Q uarta propositio. Febres ualde chronicę possunt in hanc constitutione causari. propositio patet propter reperiri materiam melancholicam adustam uel nõ adustam ualde ex hac constitutione. Ex dictis inferendum q̃ existente ęstate frigida & sicca & autumno sicco cum hic sint duę causę potentes ad producendum morbos nec una aliam temperet, morbi in una parte ut autũno poterunt causari. ęstate tamẽ existẽte frigida & sicca & autumno pluuioso & austrino morbi causant̃ hyeme, autumno ut tangebatur commen. 14. contemperãte aliqualiter ęstatem pręcedentem.

Isto posito patet responsio ad obiectum primum per conclusionem primam.

Q uæstio. xxxv. Aphor. xv.

VTRVM Tempora distinguantur consimiliter secundum astrologos & medicos. Affirmatiue arguit̃ sic. Primo tempora distinguuntur secundum medicos & astrologos secundum motus solis in orbe signorũ. ergo &c̃. consequentia uidetur nota, antecedens patet quantum ad partem primã auctoritate Halyab. quinto theoricę. ca. de distinctione temporũ. ubi ponit inchoare uer sole intrante primum minutum arietis, quod est circa medium martij, cui ueri dicit correspondere menses tres & signa tria. consimiliter cuilibet etiam tempori dicit tria correspondere signa & totidẽ menses. Q uãtum ad partem aliam allegatur a Thadeo Albumasar in suo introductorio astrologię idẽ asserens & confirmãs. Halya. Albu.

Secundo arguitur sic. secundum ortũ & occasum stellarum magnarũ distinguunt medici tempora & astrologi. ergo. consequentia etiam uidetur apparens. antecedens patet quantum ad primam partem, quia astrologorum est stellarum considerare ortũ & occasum. quãtum ad aliam partem patet per Gal. 3. criticorũ. 7. cap̃. & pro parte per eundem cõmẽto. 15. lecto. Tertio arguitur sic. secundum cõplexiones aerum et mutationes ex eisdem in corporibus contingentes tempora à medico uariantur & consimiliter ab astrologo. ergo. antecedẽs notum est quantum ad partem primam. secunda primi doc. secunda. ca. de naturis temporum. quãtum uero ad aliam partem antecedens patet, quia astrologorũ est cõsiderare causas effectiuas mutationum aeris, & per cõsequens etiam effectus, ex quorum notitia in causarum poterunt notitiam deuenire. Vltimo arguitur sic. medici consimiliter considerãt dies criticos ut astrologi, ergo & consimil'r tpa anni. nota ẽ p se cõsequentia colligit̃ antecedens p magnũ pcessũ Gal. in lib. criticorũ.

Ad oppositum est auicẽ. secunda primi doc. secunda. cap̃. alleg. de naturis temporũ. ad principium. Pro qõne respondẽdũ q̃ tempora anni cõsiderari possunt & distingui secundum rectam & determinatam distinctionem causarum effectiuarum mutationum aeris & temporum istis causis correspondentium, siue hę mutationes sint manifestę siue nõ. Secundo considerari possũt & distingui tempora ratione causarum effectiuarũ mutationum manifestarum aeris & corpoeis huius. detur exemplum in alio. Gradus n quatuor secundum medicos dupliciter imaginari possunt & distingui. Primo imaginando primum gradum alicuius certę intensionis quam secundus gradu excedat, siue manifeste siue non. Secũdo imaginari possumus ipsum per manifestũ excessum supra primum Sic etiam aliquotiens consideratur ægritudo duplicit̃. Primo pro dispõne lædẽte operationes &c̃. inter quã secundum hãc sumptionem et sanitatem non datur medium, ut primo colliget sumptum ca. primo ultra prohemium. Sumitur secũdo pro dispõne lædente sensibiliter & immediate &c̃. Prima ppõ responsalis. Medicus ut medicus distinguit & habet distinguere tẽpora ratione effectuum manifestorũ in corporibus humanis contingentium principaliter. Patet ppositio ex processu Auicẽ. secunda primi alleg. ca. & patet etiam propositio ex hoc, quia cũ medicus ex effectibus & à posteriori procedat maxime à notitia effectuũ manifestorũ debet inchoare tanquam sint notiores nobis. Secunda propositio. Medicus aliqua principia, & astrorum notitiam supponens ab astrologo habet secundum quarũdam stellarum ortum & occasum distinguere tempora. Persuadetur propositio, quia tum ex astrologia tum etiam ex his effectibus manifestis uenit in notitiam ortus talium stellarum, quibus orientibus hę manifeste mutationes causantur aut ipsis occidentibus. Anni tẽ p adu- plicit̃. Ægritudo duplicit̃. Auerr. Auicẽ.

Tertia propositio. Non solum secundum hatũ stellarum ortũ & occasum habet astrologus distinguere tẽpora, immo etiam secundũ incessum solis in orbe signorum. Propositio potest sic persuaderi. astrologi etiam habent considerare adæquatas causas anni. antecedens notum, cum eius sit cõsiderare astra meliori modo quo possibile est. patet, quia secundum talẽ incessum & stellarum ortum causantur aerum & corporum manifestæ mutationes & inceptiones earũ nõ manifeste. Q uarta propõ. Medici ut astrologi ẽ cõsimil'r tpa cõsiderare.

Propositio patet partim ex nūc posita, & partim ex hoc adiūcto, quia medici nō est ita exquisite cōsiderare mutationes aeris & oēs causas adæquate productiuas earū.

Ex dictis patet conclusio responsalis ad quæsitū. Non quomodo ab astrologo tempora distinguunť, taliť apud medicū ut medicus est distinguenda sunt. Conclusio patet per cōclusiones ante positas. Patet etiam aliud Thadei euitando dubium. nā secundum astrologos inchoat uer in æquinoctio sequenti hyemem. secundū uero medicos in tali æquinoctio uel parum ante uel post manifesta tēpeste in aere apparente post potissime & aliquādo

Halya.

ante. Patet etiam propositio in alio. nam Halyab. quinto theoricæ. alleg. cap̄. inchoat æstatem in medio iunij ut astrologus. ubi apud Gal. inchoatur in ortu pleiadū quarum ortus secundum eūdem libro alleg. cap̄. de mutationibus aeris propter stellas est in maio. inchoat etiā hyemem in decembri. ubi secundum Gal. occidētibus pleiadibus debet in nouembri inchoare. quorum auctorū diuersitates ex p̄dictis conclusionibus colliguntur.

Istis conclusis patet solutio ad obiecta ante oppositū & post non discurrendo per ipsa.

Quæstio. xxxvi. Aphor. xvi.

VTRVM Constitutiones anni siccæ sint pluuialibus saniores. Negatiue arguitur sic. Primo autumnus humidus & pluuiosus sicciori sanior est. igitur pars negatiua uera consequentia nota, quia autumnus est aliqua anni constitutio. antecedens patet secunda primi.

Auicē.

doc. 2. ca. 6. in fine sumitur etiam antecedens. 3. apho. cōmen. 9 Secundo sic. aer siccus est paratus facere omnem ægritudinem præter phthisim. ergo cōstitutio sicca non est sanior humida. colligitur antecedens ex commen. sequentis aphor. consequentia tenet, quia propter pluralitatem morborum non dicetur sana constō, imo ægrotatiua. Tertio sic. in constitutione sicca multiplicantur peiores humores q̄ in humida. igitur constitutio sicca peior. cōsequentia uidetur apparens. antecedēs patet, quia in cōstitutione sicca multiplicatur chol'a aut mel'ia. in humida uero phlegma aut sanguis, qui minus mali sunt chol'a. & mel'ia. Quarto sic. non minus pōt labi corpus per constitutionē siccā q̄ per humidā. ergo non minus ægrotatiua est sicca constō humida. nota ē consequentia, quia stante paritate lapsuum & pari facilitate ad labendū, stabit etiam par ægrotatiuitas, patet antecedēs pp corpus humanū mediare inť siccū & hūidū, & pp siccitatē nō minus agere humiditate.

Ad oppositum est Hippo. in parte prima aphor. 16.

Prima conclusio. pro quæstione tenenda est hæc. Cæteris paribus constōnes anni siccæ sunt absolute dicē de humidis saniores. Probatur conclusio ex dictis & notatis in cōmento sic in constitutione sicca pauciores morbi materiales & rarius contingunt igitur colligitur antecedens ex cōmen. quia propter siccitatem paucificanť superfluitates & humores. consequentia tenet, q̄a morbi secundum plurimum contingentes sunt morbi materiales. si igitur ratione horum siccæ constitutiones sunt saniores absolute sunt dicendæ saniores. Secunda conclusio. Licet respectu morborum materialium pluries contingentium siccæ sint humidis saniores, respectu tñ spiritualium morborum materialium dicit possunt magis ægrotatiuæ. Hoc persuadetur sic. minus improbabile est quorūdam morborū materias reperiri in constitutione sicca q̄ humida. igitur. consequentia uidetur apparens satis. antecedens patet. nam primo minus improbabile est materiam siccam reperiri in cōstitutione sic-

Albert.

ca q̄ in humida. Tertia conclusio quæ est Alberti, & tacta aliqualiter in textu est hæc. Respectu morborum immaterialiū sicca constō potest humida esse ægrotantior. Patet propositio. nam ad causandum heticā & plures morbos immateriales promptior est sicca cōstitutio q̄ humida per suam consumptionem talium effectiuā. Quarta conclusio. Licet pluribus corporibus minus noceat constitutio sicca q̄ humida, respectu tamen quorūdam plus nocet sicca q̄ humida. Propositio per exēplum breuiter persuadetur. si. n. sumantur corpora sicca multum lapsa lapsu naturali aut prēter naturam, notum est q̄ sicca constitutio plus nocet eis. Quinta conclusio. Licet aphor. prima pars uerificetur quantum ad quamlibet constitutionē anni maxime tamen potest intelligi de constitutione anni naturaliter humida. Propositio persuadetur sic. cōstitutio naturaliter humida minus distemperatur per siccitatem q̄ humiditatem. declaro antecedens, quia per siccitatem mouetur plus ad naturā tēporis ꝑ humiditatē āt fit cōtinue distantior.

Isto posito patet sol'o ad obiecta. Ad primū dico q̄ per autumnum humidum & pluuiosum non intelligit Auicē. autumnū distemperatum in humiditate, sed in quo apparent multæ pluuiæ contemperantes siccitatem autumni ēt ex æstate reseruatam qui est autūnus tēperatus. de quo etiam loquitur Gal. 3. apho. cōmen. 9. dicto. Vel est dicendum q̄ autumnus siccus est ægrotatiuior propter disparitatem siccitatis duplici in eo existente exiccatione. ex parte præcedentis æstatis primo. & secundario ex parte sui lapsus prima solutio est melior.

Ad secūdum argumentū dico q̄ aer siccus est paratus facere omnē morbum ad sensum qui dabitur aphor. sequenti & eius cōmen. præter phthisim, tamen stat q̄ absolute aer siccus sit humido sanior. Ad tertium. in constitutione sicca multiplicantur peiores humores, hic dicere possum concedendo. sed quia multiplicantur in q̄titate pauca regulabiles à uirtute, ideo morbi pauciores causantur. Vel dicendum q̄ licet de per se & merito siccitatis aeris peiores humores causentur in aere sicco. tñ pro quanto in aere sicco consumuntur superfluitates & calidum naturale uigoratur, in humido uero reuertitur & hebetatur calidum, ideo contingit peiores humores multiplicari in aere humido. Ad quartum. non minus conuenit corpus &c̄. declino. immo dico q̄ cum in corpore humano dominetur humidum, facilius labetur ad humiditatem per aerem humidum. Ad probationē oppositi, quia corpus humanum est medium. Respōdeo q̄ corpus humanum non est medium per æquidistantiam, sed medium ut sic dicam per abnegationem extremorū. Item dicendum ad consequentiam q̄ quamuis alteretur æque cito ad siccum sicut ad humidum de per accidens, tamen plus ægrotare potest per cōstitutionem humidā propter multiplicationem materiæ humoralis.

Quæstio. xxxvij. Aphor. xvi.

VTRVM Constitutiones siccæ anni sint minus mortiferę humidis. Negatiue arguitur sic. Primo. in constitutione sicca multiplicantur morbi acutiores. igitur. antecedens colligitur ex apho. & cōmento octaui certij huius. consequentia tenet per notitiam morborum acutorum. Secundo arguitur sic. siccitas plus cōtrariatur uitæ q̄ opponať humiditas. igiť constō sicca est peior. consequentia uidetur apparens. patet assumptū, q̄a uita stat in humiditate, ut. 7. quarti. trac. 4. ca. 1. de causis extenuationis ad finem. Tertio sic. fortiores putrefactiones causantur in sicca constitutione q̄ in humida igiť ipsa est magis mortifera. consequētia uideť apparēs antecedens patet propter acuitatem calidi.

In oppositū est secunda pars apho. 16. Prima ꝓpō ꝓ q̄ōne dictis conformiť rūdendo est ista. Absolute constōnes siccę sunt minus mortiferę. Propō primo colligitur ex cōmento & apho. 16. Secundo probať ex hoc ꝓpter non multiplicari, imo consumi materias humorales & pp uirtutē plus posse supra materias. Secūda ꝓpositio Siccæ cōpl'ones respectu quorūdā morborū & quorūdā cōpl'onū sunt magis humidis mortiferę. Patet propositio quantum ad partem primam, quia respectu heticę & tabes siccę sunt magis mortiferę, respectu etiā siccarum complexionum ualde lapsarum naturaliť aut prēter naturam siccę sunt magis mortiferę.

Tunc

Tunc patet responsio ad instātias. Ad primam, morbi acutiores causantur in constitutione sicca. hoc dicere possum consequentiam negando. & causa est, q̄a quāuis in constitutione sicca causentur isti morbi, & secundum plurimum morbi qui causantur sint tales, quia tamen raro causantur, pluries autem in humida constitutione causanť, ideo stat humida esse magis mortiferā. Vel dicendum ꝙ licet de per se morbi acutiores fiant in tempore sicciori, de facto tamen & per accidens, q̄a multiplicata materia & non regulata à uirtute debite acutiores causantur tempore humido. Vel dicendum tertio ꝙ supposita debita qualitate materiȩ acutiores tempore sicco causabuntur, sed quia pluries in tempore sicco pauca est materia, multa uero in humido, ideo stat humidū magis esse mortiferum, & stat fortiores putrefactiones causari tempore humido. Ad secundā siccitas plus opponitur &c̄. concedo de per se, tamē de per accidēs plus est conformis uitȩ cum ad consumptionem humiditatis à siccitate consequatur uitȩ melioratio sicut etiam frigiditas de per se plus opponitur uitȩ de per accidens, tamē naturale uigorando calidum est causa meliorationis corporis, ut patet primo apho. commento decimo sexto.

Quęstio. xxxviij. Cōmenti. xvi.

VTRVM per balneum exterius emittantur superfluitates interiores. Affirmatiue multipliciter arguitur. Primo auctoritate Gal. ubi uidetur uelle balneum euacuare à toto. Secūdo arguitur sic, exercitiū euacuat à toto, ergo & balneum, antecedens colligitur allegato cōmen. consequentia tenet, quia nō minus balneum calefacere potest exercitio.

Ad oppositum est Gal. in commento. 17.

Balneū duplex. Respondendum ꝙ balneū intelligi potest, uel ex aqua calida artificialiter & actualiter, uel ex aqua calida naturaliter uel artificialiter secundū potentiam. Exemplum secūdi, sicut est aqua picea aut sulphurea aut aqua salsa. Prima propositio. Balneum cęteris paribus non ita debite resoluit superfluitates intrinsecas ut debitum exercitiū. Propositio patet primo ex intentione nostrorum auctorum loquentium de presenti materia. & persuadetur etiam ex alio, quia ex exercitio debito calidū naturale plus uigoratur & confortatur. plus etiā æquatur in intrinseco & partibus exterioribus balneo magis de foris ueniente & non ita naturȩ conformi, & hoc maxime in ætate exercitio proportionata nā forte in aliqua parte infantiȩ plus exercitio balneū conueniret ut experientia notat, imo illi parti nullū uerum conuenit exercitium. Secunda propositio. Dicēdum est hic Gal. maxime intelligere de balneo in potiori suo significato qd appellatur balneū aquȩ dulcis. Propositio patet. ex cōi locutione auctorū absolute prolato balneo hoc balneū intelligentium. patet est propositio propter uirtutē eius non ualde profundari cum nō sit potentiȩ multȩ. Tertia propositio. Balneum actualiter & potentialiter calidum potest se in resolutione superfluitatum magis profundare. Propositio patet propter ipsum habere caliditatem actualem & potentialem & partes habere penetratiuas saltem aliquo de quo secundū unam intentionē loquebatur Gal. 4. apho. 2. allegato cōmento cū dicebat maxime aqua sit picea uel sulphurea. Vltima propositio. Balneum extrinsecū est à toto. i. ambitu totius euacuatiuum. Propositio sic persuadetur. balneum tale potest euacuando ambire totum. igitur &c̄. nota est consequentia. antecedens patet cum secundū suam caliditatē secundū etiam suam corpulentiā possit totum circūdare, unde subcutanea superfluitate existēte disposita fiet euacuatio & resolutio. quȩ cōclusio ponitur cōiter pro intellectu auctoritatis quarti apho. ubi dicatur balneū euacuare à toto, idest ambitu totius.

Balnei caliditas duplex.

Ex his ergo cōclusionibus patet respōsio ad obiecta. Ad obiectum primum patet satis responsio. Ad secūdum dicitur negando cōsequentiā. Ad probationē quia ita calefiūt &c̄. possum declinare hoc, propter balneum non ita approximari intrinseco sicut exercitiū. est etiam consequentia declinā da. nam debita superfluitatū excussio nō fit à calido inquantum calidum, sed etiā à calido naturali. Sed notandū notanter esse dictum exterioribus balneis, eo ꝙ balneȩ interiores interioribus & solidis membris pro possibili applicatȩ interiorem facerent resolutionē, quȩ tamē euitādȩ sunt propter lȩsiones cōtingentes ex eisdem si intrinsecus a. sumantur.

Quæstio. xxxix. Commenti. xvij.

VTRVM phthisis possit cāre in aere sicco. Affirmatiue arguitur sic. Primo. phthisis est morbus proportionatus siccitati aeris. ergo. cōsequentia tenet, quia in tēporibus causantur morbi proportionales. & colligitur in hoc tertio. cōmē. 2. illius apho. ægritudines quidem patet añs, quia phthisis nō est aliud q̄ꝫ consumptio corpis & exiccatio. Secundo arguitur sic. siccitas aeris augmētat phthisim. igiť. colligit añs tertio huius apho. 11. n. a auctūnus phthisicis malus tanq̄ꝫ augmentatiuus phthisicis. añs tenet, quia illud quod est augmētatiuum phthisis si intēdať poterit facere phthisim. Tertio. siccitas aeris pōt esse causa ulceris pulmonis. ergo & phthisis. cōsequentia uideť nota, cū phthisis natura consequatur ulcus pulmonis. añs patet talem supponendo casum ꝙ aliquis naturaliter habeat humores ualde acutos terminatos in suā acuitate exclusiue ad acuitatē humorum ulcerantiū. supponatur secūdo ex sola siccitate aeris humores fieri acutiores qđ secundū colligiť ex primo principio cōmenti, supponatur tertio ꝙ in tēpore sicco fluāt aliquȩ humiditates catarrales ad pulmonē. Istis prȩsuppositis arguatur sic, ad pulmonem fluunt humiditates corrosiuȩ, igitur pōt fieri ulcus pulmonis. cōsequentia probabilis est. añs patet ex casu deducendo. Quarto arguitur sic. frigiditate pōt causari phthisis. igiť & siccitate añs est Gal. in cōmen. cōsequētia tenet ppter siccitatem esse in tantū induratiuā arteriȩ seu uenȩ ut nō minus frangať uena uel arteria q̄ꝫ à frigiditate. cōsequētia tenet ēt pp siccitatē in corpore nō minus intē sam apparere posse q̄ꝫ frigiditatē ut patet in ethico & cōsumpto.

Ad oppositū est Gal. in commen. Primo supponendum pro quȩstione phthisim aliquando sumi cōiter pro consumptione ad quācunq; causam consequatur. sumi etiā aliquando proprie pro consumptione totius corporis ulcus cōsequēte pulmonis. Secūdo ēt prȩmittēdū: ulcus pulmonis posse consequi causam primiuā & exteriorem immediate ulcerantem seu uulnerantē. Aut consequi fracturam uenȩ pectoris uel pulmonis ex nimio motu quomodolibet fracta uena, unde fluēte sanguine ad pulmonem aut partē sibi propinquam & putrescente ibidem, pulmoni consequitur corrosio & putrefactio. Causatur etiam à causa intrinseca, quia propter defluxum catarri acuti cholerici, aut propter defluxū saniei ex pleuresi ad pulmonem aut propter peripleumoniam, aut propter catarrum phlegmaticum salsum seu baurachium corrodentem & ulcerantem pulmonem, aut causatur etiā fractura uenȩ uel arteriȩ propter indurationē uenȩ uel arteriȩ, ut inobediens fiat debitȩ dilationi uel extensioni & tandē frangať aut propter nimiā repletionem, ut colligiť primo huius. cōmē. 3. aut propter acuitatem sanguinis aperientem uenarum orificia. Tertio prȩmittēdum dum Hip. ponit aliquos morbos in aliquo tempore causari uel nō causari hoc intelligendū dū sunt apti causari secundū plurimū, & per se merito tpis uel nō sunt apti taliter causari. Prima propositio. A siccitate aeris potest causari phthisis primo modo sumpta. Probari pt sic. à siccitate aeris pōt causari totius corporis consumptio. ergo consequentia nota est per notitiam phthisis primo modo sumptȩ. antecedens patet cum siccitatis de per se sit humiditatem desiccare & consumere. aucta ergo ualde siccitate totius corporis consumptio consequetur. Secunda propositio. A siccitate ae-

Phthisis dup.

ris de per se nõ consequitur phthisis modo secundo sumpta. Hęc propositio sit pro intellectu Gal. Persuadetur etiam sic ex causa, quia primo siccitatis de per se non est facere defluxũ humiditatum ad quem pulmonis ulceratio cõsequatur, imo eius potius est humiditates cõsumere defluxiuas, ut colligitur cõmen. 16. Constitutiones uero anni siccitas etiã non est in tantũ ut plurimum induraret arteriam ut in motu frãgatur. unde uidemus corpora ethica & tabida non incurrere hanc uenarũ fractionem cum tamen sint exiccata ualde.

Tertia propositio. Ex siccitate aeris potest causari uera phthisis. Propositio patet, primo ex casu uel ratione ante oppositum, in corpore etiã habẽte uenas ualde siccas & exiles ut ex leui dispositione frangantur, tunc. n. aucta siccitate fractio consequeretur. Item propter siccitatem porositatis corrugãtem extrinsecus contingẽs est per uiam constipationis humorum fieri defluxum pulmonem tandem ulcerantium. Quarta propositio. Absolute dicendum in constitutione sicca non fieri phthisim. Propositio hęc probatur per conclusionem secundam adiuncto ultimo notato.

Isto concluso patet responsio ad obiecta ante oppositum. Ad primum phthisis proportionatur constitutioni siccę. igitur dicere possumus ad añs & consequentiã. primo ad añs, qa licet cõstitutio proportionet tabi phthisis non proportionatur tamen ulceri ad quod consequitur hęc tabes à quo phthisis propriorem recipit denominationem. uel dicendum ad consequentiã, negando ipsam, ut. n. aliquis morbus generetur in aliqua constitutione requiritur maxime cõstitutionem proportionari ut factiuam morbi & sic non proportionatur cõstitutio sicca phthisi, ut sumitur ex Gal. Ad secundũ siccitas auget, ergo primo respondendũ ad añs ꝙ siccitas de per se auget tabem in phthisi existentem. minuit autẽ ulcerationem pulmonis, ideo forte absolutius minuit phthisim ꝙ augeat. De autũno tamen dicendũ ꝙ nocet phthisicis ratione tabis, & absolute nocet propter suã diuersitatem & constipationem malarum materierum sui frigore contingentem. Ad tertiam rationẽ pręhabitis supponẽdo casibus rñdendum per tertiam cõclusionem.

Ad quartam rationem ad punctum negetur ꝙ siccitas secundũ plurimum sit fractiua uenarum. Ad probationem, frigiditas est fractiua. ergo & siccitas. declino consequentiã, eo ꝙ frigiditas est acutior siccitate, eo etiã ꝙ frigiditate indurante uenas & arterias, retinentur tamen humores iuuantes ad crepaturam uenarum aut arteriarum, ubi per siccitatem consumuntur & paucificantur. & sic sit dictum ad dubium.

Questio xl. Cõmenti xvij.

VTRVM frigiditas frangendo uenam possit facere phthisim. Negatiue arguitur sic. Crepatio uenę nõ fit nisi per uenę indurationem. igitur à frigiditate crepare non potest. añs uidet esse notum posita paritate aliarum causarum omnium, excepta frigiditate, cõsequentia tenet, quia non nisi frigiditatis cõgelatiuę est taliter indurare quę in corpore nostro esse non potest. colligitur totum secundo cõplexionum, cap. 3. in cõi conuocatione parte illa. Regula igitur corporalis calidi & frigidi.

Ad oppositum est Gal. in cõmento. Pro qõne dicẽdum ꝙ à frigiditate ualde intensa possunt uenę crepari & frangi. Propositio patet propter frigiditatem reddere pectus uenas & arterias indispositas debitę extensioni, propter reddere etiam humores corpulentos eorum corpulentia prẽmentes uenas & arterias extendentes. exẽpli causa. si in aliquo sacco ponerentur mollia & magis corpulentiora citius frangeretur saccus per corpulentiora. & sic est de uenis.

Ex isto patet responsale ꝙ à frigiditate potest causari phthisis. persuadetur etiam ex alio, cum frigiditas comprimendo defluxum ad pulmonẽ facere possit. Ad rationem ante oppositum, ad punctum respõdetur ꝙ frigiditas nõ facit crepare uenas, qa reddat uenã tactui ue redurã, sed ut est dictũ ipsam facit motui ineptiorem.

Questio. xli. Cõmenti. xvij.

VTRVM constitutio sicca sit oibus morbis pter phthisim apparata. Quòd non arguitur sic. cõstitutio sicca nõ est apparata hydropisi & morbis humidis. ergo. antecedens notum cum consequentia tota.

Ad oppositũ est in cõmento Gal. Prima cõclusio. pro qõne. Cõstitutio sicca non est oibus morbis præter phthisim appropriata. Deducat cõclusio per rõnem ante oppositum. Secũda cõclusio, Omnibus morbis in secunda parte apho. narratis respectu phthisis est sicca cõstitutio preparata. Hęc propositio sit pro mente Gal. in cõmẽto. Et persuadetur hoc modo, quia alijs morbis generandis minus inepta est ista cõstitutio ꝙ phthisis. igitur &c. consequentia tenet per communem modum loquendi. antecedens ex dictis colligitur Gal.

Quæstio xlij. Cõmenti xvij.

VTRVM artetice fieri possint in sicca cõplexione. Affirmatiue arguitur auctoritate Hipp. 6. aphor. apho. 55. podagrica & maniaca uere & autũno mouet ut in pluribus auctoritate et Aui. 22. tertij. trac. 3. c. de doloribus iuncturarũ. & est satis ad medium, ubi uult uer & autũnum esse aptiora tempora ad podagrã &c. Auicē.

Ad oppositũ uideẽ esse Gal. in cõmento, & arguitur sic. instrũa motus quanto sicciora tãto fortiora. ergo. consequentia uideẽ nota, quia fortitudo instrũorum motus abijcit dolores artetticos. colligitur añs. 6. de accidenti & morbo. ca. 5. in cotatione cõi dubitationis de inęqualitate lęsionis operationũ. Pro qõne hęc sit memoranda distinctio. Artetticã sumi cõiter & proprie. Cõiter in quã pro dolore quolibet articulorũ siue proueniat à causa primitiua siue corporali. unde dolor articulo difficultatem plicationis cõsequens & duritiem arteticus appellatur. Proprie uero sumit dolor articulorũ pro dolore cõsequente causam corporalẽ defluxã secundũ plurimum aut defluentẽ, aut etiã ꝙuis raro p uiã paulatinę cõgestionis genitã. cuius doloris causę & notificationes colligende sunt. 22. tertij. tra. 2. & alle. cap. Gal. Arthretica duplex.

Iuxta pręhabita tria tenẽda sunt. Primũ est hoc ꝙ artetica primo modo sumpta potest causari à siccitate. patet ppositio per Gal. in cõmento & per rationẽ, qa propter siccitatem intẽperatam mẽbra poterũt difficulter & male plicari ut dictum est, & colligiẽ. 6. de accidẽti. ubi est allegatũ. Secundo est tenendum de per se ex siccitate nõ põt artetica generari, Hęc propositio colligitur ex cõmento ut patet ex hoc, quia siccitatis est consumere humiditates defluxiuas ac etiã paulatime cõgestas. Tertio tenendũ est nõ esse impossibile ex siccitate uerã artetticã generari. patet ubi corpus ponaẽ ualde plenum, ita ꝙ ad siccitatem aliqualiter constipãtem hic dolor consequatur per uiam defluxus.

Isto posito patet responsio ad obiecta. Ad ultimum tamen respondendum ꝙ membra motus quanto sicciora tanto fortiora, dummodo siccitas non sit pręter naturam ut ibidem explicuit Gal.

Questio. xliij. Cõmenti. xvij.

VTRVM in siccitate aeris causari possit strangu ria. Primo negatiue arguitur sic. phthisis & artetica nõ possunt causari in siccitate aeris. ergo nec strãguria. añs iam deductum est. & consequentia per simile.

Ad oppositum est Gal. in cõmento. Primo p questione supponendę sunt notificationes strangurię & dissurię ex dictis super apho. 6. huius. Austrini flatus grauant auditum &c. Secundo pręmittendum ex ardore urinę cõsequi strangurĩã seu dissuriam. urina. n. ardente & pungente uirtus expulsiua ualde conatur urinam emittere, & eius cõsequitur guttatim expulsio. Tertio pręmittendũ ardorẽ urinę causari aliqñ ex consumptione humiditatis uiscosę existẽtis in carnibus glãdosis colli uesicę. uñ dũ emittit urina, hęc humiditas dispgit Strãguriē & dissuriē cã.

per meatũ

per meatum uirgę, ita q meatus propter hanc humiditatem interpositam non percipit ardorem. ideo post coitū percipit ardor urinę primo dat causa cōis ppter acuitatem genitam in urina ex cōcussione coitus & delatione spirituum & caloris ad partes coitiuas. causatur etiā & melius propter expulsionem & consumptionē talis humiditatis in coitu, quę secunda causa colligit. 19. tertij. c. de ardore urinę ad principiū capituli. Isto pręmisso patet responsio ad qōnem q ad siccitatem aeris maxime ultimatā potest causari stranguria seu dissuria. Propositio potest sic persuaderi. ex tali siccitate pōt fieri ardor urinę. igitur añs cum consequentia ex primis sumi possunt. Secundo arguitur sic. ex tali siccitate multa potest causari stranguria. igitur. añs & cōsequētia ex cōmento colliguntur. Secundo dicendum q ex siccitate talis stranguria est maxime apta causari in corpore sicciori. Propositio est euidēs, qa cōstitutio sicca pōt amplius exiccando debilitare contētiuā corpis siccioris.

Isto posito patet responsio ad obiectū ante oppositū negādo cōsequentiā. Et hęc sufficiāt de cōmēto pñti.

Quæstio. xliiij. Apho. xviij.

VTRVM aphorismus. 18. contineat ueritatem. Negatiue multipliciter arguitur. Primo. nec corpora debilia ex ętate nec ex cōplexiōe naturali nec ex morbo fiunt per borealem fortiora. igitur. prima pars apho. falsa. consequētia tenet. quia corpora quę fiunt fortiora sunt debilia. primo probatur añs. nā corpora debilia ex ętate maxime sunt senilia quę lęduntur per boreā. Corpora etiā debilia ex cōplexione, ut frigida & sicca uel frigida & humida. aut etiā cholerica macra lęduntur per boreā, ut patet ex supradictis in apho. 15 primę particulę. Corpora etiā debilitata ex morbo ut neutra cōualescentię, quia extenuata sunt lęduntur per boreā. Secundo arguitur sic. frigiditas habet īmobilitare. igitur boreas non reddit corpora bene mobilia. cōsequētia nota, quia boreas est frigidus. añs patet prima primi. doc. 6. cap. 6. de uirtutibus ministrātibus. Tertio arguit sic. bona coloratio prouenit ex pręsentia boni sanguinis & spirituū. igitur boreas nō facit corpora bene colorata. añs patet, quia in borea cum sit frigidę & siccę cōplexionis debet multiplicari humor sibi proportionatus ut melancholicus. Quarto arguitur sic. boreas habet ingrossare aerem & spiritus igitur nō facit corpora audiētia melius añs notum est cuilibet propter frigiditatē boreę. consequentia tenet, quia propter grossitiem boreę spirituum & aeris fit auditus obtusus. Quinto arguitur sic. boreas mouet superfluitates à circūferentia ad centrum. igitur humectat uentres & non exiccat. añs est notum cum sit frigidum. consequentia tenet, qa humiditates sic diuersę faciunt fluxum uentris. Sexto arguitur sic. mordicatio fit à calido. ergo boreas nō mordet oculos. colligitur antecedens quarto de sim. me. dif. 4. ca. 1. tenet consequentia cum boreas sit calidus.

Auicē.

Septimo arguitur sic. boreas facit corpora fortiora. ergo non facit dolorem circa thoracem, nec prius existētem auget. consequentia tenet, quia generatio doloris uel augmentum debilitat corpora. añs fuit propositio prima. Octauo arguitur sic. uirtutes confortantur calido & humido. igitur austrinę constitutiones non faciunt dicta nocumenta. añs patet quia uita stat per calidum & humidum, ut colligitur prima primi. ca. de cōplexionibus. in secundo modo ęqualitatis ad iustitiā. cōsequentia nota cum constitutiones austrinę sint calidę & humidę. Nono arguitur sic. uertigines causantur propter cōmotionē uaporum aut spirituum in cerebro. igitur nō plus constitutiones austrinę faciunt uertigines borealibus. añs sumitur prima tertij trac. 5. cap. 1. de uertigine. cōsequentia tenet cum nō minus sit cōmotiuus boreas austro. Decimo arguitur sic. corpora calida & humida sunt dispositiora motui corporibus frigidis & siccis. igitur austrinę constitutiones non faciunt in oculis & corpore toto motum difficilē. consequentia nota cum calefaciānt & humectent. Vltimo arguitur sic. austrinę constitutiones trahunt superfluitates à centro ad circūferentiam. igitur nō humectant uētrē. añs notū est pp caliditatē eorū. cōsequētia tenet, qa humectatio uētris cōtigit pp trāsitū supfluitatū ad itestina.

Ad oppositum est Hippo. in aphor.

Pro qōne rñdendum apho. esse uerū ut pbatum est in cōclusionibus textualibus. Propter argumentū primum dicendū q corpora quę fiunt fortiora per boream sunt corpora robusta in sanguine & spiritu abundantia fortia ex ætate & cōplexione, & sic cessat argumentū primū. Pro secundo etiā dicendū q frigidum de per se īmobilitat ut est argutum de per accidēs in robustis corporibus reflectendo calorem nō īmobilitat. immo mobilitat iudurando superflue aliquod in cēbrū motus, intelligendo semper de borea nō multum excedēte de corporibus etiam robustis ut dictum est. Pro tertio etiā dicendum q boreas de per se non facit bonum calorē, sed quia per accidens reflectendo calorem uigorat naturales uirtutes. unde multiplicatur bonus sanguis & spiritus & melancholia pauca, & sic de per accidens est cā multiplicationis humoris nō sibi proportionati in cōplexione. Pro quarto respondendū q maius est iuuamētum boreę in exiccando superfluitates circa instrm auditus & cerebrum & uigorando calorem q̄s sit nocumentum ingrossationis spirituum & aeris. Vel dicendum q boreas propter fortē cōmotionem & remotionem uaporū subtiliat aerem, & reflectendo calorem naturalem facit spiritus esse debite dispositos & nō minus grossos. Vel dicendum q q̄uis boreas ingrosset respectu cōstitutionis tēperatę, tamen respectu austrinę uaporosę nō ingrossat, ad quā cōstitutionē austrinam in pręsenti Hip. borealē cōparat cōstitutionem. Pro quinto respondendum q boreas siccat uētres, quia primo facit uentrē seu intestina non esse fluxibilem, eo q consumit superfluitates pellibiles in intestinis, eo etiā q siccitate uigorādo retentiuā debilitat expulsiuā, eo etiā q fortificat calidū naturale hepatis, quo plus attrahēte humiditates ab intestinis per meseraicas consequitur tecū exiccatio, & sic stipticatio uentris. ut sumitur secunda apho. cōmen. 2. q̄uis ergo pellat superfluitates seu humiditates uersus interiora, plus tamē stipticat propter causas assignatas uel etiā boreas exiccat uentres i. cōcauitates in quibus regit nutrimentū cōsumendo. s. superfluitates illarū cōcauitatum, q̄uis reflectendo calorem & bonificādo digestiones in corporibus de quibus est dictum humectet bona humectatione. Pro sexto rñdendum q licet propria mordicatio fiat à calido ut dicetur super quinto huius, tñ frigidum condesando & soluendo cōtinuum, aut etiā siccitate exprimendo & soluēdo, aut etiā retinendo uapores acutos in oculis est cā mordicationis. Pro septimo rñdendū q boreas causat dolorē &c. in corporibus debilibus excarnatis circa thoracē quę non fortificātur per boreā. robustorum uero corporū thoracem fortificat & uigorat. Pro octauo rñdendum q uita consistit per calidum & humidū proportionata. uita tñ & membra uiuentia laxantur & debilitantur propter superfluam caliditatem & humiditatem qualis austri est. Pro nono notandum quid sit uertigo. uertigo. n. ubi est allegatum notificat sic. uertigo est ut habens eam imaginetur aliquid supra se uolui aut ipsum uel cerebrum suum uolui, quare non regit se immo cadit. unde sibi uidetur terram moueri & totum circulariter. quę uertigo causatur aliquando propter causam exteriorem facta uera commotione, ut si aliquis moueat alium circulariter uel seipsum moueat causatur aliquando ab intrinseco uaporalibus in cerebro motis & spiritibus. ista sufficiant nunc. quia multa de uertigine essent dicenda, quia ergo auster est ualde uaporosus, quia conuertit etiam humiditates cerebri in uapores qui petētes exitū

Vertigo qd, & rñ.

mouentur quasi circulariter. ideo auster facit uertigines, & nō propter suū flatum, ut imaginaẽ ratio. Pro decimo dicendū ꝙ ꝗuis corpora calida & humida naturaliter sint dispositiora motui &c̃. tamē calida & humida caliditate & humiditate extraneis, ut austri per quas laxantur sunt indispositamotui. Ad ultimū respondēdum ꝙ austrint cōstitutiones causis oppositis boreę humectant uentres exponendo uentres, ut prius plus faciētibus his causis ad humectationem ꝗ diuersio superfluitatum per caliditatem ad oppositum.

Quęstio. xlv. Cōmenti. xviij.

VTRVM omnes actiones corporis fiāt ex mēbris substantialibus. Negatiue arguitur sic. Nec fiunt oēs ex mēbris substantialibus, quia solidis & radicalibus. nec ex mēbris substātialibus, quia in principalibus. ergo. cōsequentia nota, quia alia nō uideni esse membra substātialia. añs patet. Non primo ex radicalibus fiunt oēs, quia aliquę fiunt ex membris carniformibus. hepar enim exercet digestionem secundā ut patet in multis locis, & stōs etiā patet. Nec oēs etiā fiunt ex mēbris principalibus cū omne mēbrū habeat opationē seu uirtutē qua cōpletur sua nutricatio, ut colligiē cap. de mēbris.

Ad oppositū est Gal. in fine cōmenti. Pro qōne dicendum ꝙ per mēbra substātialia primo intelligere possumus membra solida & radicalia, quę appellanē à prędominio & principatu substantialia, quia supra ipsa fundatur & radicaē totū corpus. unde partes carniformes sunt sicut impletiua quędā uacuitatū horum mēbrorū. ideo oēs actiones corporis sunt ex substātialibus his mēbris dependentibus. Secundo per mēbra substātialia intelligere possumus mēbra principalia, & maxime faciētia ad conseruationem indiuidui qualiter cor hepar & cerebrū, quę sunt absolute appellanda substantialia, à quibus omnes operationes immediate uel mediate fiūt. unde si alia membra aliquas operationes exerceant necessario tamen istis mediantibus.

Mēbrū substā- tiale du plr.

Tenendo hanc solutionem secundam patet responsio ad obiectum. Tenendo tamen primā ut conformiorē alteri translationi satis patet solutio ad obiectum exponēdo ut est dictum &c̃.

Quęstio. xlvi Apho. xix.

VTRVM pueri bene se habeant tpe ueris. Negatiue arguitur sic. Primo. pueri humidi sunt secundū naturam. ergo male se habent in uere. consequentia tenet, quia corpora lapsa in humido male se habent in uere, uere aliquantę humiditates hyemis. añs colligiē prima primi. cap. de ætatibus. ubi uult Aui. puerorꝫ corpora in caliditate temperata fore, temperato tamen ualde existere humidiora. Secundo arguitur. uer nō est similis cōplexioni puerorꝫ. igitur in uere corpora puerorum non bene se habent. añs satis est notum, cum aer ueris alteret corpora puerorum. cōsequētia tenet, quia in aere dissimili corpora puerorum non bene se habent.

Tertio arguitur sic. nullius cōplexionis naturaliter talis corpora puerorū bene se habent in uere. igitur. cōsequentia euidens. añs arguitur, quia nec corpora tpata nec lapsa. Nō primo corpa tpata. quod arguiē sic, aliquę corpora lapsa naturalr bene se habent in uere. igiē non tpata. añs notū est apud oēs, consequentia tenet, qa per idē non uidetur se hr̄e bene corpus tēperatū à tpamento lapsum. Silr ꝙ nec distemperata. probatur, qa corpora puerorꝫ naturaliter lapsa, ut calida & humida male se habēt in uere. ergo patet consequentia. maior probaē quia cum uer sit calidum & humidum & simile additum simili faciat furere. ergo &c̃.

Ad oppositum est prima conclusio apho. Primo pro qōne supponendum uer esse tpatum seu propriā in sua regione seruare naturā. Secundo supponēdum & ex pręhabitis memorādum uer maxime existere temperatum quo ad sui medium. Tertio notādum ꝙ duo corpora comparātur adinuicem penes ætates indicationes à solis sumūtur ætatibus, ꝗuis naturales complexiones aut alia opposita ualeant indicare. Istis positis primū responsale est hoc. Complexio puerorꝫ maxime est apta bene se habere in uere. Cōclusio sic. persuadeē. hęc cōplexio est ætatiue temperata. igiē cōclusio cōtinet ueritatem. colligiē añs ex cōmen. 19. cōsequentia tenet, qa cōplexio temperata ętatiue debet se bene habere in tpe tēperato quale est uer, ut colligitur. 3. huius cōmē. 10. illius apho. In autūno acutissimę ægritudines. Secunda propositio. Corpora puerorꝫ quę maxime sunt inclinata ad bene se habendū in uere sunt corpora naturalr tēperata. Cōclusio sic persuadeē. his corporibus maxime proportionaē uer. igitur. nota est cōsequentia ꝓ tanto pro quanto corpora bene se habēt maxime in tpe eis proportionato. añs est notum eo ꝙ hęc corpa sunt tēperata ætatiue & tēperata naturaliter. Tertia ꝓpositio. Corpora puerorū naturaliter calida ꝓbabiliter melius se habent in principio ueris ꝗ in medio uel fine. Propositio persuadetur sic. hęc corpora sunt naturaliter lapsa ad calidum. igiē. añs suppositum est in casu. cōsequētia tenet, quia per principium ueris prohibētur à lapsu magis ꝗ per medium uel finē, sic per cōsequens magis meliorané. Quarta propositio. Corpora puerorum naturaliter calidorū, ut corpora puerorum melius se habent in uere ꝗ corpora naturaliter calida aliarū ætatū. Propositio pro tanto est nota ad mentem Hip. pro quāto uer plus proportionatur ætati puerorū sumpta indicatione solum ab ætate. Quinta propositio. Aliqua corpa puerorum melius se habent æstate ꝗ uere. Propositio patet in casu supponēdo aliquē puerū eē maxime phlegmaticū & maxime secūdū mēbrū ualde humidū, ut cerebrū, notū est cuilibet hūc se hr̄e melius ęstate ꝗ uere.

Istis conclusis patet responsio ad obiecta ante oppositum. Ad primum pueri sunt humidi &c̃. respondeo ꝙ ꝗuis cōparando pueros iuuenibus dici possint humidi, tamen pro duratione uitę maxime sunt temperati.

Ad alias rationes ex pręhabitis responsum est.

Quæstio. xlvij. Apho. xix.

VTRVM infantes bene se habeant in principio æstatis. Negatiue arguiē sic. infantes sunt temperati secundum ætatem. igitur non bene se habent in principio æstatis. antecedens colligitur ex cōmento. consequētia tenet cum principium ęstatis sit tempus distēpratū, corpus temperatum non bene se habebit.

Ad oppositū est Hip. in secunda cōclusione apho. secundum mentem Gal. in commen.

Prima propositio pro qōne. Infantes bene se habent, imo optime in principio ęstatis. Propositio probata est in litera. Ex isto patet tamē. nam infantes quantūcunqꝫ temperati producuntur cum humiditate etiā superfluē te egente temperata exiccatione qualis est fieri possibilis per ęstatis principium. nam quantūcunqꝫ sperma sit temperatum matris & sanguis menstruus, superfluitates tamen ex digestionibus remanent fędantes fętum, propter quarū abundantiā eget exiccatione fętus. Secunda propositio. Aliqua corpora infantum alijs corporibus infantum melius se habēt in principio ęstatis. Propositio nota est, quia corpora infantum temperata, corpora etiam infantum frigida melius se habent naturaliter ualde calidis.

Istis positis respondeo ad obiecta ante oppositū. corpora infantum sunt temperata secundū ętatem. concedo dico tñ ꝙ cum tali temperie stat etiam multarum superfluitatum abundantia exiccatione egentium.

Quęstio. xlviij. Apho. xix.

VTRVM. aphor. 23. sit uerus. Et arguitur ꝙ non. Primo. quia possibile est in corporibus multum debilitatis apparere huiusmodi fel nigrum &c. pręapparentibus signis digestionis. igitur patet consequentia & assumptum similiter. Secundo. non est possibile morbum chronicum pendere à fellis nigro. primo, quia generatio huiusmodi fellis nigri sequitur fortem adustionem, quę non absoluitur ab ægritudine acuta. Secundo quia tale est fortissime ęgritudinis causatiuum igitur. Tertio principaliter arguitur, quia in egestione naturali & in corpore per hęmorrhoydalem fluxum debilitato egreditur sanguis niger, & tamen non est signum mortale. Vltimo. uel per sequentem diem intelligitur dies immediate seqoens istam in qua apparet &c. & hoc non, quia possibile est illam esse diem quietis in qua nũquàm ui ægritudinis moritur ægrotans. Vel intelligitur seqoens dies critica; & hoc iterum dici non potest, quia hoc posito sequitur ꝙ stante uirtute æqualiter debili pręcipue in chronico & acuto æque cito uel citius moriretur ægrotans ex chronico quàm acuto. quod non est rationabile nec sustentabile, ut aliàs probatum est. Et arguitur cõsequentia, ponendo sor. ægrotantẽ chronice, & platonem acute. & sic sor. in. 38. & plato. in 8. & uirtus utrobiq; æque fortia. & sequitur conclusio ꝙ citius morietur sor. ꝗ̃ plato, quia uterq; morietur in sequenti critica à qua sor. distat per diem & plato per tres dies & uirtus utrobiq; est, ęque fortis, & tñ sor. in chronica & plato in acuta. ideo &c. Pro primo istorũ dicitũ ꝙ si uirtus multum debilitata fuerit sicut in casu debet poni nõ poterit digessisse huiusmodi fel nigrum, ideo negandum est assumptum, licet hic possent multę cauillationes fieri. Pro secundo negandum est antecedens. & dicitur ꝙ licet sequatur fortem adustionem, non tamen semper est dum fortis adustio est. uel dicitur ꝙ non in quocunque corpore est fortis adustio in eo est ægritudo acuta. nam homine stante intra latitudinem sanitatis in eo generantur humores melancholici per adustionem ut patet. Pro tertio dicitur ꝙ ille sanguis niger non est egestio nigra per adustionem generata, ut tactum est.

Pro ultimo dicitur ꝙ in sequenti die, idest in tempore ualde breui postquàm apparuerit huiusmodi egestionis exitus, istud tamen tempus erit alijs paribus longius in chronico quàm in acuto.

Quęstio. x. Apho. lxxxiij.

VTRVM urina multa micta parum secessum significet. & econtra. Arguitur multipliciter quòd nõ. Primo possibile est ꝙ simul multiplicetur urina & secessus, ut patet in asclitico. Secundo sic materia fecalis non potest ire ad uesicam. igitur propter multitudinem urinę non diminuitur ista materia. consequentia est bona & antecedẽs patet. cum talis materia sit multũ grossa. Tertio quęro quare magis dixit noctu ꝗ̃ die.

Ad oppositum est Hip. Et ratio assignata. Cum quo respondeo notando ꝙ apho debeat intelligi quando materia, urina, & secessus deciduntur ab eadem materia, ut puta ab eodẽ cibo uel humore. Et per hoc soluitur prima ratio, quia enim aquositas diu est retenta in uentre asclitico potest facere urinam multam. sed materia cibalis uadens ad uiscera propter impotẽtiam attractionis illius ad hepar multiplicat feces simul & semel cũ urina.

Ad secundum ꝙ materia fecalis non potest ire ad uesicam, concedo ut fecalis, sed materię quę illi admiscentur ex quibus fiunt feces bene possunt ire. quę si plurime uadant, minorantur feces, & augetur urina. si uero paucę, fit econtra. Et tunc ad tertium quod fuit unum quęsitum respondetur ꝙ dixit noctu, quia proprie nox tempus est separationis fecum à materia urinę, quia digestio magis perficitur nocte ut dictum est, & per consequens talis separatio magis perficitur in nocte.

Expliciũt questiones Iacobi de Foroliuio super quarta particula aphorismorum Hippocratis.

Incipiũt quęstiones eiusdem Iacobi super quinta particula aphorismorum Hippocratis.

Quęstio i. Cõmenti i.



VTRVM spasmus de inanitione proueniens sit mortalis. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. nullus est spasmus de inanitione. ergo quęstio falsa. antecedens probatur. nullus spasmus materialis est de inanitione, eo ꝙ quilibet talis est pendens à materia. sed spasmus ex inanitione dictus est materialis, eo ꝙ est proportionatus ad materiam. ergo &c. Confirmatur in casu. idem est spasmus ex inanitione & repletione proportionatus uel non proportionatus ad materiam, sed nec repletionatus ex elleboro, nec ad materiam non proportionatos est mortalis. ergo patet consequentia. & assumptum arguitur. ponendo in membro eodem simul imprimi frigiditatem corugantem & ibidem materiã replentem, & forte nocumentum neruorum origini per colligantiam cõmunicari. & patet ꝙ hoc mẽbrum spasmatur, & non nisi uno spasmo qui non magis denominabitur de inanitione ꝗ̃ repletione, nec proportionatus ad materiam ꝗ̃ nõ proportionatus ad materiam. ergo &c.

Confirmatur, quia auctores ponunt curam huiusmodi spasmi sicci, quia curatur in pueris, ut secunda tertij. cap. de spasmo. & Mesue de appropriatis. & Ras. 9. Alman. uel formetur sic assumptum. nullus spasmus ex elleboro est ex inanitione. ergo quæstio falsa. assumptum arguitur, quia quilibet talis est proportionatus uel non proportionatus. si primũ, patet quia est materialis. si secundum, etiam patet quia dependet à materia ut à uapore malo cõmunicato cerebro. Secũdo sic. Facilius labitur neruus ad spasmum siccum ꝗ̃ humidum. ergo minus periculosus est spasmus siccus ꝗ̃ humidus. assumptum arguitur, quia spasmus siccus faciliter aduenit, & curatur in pueria eueniens, siue propter febrem uel propter aliam causam. ergo non est incurabilis. patet consequentia & colligitur assumptum. secunda tertij. allega. cap. Confirmatur idem, quia difficilius curabilis est repletionalis quàm ex inanitione. sed ille non ponitur ex toto mortalis. ergo &c. maior arguitur, quia curandum spasmum de inanitione sufficit sola humectatio. ad curandum autem repletionalem requiritur euacuatio & exiccatio. Difficilius est autem euacuare & exiccare simul quàm solum humectare, eo quòd æque difficile est exiccare sicut humectare, ut colligit. 6. terap. unde cõstitutiões siccę sunt saniores & minus mortiferę humidis & pluuialibus. 3.

apho.apho.16.igitur &c. Vltimo arguitur ad principale sic. talis spasmus non est fiens nec factus. igitur non est morbus mortalis. patet consequentia & assumptum arguitur. non.n. est fiens, quia est à causa independens nulla enim uidetur talis per cuius presentiã hic spasmus in membri substantia conseruetur. sedq non sit factus patet, quia est materialis. quilibet autem morbus materialis est fiens, quia à materia pendens. ergo &c.

Ad oppositũ est apho. cum concordantijs allegatis.

In ista questione ponendę sunt quędam terminorum descriptiones. Secundo conclusiones de quęsito. Tertio respondendũ ad argumẽta. Primo sciendum quid per spasmum intelligi debeat. & quid proportionatum, & quid per non proportionatum ad materiam. & quid per repletionem, & quid per inanitionem. Differunt autem primo secundũ rationes formales suas, ut patet. Et etiã qa in repletionali abbreuiatur neruosum mẽbrum secũdum longitudinem, & maioratur secũdum latitudinẽ. in spasmo autem ex inanitione secundũ utrunq minoratur, ut patet in corio corugato ad ignẽ, ut colligit. 3. can. alle. cap. Et causa est, quia in spasmo de inanitione fit substantialium partium deperditio secundũ omnem diametrum. In spasmo autem repletionali fit solũ motus partium à diametro longitudinis ad diametrum latitudinis ut inferius clarius declarabitur. Secundo premittendum, per morbum materialem intelligendũ esse morbum à materia aliqua humorali uel ei proportionata in genere causę efficientis pendentem particulari dependentia, quia .s. eius causa efficiens uel conseruans est res grossa corpulenta corporalis in corpore preter naturaliter contenta qualiter febrem putridam, & apa dicimus esse materiales morbos. Ethicam autem imaterialem, licet enim pendeat generali dependentia ab humoribus, non tamen aliqua particulari dependentia, quia .s. ab aliquo calore uel ab aliqua dispositione preter naturam in eiq existentem taliter pendeat q ipsa remota removeatur ethica. unde & propter hoc dicitur immaterialis. Ex quo sequitur primo proprie loquendo spasmum de inanitione uel sicnõ esse materialem morbum, quia non est pendens &c. Ex quo probabiliter patet ipsum non debere dici spasmum materialem, q̃uis improprie diuidatur spasmus materialis in spasmum de inanitione & spasmum de repletione. Sequitur ulterius hãc consequentiam non ualere. a. est spasmus proportionatus ad materiam, ergo materialis. uel saltem istam cõsequentiam non ualere. a. est spasmus materialis uel proportionatus ad materiam. ergo. a. est morbus materialis. nec ibi arguitur ab inferiori ad superius. Sequitur ulterius aliquem spasmum non proportionatum ad materiam esse morbum materialem. aliquis enim talis est pendens particulari dependentia ab aliqua materia quæ est causa corporalis in corpore preternaturaliter contenta sicut qui fit à cholera eruginosa, ut tangitur in cõmento. cuius signum est, quia curatur per euacuationẽ. Ex quo ulterius patet istam consequentiã non ualere. a est spasmus non proportionatus ad materiam. ergo est immaterialis uel non materialis morbus, quia oppositum consequentis stat cum antecedente ut tactum est. Tota autem causa diuersitatis istius est ęquiuocatio in terminis his, materialis & non materialis siue immaterialis. Per spasmum .n. materialem possumus intelligere spasmum consequentem superabundantiam uel defectũ materię in membro spasmato contentę. Possumus etiã intelligere spasmum à materia pendentem. & sic spasmus aliquis dictus non proportionatus ad materiam est materialis. Et plura alia ex his concludi possunt. Tertio premittendum spasmum ex inanitione esse duplicem. s. cõfirmatum & nõ confirmatũ. tacta est hęc diuisio supra circa literam, & à Mesue alleg. locis & Aui. Prima cõclusio. Aliquis spasmus non proportionatus ad materiã est mortalis. Patet de spasmo cõsequente punctionem scorpionis maligni in neruoso membro. aliquis enim talis spasmus mortalis est, ut colligi potest. 4. can. 6. fen trac. 7. cap de punctura scorpionis. Item quia huiusmodi spasmi accidentia sunt uehementia. ergo uirtutem imbecillem possunt prosternere & uincere, & per consequẽs &c̃. Secunda conclusio. Licet ita sit secundũ plurimum hic est curabilis, ut patet intelligẽti. Tertia cõclusio. Aliquis spasmus repletionalis est mortalis, ut colligit. 2. tertij. alle. ca. Et põt ꝓbari ut pria cõclo ꝓbat.

Quarta conclusio. Aliquis talis est salubris, uel sit tota una cõclusio. Quinta conclusio. Licet spasmus siccus secundũ formalem denominationem sit neruo spasmo humido lapsus similior, tamen est eidem uirtualiter dissimilior. Patet, quia ad neruum labi in spasmũ humidum sufficit superfluam humiditatem in substantia neruorum imbibi & penetrare. ad siccum uero requiritur substantiam nerui densam in uaporẽ cõuerti, sed promptior est neruus ad primum q̃ ad secundũ. ergo &c̃. patet consequentia & assumptum similiter. Ex quo sequitur q spasmus siccus debet dici neruo dissimilis uel contrarius humidus similis uel proportionalis. Sexta conclusio. Aliquis spasmus de inanitione est curabilis. patet per Mesue & Aui. locis alleg. Septima cõclusio. Spasmus de inanitione confirmata est incurabilis. Hanc conclusionem Hip. intellexit in apho. & Gal. in cõmen. & Mesue & Aui. ut supra.

Sed circa iam dicta quędam dubitationes coacurrũt. Primum dubium cõtra quintam conclusionem. Facilius labitur corpus ad qualitatẽ dominantẽ in eo. Cum ergo in quolibet neruo dominetur humiditas siccitati, facilius labetur neruus ad humiditatem extendentem q̃ siccitatem & si sic, sequitur q lapsus ad humidũ est similis neruo formaliter & uirtualiter, cuius oppositum superius dicebatur. Et per idem uidetur sequi q à lapsu & spasmo humido difficilius reuelabitur corpus q̃ à lapsu uel spasmo sicco alijs paribus. consequentia nota. & assumptum patet, cum cuiuslibet membri nostri corporis cõplexio declinet ab æquali ad pondus per excessum calidi & humidi. Confirmatur, quia per hoc absolute facilior est lapsus ad calidum q̃ ad frigidum, ut pridie in quadam disputatione dicebatur. Secundũ dubium. Pones descriptionem lapsus similis & dissimilis superius positum uidetur sequi eidẽ cõpositioni uel mẽbro utrũq contrariorum lapsuum esse similem. uel econtrario alicui contrarium, quod non apparet rationale. quęcunq enim similia sunt uni tertio sunt similia inter se. & arguitur cõsequentia, quia neruo pueri spasmus siccus est similis respectu cæterarum ætatum, quia proportionabiliter facilius cadit in illum, ut secunda tertij. similiter etiam humidus ut patet, quia etiã spasmo humido facilius spasmantur pueri, ideo &c̃. Tertium dubium. Pones dicta in primo articulo sequitur idem spasmus potest esse materialis & imaterialis proportionatus & nõ proportionatus ad materiam. & arguitur cõsequentia, ponendo ut supra causam prouocantem spasmum materialem & non proportionatum ad materiam æquipotenter concurrere neutra per se sufficienter ad causandum spasmum. & patet illum non esse magis proportionatum q̃ non proportionatum ad materiam denominandum, & per consequens &c̃. Et per idem deduci potest aliquem esse spasmum proportionatum ad materiam, qui nõ est de inanitione nec repletione, uel q idem est de inanitione & repletione. Ad primum illorum dicitur, concedẽdo q absolute alijs paribus facilius qualitatiue humectatur quodlibet corpus q̃ ipsum qualitatiue exiccetur merito gradualis mensurę siccitatis & humiditatis qualitatiue in eo existentis, ut probat argumentum. Et dico non tamen alijs paribus ꝑꝑ caliditatẽ plus iuuare siccitatem ad exiccãdum q̃ humiditatẽ ad humectandum. Quod est forte, qa sic disponit caliditas siccitatẽ ad siccãdum, sicut siccitas est lima caloris, imaginando q sicut limã

cadens

Spasmus m tiplex.

Morbus materialis qd.

Spasmus materialis duplex

Spasmus ex inanitiõe duplex.

eadens supra colorē disponit ipsum ad producendū speciem coloris, quam à se solo color producere non potest uel sufficit, ita siccitas disponit calorem cui coniūgitur, & econtra ad producendum calorem uel siccitatem, uel etiam q ipsa siccitas effectiue concurrit cum calore ad calefaciendum. & hoc est aliud a primo quia in primo dicitur dispositiue concurrere, in secundo uero effectiue concurrere, tamen quia caliditas resoluēdo in membro partes humidas terreas relinquendo iuuat preparando subiectum ut sic exiccetur, & sic non equaliter iuuat siccitas & humiditas. Si ergo in aliquo membro procederet humectatio qualitatiua ex sola actione humiditatis, & in aliquo exiccatio qualitatiua ex actiōe sola siccitatis, facilius absolute membrum humectaretur quodcunq quàm ipsum exiccaretur, licet cōcurrente actione caloris contingat oppositum. & sic concedendo cōsequenter q absolute lapsus ad humidum est similior neruo formaliter & uirtualiter alijs partibus q̄ lapsus ad siccum, quāuis lapsus ad spasmum siccum sit similia neruo secundum formalem denominationem qua neruus sic respectu cutis denominatur. Ad secundum dicitur cō cedendo conclusionem illam: s. eidem complexionē uel membro alteri comparato utriusq lapsus contrariorum est similis ut deducit argumentum. Et conceditur q illi lapsus sunt similes inter se quantum ad hoc in quo sunt similes in tertio. s. ut facili ter neruo aduenire. Ad tertium dicitur q per spasmum īmaterialem possumus intelligere, uel spasmum non proportionatum ad materiā ad sensum datum, uel non pendentem à materia per cuius remotionem sit aptus huiusmodi spasmus remoueri. Secundum ergo diuersam acceptionem huius termini immaterialis foret dicta conclusio in casu concedenda, significando. s. q aliquid spasmus non proportionatus ad materiam est materialis. i. pendens à materia. Si tamen ly immateriale utrobiq uniformiter sumeretur esset conclusio simpliciter impossibilis prout patet intelligenti. Pro alia uero conclusione dicitur illam conclusionem esse tanquam impossibilem, negando, scilicet q aliquis sit spasmus, qui non sit proportionatus aut non proportionatus, & admittitur casus, & dicitur q ille erit spasmus proportionatus ad materiam. Et cum arguitur q non, quia non magis erit denominandus proportionatus q̄ non proportionatus. dicitur q non erit usre denominabilis non proportionatus, eo q erit pendens uel sequens superabundantiam materię in neruo, licet etiam ad hoc concurrat aliud. Sed de hoc supra dictum est. Posset etiam dici q per spasmum non proportionatum possumus intelligere omnem spasmū cuius causa est aliud q̄ superabundantia uel defectus materię &c. & tunc idem esset spasmus proportionatus & non proportionatus ad materiam uel potest dici q in ratione formali spasmi nō proportionati includitur ipsum nullatenus à materia pendere. s. nec totaliter siue à materię superabundantia uel defectu tanq̄ totali causa. & iuxta hoc conceditur aliquem esse spasmum non proportionatum ad materiam nec sic isti termini proportionatum & non proportionatum sunt termini contradictorij. Consimiliter per omnia dicitur concedendo illam ultimam conclusionem. s. q idem spasmus erit de inanitione & repletione, licet secundum distinctas rationes formales sic sit denominabilis. uel potest dici aliter iuxta alias rationes tactas &c. in responsione, scilicet in deductione precedentis conclusionis.

Spasmus immaterialis dup.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū cum suis confirmationibus patet responsio per dicta in solutione tertij dubij. Ad secundum patet quid sit dicēdum & ad confirmationem. Ad secundam confirmationem dicitur negādo difficilius curabilem esse spasmum repletionalē &c. & hoc alijs paribus &c. & negatur ulterius q difficilius sit membrum euacuare & exiccare q̄ ipsum humectare humectatione substātifica, de qua supra secunda huius uisum est. Pro auctoritate Gal. 6. serap. dicitur q tantum est periculum in humectando sicut in exiccando qualitatiue, Ad istud uero constitutiones uero anni &c. uidebitur alias. Ad ultimum dicitur probabiliter q talis morbus est secundum plurimum factus. & negatur consequentia. talis est materialis. i. proportionatus ad materiam. ergo non factus ut supra. Et dixi notanter secundum plurimum, quia probabile est aliquem talem esse fientem imaginando à febrili calore acquiri siccitatem continue à calore illo per tēpus pendentem. Iuxta enim dicta superius concedunt aliqui in casu aliquem spasmum non proportionatū ad materiam esse factum uel consequentem cōgelationem à forti frigore, quo remoto adhuc esset mēbrum aptum remanere spasmosum de hoc esset dudum nō parum aliis perscrutandum &c.

Gal.

Questio. ij. Apho. iiij. et. v.

VTRUM singultus consequens inanitionem uel fluxum sanguinis nimium sit malum signum. Arguitur multipliciter q non. Primo. impossibile est ex inanitione uel exiccatione consequente euacuationem naturalem uel artificialem prouenire singultum. ergo questio falsa. patet cōsequentia & assumptum arguit, quia maior est exiccatio proueniēs ex marasmo uel ethica tertie speciei q̄ ex euacuatione facta cum pharmaco uel ex alia euacuatione. sed ex illa non prouenit singultus nec contractio meri. ergo patet consequentia. & assumptū experimento patet. & per idem argumentum deducitur q̄ ex nulla euacuatione potest prouenire spasmus ut patet. Secundo huiusmodi singultus propter nimiā inanitionem factus aliquādo faciliter remouetur. ergo nō est signum malum. patet consequentia & colligitur assumptum. 13 tertij trac 5. cap. de singultu. ubi inquit. Et quandoq fit ex siccitate non confirmata & iuuatur ex quolibet humectante & remouetur. Tertio. si ex nimia euacuatione fieret singultus fieret spasmus uniuersalis. consequens falsum & contra experimētum. & arguitur consequentia, quia non minus exiccabilia sunt alia membra neruosa q̄ meri. Si ergo ex euacuatione fieret &c. sequeretur q etiam quodlibet aliud membrum neruosum spasmabitur. Quarto si posset &c. sequeretur q quilibet esset mortale signum. arguitur, quia quilibet significat siccitatem confirmatam ergo. consequētia tenet ex dictis auctorum & arguitur antecedens. potentior est ad spasmandum quelibet siccitas confirmata quàm non confirmata, spasmo ex inanitione & singultu. sed cū aliqua cōfirmata non stat spasmus uel singultus ut in ethica senectutis & i ethica stomachi. ergo &c.

Ad oppositum est Hip. in apho. & Gal. in cōmento.

In ista questione primo uidebitur de causis singultus & quid nominis eius. Secundo respondebitur ad questitum. Primo sciendum est q de singultu plures dantur notificationes. Vna colligitur à Serap. tertio breuiarij. cap. 7. Singultus est malus motus, quem facit natura in reliquis partibus stomachi. quando uadit ad expellendum humorem qui nocet ei & non obediunt ei res expellendę. Et patet hanc descriptionem nō esse completam, non etiam conuenit singultui cuilibet, quia non ex inanitione prouenienti. Alia notificatio colligitur à Mesue. 1. de consolatione. intentione quarta. cap. 7. s. de singultu post purgationem. Singultus est motus spasmosus stomachi factus à re nocente qua fit contractio partium eius aggregantium se in seipsas forti motu. Tertia descriptio colligitur tertio cañ. fen. 13. trac. 5. alleg. cap. Singultus est motus diuersus cōpositus sicut spasmus cōstrictiuus cū extēsiōe dilatatiua existēs sore itōi aut toto corpe eius aut meri, ex quo aggregat ad seipsum cū spasmo fugiēs ex re nocēte si fuerit nocens. aut pparat ad motū fortis expulsionis sequētis ipsum sicut accidit ei qui uult. & assimilat alicui modo motus tussis que est in pulmone & uelamine ad expellendū humorē

Singultus qd. Serap.

Mesue

Auicē.

autq non sit nocens, sed sit secundum semitam superfluitatis siccitatis mouentis ad similitudinem aliquam sicut spasmus, & natura moueat ad dilatationem & nõ obediat illud & succurrat ei. Et hęc est diffinitio cõpleta singultus, & est talis generaliter explicans oẽs modos quibus accidit singultus, in qua ly motus. ponitur pro genere. Ex quo cõprehenditur singultum esse actionẽ corruptam & accidens, unde. 5. de accidenti. cap. 1. ad principium, malo motui supponit. Sed ly diuersus ponitur ad differentiam motuũ naturalium, ut pulsus anhelitur &c̃. exponit ergo diuersus. s. à naturali, quia malus motus est. Et illa particula sicut spasmus est cum ista construenda, ut sit sensus, diuersus est à naturali sicut spasmus. Sed per ly cõpositus explicat formalis causa singultus. non. n. causa est cõstrictio nec tensio siue dilatatio, sed aggregatum ex his. & per hoc differt à spasmo q solum est contractio cum prohibitione dilatationis. Per hoc quod dicit existens in ore stomachi explicatur membrum cuius passio est singultus, sed per ly ex quo &c̃. declaratur qualiter & ex quibus duobus motibus sit cõpositus. Contingit. n. ipsum contrahi & expelli exterius causis in diffinitione tactis. s. causa nocente & causanõ nocente & colligantia. Intelligendo per causam nocentem causam contentam in stomacho & nocumentũ perceptum imprimentem & positiuum, ut humor mordicans aut aliquid hmõi. Causam uero non nocẽtem intelligit causam hmõi motus cõtractionis causantẽ, non propter illud nocumentum sed exiccando & corrugando. Per colligãtiam uero patet. Dicit igit q in singultu aggregatur stomachus in se ex re nocente, ut. s. nocumẽtũ fugiat ad aliquam aggregationẽ &c̃. per modum expressionis accidit expulsionẽ rei lędentis fieri. Et tunc cõsequenter sic contracto ore stomachi uirtus ipsum uiolenter tendit & uersus rem nocentem impellit. s. ut expellat hanc rem nocentem. Contingit. n. quandoq; principaliter fieri hanc cõstrictionem ut fugiat, sicut materia multum nocẽte. quandoq; uero principaliter ut expellat sicut bolo grauãte. Corrugatur. n. stomachus in se ut fortiori impetu bolũ expellat exterius seu propellat ipsum grauantem. Vtrunq; eorum tetigit. Primũ cum dixit. Ex quo aggregatur in seipso cum spasmo. i. contractione ex nocente &c. Secundũ cum dixit. Aut pręparatur per modum expulsionis sequentis ipsum. s. motum contractionis. Et de hoc pone exẽplum de mouente membrum contrahẽdo ut melius impellat, & ideo dicit sicut accidit ei qui uult aliquem expellere. Per hoc aũt quod dicit. aut non sit nocẽs, tangitur modus euentus singultus propter siccitatẽ corrugantẽ os stomachi. & natura ad oppositũ trahit & succurrit huic contractioni licet non obediat organum ei quare causatur motus cõpositus ex contractione & extensione. Ex quo patet etiã modus quo per colligantiam. Patet secundo differentia inter hunc & primum. quia in primo uirtus quę mouet tã constringendo q̃ dilatando, in hoc aũt q motua contrahit & uirtus dilatat. Patet & quare ex oppilatione hepatis uel cerebri causatur singultus. Ex cõtitate. n. istorũ membrorum causatur ori stomachi pceptum nocumẽtum. Patet ulterius quare in febribus adurentibus causetur singultus, quia causatur siccitas ut tactum est. Patet ulterius quare ex potu uini acuti & ex comestione piperis & diapipereon. Vlterius quare uomitus frequenter affert & aufert singultũ, ut colligitur locis allegatis. Vltimo quare sternutatio remouet singultum, ut. 5. de accidenti. penultimo cap. et. 33 propleuma. probleuma

Aristo. te. 1. et. 6. apho. A singultu habito &c. aphoris. 13. &

Gal. 13. tertij trac. 5. ulti. cap. s. de cura singultus. Secũdo

Auicẽ. pręmittendum q sicut spasmus est duplex. s. confirmatus & non cõfirmatus, ita similiter singultus & similiter proportionatus & nõ proportionatus ad materiã de inanitione & repletione &c.

Singultus duplex.

Prima conclusio, Singultus sequens mordicationem aut causam nocentem aut colligantiã, est absolute signũ malum. Patet, quia significat rẽ nocẽtẽ &c. Secunda cõclo. Deterior est singultus ex siccitate q̃ ex nocumẽto percepto. Tertia cõclusio. Singultus ex siccitate nõ cõfirmatus nõ necessario est signũ mortale. Patet intelligẽti. Quarta cõclo. Cõfirmatus est signũ mortale.

Ad argumenta patet responsio. Ad primũ negat assumptum. Ad probationem cõcedit maiorem esse exiccationem &c̃. & negatur cõsequentia. illa nõ est cõtractiua &c̃. & causa, quia illa est paulatina & quasi uniformis, unde humidũ licet cõsumatur subtiliat tamen, & ad ipsum paulatine aliquid irrorãs attrahit, hęc uero est difformis & subita, unde partes remanentes nõ similem inter se seruãt habitudinẽ, cõceditur tamẽ esse possibile ex marasmo spasmum uel singultum fieri.

Ad secundum dicit q ille non est cõfirmatus. dicitur etiã q in principio bene remoueri posset, sed in pcessu. non. Ad tertium neganda est consequentia propter magis impressionem ori stomachi q̃ alijs partibus cõicati. Ad ultimum dicitur sicut ad primum.

Quęstio iij. Apho. vi.

VTRVM apho. 6. sit uerus. Arguitur multipliciter q nõ. Primo ex ebrietate non potest fieri apoplexia, eo q omnis apoplexię cã uidet esse humor phlegmaticus. secunda huius. 42. cõmen. Illius apoplexiam fortem &c̃. Secundo impossibile est apoplexiam simul cũ spasmo in eodem complicari. ergo assumptũ probatur, quia apoplexia est mollities totius, prima tertij alle. ca. Auicẽ. & tertio de accidenti. cap. 2. sed non stat neruosi mẽbri Gal. mollities cum spasmo, quia in spasmo non est mollities, sed contractio. ergo &c̃. Tertio impossibile est cũ apoplexia febrem complicari ergo. assumptum arguit. Primo quia febris est morbus calidus, apoplexia frigidus. Secundo, quia non potest ad cor transmitti aliquid calidum calore pręter naturam debens cor facere febrire. quod arguitur, quia spiritus animalis est subtilissimus. & maxime actus ad penetrandum, sed ipse tunc nõ potest ad cor penetrare. ergo &c. Item pro isto uidet auctoritas Gal. 2. apho. cõmen. 19. illa acutorum morborum. acuti morbi sine feb. sunt rari sicut apoplexia.

Ad oppositum est Hip. & Cõmentator in cõmento.

Primo pręmittenda sunt pręambula. Secundo cõclusiones de quęsito.

Primo pręmittendum. Apoplexia est ociositas membrorum à sensu & motu propter oppilationem cõtingẽ- Apoplexia qd. tem in uentriculis cerebri & incursibus spiritus sensibilis & motiui. Et hęc descriptio declarata fuit bene supra apho. 42. s. apoplexiam fortem. Secũdo pręmittẽdum q nulla materiali oppilatione contingente à sola frigiditate exteriori apoplexiam causari contingit. Colligitur ubi supra. & arguitur, quia forte frigus potest cerebri uentriculos cõstringere & cursus spiritus. Tertio probabiliter pręmittendum ex sola spiritus distemperãtia causari posse apoplexiam. sed hoc etiã supra tactum & declaratum est. Quarto pręmittendum est per mollitiem intelligendum esse impotentiam membrorum ad Mollities qd. sensum & motum uoluntarium cum relaxatione, ita q membra non sint contracta nec firma, sed per uim suæ grauitatis quocunq; pellantur moueantur. Prima conclusio. Licet cum apoplexia saltem quo ad eius processum non sit cõponibilis spasmus non proportionatus sequens dolorem, cum ipsa tamen cõponibilis est spasmus aliquis non proportionatus. Probatur. possibile est. n. apoplexiã fieri à solo frigore uentriculos cerebri & neruos congelante. ergo &c. Secunda conclusio. Possibile est cum apoplexia simul spasmum de inanitione complicari. Probatur. possibile est simul corpus esse spasmatum spasmo de inanitione. & cum hoc occurrere fortem frigiditatem congelantem perducentem corpus ad apoplexiã. ergo cõclusio uera. patet consequẽtia. & assumptum similiter. Tertia cõclusio, Possibile est cum apoplexia

plexia

plexia simul repletionalem spasmum cōplicari. Probatꝰ cōclusio. possibile est materiā oppilantem uentriculos cerebri & neruoꝝ impletiuā simul fluere. unā. s. ad oppilandū, & alterā ad replēdum, deducto ēt impedimēto quo in esse posito sequeꝰ cōclusio. ergo &c̄. Ex hiscō clusiōibus sequitꝰ primo ꝙ nō quęlibet apoplexia est mullities tortus. Sequitꝰ secūdo ꝙ molle est extrinsecum & accidētale apoplexię. licet esse ociositatem insit sibi essentialiter. patet ex dictis. Quarta cōclusio. Stāte apoplexia ex uini ebrietate semꝑ aut secundū plurimū eidē cōiungitꝰ uł is spasmus. Probatꝰ, qa semꝑ uel secūdū plurimū humiditas à uino agitatꝰ & ad neruos attrahitꝰ; Icē sicut uinū trahit ad uētriclos cerebri ita ad neruos. Et istā cōclōnē uult Hip. Ex qbus patet apho. ueritas.

.. Ad argumēta patet rñsio. Ad primū patet primo nō oēm apoplexiā eē à materia phlegmatica. Patet ēt uinū posse ad cerebrum materias phlegmaticas mouere. Ad secundū patet solutio cū eius cōfirmatione ex dictis in qōne. Pro auctoritate Gal. dicitꝰ ꝙ Gal. nō plus uoluit nisi ꝙ potuit esse apoplexia sine febre, licet sit ægritudo acuta, cum quo tñ stat non necessario apopleticū absolui à febre. Ad tertium negatur assumptū & dr̄ ꝙ apoplexia nō est essentialł morbus proprie nec adhuc calidus. qa pōt fieri ex aꝑate & sanguine. aꝑa autē in principali membro raro à febre absoluitꝰ. Ad aliud dicitꝰ ꝙ licet nō possit spiritus aīalis à cerebro ad cor transmitti stante apoplexia, potest tamē ꝑ arterias & uenas ad cor transire materia uel uapor, cor ꝑter naturalł calefaciēs.

Quęstio. iiij. Aphor. vij.

VTRVM tetanus sit morbus peracutus. Arguitur multiplr ꝙ nō. Primo tetanus non est morbus sed malus motus. ergo patet cōsequentia & assumptū colligitur in cōmento, quia tetanus est cōpositus ex cōtrarijs motibus spasmi, & per cōsequēs est unus uel plures motus colligitꝰ etiā assumptum. 5. de accidēti. ca. 1. ubi spasmum subijcit malo motui secundū ꝙ spasmus includit tetanum. & secūda tertij. c. de tetano. ubi ponitur in tetano aggregari duos spasmos. Scd̄o tetanus est morbus secundū plurimū pendens à materia frigida grossa. ergo nō est scd̄m plurimū morbus ꝑacutus. patet cōsequētia & assumptū patet, qa secundū plurimum causatꝰ à materia phlegmatica frigida. Cōfirmatꝰ, qa tunc ęgritudo peracuta & chronica possent esse eiusdē speciei. Arguitꝰ cōsequētia, qa tetanus uł is & ꝑticularis sūt eiusdē spēi. sed ꝑticularis tetanus ꝑt eē ęgritudo chronica. ergo &c.. Tertio facilius & citius ꝑt natura uicere morbū debilē ꝙ̄ fortē. sed nō nisi tarde ꝑt uicere ꝑticularē tetanū. & hunc frequēter. ergo nec uniuersalē. & ꝑ cōsequēs tetanus saltem salubris non erit ꝑacutus morbus.

Cōfirmatꝰ. quanta est proportio uirtutis ad materiam morbi chronici salubris, tāta pōt esse ad materiam facientem tetanum. sed hoc posito erit tetanus morbus chronicus salubris. ergo. patet cōsequentia & assumptum arguitꝰ, qa pōt uirtus in tetano maiorē hr̄e ꝑportionē ad materiā ꝙ̄ in chronico salubri. & ꝑt hr̄e minorē, ergo ꝑt hr̄e ęqualē. ponatꝰ ergo in esse, & seqꝰ Itētū. Quarto spasibile est mēbrū fieri tetanosū tetano ꝑportionato ad materiā. ergo qō falsa. patet cōsequētia. & assūptū arguitꝰ, qa nec pōt fieri ex inanitione, qa tunc in omni ethica tertie speciei uel marasmo esset tetanus, qa olum lacertoꝝ exiccatio non minor ꝙ̄ in aliquo tetano saltem de inanitione nō confirmate. nec ēt de repletione, qa in qualibet lacertoꝝ repletione augentꝰ lacerti secundū latitudinē & secundum longitudinē minorantꝰ. ergo mēbri mobilis ad motum lacertoꝝ extrema reddūtꝰ ꝑpinqora. cū ergo hoc nō fit ꝑ cōdēsationē nec ꝑtiū subtractionē, sequitꝰ ꝙ erit ꝑ motū localē. s. mēbri incuruationē, & ꝑ cōsequēs fiet mēbri incuruatio & cōtractio. & si sic, sequitꝰ ꝙ nō erit tetanus. Cōfirmatꝰ, qa tūc in omni paralysi esset tetanus, qa in qualibet est lacertorum olum membri ex materia faciente paralysim repletio.

Ad oppositū eorū quę arguta sunt est Hip. in apho. in summa. & Galenus in commento.

Respondēdo ad qōnem primo uidebitur quid per tetanum intelligēdum, & qualiter & quot modis secūdū genus fiat tetanus, tangendo aliquas ꝑprietates tetano ab auctoribus attributas. Secūdo uidebitur de principali quęsito. Tertio respondebitur ad argumenta.

Quantū ad primum pręmissa diffinitione tetani circa literā posita. s. ꝙ est ægritudo officialis &c̄. Primo sciendū ut ibi tangebatur tetanum esse duplicem. s. proportionatum & nō proportionatū ad materiam. Et qd per proportionatū & quid per non proportionatū intelligendum sit declaratū est ibi. Proportionatus autē ad materiam iterum est ex inanitione & ex repletione. Et quid etiā est uterq; istorum satis est declaratū. Secundo est sciendum ꝙ unicuiq; membro organico ad plures positionis differētias uoluntarie mobili plures musculi & lacerti appropriati sunt secundū quorum contractionem uel extensionem est illud membrum ad plures positionis differentias mobile. Colligitur prima primi. ca. de membris. infra de anatomia musculorum, & tu in hoc exemplifica de digito, brachio uel alijs membris.

Tertio sciendum ꝙ plurimum dum in motu uoluntario contrahuntꝰ exteriores dilatantur interiores, & ecōuerso. Ex quo ulterius per ꝙ propter impedimentū tā interiorum ꝙ̄ extremorū potest motus uoluntarius mēbri impediri. Quarto est supponendū ꝙ duabus potētijs alicui membro mobili applicatis ad cōtrarias positiones differentias trahentibus oīno equipotentibus ad attrahendū ad nullā positionis differentiam mobile declinabit. patet, quia utrobiq; tanta erit potentia quāta resistentia. Silr̄ etiā potentia motiua nō excedente resistentiā mobilis uersus aliquā differentiam mouendi, nō fiet mobilis ad aliquam positionis differentiā declinatio.

His pręmissis patet modus quo potest tetanus causari. Et primo de nō proportionato ad materiā. Musculis enim exterioribus & interioribus digiti. gratia exēpli æqualem conatum ad contractionem facientibus quantum conatum uel tractum uel inclinationē facient interiores ad mouendū interiora, tantum facient posteriores ad posteriora, & per consequens ad neutram flectent differentiam, Similiter congelatis tam interioribus ꝙ̄ exterioribus musculis ita ut uirtus non sufficiat flectere fiet tetanus. Similiter etiā propter congelationē interiorum tm̄ & adhuc exteriorum tm̄, eo ꝙ in motu digiti ad interiora requiritur cōtractio interiorum & extēsio exteriorum, e conuerso in motu ad exteriora.

Sic ergo tripliciter contingit fieri tetanū in digito nō proportionatum ad materiam. Primo propter æqualem contractionē in utrisq; lacertis. Secundo propter impedimentum in interioribus tm̄. Tertio in exterioribus.

Secundo patet modus quo fit tetanus ꝑportionatus ex inanitiōe. Æquali. n. in utrisq; musculis exiccatione ꝑcedēte, ut ab ipsa æquali proueniat tractꝰ in causabitur tetanus ut supra. Cum etiam exteriores musculi digiti solum habeant membrum ad rectitudinem mouere, ipsis multum exiccatis ita ut flecti non possint, rationabile est tetanum causari posse... Tertio patet modus quo fieri posset tetanus ꝑportionatus de repletione imaginādo utrosq; musculos ęqualr̄ repleri, uñ & ęqualē tractū faciāt aut altero eñi ut dictū est. Quarto patet qūn ꝑt dari tetanus simul de inanitione & de repletione. Vt si unus ꝑꝑ repletionē faciat inclinationē, & alter ęqualē contrariam faciat propter inanitionem, similiter nec ex toto proportionatus ad materiam necnon proportionatus ex toto, ut supra de spasmo dicebatur. Et ex his potest patere intellectus plurium proprietatum quę ab auctoribus tetano attribuuntur, quibus colligitur differentia inter ipsum & spasmum & paralysim. Prima proprietas ꝙ tetanus est contrarius spasmo. unde secunda tertij. allega. cap. tetanus autē secundū rei ueritatem

Auicē.

Tetanus duplex.

Tetanus i digito triplr.

Differentia spasmi à paralysi.

eſt contrarius ſpaſmo, quia. ſ. in ſpaſmo prohibetur mẽbri extenſio & fit pręternaturalis cõtractio. ex tetano autẽ pręternaturalis tẽſio uel rectitudo. & prohibetur cõtractio, quia lęſio in ſpaſmo ꝓprie ſumpto cõtraria ẽ lęſioni contingenti in tetano, licet cõiter ſumẽdo ſpaſmus non differat à tetano ſicut genus à ſpecie ſub genere contenta. cõtat. n. in cauſa & generali denolatione, quia uterq; eſt ęgritudo lacertoſa uel neruoſa impediẽs debitum motũ uoluntarium mẽbrorũ, puta cõtractionem uel extẽſionẽ. Propter quod Aui. loco pręalle. inquit, ꝙ ingrediť. ſ. tetanus in genus ſpaſmi introitu contrariorũ in genere uno. Secunda proprietas eſt ꝙ tetanus fit ex duobus ſpaſmis in duabus partibus contrarijs aggregatis, ut Aui. alleg. cap. cũ ergo duo ſpaſmi in duabus partibus contrarijs aggregantur fit tetanus quẽadmodũ ei qui habet ſpaſmum ante & retro ſimul. accidit enim ex duobus motibus cõtrarijs mẽbria ſuis ut extendantur. Q uę proprietas nõ eſt intelligenda ut uerba ſonant. non. n. in tetano actu ſint duo ſpaſmi, eo ꝙ non ſont actu duę membrorum cõtractiones. ſpaſmus autẽ non eſt niſi contractio uel in fieri uel in facto eſſe. Similiter etiã quia oppoſito modo lęditur actio in ſpaſmo & tetano, ſed nõ poteſt eadẽ actio ſimul ſiue oppoſitis modis lędi. ergo &c̃. frequenter ergo auctores impropriè loquentes ſumunt effectum pro cauſa ſicut dicentes percuſſionem aeris eſſe ſonum, quia cauſam ſoni. Itẽ ex albedine rubeum reſultare aut uiridem colorem, quia ex cauſis extremorũ colorũ reſultat medius color. & ſic de multis alijs. Ita in propoſito dicendo ꝙ aggregatis duobus ſpaſmis i. cauſis duorum ſpaſmorum cõtrarijs locis uel partibus productiuis, quoniã una alterã impediente nullus producat ſpaſmus. Et ad iſtum ſenſum uadit auctoritas. Cõmentatoris in cõmento, dicentis ꝙ tetanus eſt ab utriuſq; ſpaſmi motibus cõtrarijs cõpoſitus, licet ẽt per motus conatus nixus uel tractus poſſumus intelligere. Cauſa. n. ſpaſmorũ contrariorũ cõplicatis in partibus cõtrarijs cõtrarios faciũt tractus uel inclinationes, quas large motum appellare poſſumus nomen motus ad oẽm operationem extendẽdo, cõtingit tñ in fieri ipſius tetani mutũ contrariorũ ſpaſmorũ cõcurrere ut patet.

Tertia proprietas eſt ꝙ tetanus eſt ſpaſmus duplus ſiue duplicatus. & iſta procedit ad ſenſum pręcedentem.

Nota tamẽ hoc non eſſe uľr uerum. poteſt. n. fieri tetanus ut ſupra declaratũ eſt ex ſola unius muſculorũ partis cõeractione aut cõgelatiõe. ſed hoc eſt uerũ de quolibet contingente ex nocumento olum lacertorũ. Q uarta proprietas eſt ꝙ frequentius fit tetanus ſiue cuzez ſiue grãphus quia pro eodem uideť ſumi ab Aui. à uentoſitate, nõ quidẽ abſolute intelligendo, ſed in cõparatione ad ſpaſmum, quia. ſ. frequentius fit cuzez à uentoſitate q̃ ſpaſmus, eo ꝙ uentoſitas eſt facile mobilis, facile per totũ membrũ ſpargibilis, quare facile ab ea fit mẽbri tenſio magis q̃ contractio ad unã differentiã poſitionis. & eſt hęc ſpecies cuzez & ſpaſmi q̃ cõiter grãphũ noiamus in pedibus cruribus extremitatibus contingẽs propter frigus & uentoſitatem. Q uinta ꝓprietas eſſe poteſt ꝙ plurimi tetanorum ſunt ex duobus tetanis cõpoſiti. patet ſiľr, quia quilibet lacertus poteſt dici tetanoſus. Ex quibus colligi poteſt differentia inter tetanum & ſpaſmum ut ſupra, & patet differẽtia in ſitu materię facientis tetanũ repletionalem & ſpaſmũ, quia in ſpaſmo nõ fit materię uniformis repletio, imo cadit difformitas inter rimas neruorũ & lacertorum. in tetano aũt ſituatur uniformiter propter quod permanet uniformiter tenſum. differt etiam à paralyſi, quia licet utrobiq; materia ſit uniformiter ſituata. in paralyſi tñ eſt ſubtilis & mollificatiua mẽbri, in tetano aũt eſt dura & congelata. Ex quo ꝓbabiliter patet ꝙ nulla nouiter fluente materia poteſt paralyſis ad tetanum permutari, puta ſi materia ſubtilis aquoſa in lacertis uel neruis uniformiter contenta congelaretur. & hoc de primo articulo.

[Margin: Cuzez uel grãphus gd.]

Q uantum ad ſecundum articulum ſint hę diſtinctiones & concluſiones.

Prima diſtinctio. Multipliciter poteſt aliqua ægritudo acuta uel pacuta reddi. primo merito manifeſtę qualitatis materię à qua pendet ægritudo ſicut febris cholerica aut apa cholericum. Secũdo merito quãtitatis materię. Tertio merito ſitus uel loci. Q uarto merito occultę proprietatis. Exẽpla patent. Et nia iſta reducuntur ad acuitatẽ ex hoc ꝙ cauſant accidentia difficilia, quę non poſſet uirtus longo tẽpore tolerare. Secũdo pręmittendum ꝙ ad morbi acuitatem requirunť duę conditiones. prima eſt breuitas. ſecunda eſt accidentium uehementia &c̃. ſiue morbi magnitudo maxime ſumpta penes uehementiã accidentium. Colligitur hęc diſtinctio ſecũda huius cõmen. 19. illius. ſ. acutorum morborum. & prima quarti. ca. 3. ꝓpter quod ephimera nõ eſt acuta nec chronica nominanda. Ex quo patet nõ nẽm ægritudinem altera citioris terminatiõis eſſe illa acutiorem.

[Margin: Ægritudo reddiť acuta quadrupľr. Morbi acuti cõditio duplex Auicẽ.]

Patet ſecundo non oẽm ægritudinem materialẽ chronicam eſſe uel acutam, ut phlegmatica in tribus paroxiſmis terminanda, aut tertiana leuiſſima pura. Ex quo ulterius patet ęgritudinem aliquã chronicam alicui acutę eandem eſſe in ſpecie. ſimiliter acutã primo chronicam & acutam ut ſpaſmus particularis materialis alicuis cum uniuerſali aliquo, ſiľr tetanus. Prima concluſio. Tetanus nec merito qualitatis manifeſtę aut multitudine materię aut prauę occultę proprietatis eſt neceſſario ęgritudo pacuta. Patet quia materia eſt ſecũdum plurimum phlegmatica frigida, nec ei neceſſario annectitur mala occulta proprietas nec eſt neceſſario quantitatis tantę, ut ſolius quantitatis merito ſit apta ægritudinem facere peracuta. ergo concluſio uera. patet conſequentia, & aſſumptum notũ intuenti. Secunda cõcluſio. Ratione ſitus & accidentiũ à materia illa ꝓuenientium eſt ægritudo peracuta. Probať, quia huic coniungitur fortiſſimus & intenſiſſimus dolor in lacertis cum anhelitus anguſtia, quam proculdubio nõ poteſt uirtus longo tẽpore tolerare ergo &c̃. patet conſequẽtia cum antecedente. Et intellige iſtas cõcluſiones de uniuerſali tetano tam proportionato q̃ nõ proportionato. Tertia cõcluſio. Non quelibet tetanus particularis eſt ægritudo. patet intuenti. Ex his oĩbus ſequitur morbum faciliorem morbo fortiori alijs partibus ex parte materię & fortitudinis & debilitatis uirtutum eſſe tardioris terminationis & ecõuerſo, & plura alia ſequunť alĩs declarata.

Ad argumenta principalia patet reſponſio. Ad primum qualiter tetanus dicatur morbus uel accidens tactum eſt circa literam.

Ad ſecũdũ patet ex dictis ſimiliter in quęſtione. Ad confirmationem uero conceditur concluſio. Ad tertiũ dicitur negando aſſumptum, niſi ponendo alia paria in applicatione & conatu uirtutis. Ad confirmationẽ dicitur primo negando conſequentiã illam. ſ. utrobiq; eadem eſt proportio uirtutis ad materiam. ergo æque cito terminabuntur hi morbi, quia cum antecedente ſtat materiam in uno minus eſſe à termino digeſtionis diſtantẽ q̃ ĩ alio. ideo &c̃. V bi autẽ ponať ꝙ utrobiq; ſint alia paria, dicitur ꝙ hoc eſt repugnans ubi debeat uterq; ad ſalutem terminari. Ideo negaretur aſſumptum alijs paribus. Et ad probationem conceditur ꝙ in tetano poteſt eſſe eadem proportio uirtutis ad materiã quę eſt in chronico, ſed nõ in ſalubri tetano uniuerſali. Ad ultimum dicitur negando aſſumptũ & dicitur ꝙ ſi in ethica perueniretur ad tantam ſiccitatem fieret tetanus, ſed prius ægrotans moriretur. Alias ſecundũ rationem imaginabar. Pro alia uero parte dicitur hanc conſequentiam nõ ualere augetur ſecundũ latitudinem. ergo abbreuiatur, ſed bene ſequitur ꝙ abbreuiatur uel fit tractus ad breuitatem, ubi conſequenter eſt impedimentum quare membrum non obedit propter reſiſtentiam alterius muſculi ad oppoſitum trahentis.

Quæstio. v. Aphor. viij.

VTRVM Apho. 8 sit uerus. Arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. ætas iuuentutis est magis consumptiua materię facientis epiliam q̃ ætas pueritiæ. ergo eueniens in iuuentute magis recipit curam. cōsequentia uidetur nota, & assumptum patet, quia ætas illa est calida, & sicca, pueritia uero humida, similit' quia ætatis eius caliditas est acutior. Secundo magis mortifera est epilia in pueris q̃ in iuuenibus. ergo difficilius curabilis, & per consequens &c. patet consequentia: & assūptum docet experimentum. plurimos. n. infantes uidemus ex epilia mori. vnde mater puerorum frequenter appellata est, ut colligitur. 3. cā. fen. prima. trac. 5. ca. 8. alleg frequentius. Tertio. exuberantior est materia frigida epiliæ causatiua in pueritia q̃ in iuuentute. ergo quæstio falsa. assumptum patet: cum in pueris sit plurimum phlegma abundans prima primi. cap̄. de ætatibus. Quarto. difficilius curatur epilia in pueritia ad iuuentutem perueniens q̃ quæ nascitur in iuuentute cęteris paribus. ergo quæstio falsa. consequentia tenet, qa hic uidetur sensus apho. assumptum arguitur. quia plus confirmatus est morbus quando plus prostrata est uirtus ex longitudine morbi. ergo &c. Quinto ad principale sic. apoplexia est fortior morbus q̃ epilia. sed ipsa curatur in iuuentute, immo etiam in principio senectutis contingens. ergo &c. consequentia tenet, quia si uirtus sufficit curare fortiorem morbum sufficit curare debiliorem à consimili, saltem materia dependentē. & assumptum satis patet. simile argumentum potest fieri de tetano & spasmo & paralysi & similibus à simili pendētibus. Confirmatur. quia nunq̃ debet epilepsia periodice redire ostendendo, quia hoc esset propter principale membrum s. cerebrum debilitatum esse. vnde & per uiam cōgestionis paulatinæ arguitur ꝙ non, quia plus debilitatur cerebrum ex apoplia q̃ ex epilia. sed ex apoplexia nō derelinquitur tanta in membro debilitas ꝙ iterato materiam aggreget ad paroxismum apopliæ faciēdum saltem secundum plurimum. ergo &c. Cōfirmatur. quia tunc post omnem apoplexiam, saltem deberet derelinqui epilepsia paroxismalis uel periodica. Arguitur consequentia. quia in qualibet apoplexia plus impedit alijs paribus materia, & maiorem derelinquit impressionem in cerebro q̃ epilia, & cum hoc etiam magis debilitatur uirtus cerebri & totius ergo potentior remanet cā reaggregationis materiæ, & per consequēs &c.

Sexto quartana post iuuentutem curatur. ergo & epilepsia. consequentia patet, quia grossior & rebellior uirtuti & calori digerēti est materia quartanæ q̃ epiliæ.

Vltimo. epilia in senectute facile curatͬ. ergo assūptū arguit', quia est morbus sil'is senectutis ætate. igit' &c.

Ad oppositum eorum, quæ arguta sunt est Hippo. in apho. & Gal. in commento.

Epiliæ cā triplex.

Primo præambula sunt præmittenda. Secundo conclusiones de quæsito. Prima distinctio. Epilepsiæ causa quandoq; est primitiua ut cibus, aut frigiditas exterior, quandoq; uero corporalis & iterū corporalis, quandoq; cerebralis, quandoq; non. Secundo sciendum est causam longitudinis ægritudinis materialis esse posse grossitiem, multitudinē materię, frigiditatem, aut eius uiscositates, & densitatem pororum, & uirtutis debilitatem. Tertio præmittendū humores in pueritia abūdantes alijs paribus subtiliores esse q̃ in iuuentute, saltem phlegmaticos ex quibus secundum plurimum causatur epilepsia. Quarto præmittendum. epilepsiam cerebralem esse difficulter secundum plurimum curabilem. Prima conclusio. Epilepsia à causa primitiua prouenient aut corporali nō cerebralis in qualibet ætate potest recipere curam, saltem aliqua. patet, quia remota cā primitiua si non multum impressit possibile est ꝙ nō remoueatur illa. similiter epilepsia etiam per cōmunitatem, ut à uermibus uł à colica. Secunda conclusio. Facilius curatur alijs paribus epilepsia ante iuuentutē contingens q̃ eueniens post iuuentutem, puta post annos. 25. Probatur sic. eueniens ante iuuentutem prouenit à materia subtiliori & magis resolubili. Corpus etiam fit continue ætatiue siccius & minus abundās phlegmate & uirtus uigorosior. Econtra autem si contingat tetanus post ætatem iuuentutis fit à materia grossiori. succedit etiā ætas magis phlegmatis multiplicatiua, & uirtus non fortificando sed potius inde ad parum saltem propter ægritudinem decrescendo procedit. ergo &c. patet consequentia. & assumptum similiter. Tertia conclusio. Sequitur ꝙ plerūq; epiliæ cerebrales in iuuentute contingentes sunt penitus incurabiles. Patet, quia illa ē ægritudo difficulter omnino curabilis, & tūc difficilius per præcedentem conclusionem. ergo &c. Quarta cōclusio. Licet ita sit aliqua tamen epilepsia cerebralis in iuuentute aliqua facta in pueritia est facilius curabilis. Patet, ubi esset magna disparitas causis facilibus uel difficilibus circa illam, & ideo bene dicebatur in apho. plerūq;. Ex quibus patet cōclō rñsiua. s. ꝙ apho. ē uerus.

Ad argumenta principalia respondetur. Ad primū neganda est consequentia, propter causas tactas. vel dicitur ꝙ magis consumptiua est caliditas prauæ materię facientis epilepsiam in puero alijs paribus, quia licet de se sit minus exiccatiua absolute, materia tamen est digestibilior & subtilior. Ad secundum dicitur ꝙ non alijs paribus absolute, tamen frequentius contingunt in eis mortiferæ. Ad tertium patet similiter quid dicendum.

Sternutatio dupl'r. Prima conclusio. Ante actualem aduentum paroxismi pręfocationis stante corporis repletione prius est corpus euacuandũ q̃ sternutatio introducatur. Probatur. per huiusmodi euacuationem pręseruatur corpus à paroxismo, uel saltem superueniẽs paroximus erit leuior. ergo conclusio uera. patet consequentia, quia materia erit multo paucior. Secunda conclusio. Sternutatio in corpore actualiter pręfocantis introducta secundum plurimum coacte approximatur. Probatur, quia secundum plurimũ corpus est repletum humoribus uel humiditatibus quę per agitationẽ ad superiora ad cerebrum traduntur inferentes nocumentum. ergo conclusio uera. consequentia tenet ex quid nominis coacte approximationis & assumptum satis patet, quia tamẽ euigilatione uirtutis sub uenenosa materia sopitę & oppressę & eductione uenosorum fumorum cerebro & spiritualibus cõmunicatorum, sequitur maius iuuamẽtum, q̃ nocumentum ex motu & tractu materierum ad loca illa, & ne anhelitu sublato tandem sequatur mors, melius est sternutationem prouocari. Ex quo sequitur ꝙ siue corpus repletum siue non repletum fuerit est in tali casu sternutatio prouocanda, licet securius sit sternutationẽ prouocare corpore nõ repleto q̃ repleto. Tertia cõclusio. Siue partus fuerit naturalis siue nõ naturalis, sed abortiuus stãte difficultate anhelitus est sternutatio ꝓuocãda. Probaẽ per cãm uerificãtẽ cõclusionẽ aphorismi, qa agitaẽ fortiter matrix, ad qđ sequiẽ uel seq apta est ligamẽtorũ ruptura & fętus excussio. ideo.

Quęstio. xx. Apho. xliiij.

VTRVM aphorismus. 44. sit uerus. Et arguitur multipliciter ꝙ non. Primo. quia mulier pręter naturam tenuis non potest concipere. ergo quęstio falsa. patet consequentia & assumptum arguitur, quia in ipsis deficie materia nutricationis. ergo a fortiori generationis. Secundo quęcunq; habent siccas matrices non concipiunt. infra apho. 63. Tertio hoc esset propter subtractionem nutrimenti. Contra, quia non quęlibet sufficie sed requiritur aliquanta. sit ergo ꝙ requiratur libra. & patet ꝙ per mediam libram poterit ingrossari prius q̃ abortiat. Quarto muliere non ingrossata nõ fiet abortus. ergo à fortiori nec ipsa resumpta uel crescẽte. ergo &c. consequentia tenet, eo ꝙ fortior est uirtus. & assumptum arguitur ponendo ꝙ fętus indigeat pro eius nutrimento quinto mense quinque lib nutrimenti: 6. 6 7. 7. & sic deinceps. & sit berta pręgnãs pręternaturaliter extenuata à longa ægritudine releuata, cuius uirtus paulatine resumatur, ita ꝙ in secundo mense possit restaurari libra sanguinis ultra illud quod in principio impregnationis, & in. 3. tres. & in 4. quatuor & sic deinceps. & sit uirtus fętus attractiua ita fortis ꝙ omni mense sufficiat istum sanguinem sibi totum attrahere. & patet ꝙ ista est pręter naturam tenuis & concepit & nõ abortit. Et si ponatur ꝙ per quatuor uel quinque dies incipiat ingrossari ante partum naturalem totus falsificabitur aphorismus.

In oppositum est apho. cum cõmento. Primo pręmittendę sunt quędam distinctiones & notabilia. Secũdo conclusiones de quęsito.

Tenuitas multiplex. Prima distinctio. Tenuitas pręter naturam est duplex .s. reparabilis & irreparabilis. In proposito est sermo de reparabili. Secunda distinctio. Tenuitas huiusmodi est duplex. quędam ultimata & quędam non ultimata. Intelligo per ultimatam ualde notabilem ultra quam non posset stante potentia conceptiua notabilem tolerare tenuitatem. Tertia distinctio. Huiusmodi ultimata tenuitas quandoq; coniungitur magnę debilitati principalium membrorum & quandoq; nõ. Exemplum primi, sicut in fortiter extenuata à causa primitiua ut fame uigilia & ex nulla notabili impressione mala facta in principalibus membris. Exemplum secundi, sicut extenuata in longa ęgritudine, ut phlegmatica cõtinua uel ęthica curabili aut simili. Quarto supponẽdum ꝙ licet uirtus regitiua totius intendat simul in pregnante fętus & matris conseruationem, stat tamen ꝙ attractiua uirtute membrorũ matris superante in attrahendo uirtutem fętus extenuetur aut debilitetur fętus & econuerso. Quinto supponendum ꝙ membrorum inanitio uehemens stante uirtute non multum debili est causa uehementię attractionis. hoc patet in conualescentibus. Vltimo supponendum ꝙ uirtus regitiua totius ad fines duos naturaliter intendit, tantum potest totaliter uel partialiter utrunq; ipsorum attingit. in conualescente. n. licet sit magna necessitas resumptionis, pars tamẽ nutrimẽti cedit in sperma, & in muliere in menstruum, & sic de alijs. huiusmodi autem causa est alibi inuestiganda. Prima conclusio. Non quęlibet tenuitas pręter naturam impedit conceptionem. Patet, quia non quęlibet aufert materiam generationis per ultimam suppositionem, q̃uis aliqua intantum paucificet ꝙ omnino impediat. Secunda cõclusio. Non omnes pręternaturaliter tenues concipientes abortiunt prius q̃ grossescãt. Patet, quia potest intãtũ modicũ à naturali habitudine labi ꝙ prius q̃ fętus multo indigeat nutrimẽto, erit mater cõplete resumpta, ut posset in terminis declarari. ergo &c. Tertia conclusio. Vltimate tenues ad intellectum datum concipientes sine notabili debilitate principalium membrorum non necessario abortiunt prius q̃ grossescãt. Probatur sic, stat in talibus uirtutem potentem esse ad restaurãdum quantum necessarium est fętui & suę resumptioni, ergo conclusio uera patet consequẽtia & assumptũ, ponendo ꝙ à causa primitiua ut ieiunio sit inducta ista macies uel tenuitas. Quarta conclusio. Vt plurimum ultimate tenues cũ notabili debilitate principali, si ingrossentur in processu abortiũtur prius q̃ ad naturalẽ habitudinẽ reducantur. Probatur, quia ex quo uirtus debilis est nõ sufficit nutrimentũ multiplicare sufficiẽs pro fętus augmento & restauratione propria. Si ergo resumit signũ est plurimã partẽ pro fętu requisitã à membris matris attrahi, quare extenuaẽ & debilitaẽ fętus, & ex consequẽti cito fit aborsus, & hoc debet intelligi ubi totaliter crescat. uer g. sint necessarię tres libre fętui, subtrahãtur duę, & per cõsequẽs corrolarię sequiẽ in casu cõualescẽte meliuaesse nõ resumi q̃ resumi & debilitari aut in pręexistente debilitate cõseruari q̃ aliquo certo modo fortificari. Et ex his sequiẽ etiã aliquã melius esse pro salute fętus pręgnãtem debilẽ esse q̃ fortem. Itẽ ꝙ fortitudo mẽbrorũ matris põt esse causa aborsus. Tertio ꝙ stãte regimine olno cõsimili citius incurreret aborsum fortis debili alijs partibus. Sequiẽ etiã uirtutẽ debilẽ matris eẽ potẽtẽ ꝓhibere aborsum, ubi uirtus fortis ad hęc nõ sufficit. Et ex his etiã cõprehendi põt q̃to patre & matre robustis frequẽter fętus generaẽ imbecillis. cõsidera tu super hęc. Et plura alia ex his cõcludi possent. Quinta cõclusio. Licet ita sit, nõ tamẽ necessario sed oppositũ cõtingere põt sicut in casu ultimi argumẽti in oppositũ. Sexta cõclusio. Stãte multa principalium debilitate & longo tẽpore acquisita siue grossescat siue nõ secũdũ plurimũ abortit. Patet qa huiõi multa debilitas cũ debilitate dicta non nisi in longo tempora corrigitur. Cum ergo fętus necessitas multum notabiliter augeatur, sequitur &c.

Ad argumenta patet solutio.

Expliciũt quęstiones Iacobi de Forolivio super quinta particula apho. Hippo.

Incipiunt quæstiones eiusdem Iacobi super sexta particula aphorismorum Hippocratis.

Quęstio. i. Aphor. ij.

VTRVM Aphorismus secundus sit uerus. Et arguitur multipliciter φ non. Primo
Te.cō. 17. auctoritate Hippo. sexto hepidimiarum, qui uidetur recte oppositum aphor. ponere. Secundo. nocumētum inanitionis deterius est nocumēto repletionis, sed humidorum peccatum est in
Auicē. repletione aliorū ecōtra. Cōfirmat septima quarti. tractā. 4. ca. de extenuatione ubi ponit nocumentum pinguedinis minus esse nocumēto siccitatis siue extenuationis. Tertio qa hūiditas ē uitę cōformior φ̃ siccitas.

Quarto quia possunt æqualiter labi, ergo possunt esse æque mali lapsus.

Ad oppositum uidetur esse sententia aphor. & cōmēti. Responsio cōmunis. quia complexio humida ē passibilior, ideo facilius cadit in ægritudines & facilius in ægritudines materiales humidas φ̃ siccior complexio, licet complexio sicca cum præsentia multi humoris sicci & à temperamento distantior possit facilius ægrotare.

Ego autem per ea non compræhendo qualiter respondeat ad argumenta, quia certe non respondēt. Ideo mihi uidetur aliter respondendum, quia nō fiunt nares humidæ & semen notabiliter humidum, nisi corpore humido à temperamento multum lapso, & cum hoc per frigidum ualde sic φ humidum calidum excedat ad bonū sensum. & notum est talia corpora facile ægrotare. Corpora autem à quibus non defluunt &c̄. intelligēda sunt tantū non multum sicca, quia nō requiritur magna siccitas ultra temperamentum; ut non defluant humiditates. nec etiam multum frigida, quia illa etiam facit nares humidas, quare &c̄. Vel dicere possumus φ hic comparat humida phlegmatica ad contraria. scilicet sicca cholerica. Et hoc est uerum.

Et tūc patet solō ad argumenta præterφ̃ ad primū.

Ad quod potest dici φ ibi cōparauit Hip. corpora habentia semen humidum, quia humidum & calidum. & habentia siccum, quia paucum, ut sanguinea melancholicis uel cholericis. Aliter sunt saniora pro conseruatione speciei. Vel aliter sunt saniora, quia minus potētialædi ex coitu, cum per coitum in illis purgētur multæ materiæ nociuæ. Vel aliter habentes nares humidas. i. per quas superfluitates cerebri debite expelluntur φ̃ siccitatem habentes. i. in quibus retinentur, et hoc semper est intelligendum cum alijs paribus. Ad alia uero tenēdo solutionē secudā patet facile solō, qa non u. ideo secūdū primam responsionē quomodo responderent.

Hęc unica quęstio reperit̄ hactenus impressa I up. 6. part. aphor. Hippo. de mente Iacobi de Foroliuio.

Incipiunt quæstiones Marsilij de sancta Sophia super septima part aphorismorum Hippo.

Quæstio. i. Aphor. i.

VTRVM In acuta febre infrigidētur extrema. Ad partem negatiuam arguit̄ sic. Primo. a pāte existente extrinseco non infrigidantur interiora, antecedens notat experientia. tenet consequentia, quia caliditas partis apostematis exterioris & dolor tantū attrahere possunt quantum a pā uiscerum. Secundo sic parte uiscerali apostemata caliditas intenditur & plus trāsire potest ad exteriora. ergo. antecedens quātum ad primam partem notum est, quantum etiam ad secundā cū non habeant prohibēs. Tertio sic. ī pleuresi nō infrigidātur extrema. ergo aῆs patet ad experiētiam. tenet cōsequētia cum sit apostema intrinsecū. Quarto arguitur sic. extrema in febre acuta sunt uiuentia. ergo non debent infrigidari. assumptum notum est. tenet consequentia, quia anima recipitur in calore naturali, ut patet septimo metaph. cōmento. 31. aut secundum aliam Aristo.
computationem. 33. Quinto sic. nullum est agēs pducens frigiditatem extremorum. ergo consequentia tenet, patet assumptum cum caliditas febrilis non possit producere frigiditatem.

Ad oppositum est aphorismus. Primo notandū caliditatem actualē totius animalis dependere à spiritu cordis & sanguine hepatis. Istud est concessum cōmuniter omnium. Secundo notādum φ extrema infrigidātur.
Primo propter causam priuatiuam, quia propter impotentiam expansionis caloris & spirituum ad extrema.
Extrēo rū īfrīdatiōis cā multiplex.

Hæc impotentia prouenit multis ex causis. Primo propter impotentiam & debilitatem mēbrorum mittentiū ut non solum infrigidentur extrema immo interiora, in febre acuta anhelitus frigidus mortale, ut secunda quarti colligitur. Secundo causatur propter oppilationem in uia intermedia contingētem, sicut patet in ligatione cū fune partibus intermedijs. Tertio causatur hæc impotētia propter resistentiam materiæ frigidæ prohibentis debitā caloris expāsionē sicut in morbo chronico. Quarto causatur hæc impotentia propter materiam frigidam in exterioribus existentem liquatam per materiam intrinsecam calidā sicut in fe. uere lypparia in qua calent intrinseca & frigent extrinseca propter hanc causā. Itē causatur hæc impotentia propter uehementē retractionem caloris & spirituum consequentē mordicationem partis sensibilis sicut in rigore uero causato à sparsione cholericæ materiæ supra membra sensibilia. Causat̄ ulterius hæc impotentia propter retractionem factam propter defectum uirtutis ut in syncopi. Causatur ulterius hęc impotentia propter retractionem caloris et spirituū factam à re pręter naturam calida aut causa doloris. vnde propter nimiam attractionem non possunt expandi sanguis & spiritus. Vltra uero hanc causam sunt accidentia animę ut timor &c̄ propter nimiam contractionem causa frigiditatis extremorum, aut etiam materię frigidę calidum intrinsecus suffocantes, & prohibendo delationem sanguinis & spirituum sunt causa infrigidationis extremorum. Vltra uero causam primitiuam imaginanda est causa positiua quę aliquādo est humor phlegmaticus aut melancholicus sua frigiditate infrigidans extrema. est aliquādo causa infrigidationis elementum frigidum existens in extremis φ habens modicam resistentiam non expanso calore spiritu & sanguine se ad gradum deducit ulteriorem secundum istā uiā.

Secundo teneri pōt uel φ ultra sanguinē & spūm extrema à prędominio sūt frīda, uel φ quāuis in eis domineē calitas: qa tñ elementa frīda plus fixa sunt, ut sic dicā superādo calīa infrīdār extrema, sed credo primā uiā eē ueriorē φ̃uis hęc sit cōior. Prima cōclō rñsalis sit hęc. In acutis morbis pñt extrema infrīdari. Cōclō probat̄ sic. p uiā resolōnis deficere pōt expansio caloris & spūum ad exteriora. igit̄. aῆs notū. tenet cōsequētia ex notato. Secundo argr̄ sic. in morbo acuto attractio sanguinis & spūum ad interiora pōt eē tāta φ ꝓhibeat expansionē caloris & spirituū. igit̄ aῆs patet in apostemate existente intrinsecus magno et ualoroso ualde. Secūda conclusio. In morbo acuto possunt intrinseca infrigidari. Patet propositio per pręmissum. anhelitus pōt esse frigidus. igit̄, aῆs allegatū est secunda quarti. tenet cōsequentia de se. Tertio cōclō. Frīditas extremorū in morbo acuto dr̄r ab alijs extremorū frīditatibus. Propositio patet, qa in frīditate pp magnum a pā &c̄. licet extrema sint frīda, tñ interiora ardent & sitiunt, ut. 4. apho. apho. 47. allegatū est. sed frīditas extremorū in rigore apparēs, est etiā cum frigiditate partiū pectoraliū non existente intrinsecus uehementi caumate pectoralium calefactiuo, sicut in morbo acuto cum apostemate intrinseco consimilit̄ differunt à frigiditate morbi chronici, ac etiam in modo fiendi, quia talis frigiditas extremorum prouenit propter retractionem caloris in

ris in

ris in chronico per oppositū & impotentiam expansionis, ut patet secūdo pronosticorum. cōmento. 4. differt etiam ab alijs frigiditatibus, ut satis euidens. Quarta propositio. Stat caliditatem continue intendi & frigiditatem extremorū augeri. Patet propositio aucta attractione caloris & spirituū interius & aucto dolore ꝓpter caloris intrinseci intensionem.

Istis positis patet solutio obiectorum per se. Ad primum assumptum est dicendum ꝙ apostema intrinsecū non est ita impotens ad attrahendum sicut extrinsecū, ideo propter apostemationem extrinsecam non ita infrigidantur intrinseca sicut econtra, intrinseci enim sunt minera caloris & non extrinseci. Ad alium punctum, quia caliditas intenditur solutum est. Ad aliud, quia extrema sunt uiuentia cōcedo & dico ꝙ anima stare potest cum frigido per tempus respectu ęqualis ponderis, & dum est in dispositione præter naturā. Ad aliud de pleuresi dicendum ꝙ ad apostema intrinsecum non sequitur frigiditas extremorum, nisi apostemate existente ualde magno & doloroso ut trahat sanguinem & spiritus ut uentosa, ideo in multis pleuresibus potest fieri infrigidatio extremorum propter dictam causam & defectum caliditatis naturalis. Ad aliud dictū est quòd agens positiuum &c.

Quęstio. ij. Apho. ij.

VTRVM color liuidus significet pessimā putrefactionem &c. & per liuidum intelligendo eum qui est in uia ad nigrum. Ad partem negatiuam arguit̃ ꝙ sic. Primo. color niger significat putrefactionem peiorē. ergo consequentia tenet. patet assumptum, quia cum propter mortificationem caloris consequatur opacatio, color niger maiorem significādo opacationem significabit caloris maiorem extinctionem & putrefactionem. Secundo arguitur sic. Color liuidus significat putrefactionem. igitur non congelationem. antecedens ponitur

T.cō. 6.et. 42.

in cōmen. cōsequentia tenet, quia cum putrefactio fiat à calido & congelatio à frigido, 4. metheo. color liuidus significans putrefactionem non significabit congelationem. Tertio sic. Color liuidus significat putrefactionem. ergo caloris naturalis intensionem. antecedēs iam est dictum. tenet consequētia, quia in putrefactione est extraneatio caloris per intensionem.

Putrefactio pessima duplex. Cōgelatio duplex.

Ad oppositum est Gal. in cōmento secundo. Primo pro quęstione notandum ꝙ per pessimam putrefactionem primo possumus intelligere putredinem qua nulla est peior nec esse potest. Secundo intelligere possumus per putredinem pessimam quę omni salubri putredine est peior, & qua nulla est peior nec esse potest quę non sit sub sua latitudine & denominatione. Secundo notandum ꝙ congelatio potest sumi multis modis. Vno modo pro quacunq; humidi ingrossatione siue à calido siue à frigido &c. & isto modo coagulatio aliquando appellatur congelatio. Secundo modo sumitur congelatio pro adunatione seu ingrossatione uel inspissatione facta à frigido positiuo qualiter notificatur proprie. 4. metheo. Tertio notandum quòd extinctio caloris naturalis sumpta proprie est remissio gradualis caliditatis, aut remissio naturalis caloris. Prima conclusio sit hæc. Color liuidus non significat pessimam putrefactionem modo primo. Patet conclusio per argumentum primum. Et probatur sic, quacunq; putrefactione data dari potest peior. consequentia tenet per assumptum. quia sit per te a. putrefactio pessima qua non potest dari peior. arguo sic. a. putrefactio causata est cū finita proportione potentię putrefacientis ad rem putrescibilē. ergo. a. non fuit tanta putrefactio qua non possit dari maior. antecedens est notum. tenet consequentia, quia cum certa proportione &c. ergo cum maiori potuit esse putrefactio maior. arguo consequentiā, quia si &c. ergo cum resistentia potuerit remitti maior erit proportio ad resistentiā, ergo. a. cum maiori proportione &c. quia si eiusdem potentię maior producatur effectus illa non fuit putrefactio, quę non possit dari maior quod fuit intentum. Secunda conclusio. Color liuidus conditionatus ut est notum pessimam modo secundo putrefactionem ostendit. Patet conclusio putrefactione ostensa per colorem liuidum ut est dictum nō datur putrefactio maior quę non sit suę denominationis &c. Patet assumptum, quia si detur putrefactio ostensa per nigredinem ipsa continetur in latitudine & denominatione illius. Tertia conclusio. Color liuidus significando putrefactionem non significat ueram congelationem necessario. Patet propō per secūdū notandū ante oppositū. Quarta conclusio est hęc. Color liuidus significando mortificationem caloris significare potest ueram congelationem per ueram congelationem mortificatur notabile calidum. ergo &c. consequentia tenet cum uera congelatio fiat à frigido. Quinta conclusio. Color liuidus significādo putrefactionem potest sequi ueram congelationem. Patet conclusio, quia ad caliditatem putrefacientem sequi potest coadunatio & ingrossatio humidi quę dici potest quędam congelatio facta cum mortificatione caloris naturalis. Vltima cōclusio. Color liuidus sequi potest extinctionem caloris intensiuam seu extinctionem caloris in sua naturalitate. Propositio patet quantum ad partem primam sic. color liuidus sequitur pessimam putrefactionem. ergo sequi potest intensiuam extinctionem. antecedens positum est. tenet consequentia. ad uehementem putrefactionem euanescente parte subtili cholerica sequitur intensissima extinctio. quantum ad aliam partem conclusio est notissima.

Quibus conclusis patet intellectus obiectorum. Nā quid sit dicendum ad primum & secundum dictum est. Ad tertium etiam respondendū declinādo cōsequētiā.

Quęstio. iij. Apho. iij.

VTRVM in uomitu singultu &c. Negatiue arguitur sic. Vomitus & singultus cōiungi non possunt. ergo &c. consequentia nota, quia apho. supponit eorum coniunctionem. antecedens patet, quia expulsio alicuius à stomacho per uomitum non coniungitur motui stomachi sine expulsione, quia etiam motus fortis in uomitu non coniungitur motui debili in singultu.

Ad oppositū est Hip. in apho. Pro quęstione respōdendum ꝙ uomitus & singultus sic cōiungi possunt ꝙ post uomitum erit singultus post quem erit uomitus. nam in singultiente stomacho possibile est post singultum stomachum expellere & facere uomitum. Item est possibile saltem quo ad imaginationem simul & semel esse uomitum & singultum respectu distinctarum materierum. Ad rationem ante oppositum dico ꝙ motus fortis & debilis, motus etiam expulsiuus & sine expulsione respectu distinctarum coniungi possunt. Appellatur autem uomitus fortis. 13. tertij. alleg. cap. 19. trac. 5. quia in ipso uomitu potentia stomachi fortis est supra materiam quę expellitur, & in singultu potentia non est fortis supra materiam tantum, & ideo singultit stomachus & non expellit.

Quęstio. iiij.

VTRVM rigor sit malus in sudore. Quòd non arguitur sic. Ante sudorem & post rigor est bonus. ergo etiam in sudore. consequentia tenet per simile. antecedens quantum ad primam partem colligitur. 4. apho. apho. 58. & melius in cōmento illius apho. A causone habito sudore &c. Quantū ad aliam partem patet antecedens secunda quarti. alleg. cap.

Ad oppositum est Hipp. in apho. Pro quęstione teneatur conclusio apho. ut dictum est. Ad rationem ante oppositum respondendum cōcedendo antecedens. nā aliquādo in causone materia critice expellitur ad extra uenas ad mēbra sensibilia quę facit rigorē, ut pluries uidi in experientia ad quem cito consequitur sudor. Item etiam rigor ueniens post cōpletum sudorē criticum est

bonus sumendo rigorem modo secundo. significat enim cōpletam exhalationem uaporum calidorum. & appellatur talis rigor in uulgari quędam retentia.

Quęstio v. Apho. viij.

VTRVM apho. 8. contineat ueritatem. Negatiue arguitur sic. Primo. apostema potest rumpi interius uersus pyloron seu uersus fundum stomachi. ergo necessarin sequitur uomitus &c̄. antecedens est notum. tenet consequentia, quia ipsn rupto taliter uirtus expulsiua ipsum expellit per inferius & non per superius faciendo uomitum. Secundo arguitur sic. possibile est tale apostema esse paruum. ergo non necessario sequit̄ defectio animi. ergo &c̄. antecedens est notum. tenet consequentia, quia ad ruptionem apostematis parui non sequitur defectus uirtutis. Pręterea arguitur sic. caliditas naturalis non continetur in apostemate. ergn necessarin rupto apostemate exit caliditas naturalis. antecedens patet, quia caliditas naturalis, ut spiritus continetur in arterijs aut in locis corporis naturalibus.

Adnppositum est Hip. in apho. Et Gal. in cōmento. Pro quęstione pręmittendum Hipp. loqui de apostemate notabili stomachi rumpendo ad intrinseca. Quo posito teneatur apho. prn conclusinne. Ad primum respondetur, quia supposito ꝙ rumpatur apostema circa fundum stomachi, uomitus tamen consequitur insurgēte uirtute stomachi expulsiua ad sibi nociua expellendum, supposito etiam ꝙ expellat eius uirtus expulsiua per inferiora materiam. Ad secundū punctum respondendum dicendo Hip. loqui maxime de notabili stomachi apostemate. Ad tertiam rationem negandū est antecedens cum sua consequentia dicendo caliditatem naturalem non solum in arterijs aut in locis naturalibus corporis esse contentā, immo plerunq; substantiam spumosam saniei contingit esse mixtā, unde euacuando saniem caliditas euanescit naturalis & eo amplius rupto apostemate interiori qun intrinsecus plus caliditatis naturalis continetur. est etiā consequentia neganda, quia dato ꝙ caliditas naturalis intrinsecus nnu contineat. rupto tamē a pāte possunt euanescere spiritus & caliditas naturalis à pornsitatibus & locis naturalibus spirituū.

Quæstio vi.

VTRVM ad rupturam apostematis pectoris uel pulmonis uomitus cōsequatur. Affirmatiue arguitur sic. Primo materia apostematis rupti ad stomachū poterit deuenire. ergo poterit causari uomitus. consequentia satis apparens. antecedens patet cum materia pectoris euacuari possit per uias urinę, ut colligitur. 14. tertij. Secundo sic. stomachus cōpati potest pectori & pulmoni. igitur. consequentia tenet pro tantn, quia compatiente stomacho insurgere poterit ad nnciua expellendo causando uomitum. antecedens satis est notum saltem propter generalem membrorum adinuicē colligantiā.

Ad oppositum est Gal. in cōmento. Prima cōclusio pro quęstione. Dicendum ꝙ apostema pectoris uel pulmonis ruptum accidentaliter & contingēter poterit sequi uomitus. Hanc conclusionem probant obiecta ante oppositum adducta. Secunda conclusio est hęc. Per se ad talem rupturam non consequitur uomitus sed tussis &c̄. Patet propositio propter membrum in quo ruptum est apostema non esse stomachum & propter materiam non effundi, nisi cum magna difficultate ad stomachū, ꝙ uero consequatur tussis notum est. transeunte materia ad pectus insurgit uirtus pectoris ad expellēdum, & ideo tussis. aliquando etiam consequitur suffocatio effusa materia ad cannam pulmonis & loca suffocati. Consimiliter de ruptura apostematum intestinorum. Vltimo notandum Gal. intelligere de omni apostemate intrinseco rupto notabiliter magno siue extrinseco ad quem defectus uirtutis consequitur propter causam positam in commento.

Quęstio vij. Apho. ix.

VTRVM desipientia in fluxu sanguinis sit mala. Negatiue arguitur sic. desipiētia potest esse critica. igitur non est necessarin mala. antecedens patet aspicienti signa critica. antecedens patet etiam deriuata materia uersus caput tenet cōsequentia, quia signa critica sequētia digestionem materię sunt bona & non mala.

Ad oppositum est aphnrismus. Prn quęstione respōdendum dicendo ꝙ talis desipientia mala est sequēs multam sanguinis euacuationem. Propositin sic arguitur. hęc talis significat uehementem defectum uirtutis. ergn. consequentia est nota antecedens patet, quia cum uirtus cerebri ut nperetur requirat multam quantitatem spirituum, & spiritus deperdantur seu euacuentur propter multam sanguinis euacuationem, ideo alienatio consequitur & desipientia. & maxime continet hoc ueritatem non constante uirtute, immn uirtute apparēte multum debili, quod per pulsum comprehendi poterit. Item etiam non pręcedentibus signis complerę digestionis. Ad rationem ante oppositum respondēdum ꝙ desipientia de qua arguis non sequitur multum fluxum nec est cum magna debilitate uirtutis. Quomodo spasmus de inanitione consequatur ad euacuationem, tactū est secundo huius, ideo non repetatur nunc.

Quæstio. viij.

VTRVM spasmus importet maiorem defectū q̄ desipientia. Affirmatiue in cōmento est Gal. Negatiue arguitur sic. si desipientia importaret minorē defectum. ergn quandocunq; spasmus de inanitione sequatur euacuationem, desipiētia etiam sequitur. antecedēs est falsum ad experientiam. consequentia tenet, quia maiorem defectum pręcedit defectus minor. Pro quęstione pęmittendum quod in cōmento ponitur & tenendum est. Notandum ꝙ desipientia consequitur ad fluxum sanguinis maxime partiū superiorū ut nariū &c̄. quo maxime debilitantur uirtutes cerebri, & maxime continget desipientia in habentibus cerebra debilia, si tamen sequatur desipientia spasmum sicut est possibile non inconueniens est ipsam esse cum maiori defectu uirtutis. de ipsa tamen loquitur Gal. ut est dictum &c̄.

Quęstio. ix. Apho. x.

VTRVM uomitus & singultus sint mali in iliaca passinne. Ad partem negatiuam arguitur sic. uomitus & singultus significant materiā superius deriuari. igit̄ nō sunt mali &c̄. añs est notū satis, tenet cōsequentia, q̄a deriuatio materię à loco morbi ē bona i morbo.

Ad nppositum est aphorismus. Prn quęstinne pręmittendum uomitum & singultum iliacam posse pręcedere passionem, posse etiam sibi coniungi & sequi. Secundo pręmittendum uomitum & singultum causari posse à causa primitiua aut corporali & non habere dependentiam ab iliaca passione. Prima cōclusin. Vnmitus & singultus pręcedentes iliacam passionem possunt esse mali per uiam signi, & etiam non esse mali. Conclusio quantum ad primam partem persuadetur sic: materia potest deriuari à stomachn ad intestina ut causet passionem iliacam. ergo. antecedens satis est notum. consequentia tenet, quia unmitus & singultus poterunt nunciare talem passionem iliacam. Quantum ad aliam partem propositio est euidens, eo ꝙ singultus & uomitus non necessario aliquam habent uel habebunt iliacę passinnis colligantiam. Secunda propositio. Vomitus & singultus inchoantes cum iliaca passione significare possunt uehemens malum & non. Propositio quantum ad primam partem patet, quia contingere possunt propter colligantiam stomachi ad intestina, aut propter materiam non solis intestinis, immn stomacho cōicatam.

Tertia ꝓpositio. Vomitus & singultus sequētes iliacam passionem, licet non necessario sint malum signū, quibusdā tamē suppositis limitationibus & circunstātijs malū significant. Propositio quātū ad partē primā patet per rōnē adductā ante oppositū iliaca passiōe pē-

dente

dente à materia phlegmatica oppilante, tunc enim uomitus & singultus non sunt necessario mali, quia mortales. Quantum ad partem secundam patet conclusio, quia si sequantur passionem iliacam per uiam colligantię & stercore deriuato superius denotatur omnino deperditio uirtutis & incurabilis iliaca, ad cuius conclusionis sensum Hipp. in apho. loquitur.

Isto concluso patet intellectus obiectorum & Hipp. ut est dictum.

Q uęstio. x.

VTRVM spasmus sequens iliacam passionem sit materialis uel imaterialis. Prima q sit materialis arguitur sic. Facta oppilatione per passionem iliacam contingens est materias per inferiora pellendas humorales deriuari neruis quę replendo sunt factiue spasmi. ergo antecedens persuadetur contingens est colicam terminari ad paralysim ut ponunt auctores. ergo ad iliacam potest sequi spasmus de repletione.

Ad oppositum uidetur esse mens Gal. in cōmen. 10.

Pro qōne sunt tres cōclusiones tenendę. Prima est. Spasmus de repletione potest sequi aut coniungi iliacę passioni. Cōclusio fit persuasa per rationē ante oppositū. Secūda cōclusio. Spasmus de inanitiōe cōiūgi pōt uel sequi iliacā passionem. Cōclusio pro prima parte nota est. non est. n. incōueniens aliquē talem habere spasmum & iliacā passionem. Quantū ad aliā partē patet propositio. est. n. possibile aliquem iliacū tm̄ extenuari ut spasmū incurrat inanitionis. Tertia cōclusio. Spasmus non proportionatus ad naturā seu imaterialis appellatus potest sequi passionē iliacā de quo loquitur in pręsenti. Patet propositio, quia ad mentem Gal. causat hic spasmus propter cōpassionem nerui alligantis cerebrum. & sic uidetur uelle quod propter doloris uehementiam hic spasmus causetur.

Isto posito patet intellectus Hippo. & Gal.

Q uęstio. xi. Apho. xi.

VTRVM periphleumonia sit mala ī pleuretide. Negatiue arguitur sic. Primo. periphleumonia non potest seq pleuresim. ergo consequentia tenet: q a aphor. pręsupponit periphleumoniam ex pleuretide posse fieri. aūs tenet, quia non uidet uia per quam pleuresis materia ad pulmonē apostemandū deferri possit. Secūdo arguitur sic. in pleuretide est doloris uehementia qualis nō est in periphleumonia. ergo aūs quantum ad primā partem est euidens, quia dolor acutus est signum pleuretidis. 10. tertij. cap. de signis pleuresis. quantū ad aliā partem patet aūs, quia pulmo non sentit nisi per pānicu lum, ut prima primi colligitur. cap. de mēbris. cōsequētia tenet, quia cum dolor debilitet ualde uirtutem bona erit mutatio à dolore ualde intenso ad remissum.

Tertio arguitur sic. permutata materia ad pulmonem ipsa transit ad locum citioris resolutionis. ergo consequētia est nota, eo q per resolutionē & expulsionē pleuresis curatur optime. aūs patet pro parte prima propter caliditatē naturalē ꝓpinquitatē cordis ad resoluendū esse potētiorē, patet ēt quātū ad aliā partē cū materia à pulmone & eius cannulis pulsa ad cannā seu tracheā arteriā remoueat ex toto morbus materia ergo pulsa ad pulmonem ad locum pellitur citioris expulsionis.

Pleuresis mutatio ad piphleumoniam dup. Auicē. Ad oppositū est apho. cum sua cōcordia. Pro qōne pręmittēdum ex pleuretide fieri posse periphleumoniā dupliciter intelligi posse, uel remanente pleuretide, uel pleuretide iam recedente. Prima cōclusio. Malum est periphleumoniā fieri ex pleuretide, pleuretide remanēte, conclusio hęc est posita à Gal. in cōmento. & est nota de se. Secunda cōclusio. Malum est periphleumoniā fieri ex pleuretide, pleuretide recedente. Conclusio hęc colligi potest ex Aui. 10. tertij. c. de periphleumonia. & patet causa, quia pleuresis secundū plurimū est ex materia cholerica. 10. tertij. ca. 1. trac. 4. periphleumonia ... ad cor maximā propinquitatē timor est de materię incendio & inflāmatione. Secundo dico q timor rodi pulmonem ꝓpter cholericā materiā. Tertia propositio. Peius est periphleumoniam sequi pleuresim remanente pleuresi q̄ recedente. Patet propositio aliorū paritate supposita q̄uis aliorum paritate concessa conclusio instantiam patiatur euidenter, forte. n. peius est multā ad pulmonē materiā cholericā fluxisse recedēte pleuresi, q̄ ualde paucā fluxisse pauca etiā remanēte in pleura.

Isto pręmisso patet solutio obiectorum. Ad punctū negandum est q non sit ibi transitus. Nā primo pōt materia insensibiliter à pleura resudare, quę defluxa ad pectoris concauum dilatato pulmone & pectoris contangente cōcauum pulmoni materia dicta imbibetur. Potest etiā sensibiliter ad pectoris cōcauum pr.dicta materia spargi prędicta uia quę existens in porositatibus pulmonis apostemat aliquando natura non potente ad expellendum ipsam. Ad secundā respondendū ad punctum q permutatio de dolore intēsiori ad remissiorem est aliquando mala propter nocumentū maius quod habetur ex periphleumonia. Ad tertiam etiam neganda est consequentia, eo q materia pulsa ad locum citioris & maioris resolutionis aliquando incensa deterius efficit nocumentum non potens à natura pelli.

Q uęstio. xij. Apho. xi.

VTRVM periphleumonia possit pręcedere pleuresim ab ipsa causatam. Affirmatiue arguit sic. Periphleumonia pōt terminari ad pleuresim. ergo. cōsequētia nota est. aūs patet. 10. tertij. c. de periphleumonia.

Ad oppositum uidetur esse in fine cōmenti. Primo pro quęstione est tenenda conclusio. Pleuresis pōs fieri ex periphleumonia. Conclusio patet per Auic. & quia dum pulmo apostematus dilatat materiā pleurę transmittere potest. Secunda est hęc. Periphleumonia raro terminatur ad pleuresim. Patet propositio, quia materia periphleumonię phlegmatica secundū plurimū non est apta imbibi pleurę. Patet etiā propositio, quia si periphleumonia leuis est & salubris natura ipsam expuendo expellet aut resoluet. Si uero est mortalis & de multa materia secundum plurimum ante suffocat quàm pleuresim causet uel causare ualeat. Et hęc conclusio secunda sit pro intellectu Gal. & Auice.

Q uęstio. xiij. Apho. xij.

VTRVM frenesis sit à periphleumonia mala. Negatiue arguitur sic. Primo. frenesis significat periphleumoniam citę terminationis & resolutiōis. ergo. consequentia tenet. apho. 5. quia intensio manię in mania est bona, propter citam terminationem sicut in cōmento Gal. colligitur. consequentia patet, quia cholericam designat esse materiā cuius est cito resolui & terminari. Secundo arguitur sic. per superuentum frenesia ad periphleumoniā minuitur periphleumonia. ergo. cōsequētia nota. aūs patet cū deriuet materia ad cerebrū.

Ad oppositum est aphorismus. Pro qōne pręmittendum periphleumoniam multipliciter posse terminari, ut patet loco allegato mala tamē est cuius terminatio est ad frenesim propter causam assignatam. Si tñ per possibile deriuaret materia periphleumonię ad cerebrū forte nō esset incōueniens cōcedere illud nō esse malum.

Ad argumenta respondetur. Ad primum dico negādo consequentiā. Et ad probationem dico q intensa & cita terminatio non est bona nisi uirtutis cōstantia pręsupposita. Ad secundum dico q malum est materiam deriuari, aut dicendum q non causat frenesis, quia deriuetur materia periphleumonię, sed quia eleuatur malus fumus faciens non ueram frenesim, aut qui sui caliditate attrahendo materiam est causa uere frenesis.

Q uęstio. xiiij. Apho. xiij.

VTRVM spasmus aut tetanus, uulnera sequēdo fortia sit mortalis. Negatiue arguitur sic. Primo. talis spasmus aut tetanus potest esse de repletione aut non ...

proportionatus ad materiam. igitur non mortalis necessarium. antecedens patet satis per prehabita. consequentia tenet, quia spasmus de repletione & non proportionatus ad materiam sunt curabiles, ut patet. 2. tertij cap. de cura spasmi. Secundo arguitur sic. ad fortia uulnera non potest sequi spasmus. igitur suppositum in apho. est falsum. antecedens arguo sic. ad fortia uulnera non sequitur subito ethica. ergo nec spasmus de siccitate, ut dicit in comento Gal. antecedens notat experientia. consequentia tenet, quia maior siccitas uidetur esse in spasmo quam in ethica cum fiat in spasmo contractio, in ethica non.

Tertio arguitur sic, quantitatem ex uulnus fit forte humiditas substantifica non euatur. ergo non sequitur spasmus de inanitione. antecedens patet cum euacuentur materie humorales existentes in uenis. Quarto arguitur sic. aliqua membra propter fortia uulnera moriuntur & non spasmantur &c. ans etiam patet per experientiam. consequentia uidetur tenere, quia non uidetur maior ratio de uno quam de alio.

Ad oppositum est aphorismus presens. Primo pro questione supponendum quod quiuis omnis spasmus sequi possit ad forte uulnus ut patuit per notatum. hic tamen intelligitur de spasmo de siccitate aut tetano. Secundo premittendum quod ad fortem sanguinis euonem imaginari possumus membra substantifice inaniri multipliciter. Primo imaginando quod euacuata multa quantitate sanguinis a uena aliquae humiditates existentes in porositatibus membrorum succedanee fluendo fluxut sanguinis & ingrediantur per porositates uenarum de nouo uenas. Alius modus inaniendi membra est hic, ut sanguine taliter euacuato calido membri habenti minorem resistentiam humiditatis, quia sanguis humidus euatus est, fit per tale calidum erta manitio & resolutio. Unde secundum istam uiam probabiliorem non imaginandum est facta phlebotomia saphenarum multum excessiua humiditatem cerebri substantificam euacuari tali euone, sed calidum membri factum potentius supra humidum maiorem facit humidi resolutionem & inanitionem. Prima conclusio. Spasmus aut tetanus sequens uulnera fortia de quo intelligitur in presenti mortalis est. Coclusio probatur sic. ille spasmus est mortalis qui nimiam sequitur & irreparabilem inanitionem, sed spasmus aut tetanus sequens uulnera fortia est huiusmodi. igitur. maior est nota ex prehabitis. consequentia tenet euidenter. minor patet, quia a forti uulnere de quo loquimur in presenti multus fluit sanguis, & ideo uehementissima sequitur inanitio. Secunda conclusio. Non quibus spasmus aut tetanus sequi potens uulnera est mortalis. Conclusio secunda patet per rationem primam adducta ante oppositum.

Isto opposito patet intellectus obiecti primi. Ad secundum respondendum secundum uiam eoiorem quod ad ethicam causandam requiritur fixio coplexionis, & magis uniformis exiccatio propter ethicam esse dispositionem habitudinalem fixa & quasi toti aequaliter coicatam. in spasmo uero est exiccationis difformitas hoc notante experientia in corrigia que non uniformiter igne exiccata corrugatur seu spasmatur, humiditate tamen cetra si satis existente magna. patet etiam hoc cum per ulteriore corrigie adustione antequam ad ueram perueniat scine ratione extendit & resoluet corrigia uniformi facta exiccatione.

Ad tertium patet responsio per notatum. Ad quartum respondendum quod ipsum non est contra apho. licet enim quedam exilia corpora moriantur ante spasmationem, stat tamen robustiora, non ita sensibilia per paulatinam exiccationem primo perduci ad spasmum quam ad mortem.

Questio. xv.   Apho. xiiij.

VTRVM desipientia & stupor sint mortales in percussione capitis. Negatiue arguitur sic. multe sunt passiones essentie cerebri coicantes que non sunt mortales ergo &c. consequentia tenet, quia he passiones no dicerentur mortales, nisi quia coicate essentie cerebri. ans est notum in malis coplexionibus & pluribus aliis morbis,

Ad oppositum uidetur Gal. in commento. Primo pro questione premittendum quod aliquam passionem esse mortalem intelligi potest dupliciter. Uno modo, quia mortis illatiuam secundum plurimum, & ideo a tota specie mortalis appellatur sicut apoplexia &c. Secundo potest dici aliqua passio mortalis, quis potens inferre mortem. Secundo premittendum quod aliquam passionem coicari essentie cerebri dupliciter potest intelligi. Uno modo quolibet coicetur siue intense siue remissiue. Secundo quod communicetur uehementi intensione & cerebri nocumento. Passio mortalis dupliciter. Passione coicari sub stantie cerebri dupliciter.

Tertio premittendum uerificari apho. stupore & desipientia perseuerantibus & intensis existentibus. Prima conclusio. Ois stupor & desipientia in capitis percussione apparentes sunt quid malum. Conclusio ut est dictum probatur sic. omnes tales significant grande cerebri nocumentum. ergo consequentia nota. antecedens patet, quia non sequeretur paruum cerebri nocumentum, ut est euidens in experimento cum stupor & desipientia sint magni defectus. Secunda coclusio. Stupor & desipientia intensionem uehementem perseuerantes mortales sunt in capitis percussione. Conclusio probatur sic he significant uehemens cerebri nocumentum. ergo. antecedens patet propter perseuerantiam & intensionem, quia tam grande & permanens cerebri nocumentum remoueri non potest. Istis conclusis respondendum est ad obiectum negando consequentiam. Ad probationem dicendum quod he non habentur mortales, quia nocumentum sit absolute cerebro coicatum, sed quia coicatum est sub uehementi intensione & perseuerantia.

Questio xvi.   Apho. xv.

VTRVM sputum saniei sit malum in sanguinis sputo. Negatiue arguitur sic. Primo. sanies qua expuitur potest esse digesta, ergo tale sputum potest esse bonum. antecedens notum est. consequentia tenet: quia signa digestionis materie quadocunque apparet bona sunt, ut patet primo huius. comento. 12. paroxismos & consistentias. Secundo arguitur sic. sanies post peripleumoniam poterit esse bona. ergo. consequentia uidetur tenere per simile antecedens patet, cum aliqua peripleumonia sit per sputum saniei curabilis. Tertio arguitur sic. sanies post sputum sanguinis potest esse sine ulcere pulmonis. ergo consequentia uidetur nota. ans patet, si sanguis fluxerit a uena rupta in pectore, ide est sanatus.

Ad oppositum est aphorismus. Pro questione coclusione teneatur dicta que est limitada secundum limitatione apho.

Ad primum obiectum est respondendum dicendo quod sputum saniosum sequens ulcus pulmonis nunquam est digestum est, uel respondendum secundum responsionem comuniorem & meliorem quod signa digestionis licet sint semper bona, pro quanto significant potentiam nature ad materiam digerendam, ratione tamen loci poterunt esse mala, ut in proposito significando ulcus pulmonis difficulter consolidabile. Ad secundam de peripleumonia negada est consequentia, quia in ipsa non est necessario grande ulcus in pulmone sicut in sputo saniei limitato, ut est dictum. Ad tertiam rationem negatur antecedens, quia sputum saniosum multum & perseuerans ut est dictum ulcerationem necessario significat in pulmone.

Questio   xvij.

VTRVM possit esse sputum sanguinis ex pulmone dato quod non sequatur sputum saniei. Negatiue est Gal. in fine comenti. Affirmatiue arguitur sic Quia impossibile est infirmum ante sanguinis sanationem deficere. Primo pro qone respondendum quod sputum sanguinis perseuerans stante uirtute semper probabiliter sputum consequitur saniei. Propositio patet sic. hoc stante sanguis erit in loco preter naturam sibi. ergo ans patet quod sanguinis locus est intra uenas. consequentia tenet per apho. 20 particule. 6. Si in uentrem sanguis effundatur preter naturam &c. Secundo dicendum quod possibile est in casu post sanguinis sputum no sequi saniei sputum. conclusio patet

patet in argumento contra Gal. facto supposito φ sputum sanguinis sit paucum, & φ post sanguinis expurgationem sint exhibita prohibentia & dissoluentia sanguinem, ac etiam consolidantia uenam in pulmone.

Quæstio xviij.

VTRVM possit apparere saniei sputū dato φ nō apparuerit sputum sanguinis. Negatiue arguitur sic. quia illud quod saniatur est sanguis. ergo.

Ad oppositum arguitur sic. Sanguis ueniens à rupta uena potest saniari anteφ sanguis expuatur. ergo. Primo pro quęstione dicēdum. sanguis in casu possibili potest saniari anteφ sub forma sanguinis expuatur. Propositio nota est, cum enim ad expuendum requirat aliquis uigor & uirtutis potentia, contingens est anteφ uirtus sit potens ad sanguinem expuendum ut sanietur sanguis. Secundo dicendum φ secundum plurimū sputum saniei multum & perseuerans & pulmoni ulcerato missum consequitur ad sanguinis sputum, eius probabilitas comprehenditur hoc modo, quia sanguis nō potest saniari & putrefieri in quantitate multa secundū plurimum, nisi expuatur ante sub pauca quantitate.

Isto posito patet intellectus obiectorum.

Quęstio. xix. Apho. xvi.

VTRVM sit peius in phthisico retineri saliuam φ non. Affirmatiue arguitur sic. Non retinendo saliuam expellitur nociuum seu expulsum est. retinendo autem retinetur nociuum. igitur &c̄. consequentia tenet: quia melius est expelli φ retineri nociuum.

Ad oppositum arguitur sic. Saliua non retenta debilitatur uirtus & perducitur ad mortem infirmus. ergo, consequentia tenet, antecedens patet, etiam cum phthisicorum uirtus debilis supponatur. Pro quęstione respōdendum φ alijs paribus peius est retineri sputum φ euacuari. Conclusio patet primo per secundā partem apho. patet etiam per Gal. in commento. Isto posito respondendum ad obiectum contra hoc dicendo φ licet expuitio debilitet uirtutem, maior tamen est debilitas consecutura ad sputi retentionem, clauduntur enim uię aphelitus claudente sanie cannulas in pulmone existentes, quibus aer defertur cordi & expiratur.

Quęstio. xx. Apho. xvij.

VTRVM singultus sit quid malum in phlegmone hepatis. Negatiue arguitur sic. Deriuatio materię ab hepate ad stomachum est bona. ergo antecedens patet, quia materia transiens ad stomachum poterit euacuari per secessum aut uomitū. cōsequentia tenet, quia si consequaf singultus iā deriuabif materia ab hepate.

Singultus multiplex. Ad oppositum est Hip. in Apho. Pro quęstione premittendum φ singultus potest esse uehemens & perseuerans aut paruus. Potest etiam apparere in die critica uel nō post signa digestionis uel ante. Item si appareat in phlegmone hepatis pōt etiā apparere remisso phlegmone & consecuta alleuiatione uel non. Prima cōclusio. Singultus uehemens & perseuerans non apparēs in die critica, apparens etiam ante signa digestionis phlegmone permanēte mortalis est. ergo &c̄. antecedēs uult in comento. Gal. consequentia tenet, quia apostema hepatis pessimum calidissimum mortiferum est. Secunda conclusio. Singultus apparens ante signa digestionis non alleuiato phlegmone &c. semper dicif esse malus. Conclusio probatur sic. singultus hoc modo modificatus

est Aui. 14. tertij. trac. 3. cap. primo.

Auicē. Ad oppositum uidetur esse Gal. 5. interiorum. illo cap. 7. In hoc autem mēbro. Primo pro quęstione memorandum φ aliqua ægritudo dici potest maior. Primo ratione dignitatis lęsę actionis. Secundo ratione uirtutis dispensantis nostrum corpus. Tertio ratione proprię essentię quid sit hoc dictum, dictum est superius. Secū do supponendum gibbositatem hepatis concauitate fore nobiliorem, eo φ in gibbositate plus perficiuntur humores & depurantur, eo etiam φ pars gibbosa colligatur plus membris spiritualibus concaua uero nutritiuis magis, spiritualia uero nobiliora sunt nutritiuis seu naturalibus. Prima conclusio responsalis. Cęteris paribus peius est apā gibbositatis φ concauitatis. conclusio probat sic. apostema gibbositatis lędit nobiliorē actionem. ergo antecedens patet per suppositum. consequentia tenet, saltem ad sensum primi membri distinctionis. Ægritudo maior tripl. Gibbū hepatis cōcauo nobilius.

Secunda conclusio. Ratione lęsionis uirtutis dispensantis corpus nostrum apostema gibbositatis dicif esse peius. conclusio probatur sic. plus potest consequi in casu syncopis ad apostema gibbi φ concaui. consequentia nota. antecedens patet in casu propter gibbum plus colligari spiritualibus & cordi per consequens. Tertia conclusio. Ratione proprię essentię utrunφ potest esse ęque malum. conclusio arguitur sic. tantum materię & talis potest æqualiter essentiare utrunq. igitur. consequentia nota est, quia in essentialitate ponitur paritas causarum essentiantium per ista supposita. Quarta conclusio. Quantum ad nocumenta stomacho inferēda peius est apostema cōcaui φ gibbi. Hęc propositio fit p Gal. quinto interiorū. alleg. c. 7. ibi. Porro phlegmones. Istis habitis patet intellectus Aui. per primam & secundam cōclusionē. patet etiam intellctus Gal. per ultimam.

Quęstio. xxij.

VTRVM ab apostemate calidissimo currat cholera rubea ad intestinum & stomachum. Negatiue arguitur sic. materia apostemans conculcata est in parte apostemata. ergo antecedens notum est ex quo apostemat. consequentia tenet, quia materia conculcata ad locum alium non transit, prętereanullum uidef esse mouens choleram rubeam ad intestinum aut stomachum. ergo. consequentia nota est. antecedens patet. non primo uirtus hepatis cum eius sit pellere materiam ad loca expulsioni conuenientia, nec etiam cholera à seipsa mouetur cum eius non sit plus moueri ad illā partē φ alia.

Ad oppositum est Gal. in commento. Prima conclusio. pro questione dicendum est ab apostemate calidissimo rubeam choleram ad intestinum aut stomachū esse cursuram. Conclusio probatur sic. hepar apostematum trāsmittere potest rubeam choleram ad dicta loca. ergo. consequentia nota ad mentem medicorum, antecedens patet, quia hepar apostematum potest esse uirtutis fortis impellendo apostemantem materiam per porositates aut uenas. Secunda cōclusio. Cholera potest pelli ad stomachum aut intestinum post rupturam apostematis & post signa digestionis. Conclusio potest patere per deductionem primę conclusionis. Ex ista secunda infertur φ singultus in phlegmone hepatis non est semper malus. Conclusio infertur sic. singultus potest sequi signa digestionis & debitam rupturam apostematis. ergo. consequentia nota. antecedens patet, si rupto apostemate & eius predigesta materia fluat ad stomachū sin-

in uigilia Negatiue arguitur sic. spasmus & desipientia significare possune fluxũ materierum ad neruos & cerebrũ quę materię sunt remotiuę uigiliarum.

Ad oppositum est Hip. in apho. 18. Pro quęstione dicendum ꝙ spasmus & desipientia simul sunt mortales in uigilia secundum plurimum. Cõclusio probatur, quia secundum plurimum sequuntur inanitionem & exiccationem. secundum ergo plurimum sunt mortales ꝗuis in casu possint esse non mortales. Ad obiectũ est respondendum ꝙ spasmus & desipientia de quibus intelligitur in pręsenti sunt de inanitione non significantes illum fluxum materierum ut est dictum.

Quęstio. xxiiij. Aphor. xix.

VTRVM in denudatione ossis apa corrosiuum sit pessimum. Negatiue arguit̃ sic. In aliqua ossis denudatione egemus corrosione carnis. ergo &c. añs patet ubi caro foret superflua. consequẽtia tenet, quia per tale apostema corrosiuum fieret talis corrosio.

Ad oppositũ est Hip. in apho. Pro quęstione respõdendum apa corrosiuum esse pessimum in denudatione ossis. Conclusio quę est apho. in sententia probatur per rationem apho. Ad obiectum respondendum declinando consequentiam & dicendum ꝙ talis corrosio fienda est à medicina corrodente & non ab intrinseco cum denotetur uehemens & pessima putrefactio.

Quęstio xxv. Apho. xx.

VTRVM putredo aut sanies sit mala in erisipila. Negatiue arguitur sic. Primo terminatio apostematum ad saniem est bona. igitur &c. nota est consequentia cum erysipila sit apa. antecedens patet per Gal. in lib. de malitia cõplexionis diuersę. cap. 5. Secundo arguitur sic. omnis erysipila est cum uulnere. ergo nõ est mala sanies in erysipila. consequentia tenet, quia creare saniem in omni uulnere bonum est &c. ut colligit̃ quinto huius apho. 22. calidum saniem faciens. antecedens sumitur primo de accidenti & morbo. cap. 12. Tertio arguitur sic. sanies digesta est signum digestionis. ergo bona est in erysipila. añs est notũ. cõsequẽtia tenet, qa signa digestionis quandocunq; apparent bona sunt.

Ad oppositum est aphorismus. Pro quęstione dicendum ꝙ putredo aut sanies mala est in erysipila. Conclusio probetur ut est dictũ, ꝗuis putredo sit peior sanie.

Ad primum dicendum ad punctum ꝙ terminatio ad saniem est bona respectu terminationis ad schirosim aut morbum peiorem, tamen potest dici mala saltem in apostemate debente debite terminari per resolutionem. uel dicẽdum ꝙ terminatio ad saniem absolute est bona nisi coniungeretur corrosio membri sicut est in proposito.

Ad secundam rationem respondendum ad punctum ꝙ in omni uulnere suspecto ad spasmum bonum est creare saniem, non tamen in omni uulnere absolute est bona sanies. Ad tertium respondendum ꝙ signum digestionis qñcũq; apparet est bonũ: nisi sibi aliud accidens coniungat̃ sicut est in proposito cũ cõiungit̃ corrosio.

Quęstio. xxvi. Apho. xxi.

VTRVM tremor in litargia sit bonus. Affirmatiue arguitur sic. Primo. bonũ est à cerebro ad neruos deriuari materiam. ergo. antecedens patet, quia per hãc deriuationem cerebrum uitat apostemationem aut minuit. patet consequentia. cum tremor significet sic deriuatam esse materiam. Secundo arguitur sic. paralysis est bona in apolexia, ergo & tremor in litargia per simile. patet consequentia antecedẽs colligitur prima tertij.

Tertio sic. in motu tremulo seu concussiuo consumitur materia. ergo confert in litargia. antecedens colligitur quarta primi. cap. ultimo. consequentia tenet, quia bonum est litargię consumi materiam.

Tremor in litargia euenit dupl'r:

Ad oppositum est aphorismus. Pro quęstione pręmitenda est distinctio ꝙ tremorem euenire in litargia potest intelligi dupliciter. Vno modo remanente, nõ diminuta litargia, Alio modo remanente & diminuta & remissa litargia. Prima conclusio. Tremor primus malus est in litargia. Hęc cõclusio sit pro intellectu apho. & per rationem cõmenti, quia talis tremor ex quo causatus significat materiam esse fluidam, & per cõsequẽs immersam substantię cerebri significat eam etiam esse multam non superabilem à uirtute, ut non solum faciat litargiam, sed etiam tremorem. Secunda conclusio. Dicendum tremorẽ sequentem litargiam per remissionem aut remotionem litargię esse bonum. Hoc secundum probatur per duas rationes ante oppositum.

Isto posito soluendum ad obiectum tertium dicendo ꝙ quãuis per tremorem aliquid materię consumatur, tremor tamen malus est per uiam signi modo dicto.

Quęstio. xxvij. Apho. xxiij.

VTRVM sanies sit mala in dolore diuturno. Negatiue arguitur sic. Signa digestionis quandocunq; appareant bona sunt, ergo. antecedens habetur primo huius commen. 12. consequentia tenet, quia digesta sanies est signum digestionis.

Ad oppositum est aphorismus. Primo huic quęstioni respondendum est dicendo hãc saniem esse malã quę significat ut est tactum uehementem putrefactionem, sed sanies in dolore diuturno est huiusmodi. ergo &c. maior est nota. minor patet, cum enim dolor extiterit diuturnus manseritq; materia tempore multo & uehemens putrefactio causata erit. Secundo dicendum saniem digestam & laudabilem esse bonam respectu saniei inconuenientis: Propositio probatur per rationem primam, quia signa digestionis quandocunq; apparẽt bona sunt, & econtra signa putrefactionis mala sunt.

Isto posito patet solutio obiecti.

Quęstio. xxviij. Apho. xxiiij.

VTRVM dysinteria sit mala in secessu cholerico. Negatiue arguitur sic, Dysinteria facta in cholerico secessu est secundum rationem. ergo &c. consequentia uidetur nota secundo huius. commento. 28. febricitantibus non omnino in superficie. antecedens patet, quia rationale est choleram excoriare intestina.

Ad oppositum est aphorismus. Pro quęstione respõdendum ꝙ talis dysinteria in cholerico secessu est mala. probatur conclusio ut est dictum in littera. Ad obiectum respondendum declinando cõsequentiam. Ad probationem ꝙ signa facta secundum rationem bona sunt respectu factorum non secundum rationem, tamẽ absolute mala sunt pluries, scilicet exempli causa si ad febrẽ intensam sequatur extenuatio, uel si ad superfluentem euacuationem sequatur oculorum concauitas, hoc erit secundum rationem tamen mala.

Quęstio. xxix. Apho. xxvij.

VTRVM in dolore forti circa uentrem sit mala frigiditas extremitatum. Negatiue arguitur sic. Primo in forti dolore &c. non est frigiditas, immo caliditas extremorum, ergo consequentia nota, quia in quęstione supponitur in tali dolore frigiditatem esse circa extremitates. patet antecedens cum natura transmittat sanguinem & spiritus ad locum dolentem, ut. 5. huius commen. 54. Quęcunq; corrupturę sunt fętus. Secũdo sic. non necissario denotatur calidum aut frigidum apa. ergo. &c. consequentia tenet, quia ob hoc malitia denotatur, quia talis comprehenditur a patio. 7. huius, & commento primo. antecedens patet cum possit prouenire à uentositate. Tertio sic. propinquorum frigiditas ab auctoribus nõ reputatur mala. ergo nec extremorum. patet antecedens hoc auctoritatibus non contradicentibus. tenet consequentia cum longe maiorem malitiam denotet propinquorum ꝗ extremorum frigiditas.

Quarto sic. siccitas extremorum ab auctoribus in dolore forti non reputatur mala. ergo &c. consequẽtia tenet ex hoc, quia siccitas opponitur uitę ut frigiditas.

In oppositũ est apho. pdictus. Prio p qõne supponẽdũ in dolore forti frigiditatẽ extremorũ malitiã denotãtis uehemen-

tis vehementem eſſe & perſeuerantē non præcedētem à cauſa exteriori nec etiam à cauſa alia interiori, niſi forti dolore aut ſua cauſa. Secundo præſupponendum naturam trahere materiam ad locum dolentem intrinſecus ſiue exteriorem dūmodo dolor non ſit ualde acutus & uirtutis proſtratiuus. nam tunc uirtus retrahit ſpiritus

Venter quid. & ſanguine uerſus cor. Tertio notandum etiam per uentrem intelligi non ſolum ſtomachum, immo & alia uiſcera interiora notabilia, quia tamen pluries contingit dolere ſtomachum, ideo in ipſo Hip. protulit aphor.

Quarto notandum etiam ꝙ non ſolum frigiditas extremorum mala eſt &c̄. immo etiam longe magis propſ quorum frigiditas. quia tamen contingit pluries in forti dolore ſtomachi frigere extrema calentibus interioribus, ut in calido a p̄ate ſtomachi, non cōtingit uero ecōtra, ideo de frīditate extremitatū propoſitus eſt apho.

Iſto notato patet concluſio reſpōſalis probādo ipſam ut probatus eſt apho. Et dicendo etiam ꝙ hæc frigiditas non ſolum eſt mala, immo eſt mortalis ſecundum datū intellectū. Ad primum obiectum patet reſponſio per unum notandum, dicendo tamen ꝙ obiectum probat propoſitum, quia tamen dolente ſtomacho ſpiritus trahuntur & ſanguis ad ſtomachum frigēt extrema. Ad ſecundum dicendum ꝙ dolore proueniente à uentoſitate frigiditas non perſeuerat non perſeuerante ſua cauſa. & ſi perſeuerat etiam hoc eſt mortale propter maximā proſtrationē uirtutis de propinquitate frigiditatis ut dictum eſt. Ad aliam de ſiccitate dicendum & notandū ꝙ humiditas membri non ita pendet à ſanguine & ſpiritu ſicut caliditas ad hunc ſenſum, quia cum membrum ſit magis fixe humidum q̄ ſit cal'm, iō ad remotionē ſāguinis & ſpiritus ſequitur membrum infrigidari & nō exiccari. Item cum caliditas ſit magis requiſita ad uitā q̄ humiditas, ideo frigus maiorem ſignificat malitiam, cum etiam elementa ſicca exiſtentia in membro ſint potentia minus ſupra elementa humida propter ſiccitatē, q̄ ſint frigida ſupra calida per frigiditatē frigiditate exiſtēte actiuiore, ideo nō ſic per extremoꝝ ſiccitatē &c̄. ſignificare poſſumus ſicut per frigiditatē &c̄.

Quæſtio. xxx. Aphor. xxx.

VTRVM Diarrhœa ſit bona in hypoſarcha. Q, non arguitur multipliciter. Primo arguitur auctoritate Auicē. 14. tertij. ca 4. de hydropiſi. ubi uult fluxum uentris in hydropiſi eſſe mortalem. Secundo arguitur ſic. diarrhœa eſt proſtratiua uirtutis &c̄. conſequentia tenet. antecedens patet cum non euacuetur ſolum nocens, immo & iuuans.

In oppoſitum eſt aphoriſmus. Reſpondendū & dicēdum ꝙ fortis diarrhœa facta conſtante uirtute conueniens eſt in hypoſarcha pro quanto hæc fortis educit materiam multam diſperſam per totius ambitum, quā natura intra uenas repellere poteſt, & non ſolum uentris fluxus immo etiā urinæ conſimiliter illam euacuando materiam, fluxus tamen uentris maxime liẽtericus & propter debilem contentiuam proueniens de quo intendit Auic. loco allegato eſt mortalis. Ad ſecundum obiectum eſt reſpōdendum. ꝙ licet talis fluxus debilitet uirtutem, tamen maius iuuamentum nocumento. Notādum tamen ꝙ non ſemper in hypoſarcha ſufficit hæc ſolutio uentris, immo requiritur pluries confortatio hepatis ut non multiplicet ſanguinē phlegmaticū & aquoſū

nendum hanc ſpumam non eſſe ex magnis ampullis & eſſe fortiter commixtam in ſuis partibus ex quo denotatur ipſam uenire à parte ualde longinqua ac phlegmatica ſicut eſt cerebrum.

Iſto oppoſito dicendum ad primum ꝙ ſi uentoſitas ſit in ſtomacho aut in inteſtinis non ita cauſabitur ſpumatio propter materiam nō eſſe ita cōmotā ſicut cōmota eſt à cerebro ueniens. De cholera autē patet rñſio, quia ſpuma facta ex ipſa citrina eſt.

Quæſtio. xxxij. Aphor. xxxij.

VTRVM Poſſit eſſe urina tenuis ſuperius cholerica exiſtente hypoſtaſi, Q, non arguitur ſic. Cholerica exñti hypoſtaſi urina debet eſſe cholerica. ergo &c̄. conſequentia nota, quia urina cholerica nō eſt tenuis alba. patet antecedens, quia per hypoſtaſim cholericā choleræ dñiū denotat' ac deriuatio chol'æ ad uias urinales.

In oppoſitum uidetur eſſe Gal'. in cōm. dicens ſe nunquam uidiſſe talem urinam. Pro quæſtione notādum poſſe intelligi tenuem multipliciter. Tenuem, quia ſubtilem in ſubſtantia qualiſcunq; coloris exiſtat. Secundo tenuem, quia aquoſam in ſubſtantia ſubtilem & colore diaphanam. Secundo notandum etiam hanc litteram ſuperius dupl'r poſſe intelligi. Vno modo ſuperius, quia in p̄te ſup̄iori ut p̄s ſup̄ior, q̄a aquoſitas urinalis ſit tenuis ad alteꝝ ſenſum dictoꝝ. ſecūdo ſup̄ius t̄pe, q̄a prius.

Iſto poſito dicendum ad dubium ꝙ urina poteſt eſſe tenuis in ſubſtantia colore exiſtente rubeo uel citrino, & hypoſtaſi exiſtēte cholerica. hoc ſatis notandum eſt. nam abundante cholera facta hypoſtaſi ex parte groſſiori ſiue magis ingroſſata cōtingit urinā eſſe talē &c̄.

Secundo dicendum ꝙ urina poteſt prius tēpore eſſe tenuis, quia ſubtilis aquoſa hypoſtaſibus poſt hoc exiſtentibus cholericis. Patet hoc. nam natura primo impotente ſupra cholericam materiam expellendam quaſi ſola pulſa aquoſitate apparebit urina tenuis & aquoſa. deinde natura digerente choleram & ipſam tranſmittēte ad uias urinales cholerica reddetur hypoſtaſis. & plus dicetur hypoſtaſis cholerica propter materiam digeſtiorem ingroſſatam plus hypoſtaſari q̄ aquoſitati cōmiſceri.

Tertio dicendum non eſſe impoſſibile hypoſtaſim eſſe cholericam & urinam eſſe tenuē aquoſam, eo ꝙ poſſibile eſt materiam cholericam non cōmiſceri aquoſitati, immo ipſo exiſtente prope loca expulſionis tota fiet hypoſtaſis. eſt tamen hoc poſſibile ualde rarum, quia ualde rarum eſt quin in hoc caſu cholerica materia commiſceatur aquoſitati urinali.

Iſto poſito patet ſolutio ad obiectum dicendo ꝙ licet ſit dominium cholerę, tamen poſſibile eſt in ipſa non cōmixta talē hypoſtaſim apparere. Ad Gal'. dicendū ꝙ licet nunq̄ uiderit hoc arguit raritatem aut difficultatem & non impoſſibilitatem.

Quæſtio. xxxiij. Aphor. xxxij.

VTRVM Cholericis exiſtentibus hypoſtaſibus acuta denotetur ęgritudo. Arguitur multiplicit' ꝙ nō.

Primo quia poſſibile eſt materiam eſſe multam. ergo &c̄. antecedens eſt notum. tenet conſequentia quia multa materia facit morbum chronicum & non acutū.

Secundo poſſibile eſt materiam tali modo ſe habere ſupra uirtutē ſicut ſe habet in morbo chronico. ergo &c̄. cōſequētia nota. patet añs ſecūdū cōtīgētias materieꝝ.

In oppoſitum eſt allegatus aphoriſmus. Pro q̄ōne

non digeritur æqualiter necessario in morbo miti. ergo &c̄ patet antecedens propter materiam esse difformē, & propter caliditatē naturalē non æqualit̄ & uniformiter applicari omnibus partibus. Itē natura aliquando pellit simul digestū & indigestum. igit̄. añs sumitur secunda quarti de signis ex parte urinæ tenet consequentia, qa opatio naturalis non arguit turbationē.

Vrīa dīstās qd.

In oppositū est apho. Pro quæstione præmittendū Hip. intelligere per urinas distantes urinas differētes in partibus suis quia quædam sint digestæ quædam non. uel intelligit plures urinas adinuicē differentes, ut quędam significent digestionē, quædā appareant indigestæ denotat̄. n. ex hoc naturā tentare digerere materiā et iō primo aliqua digesta apparet. denotat̄ etiā materiā repugnate, & ideo pars apparet indigesta denotatur ergo turbatio tentante natura & sibi materia repugnante.

Ad obiectū primū r̄ndendum q natura non uniformiter digerente, ideo apparet distantia propositi, quia apparet urina ualde digesta et alia ualde indigesta. uel una pars ualde digesta & alia ualde indigesta. Ad secundū respondendū q quando natura pellit simul digestū, & indigestū non penitus naturaliter operatur, imo symptomatice dum saltem indigestum quod pellit̄ est multū. nā eius est eūare materiā digestā 4. huius. cōm. 22.

Quæstio. xxxv. Aphor. xxxiiij.

VTRVM Hypostases crymnoidales longā significent ægritudinē. Quòd non arguit̄ sic. Primo. hæ hypostases possunt esse cū debilitate uirtutis &c̄. ergo. consequentia tenet, quia uirtute existente debili breuiatur morbus. Secundo hæ hypostases possunt apparere critice. ergo &c̄. tenet consequentia, quia expulsiones critice breuē significant esse morbū. añs est notandū. quia possibile est grossam materiam crymnoidalem hypostasari & critice expelli.

Hypostasis crymnoidal' quid.

In oppositū est Hip. Pro quæstione dicendū hypostasim crymnoidalē esse hypostasim habentem partes grossas cōpactas, sicut grossa farina frumenti quæ aliquando est alba significans expulsionem phlegmatis. Quod compræhendit̄, quia non est cū foetore sicut cō similis propter ulcera uesicæ apparens. Non est etiā cū dissolutione & macie corporis et unctuositate telosa urinæ supernatanti sicut hypostasis sequens dissolutionem membrorū radicaliū apparentē in feb. hetica aut in fe. putrida ustiua. Notū est. n. caliditatē præter naturā fieri tem non minus posse liquare unctuosum humidū q̄ cōglobare caliditate hetica fixa. Hoc igit̄ constante uirtute significat morbum longū quia materiā grossam phlegmaticā tardæ superationis & dissolutionis, aliquando etiā apparet rubea significans ustionem sanguinis grossi, sic etiam morbū longū, aliquando apparet nigra significans ustionē materiæ melicæ. Si uero cōiungatur debilitati uirtutis ut arguit obiectum breuiabit̄ morbus materia grossa & multa debilē cito superante uirtutem. Quod etiam dictū est continet ueritatē si perseueret talis crymnoidalis hypostasis si ante digestionem appareant. Ex quibus patet obiectorum solutio factorum in contrarium.

Quæstio. xxxvi. Aphor. xxxv.

VTRVM Apho. sit uerus. Quòd nō arguitur sic. Primo ampulla supernatans non solum renū potest denotare passionē, immo & aliarū partium siue distātium magis siue minus. ergo pars prima apho. non uera nota est consequentia. patet antecedens, quia non minus possunt illarū partiū ampliari materiæ. Secundo sic, materia renū est materia grossa corpulenta inepta ampullationi. ergo &c̄. consequentia nota. patet añs cū ipsa conuertat̄ in lapidē aut in aliā cōglobatā materiā.

Tertio sic, ampullæ istæ ex renibus in uesicā transire non pñt. ergo &c̄. consequētia uidet̄ nota. quia talis ampullatio in renibus generari uidet̄. Quarto arguit̄ sic. materia quæ ampullat̄ poterit esse cholica, ergo non necessario longa denotat̄ ægritudo. añs est notū. tenet consequentia, qa materia cholica morbū facit breuiorē.

In oppositum est apho. alleg. Primo pro quæstione notandum hanc ampullā paruā esse ad modū grani. nā eius causa subleuatiua est grossa uentositas quæ mingēdo diuiditur in partes. Item materia quæ ampullat̄ ē etiā materia phlegmatica quæ in paruas partes multas diuiditur per uias strictas urinales transeundo. ergo propter diuisionem uentositatis, ac etiam phlegmatis quod ampullatur apparent istæ ampullæ ad modū granorū. Vlterius notandū posse imaginari hanc ampullā generari circa renes aut generari in ipso etiam impetu mictus, & ideo propter pulsionē apparent granula primitus descēdentia deinde uentositate subleuante apparent granula supernatantia. Et istæ ampullę intelliguntur permanentes & ad albedinē declinantes, quarū permanentia & albedine aut declinatione ad albedinem uiscositas & phlegmaticitas materiæ denotatur.

Isto posito teneatur apho. dicendo q istæ ampullæ significant morbū frigidū renū, quia malā cōplōnē frigidam. Ex tali n. ampulla denotat̄ grossa uētositas & materia compræhensa per ampullarum permanentiā quæ grossa uentositas ampullans maxime in antroso loco cōpræhensa est qualis locus sunt renes. Si. n. in cōcauitate uesicæ grossa uentositas compræhendatur ipsa expansa & diuulsa subtiliabitur. Ex quo patet secunda pars apho. q lōga denotat̄ ægritudo, qa frīda materia tardæ digōnis frīda ē et cōplō renū tardæ curationis.

Isto posito dicendū est ad obiectū primum q arguit positatē, tamen quia secundū p̄m grossa uentositas renum est apta ampullare ut dictū est, ideo absolute Hip. protulit apho. Ad secundū r̄ndendū q licet aliqua materia renum conuertat̄ in lapidem, aliqua tamen non est ita grossa quin possit ampullari ac etiam uentosari. Ad tertium respondetur q ampullæ licet difficulter non ruptæ transire possint ut arguit̄, tamen & in mictu potest fieri ampullatio ut dictū est. Ad quartum respondetur per præhabita dicendo q istæ ampullæ intelligunt̄ permanentes & declinātes ad albedinē ut dictū est, ex quo denotat̄ materiam non esse choleric am.

Quæstio. xxxvij. Aphor. xxxv.

VTRVM Omnis morbus frigidus dure digerat̄. Negatiue arguitur sic. Primo. caliditas naturalis potest tantū posse supra materiā frīdā sicut supra materiā calam. ergo &c̄. antecedens est notū diminuta & paucificata frigida materia tenet consequentia, quia digestio fit per potentiam caliditatis naturalis. Secundo arguit̄ sic. aliquis morbus frigidus est citæ terminationis. ergo &c̄. consequentia tenet supponendo hanc terminationem esse ad salutem. patet añs pluries in apoplexijs.

In oppositū est in cōmento Gal. Pro quæstione respondendum q aliorū paritate supposita ut quantitatis materierū &c̄. oīs morbus frīdus, i. oīs morbi materia frigida dure digerit̄ respectu calidę. Patet propō propt̄ caliditatem naturalē minus posse supra frigidam materiam tanq̄ sibi magis contrariā q̄ sit materia calida & sibi rebelliorem sua grossitie. In casu tamen ut probabat obiectum primum poterat accidere contrariū. Ad secundum ergo obiectū respondendum, primo concedēdo ut probatū est, deinde soluendo primū obiectū etiā negando consequentiam. licet. n. morbus cito terminet̄ ad salutē, stat tamen non prædigestam esse materiā, sicut etiā patet de morbo de materia calida furiosa.

Quęstio. xxxviij. Aphor. xxxvi.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Quòd non arguitur sic. Primo hypostasis pinguis & globosa potest uenire ab alia parte q̄ renibus ergo &c̄. consequentia tenet, & antecedens patet, quia humiditatem unctuosā aliarū partium contingens est trāsire ad urinā qua erit coagulata & globosa. Secundo arguitur sic. possibile est ex tali globositate denotari materiam phlegmaticā,

ergo &c̄,patet a ñs p p grossitiē globositatis et albedīe. tenet consequētia qa ex phīate denotaē morbus lōgus.

In oppositum est aphorismus. Primo pro quæstione notandū, ut colr ex cōmento. q hypostasis pinguis intelligendo per illā uerā hypostasim in fundo stā tem aut & melius aliam substātiā ab aquositate urina li superiora tamen petentem & pluries ad modū telæ.

Hypostasis globosa quid.

Secundo præmittendū intelligi per hypostasim globosam hypostasim iunctam in partibus & subito simul iūctam ad modum globi, sicut.n. mulieres filum glomerādo filo faciunt globum, ita dicimus hanc hypostasim cuius una pars iungitur alteri ac si glomeretur esse globosam &c̄. Isto posito dicendum hanc hypostasim significare passionē renum acutā, quia morbū calīm, ex tali.n. dissolutione denotatur calitas dissoluens unctuositatem, maxime in parte pingui & propinqua. si dissolutio esset in parte remota talis unctuositas nō esset globosa imo propter loci distantiam in suis partibus separata denotaē ēt acutus morbus & nō hetica, qa tūc nō esset sola globositas, imo multa diuisio partiū.

Isto posito patet solō obiectoꝝ factoꝝ in cōtrariū.

Quæstio. xxxix. Apho. xxxvij.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Quòd non arguitur sic. Acuti dolores prouenire possunt à uentositate acuta ergo nō p ipsos denotaē apa. añs fatis ē notū tenet consequentia quia uentositas acuta non apat.

In oppositū est alleg. apho. Pro quæstione est dicendum q acuti dolores notant apa ut elt dcm, aut sunt cā apatis per quos in notitiam apatum deuenimus. nā primo si prouenıunt à uentositate, si perseuerent attrahendo materiam sunt causa apostematū. si etiā sunt fixi in parte una denotatur materia constans apostematura, aut actualiter apans. Apa ergo futurū denotaē incipiēte dolore & perseuerante, & in processu actuale denotatur apostema & maxime acutus qui est multum materierū attractiuus aut proueniēs à materia subtili in mēbri porositates penetratiua.

Isto posito patet intellectus obiectī.

Quęstio. xl. Aphor. xxxviij.

VTRVM Salutare sit sanguinē uomere sine febre. Negatiue arguiē sic. Primo oīs fluxus sanguinis excepto menstruali est præter naturam. ergo non salutare est. consequentia nota, quia salutaria esse debent secundum naturam. añs sumiē. 6. de accidenti & morbo. ca. primo. Secundo arguiē sic. possibile est nunc uomentem sanguinem mori propter uomitū. ergo &c̄. consequentia nota. patet antecedēs rupta uena magna. Tertio arguitur sic. sanguis talis putrefactus est. ergo nō ē salutaris &c̄. consequentia nota, quia nō est salutare sāguinis putrefactionē adesse. antecedēs colligitur. 6. huius. quia hic sanguis exiuit uenam. Si in uentrem autē sāguis exeat præter naturam, necesse est putrefieri &c̄. apho. 2.6. huius. Quarto arguitur sic. vomitus sanguinis curatur uomitu aut alia euacuatione. ergo non stypticis infrigidantibus. consequentia tenet. añs patet cum fluxus cureē fluxu. 16. tertij. de fluxu uentris omnium modorū. Vltimo ostēditur q talis uomitus cū febre non sit perniciosus, quia est possibile cum tali uomitu naturam purgare sanguinem superfluentē ergo etc̄. consequentia tenet, quia hoc nō est perniciosum, immo salutare. & antecedens etiam patet.

In oppositum est Hipp. in apho. prædicto. Pro quæ

hoc pluries est perniciosum nam cū denotetur hic exitus à partibus stomachi & meri, & denotetur ex tali materia consequi feb. cancerationē aut magnam apostemationē denotamus aut fistulam. non est tamen inconueniens ut tangit obiectum ultimū in casu hūc uomitum nō esse mortalē propter contingentiā in obiecto tactā.

Isto posito dicendum ad primum negando consequētiam, & dicendo q multa præter naturā, quia non intēta à natura corpore debite disposito pro conseruatione indiuidui aut speciei sunt salutaria. Ad aliam, quia possibile est uenam magnam esse ruptam &c̄. concedo. & ideo etiam concedo conclusionem q est contingens hūc uomitum non esse salubrem, tamen obseruatis cōditionibus dictis dicitur à Gal. salutare &c̄. Ad punctū al terius, quia putrefit, uerum est ut intelligit Hip. manēs extra uenā tempore longo præterea consequentia nō ualet, quia euacuatio putridi salutaris est. Ad aliam rationem uomitus curatur uomitu &c̄. Dico q uomitus & fluxus qui fiunt propter materiam retentam incitantē ista, curātur per uomitū aut aliam euacuationem illius materiei. sed uomitus per quem euacuatur educēda materia dum putatur ipsam complete educi est curandus p styptica & infrigidantia etiam immobilitātia materiā.

Ad ultimam rationem responsum est.

Quæstio. xli. Aphor. xxxix.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Et arguitur q non, quia catarrhi conuertuntur in saniem in uentre superiori in tempore citiori uiginti diebus. ergo &c̄. tenet consequentia. patet antecedens cum non phlegmatici catarrhi conuertantur in saniē in uiginti diebus, cholerici sunt conuertibiles ante uiginti dies.

Venter superior quid.

In oppositum est apho. Primo pro quæstione est notandum quid intelligatur per uētrem superiorē quod tāgit in cōmento Gal. Secundo notandum etiam q hoc loquitur de materia catarrhali quæ secundū plurimum est phlegmatica. Tertio notandū etiam partem pectoralem & pulmonē esse ualde calīm propter quod per sua detur catarrhos in loco illo conuerti in saniem in uiginti diebus. nam ex quo locus est ualde calidus, licet materia sit fridida productiua de se morbi chronici ualde, tamen repugnante caliditate loci remittitur ualde chronicitas morbi, & econtra repugnante grossitie & frigiditate materiæ morbus non redditur in toto acutus, sed tenens medium inter ualde chronicos et ualde acutos, quorum terminatio est in die. 20. sicut critica. Dicendum p obiecto nō uelle Hip. catarrhos oēs & semper cōuerti in saniē in. 20. diebus, sed hoc esse pluries

Quæstio. xlij. Aphor. xl.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Et arguitur q non, quia lingua potest subito fieri temperata aut corpus fieri apoplecticum, & tamen non necessario abūdat materia melancholica. ergo &c̄. consequentia tenet, & & antecedens tangit in cōmen. Gal.

In oppositū est Hippocrates. Pro quæstione primo potest responderi ut est dictū circa litterā & cōmentū.

Vel potest dici q si lingua fiat subito intemperata aut aliqua pars sit apoplectica, qa ablato sensu & motu non inquam propter ueram apoplexiam, sed propter abstractionē & diuersionē animæ corpus est melicum, quia melicus humor inter cæteros est causa abstractionis & diuersionis. & hoc apparet pluries in melicis qui quasi balbutiunt nec sciunt ubi sint quasi sensus & motus ali-

Itẽ in fe sanguiũa nõ cõuenit talis aqua calida ut est notum, nec etiam hetica cum catarrho. Item q cũ aqua calida nõ opponaĩ fe. cõpetit in fe. Itẽ quare plus loquiĩ de capite q̃ de alijs partibus.

In oppositum est aphorismus. Primo pro quæstione notandum Hip. per choleram intelligere quẽlibet humorem indifferenter. Secundo notandum etiã non solum aquam calidam infusam capiti cõferre in fe. de qua dicetur, sed etiam balneationem aut infusionem aliarum partium, quia tamen inflãmari contingat caput in feb. tanquam totius caminum, ideo de eius infusione fecit mentionem competẽtem in feb. ephimera ex labore. nã eius est rehumectare & caliditate poros sufficienter aperire, ut uapores calidi exhalent. consimiliter competit in feb. à frigiditate aut caliditate aeris procedẽte. in fe. ẽt ephimera ab oppilatione facta sine obstructione pororum dũ materia intrinsecus humoralis non fit multa propter causas assignatas. Per dicta patet intellectus omnium obiectorum, dicendo tamẽ q i feb. ẽt humoralis, licet à principio non competat balneatio in declinatione tamen penitus tota aut quasi tota euacuata materia residoi ad resolutionẽ & pororũ apertionem dicta balneatio cõpetere põt. quare uero non regulariẽ ex aqua frida, patet per dicta super textum.

Quæstio. xliiij. Aphor. xliiij.

VTRVM Mulier possit ambidextra fieri. Affirmatiue arguitur sic. Primo mulierem uiraginem esse contingit & uiro calidiorẽ & fortiorem ergo &c. antecedens colligitur in libro pulsuum in cap̃. de pulsu fœminarum. tenet consequentia, quia uirum contingit esse ambidextrum propter potentiam uirtutis motiuæ et uiri caliditatem. Secundo arguitur sic. esse ambidextrũ prouenit ex consuetudine. ergo &c. antecedens quotidiana notat experientia consequentia nota, quia mulier assuefieri potest consimiliter. Tertio sic. membra muliebria sunt flexibiliora. ergo &c. antecedens patet propẽ mollitiem & humiditatem eius uehementẽ. tenet consequentiam, quia propter hanc fluxibilitatem melius disponet ad motũ ad æqualẽ utriusq; manus operationẽ.

In oppositum est apho. & in cõmento Gal. Primo pro quæstione notandũ concedendum esse contingere posse aliquam fœminam esse ambidextrã. Secundo dicendum hoc esse rarissimum propter defectum uirtutis motiuæ mulierum, deficiente substãtia spũosa faciente ad motum abundante etiã humiditate nimium, cum siccitate uigoretur motus. sexto de accidenti & morbo. ca. 3. quæ inclinent mulierem ad taliter & taliter sedendum, ut cõm uniter ualeant sedere supra terram duplicãdo genua, quod uiris cõm uniter nõ contingit, unde quędam sunt inclinationes naturales non sequentes complexiones primarum qualitatum manifestarum, imo consequentes dispositiones sexuum, aut etiam specificas formas, ut colligi potest à Gal. primo de utilitate particularũ. cap̃. 3. Isto habito per pręhabita patet intellectus obiectorum non discurrendo per ipsa.

Quæstio. xlv. Aphor. xlv.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Et arguitur q non. Primo sanie pura & alba fluente ab empyico & phthisico non euadit empyicus. ergo &c. antecedens satis est notum cũ stet hunc esse phthisicum cum ulcere pulmonis magno. Secundo sic. sanie fluente &c. contingens est hanc saniem à peripleumonia defluxã suffocare & uersus cor etiam transire. igitur &c. antecedens est notum cũ consequentia. Tertio sic. possibile ẽ hãc saniem esse ex catarrho melico & putrefacto. ergo non necessario sanie existente cęnulẽta & male olente mors consequitur. tenet consequentia, quia propter eũonem talia catarrhi nõ debet mori infirmus. aũs est notandũ.

In oppositum est apho. Primo p quæstione memoretur notitia empyematis ex cõmento notata supra allega. apho. Secundo teneatur etiã pro cõclusione apho. Nam effluente tali sanie pura, quia nõ cõmixta sanguini aut alteri rei naturali & albæ ex quo digestio remouetur et potentia caliditatis naturalis ut cõprehendi poterit primo pronosticorum cõmento ultimo. Probabile ẽ & uirtutem esse potentem in superando morbum ex toto. & hoc continet ueritatẽ empyemate supposito catarrhali non coniuncto phthisi aut alteri accidenti excessiuo. Ex quo soluuntur duo obiecta prima. Tertio dicendum ulterius q sanies cœnulenta. quia nigra male cõpacta siue cõmixta in partibus ut cœnum grossa etiã & male olens, quia ualde fœtens notando per fœtorem uehementem putrefactionem, ut primo pronosticorum alleg. cõmento. Notãdo etiã per cœnulitatem adustionem & mortificationem caliditatis naturalis, talis mortem significat. Ad rationem tertiam de catarrho dicendum q talis catarrhus digestus & superatus à uirtute nõ erit cœnulentus male olẽs, q si extiterit cœnulẽtus & male olẽs & perseueret, talis mortẽ denotabit.

Quæstio. xlvi. Aphor. xlvi.

VTRVM Aphor. sit uerus. Et arguitur q non sic. Primo. sanie existente in pãniculo hepatis stat mortem subsequi. ergo &c. consequentia uidetur nota. patet antecedens, quia rupto ex toto panniculo corrumpiẽ hepar, sanie tamen existente alba & pura. Secũdo sic. aliqualiter putrefacta substantia hepatis possibile est infirmum liberari. ergo. consequentia apparens, quia sanies uelut amurca non est mortalis nisi significando corruptionem substantiæ hepatis. patet antecedens, cũ hepar sit membrum carniforme potens per consequens recipere restaurationem pro sibi simile.

In oppositum est aphorismus allegatus.

Pro quæstione teneatur dictum Gal. Et respondẽdum ad obiectum primum dicitur q panniculo toto rupto & corrupto impossibile est saniem esse puram & albam ita q perseueret, immo apparebit aliquid de substãtia panniculari, erit etiam aliquid non album cõmixtũ saniei. Ad secundum respondendũ q sanies uelut amurca, & talis perseuerans non significat mortem propter illud quod est tactũ, & sic perseuerans non significet paruam, immo ualde uehementem putrefactionẽ substantiæ hepatis omnino incorrigibilem.

Quæstio. xlvij. Aphor. li.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Arguiĩ q non sic. Primo spachilon est accidens siue ægritudo proueniens à materia multa frigida. ergo non interficit in die tertia. antecedens potest colligi ex notitia spachilonis in cõmento tacta. tenet consequentia, morbus frigidus non habet terminationẽ in die tertia. Secundo sic. dies tertia non est dies critica. ergo horum mors non debet contingere in tertia. patet antecedens. cũ prima dies critica sit quarta. consequentia uidetur tenere, q a mors uidetur contingere in die critica. Tertio sic. patientes spachilonẽ mori possunt in die quarta uel quinta, dato q effugiant diem tertiã non tñ salui fiũt. patet aũs, quia inter patientes spachilonẽ est gradus & dr̃ia.

In oppositum est apho. alleg. Primo pro quæstione notandum ut tangitur in cõmento. Spachilonẽ esse confusionem cerebri a materia multum apostemante prouenientem, quæ confusio non est aliud q̃ actio læsa diminuta ualde aut ablata secundum plurimum, ut membris sensus auferatur & motus uentriculorum & substantiæ cerebri, ut etiam tanta sit oppilatio ut cerebrum impediatur in operationibus sensitiuis interioribus & missionibus spirituum sensibilium & motiuorum cum qua spachilone est mortificatio caloris cerebri omnino mortalis secundum plurimum aut magna remissio caloris materia multa frigida sua frigiditate calidum diminuente aut prohibente, ne humidum cerebri fiat aptum refectioni calidi, & ideo in spachilone concedere possumus esse apoplexiam, licet non econtra in omni apoplexia sit spachilon loquẽdo semper de spachilone cerebri.

Dicendũ ulterius ꝙ cum spachilon sit ægritudo magna ratione dignitatis læsæ actionis, quia lædit dignam & nobilem actionem, quia cerebri, ratione etiam uirtutis dispensantis totum corpus pro quanto ad spachilonẽ consequitur uehemens læsio cordis nõ euentari sufficiẽter propter impedimentum anhelitus consurgens ex oppilatione cerebri. Est etiam magna ægritudo ratione ꝓpriæ essentiæ pro quanto cõsequitur ad materiam mortificantem aut quasi mortificantem cerebri in ca'm naturale, & ideo interficit tempore paruo & in die prima intercidente, quia tertia & tempore citiori materia potentiori existente supra uirtutem non inconueniens tñ ꝑ multas contingẽtias spachilonẽ interficere tardius.

Isto posito respondendũ ad obiecta. Ad primum ꝙ morbus de materia frigida ratione nobilitatis mẽbri potest esse breuis, cum natura conetur cito superare morbum talis partis, ideo uel sequit̃ cita mors uel cita salus. & ideo si non moriatur in die tertia non critica radicali sed intercidente probabile est, licet non sit necessarium naturam uigorari & non succumbere morbo, ut inde sequatur salus. Quid ad secundum & tertium respondẽdũ sic patet per præhabita, & colligunt̃ dicta uerificantia apho. per finem cõmenti &c̃.

Quæstio. xlviij. Aphor. lij.

VTRVM Notificatio sternutationis posita in aphor. sit sufficiens. Q. non sic arguitur. Primo, q̃a sternutatio prouenire potest à causa exteriori aut etiã à causa humorali interiori ergo &c̃. antecedens patet cum sit motus cerebri ad expellendam rem nociuam subito, ut colligitur quinto de accidenti & morbo. cap̃. 4. consequentia tenet de se. Secundo sic, cor non habet motũ concussiuum in expellendo nociuam materiam. ergo nec cerebrum debet habere antecedens patet cum auctores non ponant. tenet consequentia cum cor non sit minoris sensationis cerebro.

In oppositum est aphor. allegatus. Pro quæstione dicendum Hipp. tetigisse modum sternutationis pluries contingentis, quia uentosa materia genita per propriũ cerebri nocumentum aut sibi à toto cõmunicata corpore in uentositatẽ sonorã transmutata. Et ideo hoc modo maxime fecit mentionem cum contingat in hac sternutatione magnum fieri sonitum hac uentositate repulsa, & per locum uacuum exeunte, ut ex hoc magnũ causare possit sonitum.

Isto posito ad obiecta præsticta responsum est.

Quæstio. xlix. Aphor. liij.

VTRVM Febris superueniẽs dolori hepatis ipsũ curet. Et arguitur ꝙ non. Primo, quia non curat dolorem à uentositate, aut oppilatione procedentem ab apostemare plus trahẽdo materiam caliditate ad locum nec etiam procedẽtem à mala complexione calida cum materia uel sine materia, cum ex feb augeatur illa mala complexio calida, nec etiam procedentem à mala complexione frĩda, trahendo etiam materiam ad locũ. Secundo sic. febris est morbus dolore hepatis molestior. ergo superueniens dolori non dicitur curare. colligitur antecedens. 8. terapeu. cap̃. primo. maxime quãtum ad antiquam translationem febrem cæteris morbis molestiorem esse dicentem. tenet consequentia, quia morbus dicitur curare morbum per Gal. quando morbus curans est minoris molestiæ. Tertio sic. hepar non dolet. ergo calidum hæc uentosa materia subtiliata uaporabit ad fumum. dolor etiam à frigiditate prouenienss consimiliter poterit curari, corpore uero existente pleno & uersus inferius declinante materia per inferiora est euacuandum ac etiã prouocandus uomitus uersus superiora tendente materia, aut si renibus grauitas cõmunicetur per urinã materia deducatur salua semper Gal. sententia. 7. terapeu. ad finem, ut grossa ac ualde multa materia potius deducatur per intestina. Si uero superueniat febris alia potest esse tantæ intẽsionis, ut quamuis sit remotiua doloris, non tamen ut arguit obiectum dicatur illius curamentum. Isto posito patet solutio ad obiectum primũ ac etiam ad secundum dicendo febrem cæteris morbis esse molestiorem extensiue, quia totum molestantem, aut etiam ponendo paritatem morborum & quẽlibet sumẽdo in suo esse intensiuo febris dicitur esse cæteris molestior morbis qui non sunt morbi cordis. Ad tertium dicendum licet hepar non sentiat sua carnositate absolute sentit, tamen per panniculum cui suspẽditur. & ista fuit intentio Auicẽ. allega. caplo.

Quæstio. l. Aphor. lv.

VTRVM Sit apho. uerus. Q. non multipliciter arguitur. Primo quia phlegma non potest claudi inter renes & uentrem. ergo suppositum in apho. falsum cõsequentia tenet apho. supponẽte phlegma in illo loco claudi. patet consequentia, quia non uidetur claudi in uenis nec extra uenas, quia nunc non posset pelli sufficienter per uesicam non existente uia delationis talis materiæ. præterea quæritur cum non habeat exitum per aliquẽ uentrium quomodo possit exire per uesicam. Præterea ostenditur ꝙ non præstet dolorem, quia ex quo est quietum non uidetur præstare dolorem extendẽdo nec etiam causando malam complexionem, cum non sit ualde frigidum propter situm sui nec etiam ualde calidum sua naturali complexione repugnante.

In oppositum est in apho. Hippo.

Pro quæstione dicẽdum secundũ notata super apho.

Ad primum obiectum respõdendum phlegma tale cõtineri posse in uenis & extra uenas & præstare dolorem uenis saltem obtuse sentientibus, ac etiam comprimendo stomachum uel partes panniculares dolorem inducere potest. Ad secundum dicendum ipsum non exire per aliquem uentrium inclinatum plus ad uias urinæ colligatas siue uesicæ, non est tamen inconueniens phlegma posse pelli per aliquem uentrium aut per aliam regionẽ. Quomodo uero præstat dolorem est dictum, per quam uiam etiam pellatur est nobis ignotum. Nam ut in commento tangitur saniem grossam à concauitate ossis ad exteriora pelli uidemus, cum porositates ossis exteriores non uidentur esse peruiæ saniei.

Quæstio. li. Aphor. lv.

VTRVM Forti naturæ possit resisti. Et arguit̃ ꝙ sic. Primo. quia corpus quantũcunq; forte potest infirmari. ergo &c̃. antecedens est notum. tenet consequẽtia, quia non infirmatur, nisi succumbẽte natura. Secundo sic. si forti naturæ nihil posset repugnare in expellendo sequeretur ista conclusio ꝙ natura posset expellere feces per uiam urinæ aut etiam per nares consequens est falsum. tenet consequentia per te, quia sibi nõ põt repugnari in expellẽdis ꝑ quãcunq; regionẽ expellantur.

In oppositum est in cõmento Gal. &. 10. terapeut.

Quæstio. lij. Aphor. lvi.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Arguit̃ q̃ nõ, quia stat aquositatem erumpere in omẽtum & impleri uentrem aqua & non mori infirmum. ergo &c̃. antecedens notum est in ascyte. cõsequẽtia uidet̃ euidẽs. patet etiam antecedens resudãte aquositate ab hepate pleno.

In opposi tum est aphorismus.

Pro quæstione notẽtur dicta supra aphorismũ. Ad obiectum respondendum concedendo totũ, sed non est contra aphor. intendentem hanc aquositatem cito deriuari ad stomachum & ad illam omenti cõcauitatem ex quo compræhenditur illam nõ resudare, quia tunc exiret paulatine. Cõpræhenditur ergo ex cito exitu ruptura panniculorũ hepatis substantiæ suæ, ex qua ruptura magna mors denotatur omnino. pluries etiam resudãte aquositate & implẽte multum compressis spiritualibus suffocatio consequetur.

Quæstio. liij. Aphor. lvij.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Et arguitur q̃ non sic. Primo uinum conuertit materiam humoralẽ in uentositatem ergo augmentat alyces & oscitationes. antecedẽs est notum cum sua caliditate dissoluat humores in uentositatem. Item uinum liquat humores. ergo auget rigorem à causa interiori præcedẽtem. antecedẽs est notum. tenet cõsequentia, quia sic aliquãdo & cõmouendo humores augetur rigor. Secũdo sic. purũ uinũ est fortius in remouendo uẽtositatem & resoluẽdo. ergo &c̃. consequentia tenet. añs patet, q̃a est calidius.

In oppositũ est Hipp. in aphorismo. Pro quæstione exponãt̃ tacta in quæstione, ut exposita sunt in cõmen.

Ad rationes dicendum q̃ uinum conuenit maxime in parua quantitate sumptum & præeuacuato corpore ad resoluendũ reliquias materierum & uẽtositatẽ, & ideo non nocet uentosando aut liquando humores. Per uinũ etiam intelligendo aliam rem calidam resolutiuã, ut theriacam & fi?ta. Ad secundũ de uino dicendum q̃ uitãdum est, quia nimis calidum & nõ ita penetratiuũ aqua subtiliante actualẽ substantiam uini. quõ uero intelligatur temperatũ patet in cõmento & notatis super ipso.

Quæstio. liiij. Aphor. lviij.

VTRVM Aphorismus sit uerus. Q̃ nõ arguit̃ quia in fractura cranei penetrante usq; ad panniculos cerebrum est commotum: non tamen corpus fit statim sine uoce, ergo &c̃. antecedens est notum quo ad utrãq; partem. consequentia de se est nota.

In oppositum est aphorismus. Pro quæstione dicendum ut notabatur in aphorismo. Notãdũ pro obiecto Hip. intelligere cõmotionem agitantẽ & conturbantẽ cerebrum ut spiritus in ipso exñtes localit̃ moueãtur & humores nec dirigãtur ad porositates neruorum per quos transire soliti sunt, tunc patet q̃ nõ in quacũq; fractura cranei fit cõmotio talis licet in aliqua contingere possit. Quid aũt itelligat p̃ fieri sine uoce, patet i com̃.

Quæstio. lv. Aphor. lix.

VTRVM sit uerus Aphorismus. Arguit̃ q̃ nõ. Primo quia corpora humidarum carniũ non sunt euacuanda nec exercitanda. ergo nec fames eis inducẽda antecedens quantum ad partem primã sumitur quarta primi. ca. 3. quantũ ad secundũ est euidens, q̃a exercitium cõmouendo & agitando humores pinguiũ eos disponit suffocationi. Secundo sic. appetitus nõ exiccat corpa. ergo nec fames añs uidetur notum. tenet consequentia, q̃a fames est appetitus. 4. de accidenti & morbo. cap̃. 7.

In oppositum est aphorismus. Pro q̃õne nota superius in expõne aphorismi. Pro obiecto primo negetur cõsequẽtia, quia fames nõ est agitatiua ut eũo p̃ pharmacũ & exercitiũ. Pro secundo dicendũ q̃ impropriũ est dicere famẽ desiccare corpora. sed fames desiccat corpora, q̃a p̃ esse famẽ cõpræhendit̃ desiccatio corporũ, q̃a defectus nutrimenti & potentia cal̃i supra humidum consumendũ, & iõ fames desiccat corpora per accidẽs, quia non per se, sed ratione alteriua ut est dictum.

FINIS.

Expliciunt Quæstiones Iacobi Foroliuiensis, necnon Marsilij de sancta Sophia super aphor. Hippo.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA

Omnes sunt quaterni.

Venetijs expensis hæredum Lucæantonij Iuntæ.
Anno domini. 1 5 4 6.